

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

CVM

INTERPRETATIONE ET NOTIS INTEGRIS
IOHANNIS HARDVINI

ITEMQVE

CVM

COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS
HERMOLAI BARBARI PINTIANI
RHENANI GELENII
DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII
IS. VOSSII I. F. GRONOVII
ET VARIORVM

VOLVMEN QVARTVM

RECENSVIT
VARIETATEMQVE LECTIONIS
ADIECIT
IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

LIPSIAE
IMPENSIS GVILIELMI GOTTLOB SOMMERI
A. C. MDCCLXXXI.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER DECIMVS.

I. (I.) Sequitur natura auium, quarum grandiſſimi et paene beſtiarum generis, ſtruthiocameli *a*. Africi vel Aethiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, [1] celeritatem vincunt: ad hoc demum datis [2] pennis, vt currentem adiuuent: cetero non ſunt volucres, nec a terra tolluntur. Vngulae iis ceruinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcae, et [3] comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga *b*. contra ſequentes ingerunt pedibus. Concoquendi *c*. ſine delectu deuorata mira natura: ſed non [4] minus ſtoliditas *d*., in tanta reliqui corporis alti-

A 2

1. *Celeritate. V. et M.* 2. *pinnis Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. biſulcae, compr. Gr. et Al.* 4. *minor. M.*

a. *Struthiocameli)* *L' Autruche.* De eo multa ex veterum ſcriptis collegit Bochartus, de anim. L. II. c. 16. p. 245. H.

b. *Quos in fuga)* Aelian. H. A. L. IV. c. 7. Em. Phile L. de prop. anim. p. 26. H.

c. *Concoquendi)* Aelian. H. A. L. XIV. c. 7. H.

d. *Stoliditas)* Id vero Diod. Bibl. L. II. p. 133. non ſtoliditati aut ignauiae adſcribendum putat, quaſi latere ſe in tuto tum putet: ſed quoniam partem hanc corpo-

altitudine, quum colla frutice [1] occultauerunt, latere [2] se existimantium. Praemia ex iis oua, propter amplitudinem [3] pro quibusdam habita vasis *e.*, conosque bellicos *f*, et galeas adornantes pennae *g.*

II. (II.) Aethiopes atque Indi, discolores maxime et inenarrabiles ferunt aues, et ante omnes nobilem Arabia phoenicem, haud scio an fabulose *h.*, vnum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilae *i.* narratur magnitudine, auri fulgore circa colla *k.*, [4] cetero purpureus, caeruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis [5] fauces *l.*, caputque

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. occultauerint Gr. et Al. 2. sese. Ch. 3. Melius. Quibusdam habita pro vasis. Pint. 4. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. cetera Gr. et Al. 5. faces. Ch. faciem Gr. et Al.

corporis habet infirmissimam, qualecumque salutis praesidium hac occultatione capitis parare se ipsa sibi existimat. H.

e. Pro quibusdam habita vasis) Oua struthiocameli, argento excepta, inclusaque, quae poculorum vicem praeberent, non semel a se visa narrat Nierembergius, L. X. c. 33. p. 219. H.

f. Conosque bellicos) Theophrastus cap. 5. lib. IV. histor. *Dalec.*

g. Adornantes pennae) Qui mos hodieque durat, et olim in vsu fuit, vti ex Theophrasto colligitur, H. Pl. L. IV. c. 5. Τῶν ϛρουθῶν πτερὰ, ἃ παρατίθενται παρὰ τὰ κράνη. Hae vero pennae tam ex alis, quam ex cauda velluntur. H.

h. An fabulose) Fabulae originem causamque Plinius ipse aperit, L. XIII. c. 9. vbi de ea dicturi sumus opportuniore loco. Exstat de Phoenice Claudiani carmen XLV. non inuenustum. H.

i. Aquilae) Haec Plinius summa fide ab Herodoto mutuatus, L. II. Euterpe, n. 73. p. 117. vbi se tamen vidisse phoenicem, nisi pictum, negat: Transscribit haec Solinus, c. 33. p. 63. a Plinio sed ita vt omnia transscribendo misceat. H.

k. Circa colla) Solinus, *citra colla:* mendose. H.

l. Cristis faciem caputque plumeo, etc.) Lege: *cristis fauces, caputque plumeo apice cohonestante.* Salmas. 548. q.

Cristis fauces) Vide N. et Em. N. 1. (hic pos.)

Cristis

que plumeo apice [1] honestante. Primus atque [2] diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius Senator ille maximis nobilis [3] doctrinis doctore nullo: neminem exstitisse qui viderit vescentem: sacrum *m.* [4] in Arabia Soli esse, viuere annis [5] DIX. *n* senescentem [6] casiae thurisque surculis construere nidum, replere odoribus, [7] et superemori. Ex ossibus deinde et medullis eius nasci primo ceu vermiculum; inde fieri pullum: principioque iusta [8] funera priori reddere *o.*, et totum deferre nidum pro-

A 3 pe

1. *Sic et M. honestate. Ch. cohonestante. Gr.* 2. *diligentissime. M.* 3. *doctrinis. Auctor is est neminem. M.* 4. *in Arabiae solo. V.* 5. *DLX. V. DXI. Alii, V. et Ch. DCLX. Gr. et Al.* 6. *casia. Gr.* 7. *ac. M.* 8. *sic et M. et Ch. funeri Gr. et Al.*

Cristis f.) Ita MS. Par. Editi libri *faciem.* MSS. R. 1.2. Chiffl. *faces.* Solinus paraphrastes, *cristatis faucibus.* H.

m. Sacrum) Tacitus, Annal. L. VI. p. 142. H.

n. Viuere annis DCLX.) Exemplar Salmanticense, D. LX. Toletanum, D. XL. vero propius auctore Seneca, qui ait: *Virum qui vere dicatur bonus, quingentesimo quoque anno nasci, vt Phoenix.* Pint. *Viuere annis* DCLX.) Multi habent XL. pro LX. quidam etiam DXL. et vulgatior est opinio de quingentis annis. *Salmas.* 548. b.

Annis DIX.) Vide N. et Em. N. II (hic adj.) *Viuere a.)* In libris editis legitur DCLX. In MS. Parisiensi, DLX. qui numerus ab amanuensibus perperam positus videtur, pro DIX. Nam hic numerus est Senecae, Herodotique sententiae congruentior, qui annis quingentis Phoenicis aeuum circumscribunt. Chaeremonis mendacium haud ferendum, septem annorum millia viuere affirmantis, apud Tzetzem, Chil. V. hist. 6. H.

o. Principioque iusta funeri priori reddere.) Lege: *principioque iusta funera priori reddere.* Prope Panchaiam igitur nidum suum siue rogum in Solis vrbem defert Phoenix, non prope Panchaiam concinnat, itaque pro *concinnat* memini alibi emendare *continat*, id est, continuo defert. Vide *Salmas.* pag. 549. a.

Iusta funera) Ita MSS. omnes: non *funeri*, vt editi. *Prima adulto cura sepeliendi patris*, inquit Tacit. Annal. L. VI. p. 143. *neque id temere:*

pe Panchaiam *p.* in Solis vrbem, et in ara ibi deponere. Quum huius alitis vita magni conuersionem *q.* anni fieri prodidit idem Manilius, iterumque significationes tempestatum et siderum [1] easdem reuerti. Hoc autem circa meridiem incipere, quo die signum Arietis Sol intrauerit. Et fuisse eius conuersionis annum prodente se, P. Licinio *r.*, Cn. Cornelio *s.* [2] Consulibus ducentesimum quintum decimum. Cor-

1. *Eodem. M.* 2. *sic et Ch. et V. consulibus CCXXV. Alii. M. Cornelio Coss. Cornelius Gr. et Al.*

re: sed sublato myrrhae pondere, tentatoque per longum iter, vbi par oneri, par meatui sit, subire patrium corpus, inque Solis aram perferre, atque adolere: haec incerta, et fabulosis aucta. H.

p. Panchaiam) Vide quae diximus in N. et Em. L. VI. N. CVIII. ad ea verba, *Introrsus Candei*, etc. Panchaiae iterum mentio facta superius, L. VII. s. 57. H.

q. Magni conuersionem) Hinc de Phoenice vates quidam, *Magnum solus qui computat annum.* Illud inter omnes Astronomos conuenit, conuersionem Solis et Lunae fieri post annos quingentos et XXXII. quam periodum Dionysianam vocant, ducto cyclo Lunae, hoc est, periodo annorum 19. per cyclum Solis, qui est annorum 28. Exsistent enim tum anni 532. quibus exactis creditum fuit, reuerti ad eumdem hebdomadae annique diem, nouilunia, pleniluniaque. Haec anni magni conuersio. H.

r. Et fuisse eius conuersionis annum prodente se P. Licinio, M. Cornelio consulibus) Aliquid hic deest, nec enim dicit, quotus annus conuersionis fuerit sub illis consulibus. Repono ex veteri libro Rigaltiano: *P. Licinio, M. Cornelio Coss.* CCXV. prodebat illa Manilius de Phoenice consulibus Licinio et Cornelio, quem annum ducentesimum decimum quintum agi volebat magni anni conuersionis, id est vitae Phoenicis. Nam annis vitae Phoenicis, circuitum anni magni circumscribit ac terminat. Vide *Salmas.* 551. a. b.

s. Cn. Cornelio CoSS.) Vide N. et Em. N. III. (hic consp.) *Cn. C.)* In haec paucula verba geminus error irrepserat, a nobis nunc primum animaduersus. Alter in praenomine Cornelii Consulis, quem falso Mar-cum

Cornelius Valerianus phoenicem [1] deuolauiſſe in Aegyptum [2] tradidit, Q. Plautio *t.*, Sex. Papinio Coss. Allatus eſt et in Vrbem, Claudii Principis *u.* Cenſura, anno Vrbis DCCC. *x.* et in Comitio propoſitus, quod

A 4

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. deuolaſſe Gr. et Al.*
2. *tradidit, quodque Plautio, Sex. Papinio Conſuli allatus eſſet in vrbem. M. tradit Gr.*

eum editi libri appellant, qui vere Cn. Corn. Lentulus fuit, A. V. DCLVII. cum P. Licinio Craſſo Conſul, vt disertis verbis Plinius ipſe teſtatur, L. XXX. ſ. 3. Et vero Cneium nominant codd. R. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. etc. Alter error fuit, quod quum Manilius prodidiſſet, quotus his Conſulibus eſſet annus magnae huius conuerſionis, interciderit hic annorum numerus, quem ex eorumdem MSS. fide, reſtituimus: nempe *ducenteſimum et decimum quintum:* quae verba agnoſcunt etiam editiones omnes ante Dalecampium: qui ea (incertum quo conſilio) ex contextu in marginem tranſvexit. H.

t. Q. Plautio) Qui annus Tiberii obitum proxime anteceſſit. Vide N. et Em. N. IV. (hic adi). *Q. Pl.)* De his conſulibus Tacitus Annal. L. VI. p. 147. At idem biennio ante veniſſe phoenicem prodit, Paulo Fabio, L. Vitellio CoSS. Plinio tamen, aut Valeriano potius, Dio adſtipulatur, et Solinus. Quare vereor vt contra tot teſtimonia ſtare Taciti vnius auctoritas poſſit. *Chriſti reditum ad vitam, ante poſtremum imperii Tiberii annum Phoenix viſa, vti Dion et Plinius teſtantur, orbi ſignificaſſe, a quibuſdam certe credita eſt*, inquit Mariana, Hiſt. L. IV. c. 1. p. 137. Horum porro Conſulum nomina Solinus egregie deprauauit, quum ex Q. Plautio, Sextoque Papinio, Plautium Sextium, Publiumque Apronium confinxit. In Faſtis omnibus, Q. Plautius Plautianus, Sext. Papinius Allienus, appellantur. H.

u. Claudii Principis) Viſum eſſe Romae phoenicem Claudii principatu refert et Suidas, verbo Φοῖνιξ, Tomo II. p. 1095. et S. Aur. Victor, in Caeſaribus, et in Epitome. H.

x. Anno Vrbis DCCC.) Cenſuram hoc anno geſſiſſe Claudius cum L. Vitellio legitur in Faſt. Conſul. luſtrumque feciſſe LXXIV. H.

quod actis testatum est: sed [1] quem falsum *y.* esse nemo dubitaret.

III. (III.) Ex his quas nouimus, aquilae maximus honos, maxima et vis. Sex earum genera: Melanaetos *z.* a Graecis dicta, [2] eademque Valeria *a.*, minima magnitudine *b.*, viribus praecipua, colore nigricans: sola aquilarum fetus suos alit: cete-

1. *Quae falsa M.* 2. *eadem in Valeria. Ch.*

y. Sed quem falsum) Vide N. et Em. N. V. (hic adi.) *Sed)* In vet. cod. Dalecampii, *sed quae falsa esse:* interpolatore perperam existimante, ad acta, de quibus proxime antea dictum est, verba haec referri oportere quum ad phoenicem pertineant, quem Plinius falsum fuisse vel eo argumento approbat, quod non post annos quingentos, sed post pauciores multo Romam sit allatus. Sic Tacit. l. c. p. 142. *Paulo Fabio, L. Vitellio CoSS. post longum seculorum ambitum, auis Phoenix in Aegyptum venit, praebuitque materiem doctissimis indigenarum, et Graecorum, multa super eo miraculo disserendi . . . Vnum in terris: prioresque alites, Sesostride primum, post Amaside, dominantibus: dein Ptolemaeo, qui ex Macedonibus tertius regnavit, in ciuitatem, cui Heliopolis nomen, aduolauisse: . . . Inter Ptolemaeum ac Tiberium minus CCL. anni fuerunt: Vnde nonnulli* FALSVM HVNC PHOENICEM *neque Arabum e terris credidere, etc.* H.

z. Melanaetos) Μελαναετὸς, vel vt Arist. qui horum pleraque similiter narrat, H. A. L. IX. c. 41. p. 1070. μελαναιετὸς a nigro colore, qui totam auem inficit. Gallis, *Petit Aigle noir.* Quidam falconis genus esse arbitrantur, quod a venatoribus Hierofalcus appellatur, siue Gryps Falco, *Gerfault.* Sed hanc auem alii negant Aristoteli fuisse notam: quibus et nos assentimur. H.

a. Eademque Valeria) Vide N. et Em. N. VI. (hic adi.) *Melanaetos* etc. *)* Sic forte appellata, inquit Hermolaus, quoniam viribus praecipua sit. Recte; itaque quantumuis in R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. aliisque legatur, *eadem in Valeria*; loci nomen id esse, regionis aut viae, potius quam volucris, caue existimes: erroris amanuensium est. H.

b. Minima magnitudine) Habet haec totidem verbis Arist. l. c. H.

ceterae, vt dicemus *c.*, fugant: sola sine clangore, sine murmuratione. Conuersatur autem in montibus. Secundi *d.* generis pygargus in oppidis mansitat et in campis, albicante cauda. Tertii *e.* morphnos, quam Homerus *f.* et percnon vocat, aliqui et [1] plancum *g.*: et anatariam *h.*, secunda magnitudine et vi *i.*: huicque vita circa lacus. [2] Phemonoë *k.* Apollinis dicta filia, dentes ei esse prodidit, mutae alias, carentique lingua *l.*: [3] eamdem *m.*

A 5 aquila-

1. *Clangum. M. clanug. Ch.* 2. *Phoemonoe Gr.* 3. *eandemque. Pint.*

c. *Vt dicemus)* S. 4. H.

d. *Secundi)* Arist. p. 1069. Habet id genus a cauda albicante nomen, παρὰ τὸ ἔχειν πυγὴν ἀργὴν καὶ λευκήν. Vnde et Gallis, *Iean le Blanc*, teste Bellonio, L. II. de auib. c. 11. Aliis, *l'oiseau S. Martin.* Alterum ab isto pygargi genus aluisse se domi viuum etiam Aldrovandus testatur, p. 205. cuius iconem exhibet p. sq. H.

e. *Tertii)* Arist. iisdem verbis, l. c. Μόρφνη, a pennarum maculis aquila haec cognominatur. Ea est quam nostri *Sacrum* vocant, *le Sacre.* H.

f. *Homerus)* Iliad. vlt. v. 315. Αὐτίκα δ' αἰετὸν ἧκε τελειότατον πετεηνῶν Μόρφνον, θηρητῆρ' ὃν καὶ Περκνὸν καλέουσιν. Περκνὸν Grammatici nigrum interpretantur. H.

g. *Aliqui et plancum)* Vide N. et Em. N. VII. (hic adi.) *Aliqui etc.)* In MSS. corrupta haec vox est, quam ex Arist. Hist. L. IX. c. 41. p. 1070. editores Plinii aptissime refinxerunt. Sic enim ille: Ἕτερον δὲ γένος αἐτοῦ ἐστιν, ὃ πλάγγος καλεῖται, δεύτερος μεγέθει καὶ ῥώμῃ, etc. H.

h. *Anatariam)* Quoniam, vt mox Plinius idem ait, circa stagna anates appetit, et aquaticas aues: ideo νηττοφόνος dicitur ab Aeliano, H. A. L. V. c. 33. H.

i. *Secunda magnitudine et vi.)* Aristoteles dum aquilas enumerat, primam omnium recenset Pygargum, eique mox subiicit Plangum, quam a Pygargo secundam esse vi ac magnitudine confirmat, non autem in vniuerso aquilarum genere. *Dalec.*

k. *Phemonoe)* Diximus de ea in Auctorum Syllabo. Sed fabulis accensenda ducimus, quae illa de hoc aquilarum genere prodidit. H.

l. *Carentique lingua)* Hoc falsum et fabulosum. *Dal.*

m. *Eamdemque)* Duo vltima

aquilarum nigerrimam, prominentiore cauda. Consentit et [1] Boëus. *n.* Ingenium est *o.* ei, testudines raptas frangere e sublimi iaciendo: quae [2] sors interemit Poëtam Aeschylum *p.*, praedictam *q.* fatis (vt ferunt) [3] eius diei ruinam secura caeli fide *r.*

[1] cauen-

1. *Consentit et poëta. Ch. consentit et Boethus Gr. et Al.* 2. *fors. M.* 3. *ei. Ch.*

ma verba, *prominentiori cauda*, ad alium pertinent locum. Haec enim aquila prominentioris caudae, non est ex eo genere quod *Morphnos* vocatur, sed alterius, de quo proxime tractabitur, nomine *Percnopteros.* Aristoteles lib. IX. cap. 32. *Quartum genus percnopteros ab alarum notis appellatum capite albicante, corpore maiore quam ceterae adhuc dictae, haec est, sed breuioribus alis, cauda longiore. Vulturis speciem haec refert.* Pintian.

n. Consentit et Boethus) Ita Hermolaus correxit in Indice, quum antea legeretur *Boëtius.* Sed quum Athenaeus nono, in testimonium vocet scriptorem Ornithogoniae, hoc est auium generationis, puto et hic et in Indice reponendum *Boëus*, pro *Boëthus.* Scio nihilominus publicam esse nominationem Graeciae *Boëthus*, sed non est aliena *Boëus.* Nam Pausanias in Laconicis de Boëo quodam mentionem facit, qui Boëas vrbem condidit, et in Phocicis de Baeone muliere diuina. Eo magis, quod in ipso Indice Romanorum et Parmensium exemplarium, non *Boëtho* habetur, sed *Boëo.* Pint.

Et Boeus) Vide N. et Em. N. VIII. (hic adi.) *Consentit et B.)* Hermolaus *Boëthus* emendarat, quum prius *Boëtius* legeretur: nos Pintianum sequuti, aliaque testimonia luculentiora nacti, *Boeus* reposuimus, vti a nobis vberius explanatum est in Auctorum Indice. Fuit et eo nomine poetria mulier Βοιὼ appellata, teste Pausania, Phocic. L. X. p. 617. H.

o. Ingenium est) Aelian. H. A. L. VII. c. 16. H.

p. Aeschylum) Aelian. l. c. H.

q. Praedictam) Quum praedixissent fata ruinam illi eo die rei cuiuspiam exitiosam fore, in agro securus caelo fidens, declinare vim fati conabatur. H.

r. Secura caeli fide) Quum se, inquit, didicisset a vate admonitus, rei alicuius ruina e sublimi interiturum, declinari vim fati putauit posse, si se in apertum campum committeret, caeloque salutem

[1] cauentem. Quarti generis eſt percnopterus *s.*: eadem [2] oripelargus *t.*, vulturina ſpecie, alis minimis, [3] reliqua *u.* magnitudine antecellens, ſed imbellis et degener, [4] vt quam verberet coruus. Eadem *x.* ieiunae ſemper auiditatis, et querulae murmurationis. Sola aquilarum [5] exanima fert corpora: ceterae, quum occidere, conſidunt. Haec facit, vt quintum genus [6] γνήσιον *y.* vocetur, velut verum, ſolumque incorruptae *z.* originis, media magnitudine *a.*, colore ſubrutilo, rarum conſpectu. Super-

1. *Cauentem. Item quarti. M.* 2. *moratur per lacus. V. praue nari per lacus. Ch.* 3. *reliquas. Ariſt.* 4. *vtpote quam. M.* 5. *exanimata. Ex Ariſt.* 6. *gneſion. Gr.*

tem crederet. Narrat id eleganter Val. Max. L. IX. c. 12. p. 455. H.

s. Percnopterus) Nomen habet a pennarum colore nigro. Nondum apud noſtros in certam nominis poſſeſſionem venit. H.

t. Oripelargus) Quaſi montanam ciconiam dixeris. Vide N. et Em. N. IX. (hic adi.) *Oripelargus)* Chiffl. cod. *nari per lacus:* Prorſus inepte. Nam haec ad verbum habet Philoſophus l. c. p. 1071. Ἐςι δ' ἕτερον γένος περκνόπτερος . . . ὀρειπελαργὸς καλεῖται, καὶ γυπαιετός. H.

u. Reliqua) Hoc eſt, ſi alas exemeris, reliquo corpore ceteris antecellit. H.

x. Eadem) Ariſt. H. A. L. IX. c. 41. p. 1071. H.

y. Γνήσιον) Ariſt. p. 1072. Galli *Aigle Royale*, *Aigle dorée*, hoc eſt, Chryſaeton, vocant. Manſuetam hanc a ſe viſam, et ad venandum edoctam ſcribit Scaliger in Ariſt. p. 248. Depingitur ab Aldrou. L. II. Ornith. c. 2. p. 110. H.

z. Solumque incorruptae) Alia namque genera, inquit Philoſophus, mixto et adulterato coitu aquilarum accipitrumque, ac minutiorum quoque auium procreantur. H.

a. Media magnitudine) Aeſtimatione dignum, an hic non *media* legendum ſit, ſed *hemiolia*, ex Ariſtotele eodem loco, *Maxima*, inquit, *aquilarum omnium haec eſt, maior etiam quam oſſifraga; ſed ceteras aquilas vel hemiolia proportione excedit.* Pint.

Supereſt haliaeetos *b.*, clariſſima oculorum acie, librans ex alto ſeſe: viſoque in mari piſce *c.*, praeceps in eum ruens, et diſcuſſis pectore aquis rapiens. *d.* [1] Illa, quam tertiam fecimus *e*, circa ſtagna aquaticas aues appetit mergentes ſe ſubinde, donec ſopitas laſſataſque rapiat. Spectanda *f.* dimicatio, aue ad perfugia litorum tendente, maxime ſi condenſa arundo ſit: aquila *g.* inde [2] ictu abigente

1. *Illam.* *Ch.* 2. *in deiectu abigente alia.* *M.* *et* *Ch.*

b. Haliaeetos) Hoc eſt, aquila marina: vnde et apud noſtros auitum nomen retinet, *Aigle de mer*, et *Orfraye:* teſte Bellonio, L. VII. c. 2. cui ſubſcribit Bochartus, de anim. L. II. P. II. c. 5. p. 188. Haec porro etiam Ariſt. H. A. L. IX. c. 43. H.

c. In mari piſce) Qui nempe ſublimius natet, et in aquae ſummo. Quamquam nec euentu ſemper bono graſſatur: quippe onere interdum mergitur, quod ferre nequeat: Quum enim in maiores paulo piſces vnguium mucronem infixit, nec tollere in ſublime poteſt, pondere ipſa victa, vna cum praeda peſſumit, abrepta ad imum maris fundum, quo ſe piſcis recipit vi doloris actus. H.

d. Et diſcuſſis) Poſt haec verba ſubſequi debent illa, quae non longe poſt ſequuntur, *Saepe et aquilae ipſae non tolerantes pondus apprehenſum vna merguntur.* Illuc enim commearunt indiligentia librariorum, hinc auulſa. Docet id Ariſtoteles his verbis, *Quintum tum genus eſt quod halinaeetus, hoc eſt, marina vocatur, ceruice magna et craſſa, alis curuantibus, cauda lata. Moratur haec in littoribus et oris. Accidit huic ſaepius, vt quum ferre quod ceperit nequeat, in gurgitem demergatur.* Pint.

e. Quam tertiam fecimus) De Haliaeeto id ſcripit Ariſt. cap. 24. lib. IX. hiſt. *Dalec.*

Illa quam tertiam) De haliaeeto id Philoſophus prodidit, H. A. L. IX. c. 45. p. 1079. De vtroque genere recte id affirmari monet Aldrouand. Ornithol. L. II. c. 8. p. 213. H.

f. Spectanda) Ariſt. l. c. et Aelian. H. A. L. V. c. 33. H.

g. Aquila) Sic caſtigatores emendarunt, quum omnia impreſſa exemplaria haberent, *Aquila in deiectu abigente alio.* Duo quoque archetypa noſtra *deiectu* agnoſcunt. Hermolaus pro verbo

gente alae, et quum [1] appetit, [2] in lacus cadente: vmbramque suam nanti sub aqua a litore ostendente: [3] rursus aue in diuerso, et vbi minime se credat [4] exspectari, emergente. Haec causa *h.* gregatim auibus natandi, quia plures simul non infestantur, respersu pennarum [5] hostem obcaecantes. Saepe et aquilae *i.* ipsae non tolerantes pondus apprehensum, vna merguntur. *k.* Haliaeetus *l.* tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri Solis radios, et si conniuentem [6] humectantemque *m.* animaduertit, praecipitat e nido, velut adulterinum atque degenerem: illum cuius acies

1. *Impetit. M. appetat. Ch.* 2. *in latus. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. diuersa Gr. et Al.* 4. *spectari. V.* 5. *hostem, in M. d. et Ch.* 6. *flectentemque. M. flentem. V. nictantem. Pint.*

bo illo, *alio*, *ala* suppofuit, ex Aristotele se id facere professus: et sane ambo codices *ala* habent, non *alio*. Sed neque vetus lectio fidelis hac parte est, neque Hermolaus recte emendauit: parumque ei fauent Graeca, quae affert, Aristotelis verba. Aliorsum ea spectant, quam Hermolaus aut intellexit, aut intelligi voluit. Nam paulo infra a Plinio redduntur, quum dicit, *Respersu pennarum hostem occaecantes.* Scribendum igitur *alio*, hoc est, in aliam partem. Confer prius, deinde statue. *Pint.*

h. Haec causa) Arist. l. c. H.

i. Saepe et aquilae) Arist. H. A. L. IX. c. 41. p. 1071. H.

k. Vna merguntur) De Haliaeeto hoc tradit Arist. cap. 24. lib. IX. Hist. *Dalec.*

l. Haliaeetus) Apud Arist. est *ἀετος*, Aquila, non Haliaeetos. *Dal.*

Haliaeetus) Arist. l. c. c. 45. p. 1078. iisdem ferme verbis, et Albertus M. L. de anim. Tr. 2. c. 6. p. 259. Lucanus item eleganti carmine, L. IX. v. 902. H.

m. Humectantemque) Plin. L. XI. s. 54. de oculis: *Ardent*, inquit, *incenduntur, humectant, conniuent.* Frustra est Pintianus, qui *nictantem* mauult. Plinius alter in Paneg. *Vidimus humescentes oculos tuos, demissumque gaudio vultum, etc. H.*

acies firma contra [1] ſtetit, educat. Haliaeeti *n.* ſuum genus *o.* non habent, ſed ex diuerſo aquilarum coitu naſcuntur. Id quidem *p.*, quod ex iis natum [2] eſt, in oſſifragis *q.* genus habet, e quibus vultures progenerantur minores: et ex iis magni, qui omnino non generant. Quidam adiiciunt genus aqui-

1. *Sic ex MSS. em.Hard. conſ. Cb. ſteterit Gr. et Al.*
2. *Eſt, oſſifragi genus habent. M.*

n. Haliaeeti ſuum genus) Haliaeetus, inquit, qualis proxime deſcriptus eſt, clariſſima oculorum acie, non ex ſui generis mare et femina progeneratur: ſed ex coitu cum diuerſi generis aquila: nam quod ex haliaeeto mare ac femina gignitur, id imbecillius eſt, et a paterna deſciſcit indole degener: in oſſifragis idem locum habet. Igitur parentibus nequior proles, mox datura etiam eſt progeniem vitioſiorem, vultures nempe minores, fecundos illos quidem, ex quibus alii magni, ſed iidem ſteriles, gignantur. Sic Auctor libri de mirab. Auſcult. p. 1157. et Albert. M. l. c. p. 258. H.

o. Suum genus) Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκεσμ. *Dal.*

p. Id quidem) Plinius incogitanter oſſifragum ſiue Φινίδα Graecorum, Gallice *Freneau*, *Bris'os et Bif*, Haliaeetorum generi adſcribit, quum teſte Ariſt. oſſifragus parum oculis valeat, quoniam illos nubeculis oblaeſos habet: Haliaeetus vero clariſſima ſit oculorum acie. Quae Plinius recitat de vulturum progenie, apud Ariſt. nuſquam exſtant, fortaſſis ex aliquo augurum auſpicumue libro haec ille mutuatus eſt. *Dal.*

q. In oſſifragis) Dioſc. L. II. c. 58. Φίνις et ὀσσίφραγος. Aliis Φήνη. *Oſſifragus*, inquit Alb. l. c. p. 259. *de genere eſt aquilarum paruarum, comedens carnem: et comeſta ducit oſſa in altitudinem, vt cadentia ſuper ſaxa frangantur; et tunc deſcendens comedit medullam: et propter hoc vocatur oſſifragus. In oculis autem oſſifragi eſt albedo multa permixta pupillae, et ideo eſt debilium oculorum iſta acies.* Minor eſt haliaeeto: ſed ab aquila γνησίῳ parum diſtat: immo maior ipſa dicitur ab Ariſt. Hiſt. L. VIII. c. 6. p. 883. eademque colore cinereo: τὸ μέγεθος ἀετȣ̃ μείζων· τὸ δὲ χρῶμα σποδοειδές. Noſtrorum aliqui, communi cum haliaeeto nomine, *Orfruye* vocant. H.

aquilae, quam barbatam *r.* vocant: Tusci vero ossifragam. *s.*

IV. Tribus primis *t.*, et quinto aquilarum generi [1] inaedificatur *u.* nido lapis aëtites *x.*, quem aliqui dixere [2] gangitem *y.*: ad multa *z.* remedia [3] vtilis,

1. Infertur. D. 2. gagatem Gr. et Al. 3. vtilis, in M. d.

r. Barbatam) Hanc eamdem esse cum Oppiani Harpe, existimauit Aldrou. Ornith. L. II. c. 11. p. 223. Verum ab harpe miluum nihil discrepare auctor est Tzetzes, Chil. 5. v. 413. Ἰκτῖνος ὄρνις τίς ἐστιν, ὅνπερ καλοῦμεν ἅρπην, Ἁρπάζων τὰ νεόττια τὰ τῶν ἀλεκτορίδων. H.

s. Ossifragam) Nihil Hermolaum moror, qui Ossifragam ab ossifrago, nullo veterum aduocato teste distinguit. Quam Plinius ossifragam, hunc Albertus ossifragum appellauit. H.

t. Tribus primis, etc.) Lege: *Tribus primis et quinto generi innidificatur lapis aëtites.* Innidificatur lapis, qui in nidificando vel nido faciendo adhibetur. Et pro *Gagaten*, lege, *Gangiten.* Vide *Salmas.* pag. 251. a, b.

u. Inaedificatur) Aliunde scilicet asportatus, nido inaedificatur, inseritur. H.

x. Lapis aëtites) Vide lib. XXXVI. cap. 21. in principio. *Dalec.*

y. Gagatem) Gagates ab Aëtite diuersus est, vt res ipsa docet, et testantur Galenus et Dioscorides. Itaque necessum est vtrumque lapidem in aquilarum nido reperiri, vocarique ideo Aëtiten, quamuis natura plurimum diffideant. Serinus aquilas incubantes Gagaten sibi subiicere tradit, refrigerationis causa, ne immenso calore oua percoquant: nam, vt inquit Lucanus: — *feta tepefacta sub alite saxa.* Florus aquilam e terra vel mari sumtum lapidem quemuis nido inferre scribit, διὰ τὸ ἀσφαλῶς μένειν, vt stabilis sit. Haec Plinius non satis distinxit. Vide infra cap. 19. libri XXXVI. *Dal.*

Gangitem) Vide N. et Em. N. X. (hic pos.) *Gang.)* Libri omnes editi *Gagatem* habent. At R. 1. et Par. *Gagiten*, pro *Gangiten.* Et sane gagatem nihil igne deperdere nemo prodidit, et falsum experientia docet: nam et accenditur facile, et igne consumitur. Neque vero de gagate id Plinius tradit L. XXXVI. c. 34. vbi eius virtutes enumerat. De Gangite vero Nicand. in Ther. p. 3.

lis, nihil [1]igne deperdens. Est autem *a.* lapis [2]iste praegnans, intus quum quatias, alio velut in vtero sonante. Sed vis illa medica non nisi nido direptis. Nidificant *b.* in petris et arboribus: pariunt [3]et oua *c.* terna: excludunt *d.* pullos binos: visi

1. *Inde. M.* 2. *ipse. Pint. et Ch.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. pariunt oua terna Gr. et Al.*

p. 3. Ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καίων ἐγγαγγίδα πέτρην, Ἣν ἐδὲ κρατεροῖο πυρὸς περικαίνυται ὁρμή. *Aut flammis gangitem etiam committere petram Arentem, rapido quae non consumitur igni.* Vbi recte quidem vetus Scholiastes ἐγγαγγίδα πέτρην, τὴν Γαγγῖτιν λίθον exponit: sed, vt Rhodiginus animaduertit, L. XIII. c. 20. p. 596. et qui Rhodiginum transscripsit Salmas. in Solin. p. 251. male deinde gangitem ille cum gagate confundit, scribens, ἐν Γάγγαις γὰρ τῆς Λυκίας εὑρίσκεται, etc. Seruius tamen, ad eum Virgilii versum, L. I. Aen. *Aetheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto*, etc. Hunc lapidem Gagatem vocat, p. 207. *Aquila*, inquit, *per naturam nimii est caloris: adeo vt et oua, quibus supersedet, possit coquere, nisi admoueat gagaten lapidem frigidissimum, vt testatur Lucanus, Feta tepefacta sub alite saxa.* H.

z. *Ad multa)* De his remediis dicetur, L. XXXVI. s. 39. Plura Marbodaeus affert, L. de lap. pret. c. 27. fol. 27. In vsus magicos expetitum lapidem hunc fuisse admonet Lucanus L. VI. v. 676. *Quaeque sonat feta tepefacta sub alite saxa.* H.

a. Est autem, etc.) Lege: *Est autem lapis iste praegnans intus alio, quum quatias velut in vtero sonante.* Lapis iste praegnans est alio, subaudi *lapide*, qui velut in vtero sonat quum quatias. *Salmas.* 713. b.

Est autem) Solini paraphr. c 37. p. 67. *Aetites*, inquit, *alterum lapidem intrinsecus cohibet, cuius crepitus sonorus est, quum mouetur: quamlibet tinnitum illum, non internum scrupulum facere, sed spiritum, scientissimi dicunt.* Sic Priscianus in Perieg. p. 393. *Hic aetites est, sonitum cui spiritus addit Arcanum crepitans: praegnantibus vtilis aegris.* H.

b. Nidificant) Arist. Hist. L. IX c. 41. H.

c. Pariunt oua) Musaeus ap. Plut. in Mario, p. 426. de aquila, Ὡς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει, *Excludit binos, edit terna, educat vnum.* Refert hoc

visi sunt et tres aliquando. Alterum *e.* expellunt taedio nutriendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negauit natura, prospiciens ne omnium ferarum fetus raperentur. Vngues quoque *f.* earum [1]inuertuntur diebus iis, albescunt inedia [2] pennae, vt merito partus suos oderint. Sed eiectos *g.* ab his cognatum genus [3] ossifragae excipiunt *h.*, et educant cum suis. Verum adultos *i.* quoque persequitur parens, et longe fugat, aemulos scilicet rapinae. Et [4] alioqui vnum par aquilarum magno ad populandum tractu, vt satietur, indiget. Determinant ergo spatia, nec in proximo praedantur. Rapta non protinus ferunt, sed primo deponunt: expertaeque pondus, tunc demum [5] abeunt. Oppetunt non senio *k.*, nec aegritudine, sed fame, in tantum

1. *Inuertuntur. Diebus iis. M.* 2. *pinnae. Ch.* 3. *ossifragi. M. et Ch.* 4. *alioquin Gr.* 5. *auehunt.*

hoc ipsum ex Musaeo carmen Arist. H. A. L. VI. c. 6. p. 664. H.

d. Excludunt) Haec totidem verbis habet Philosophus l. c. Transscripsit et Alb. M. de anim. L. VI. tr. I. c. 6. p. 196. Vide et Basil. in Hexaem. hom. 8. p. 106. H.

e. Alterum) Apud Plutarch. in Mario ex Musaeo vetustissimo poëta, Aquila oua τρία μὲν τίκτει, δύο δ᾽ ἐκλέπει, ἓν δ᾽ ἀλιβάζει: vnum (ouum, non pullum, vt auctor) corrumpit, perdit, duo excludit, tria parit. *Dal.*

f. Vngues quoque) Arist. l. c. et Alb. H.

g. Sed eiectos) Arist. tum l. c. tum L. IX. c. 44. p. 1077. Id vero Albertus l. c. nullo ait certo experimento constare: solo rumore ac fama prodi. H.

h. Ossifragae excipiunt) Ossifragum in aquilarum numero et genere ab Aristot. non reponi diximus. *Dal.*

i. Verum adultos) Quae deinceps sequuntur, ad ea verba, *Aquilarum pennae*, etc. Aristoteles totidem verbis habet, H. A. L. IX. c. 41. p. 1072. et 1073. H.

k. Oppetunt non senio) Post Arist. idem scripsit Demetrius Phalereus libro περὶ τῆς ἑρμηνείας. Vide quae in hanc rem tradidit Rhod. cap. 20. XIII. *Dal.*

tantum ſuperiore accreſcente roſtro, vt aduncitas aperiri non queat. A meridiano autem tempore operantur, et volant: prioribus horis diei, donec impleantur hominum conuentu fora, ignauae ſedent. Aquilarum pennae *l.* mixtas reliquarum alitum pennas deuorant. [1] Negant vmquam *m.* ſolam hanc alitem fulmine exanimatam: ideo armigeram Iouis conſuetudo [2] iudicauit.

V. (IV.) Romanis *n.* eam legionibus C. Marius *o.* in ſecundo Conſulatu ſuo proprie dicauit. Erat et antea prima cum quatuor aliis: [3] lupi *p.*, minotauri,

1. Negatumque ſolam. M. 2. *indicauit. Ch.* 3. *lupis, minotauris, equis, apris, quae (ſub ſigna.) M.*

l. Aquilarum pennae) Aelianus, H. A. L. IX. c. 2. Albertus quoque de anim. L. VIII. tr. 1. c. 3. p. 248. expertum ſe profitetur, pennas plures anſerinas, ab aquilina vna abſumtas. Alii ceteras quidem citius aiunt interire: ab aquilinis deuorari negant, aut occulto ingenitoque deſiderio interteri. Manuel Phile, L. de propr. anim. p. 24. aquilae pennas ait etiam ſagittis inſertas, aliarum volucrum in pharetra pennas exedere: Πτερὸν δὲ πᾶν ἔφθειρεν ἡ τέτε πτέρυξ Ἂν ὁ πτερωτὴς τῶν βελῶν τε τοξότε λαθέσαν αὐτὴν εἰς φαρέτραν ἐμβάλῃ. H.

m. Negant vmquam) Quod ſe ſupra nubes attollat volatu, et ſupra fulminum ſedes. H.

n. Romanis, etc.) Dion lib. XL. Aquilam militarem fuiſſe dicit aquilae auream imaginem, in aedicula quadam collocatam, quam geſtabat ſpectatae virtutis miles, haſta parua ſuffixam, cuius inferiorem partem cuſpidatam et acuminatam in terram adigeret: nec illam ex hibernis moueri ſolitam, niſi prodiret vniuerſus exercitus. Had. Iun. cap. 2. III. De legione, centuria, decuria, manipulo, vexillo, turma, cohorte, et id genus militari ordinum, ac poteſtatis differentia, Alex. ab Alex. cap. 5. I. Idem de ſignis militarib. c. 2. IV. et cur aquilam Rom. ceteris omnibus antepoſuerint, et vnde ſumſerint. *Dal.*

o. C. Marius) Bello Cimbrico, vt auctor eſt Salluſtius in bello Catil. ſub finem, p. 48. H.

p. Lupi) Complexus eſt ea verſibus Guil. Brito: — *Vexil-*

ri *q.*, equi, aprique *r.*, ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola in aciem portari cepta erat: reliqua in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatum, non [1] fere legionis *s.*

B 2 vm-

1. *Fere apud legiones vmquam hiberna eſſe caſtra. M. fere apud legiones hibernatum eſſe in caſtris. V.*

Vexilla coruſcant Impoſito aereo conto, longeque micanti Lumine perſtringunt acies: non illa Draconum Ora: nec informis Minoia probra iuuenci, Nec qui ſopitis lupus inſidiator oberrat, Nec qui ſanguineos minitans ſus exſerit vngues, etc. A Petro Diacono L. IV. Chron. Caſin. c. 37. vel, vt alii volunt, c. 39. inter vexillarios Eccleſiae Romanae recenſentur, *Aquiliferi*, *Leoniferi*, *Lupiferi*, *Draconarii*, etc. Sed et elephantos quintanae legionis fuiſſe inſignia, poſt bellum a Caeſare geſtum in Africa, ſcribit Appian. de Bello ciu. L. II. p. 488. H.

q. Minotauri) Vegetius de re milit. L. III. c. 6. p. 67. *Tutiſſimum*, inquit, *in expeditionibus facienda neſciri. Ob hoc veteres Minotauri ſignum in legionibus habuerunt: vt quemadmodum ille in intimo et ſecretiſſimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis conſilium ſemper abditum eſſet.* Habet eadem pariter Feſtus, verbo *Minotaurus.* Quae porro forma Minotauri ſit, ex Neapolitanorum nummis intelliges, in quibus Minotaurus excuſus, corpore quidem taurino, facie tamen barbaque promiſſa hominis, etſi cornua in capite, aureſque bubulae ſunt. Niſi forte, quod vocis illius hoc loco ſitus admonere videtur inter lupos et equos, verius eſt, minotauros nihil aliud hic eſſe, quam tauros minores: ſed veras taurorum, vti luporum et equorum effigies. Nam in nummis Neapolitanorum ſymbola ea mera ſunt roboris, quo in eo tractu ruſticani pollent, et quo vtuntur in aranda cum bobus tellure.. H.

r. Aprique) Vel porci. Feſtus: *Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat: quia confecto bello, inter quos pax fieret, caeſa porca foedus firmari ſolebat.* H.

s. Non fere legionis) Aquilarum par vnum in exercitu Caſſii et Bruti, quum Philippis caſtra haberent, viſum eſt argenteis aquilarum ſignis inſidere, vt Appian. refert de Bello ciu. L. IV. p. 647. H.

vmquam hibernasse castra, vbi aquilarum non sit iugum. Primo et secundo generi non minorum tantum quadrupedum rapina, sed etiam cum ceruis *t.* praelia. Multum puluerem volutatu collectum, insidens cornibus excutit in oculos, pennis ora verberans, donec praecipitet in rupes. Nec vnus hostis illi satis est: [1] acrior est *u.* cum dracone pugna, multoque magis anceps, etiamsi in aëre. Oua hic consectatur aquilae auiditate malefica: at illa ob hoc rapit vbicumque visum. Ille multiplici nexu alas ligat, [2] ita se implicans, vt simul [3] decidat.

VI. (V.) Est [4] percelebris *x.* apud Seston vrbem aquilae gloria: educatam a virgine retulisse gratiam, aues primo, mox deinde venatus aggerentem. Defuncta postremo, in rogum accensum eius iniecisse sese, et simul conflagrasse. Quam ob causam incolae,

1. *Acrior cum. M.* 2. *illa se explicat. V. Pint.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. decidant saepe. D. vt simul decidant Gr. et Al.* 4. *Semper celebris. M. est percelebre a. S. u. a. gloria esse ductam. Ch.*

t. Cum ceruis) Etiam cum tauris, referente Aeliano, H. A. L. II. 39. Cum ansere, caprea, lepore, tauro, si Philen audimus, L. de anim. propr. p. 22. H.

u. Acrior est) Describit hanc Aquilae cum dracone pugnam, Nicander in Theriac. p. 32. Multo vero elegantius Maro, Aeneid. L. XI. v. 751. H.

x. Est percelebris, etc.) Vetusta exemplaria, *Saepe celebris apud Seston, etc.* Verbum *saepe* cum minore litera scriptum, fini praecedentis capitis annecte. Deinde lege cum maiore, *Celebris apud Seston vrbem aquilae gloria est, educatam, etc.* Castigationem hanc confirmant Plinii verba inferius capite octauo: *Bellum internecinum gerit cum aquila, cohaerentesque saepe prehenduntur.* H.

Est percelebris) Recitat hoc ipsum ex Phylarcho Tzetzes, Chil. IV. hist. 134. v. 288. Aelianus item H. A. L. II. c. 40. et L. VI. c. 29. Miracula obsequii, relataeque ab aquila gratiae collegit ex diuersis veterum scriptis Aldrou. Ornith. L. I. p. 48. et 49. H.

colae, quod vocant Heroum *y.*, in eo loco fecere, appellatum Iouis et virginis, quoniam illi Deo ales adſcribitur.

VII. (VI.) Vulturum praeualent *z.* nigri *a.* Nidos *b.* nemo [1]attigit: ideo etiam fuere, qui putarent illos ex aduerſo orbe aduolare, falſo: nidificant enim in excelſiſſimis rupibus. *c.* Fetus quidem

 ſaepe

1. Attingit. M.

y. Quod vocant Heroum) Monumentum. De huius verbi ſignificatione multa Rhodigin. cap. 18. XVII. Auſpicia ex aquilis et vulturibus vide apud Alex. ab Alex. c. 13. III. *Dalec.*

Heroum) Ἡρῶον Graecis monumentum eſt, ſeu fanum, heroi imprimis poſitúm. Falluntur qui hic Heraeum malunt, quod Iunonis templum ſonat. Vide Rhodig. L. XVII. c. 18. p. 791. Poſteriore aeuo Graecia pro monumento ſeu ſepulcro accepit. H.

z. Vulturum praeualent nigri) Magnas aues Plaut. in Rudente vocat: *Nam hercle ego te barba continuo arripiam et in ignem coniiciam, Teque ambuſtulatum obiiciam magnis auibus pabulum.* Cur his potiſſimum Romani vterentur ad auſpicia Plutarch. docet in Quaeſt. Rom. 93. *Dal.*

a. Nigri) Hos etiam laudat Aelian. H. A. L. II. c. 46. H.

b. Nidos) Ariſt. H. A. L. VI. c. 6. p. 663. et L. IX. c. 15. p. 1043. Albertus vero de anim. L. VI. tr. 1. c. 6. p. 195. his refragatur, ſcribens: *Ariſtoteles dicit, quod numquam inuenitur nidus vulturis: ſed hoc non eſt verum in terra noſtra, in qua ſaepiſſime multi nidi inueniuntur eorum: — — Poeta aſſerit, quod vultur in Graecia non pullificat: ſed quod venit ab alia terra remota, etc.* In Pyrenaeis montibus deprehendi quotidie vulturum nidos Scaliger affirmat, in Comm. ad Ariſt. p. 663. In Italia a Nipho viſum refert Aldrou. Ornith. L. III. c. 1. p. 245. H.

c. Nidificant enim in excelſiſſimis rupibus) Credidit Iuuenalis in arboribus nidos facere Satyr. 13. *Vultur iumento, et canibus crucibuſque relictis Ad fetus properat, partemque cadaueris adfert. Hic eſt ergo cibus magni quoque vulturis et ſe Paſcentis, propria cum iam facit arbore nidos.* Dal.

Nidificant) Ariſt. L. VI. modo citato. H.

saepe cernuntur, fere bini. *d.* Vmbricius Aruspicum in nostro aeuo peritissimus, parere tradit oua [1] tredecim *e.*: vno ex iis reliqua oua nidumque lustrare, mox abiicere. Triduo autem antea *f.* [2] volare [3] eos, vbi cadauera futura sunt.

VIII. (VII.) [4] Sanqualem auem *g.*, atque immussu-

1. *Sic et Ch. tria Gr. et Al.* 2. *sic et V. ante aut biduo volare Gr. et Al.* 3. *eo. Pint.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. Sangualem, M. et Ch. Saqualc. Festus.*

d. Fere bini) Arist. p. 663. Τίκτουσι δὲ δύο ὠὰ οἱ γῦπες. *Pariunt bina oua vultures.* H.

e. Oua tredecim) Vide N. et Em. N. XI. (hic adi.) *Parere* etc.) Ita reposuimus ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. vbi libri impressi perperam edunt, *oua tria.* H.

f. Triduo autem ante) Plaut. in Truculento: *Illud est: vide vt iam, quasi vulrii, triduo Prius praediuinant quo die esuri fient.* Dal.

Triduo autem) Huc Plautus allusit in Truculento, *Vide vt iam quasi volturii, triduo Prius praediuinant, quo die esuri fient.* Aegyptii, teste Horo, Hierogl. L. I. c. 11. non triduo tantum, sed septiduo integro, vultures praelii locum aiunt ante designare. Atque haec, vt saltem ex parte vera, maxime mirantur ii quoque veteres, qui in Hexaemeron scripserunt, Basilius, Eusthathius, Ambrosius. Quibus Albertum addimus de anim. L. VIII. tr. 2. c. 6. p. 260. Cum vulturibus ideo comparari heredipetae solent. Quo sensu Seneca, ep. 95. *Aegro aliquis assidet, probamus: at hoc si hereditatis causa facit, vultur est, cadauer exspectat.* Et Martialis, L. VI. ep. 62. p. 336. *Cuius vulturis hoc erit cadauer?* Vide N. et Em. N. XII. (hic pos.) *Triduo)* Coniectoris alicuius additamentum fuit ea vox, *aut biduo*, quam his, *triduo autem*, attextam deinde vidimus in libris impressis: in MSS. nusquam agnouimus: quamobrem censuimus expungi oportere. H.

g. Sangualem auem) Vide quod notatum est proxime sequenti cap. 19. *Dal.*

Sanqualem) Sanqualis, et immusulus, inquit Scaliger in L. II. Arist. p. 250. notae nobis aues solum de nomine. Sanqualem scribunt R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. aliique: *Sangualem*, editi. H.

mussulum *h.*, Augures Romani *i.* [1]in magna quaestione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, et [2]sanqualem ossifragae. Massurius [3]sanqualem *k.* ossifragum esse dicit, immussulum autem pullum aquilae, priusquam albicet cauda. Quidam post Mutium Augurem visos non esse Romae confirmauere: ego ([4]quod veri similius) in desidia rerum omnium non arbitror agnitos.

IX. (VIII.) Accipitrum genera sedecim [5]inuenimus *l.*: [6]Ex iis aegithum claudum altero pede *m.* pro-

1. *Magnae quaestioni. M. et Ch.* 2. *sangualem Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. em.* Hard. *conf. Ch. sangualem ossifragam Gr. et Al.* 4. *quod verisimilius est Gr. et Al.* 5. *nouimus. Ex iis Circon prosperrimi. V. ex iis circon claudum Gr. et Al.* 6. *ex his Aegythum. Ch.*

h. Immusulum) Festus: *Immusculus auis genus, quem alii regulum, alii ossifragam dicunt. Immustulus ales ex genere aquilarum est, sed minorum virium, quam aquilae: quae volucris raro, et non fere, praeterquam vere apparet, quia aestum algoremque metuit: Appellatur autem ita, quod subito et inexspectata se immittat.* H.

i. Augures Romani) Homero μάντις, Augur, οἰωνιστής: ἱερεὺς vero, ἱεροσκόπος Aruspex: ὀνειροπόλος, somniorum interpres. Iliad. α. Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον. Brod. cap. I. lib. VI. *Dal.*

k. Sanqualem) Festus: *Sanqualis auis appellatur, quae in Commentariis Auguralibus Ossifraga dicitur, quia in Sanci Dei tutela est.* Moxque Paulus: *Sanqualis porta appellatur proxima aedibus Sanci.* Sic enim haec loca restituenda sunt. De nomine et sacello Dei Sanci diximus L. VIII. s. 74. Quamobrem sangualis, quasi *Sanci ales* esto. H.

l. Accipitrum genera sedecim inuenimus) Scribendum arbitror, *Accipitrum genera sunt decem, non minus.* Aristoteles libro nono, cap. 36. *Genera non pauciora quam decem esse accipitrum, aliqui prodiderunt.* Pari loquutionis modo vsus est infra cap. 12. *Itaque paruis in vicis non plus vna coniugia sunt.* Pintian.

Sedecim) Vide N. et Em. XIII. (paulo post) Differen-

rentias accipitrum, quales in hodierno aucupio agnoſcuntur, diligenter et accurate Budaeus explicat, in annot. ad Pandectas, p. 162. *Accip.)* In eum numerum conſentiunt MSS. omnes. Ariſt. tamen Hiſt. L. IX. c. 47. p. 1080. decem tantum commemorat, quorum quidem nomina, cui quaeque noſtrorum accipitrum generi accommodare oporteat, ſtatuere haud in promtu eſt, vt recte Budaeus admonet in annot. ad Pand. p. 162. tum quia nomine tenus ab Ariſtotele Plinioque indicata: nec vllis, quibus diſcerni queant inter ſe, notis diſtincta ſunt: tum quia ſcriptorum ea de re ingens inter ſe diſceptatio diſſenſioque eſt. Decem eorum, quorum Philoſophus meminit, nomina haec ſunt, Τριόρχης, *αἰσάλων, κίρκος, ἀστερίας, φασσοφόνος, πτέρνης, λεῖος, πτέρκος, σπίζιας, φρυνολόχος. Buteo, aeſalo, circus, aſterias, palumbarius, pernes, laeuis, percus, ſpizias, rubetarius. H.*

m. Ex iis circon claudum altero pede) Exclamare libet, populus quod clamat, Oſiri inuento. O miſerandam ac multis proſequendam lacrymis praeſtantiſſimi ſcriptoris vicem, in cuius monimenta aeternitate digniſſima, tam foede ſaeueque graſſata eſt librariorum iuxta ac correctorum imperitia et incuria, cum incredibili bonorum litterarum iactura. Haec enim verba nec ad materiam accipitrum, de quibus hic agitur, pertinent: nec ſi pertinerent, *circon*, ſcribendum, erat, ſed *Aegithum*, vt vetus lectio rectiſſime habet: in vtroque enim apographo *Aegithum* manifeſte ſcriptum eſt non *circon*. Confirmant veterem lectionem Ariſtotelis verba libro nono, capite 15. *Aegithus vitae commoditate et partus numero commendatur, ſed alterius pedis claudicate cedit.* Theodorus *ſalus*, vertit. Sed ſi quis velit luce clarius noſſe, verba haec aliunde huc eſſe aduecta, (vnde vero fuerint, poſtea oſtendemus) ſublatis illis e medio, legat principium huius accipitrum tractatus, quod ſumetur a dictione *Triorchem*, et conferat cum Ariſtotelis verbis capitis 36. libri IX. videbit vnum idemque eſſe, quod ab vtroque ſcribitur. Praeterea multa in hoc capite verba deſiderari; intelliget qui rem accurate diſpexerit. Nam ex X. generibus accipitrum, tot enim eſſe ex Ariſtotele praefatus eſt, duorum tantum meminit, aut cum circo trium, quum Ariſtoteles volumine IX. cap. 36. diſtincte ſuis quaeque nominibus perſequa-

proſperrimi augurii nuptialibus negotiis *n.* et pecuariae rei. Triorchem *o.* a numero teſtium, cui prin-

 cipa-

ſequatur, *Triorchem*, *Aeſalonem*, *Circon*, *Aſteriam*, *Palumbarium*, *Pernem*, *Hypotriorchen*, *Percem*, *Spizam*, *Phrynolochon.* Cur enim hic Plinius facere neglexiſſet, quod in ſex aquilarum generibus tam exacte perſequutus eſt, praeſertim quum inter aues tertium accipitri locum tribuat? *Pint.*

Ex iis aegithum) Vide N. et Em. N. XIV. (paulo poſt) Aegithi quae ſit facies, nuſquam Plinius, nuſquam Philoſophus deſcribit: haud leui ſane rei litterariae incommodo. Sic enim aegithus ſolo nomine erit huic noſtrae aetati cognitus. *Ex iis*) Haec Philoſophi verba ſunt, H. A. L. IX. c. 22. p. 1052. Ὁ δὲ αἴγιθος, εὔβιοτος καὶ πολύτεκνος, τὸν δὲ πόδα χωλός ἐστι Et ſane R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Tol. Salm. Chiffl. ceteraque omnia fere exemplaria hic *aegithum* agnoſcunt. Quo digna plagis audacia eorum videatur eſt, qui ſpreta codicum omnium fide, *ex iis circon*, reſcribere, expuncta legitima voce *aegithum*, maluerunt: et quae ad vnam auem pertinent, ad alterum temere transferre. Aegithus, vt in prioribus Notis indicauimus, de nomine nobis ſolummodo eſt cognitus. Circum gloſſae Philoxeni falconem vocant: Κίρκος, *falco*: eſt autem Falco accipitris genus, noſtris *un Faucon*, cuius diuerſae ſpecies a V. Cl. Du Cangio fere enumerantur, in Gloſſario, verbo *Falco*. H.

n. Nuptialibus negotiis) Nuptias aduocatis duobus auſpicibus, et totidem ſignatoribus, ſpondebant ſtipulabanturque noctu, ac interdum luce prima diei, magna cautione, id ne fieret motu caeli, aut terrae, caelo turbato, inquieto, procelloſoque die, publicis feſtis, Lemuriis, quibus occiſi Remi vmbra placabatur, feralibus, ſiue parentalibus, ancilibus nondum conditis, poſtridie nonas, idus, calendas, quoniam ii dies atri ſunt. Macrob. Alex. ab Alex. cap. 5. II. Plautus in Prologo Caſinae: *Argentum ſi quis dederit, vt ego ſuſpicor, Vltro ibit nuptum, non manebit auſpices.* Dalecamp.

o. Triorchem) Is eſt, quem Gallorum aucupia *Milan* appellitant; quem Latine perperam vulgus ſcriptorum miluum interpretatur. Nam ἰκτῖνος Graecorum miluus noſter eſt, quem *Regalem Milanum* vocant, vt monet Scaliger

cipatum in auguriis [1]Phemonoë dedit: buteonem hunc appellant Romani, familia etiam *p.* [2] ex eo cognominata, quum prospero auspicio in ducis navi sedisset. [3]Epileum *q.* Graeci vocant, qui solus omni

1. Phoemonoë, Gr. et Al. 2. *ex eo, in M. d.* 3. *Epilaeon. M. Epilaeum. Ch. Vide Annot. Aesalona Graeci vocant Gr. et Al.*

liger in Comm. ad Arist. p. 248. Buteoni color niger est, miluo fuluus. De numero testium, suffragatur Plinio Aldrouandus, qui se totidem in dissecto buteone deprehendisse scribit. Τριόρχης καὶ κράτιστος τῶν ἱεράκων Aristoteli est. H.

p. Familia etiam) M. Fabius Buteo a Liuio nominatur lib. XXIII. et a Plutarcho in Fabio Maximo. Post Cannensem pugnam dictatores fuisse M. Iunium, et hunc Buteonem annalibus cognitum est. Buteonis oratoris meminit Seneca in controuersiis. Agathoclem κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν κοινὸν πόρνον, Theopompus vocatum fuisse τριόρχην scribit Rhod. cap. 4 lib. XXIV. Buteonis auspicium felix. Alex. ab Alex. cap. 13. V. *Dalec.*

Familia) Buteonum familia, quae gentis Fabiae fuit. Ex ea Buteo declamator apud Senecam Patrem, controu. 13. p. 123. aliique, apud Liuium, et Plutarchum. H.

q. Aesalona) Αἰσάρονα, vocat Hesychius. Vetusta duo exemplaria habent, *Epileion Graeci, etc.* Est autem ἐπίλειος, ἐπιχώριος, indigena, et qui minime abit. *Turneb.* Leios Arist. accipitris genus. De triorche tamen, vel, vt alii legunt, *Hypotriorche*, scribit Aristot. ὅτι διὰ πάντος φαίνεται. Postea cap. 74. Aesalon parua auis dicitur. Vide locum. *Dalec.*

Epileum) Vide N. et Em. N. XV. (paulo p.) Nostris, *l' Emerillon. Epileum)* Grassata hoc loco maxime est emendandi prurigo: quum enim *Epileum* R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Lugd. Chiffl. Tol. Salm. aliaque omnia habeant, *Aesalona* pro *Epileo* substituere haud veriti sunt, quum de aesalone Plinius alio loco, ceu diuersi plane ab accipitre generis, agat, inter paruas aues, et coruo inferiores magnitudine: s. 95. Philosopho subscribente. Et vero quum inter accipitris species λεῖος a Philosopho censeatur, quidni ceu subalternum genus quoddam fuerit ἐπίλειος, quemadmodum sub triorche, ὑποτριόρχης sub-

omni tempore apparet: ceteri hieme abeunt. Distinctio r. generum ex auiditate. Alii non nisi ex terra rapiunt [1] auem: alii non nisi circa arbores volitantem: alii sedentem in sublimi: aliqui volantem in aperto. Itaque et columbae nouere ex iis pericula, visoque consídunt, vel subuolant, contra naturam eius auxiliantes sibi. In insula Africae Cerne in Oceano accipitres s. totius [2] Masaesyliae ss. humi fetificant: nec alibi nascuntur, illis assueti gentibus.

X. [3] In Thraciae parte super Amphipolim t. homines atque accipitres societate quadam aucupantur.

1. *Columbam. Ex Arist.* 2. *sic et Ch. Massyliae Gr. et Al.* 3. *Cedropolim. Arist.*

subbuteo ibidem nominatur? Eum esse certe, quem nostri vocant *Emerillon*, ex ea dumtaxat nota nunc effici volumus, quam Plinius affert, quod omni videlicet tempore apparet: quamquam et de buteone id quoque Philosophus asseuerat, H. A. L. VIII. c. 6. p. 882. H.

r. *Distinctio)* Haec totidem verbis Arist. H. A. L. IX. c. 47. p. 1080. Multo vero elegantius et accuratius Budaeus haec genera accipitrum persequitur, in Annot. ad Pand. p. 162. H.

s. *In Oceano accipitres totius Massyliae humi fetificant)* Apographon Toletanum non *Massyliae* legit, sed *Masaesyliae*, rectius. Est enim *Masaesylia* Africae regio: contermina duabus Mauritaniis, auctore Stephano et reliquis. Sunt et Massyli gens Libyae. Sed prior lectio magis casta, quamuis aliter putet Hermolaus. Scribendum autem *Masaesylia* per simplex vtrobique *s*, et *ae*, diphthongon in secunda, ex eodem Stephano. *Pint.*

ss. *Masaesyliae)* Vide N. et Em. N. XVI. (hic adi.) *Masaesyliae)* Sincera haec lectio est codicum omnium MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. vbi *Massyliae* habent. Sed sunt diversae regiones, vt in quinto diximus. H.

t. *In Thraciae parte super Amphipolim, etc.)* Exstat et id apud Aristot. libro περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. At in historia animalium sic scribit: ἐν δὲ τῆς Θράκης καλουμένῃ ποτὲ

tur. Hi ex ſiluis et arundinetis excitant aues: illi ſuperuolantes deprimunt. Rurſus captas aucupes diuidunt cum iis. Traditum eſt, miſſas in ſublime [1] ſibi excipere eos: et quum tempus *u.* ſit capturae,

1. *Ibi. M.*

ποτὲ Κεδροπόλει, ἐν τῷ Ἕλει θηρεύουσιν ἄνθρωποι τὰ ὀρνίθια κοινῇ μετὰ τῶν ἱεράκων. Dalec. *In Thraciae parte ſuper Amphipolin, homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur)* Hermolaus *Cedropolin*, non *Amphipolin* probat, ex Ariſtotelis libro nono cap. 36. ſic prodentis, *Thraciae parte, quae olim Cedropolis vocabatur, homines ſocietate accipitrum per paludes aucupantur.* Sed poteſt ſuſtineri *Amphipolin*, ex eodem Ariſtotele, circa Amphipolin contigiſſe hoc ſcribente in libro De admiranda auditione. Cuius operis teſtimonio vti, cur vitauerit Hermolaus non intelligo. An quod Theophraſti non Ariſtotelis putabat? at citaſſet Theophraſtum, ſunt enim argumenta quae Theophraſti eſſe ſuadeant. An quod neutrius eſſe duxit? at is error eſt manifeſtarius. Nam praeterquam quod dicendi character Ariſtotelem plane refert, apud Stephanum familiarem ſuum legiſſe Hermolaus potuit, non ſemel eam conſcriptionem pro Ariſtotelica citari. In eo igitur ſiue Theophraſti, ſeu Ariſtotelis opere verba haec leges: *In Thracia ſuper Amphipolin contingere monſtroſum quoddam narrant, ſupra quam credi queat ab his, qui experti non ſunt. Prodeuntes enim pueros ex vicis regionibuſque finitimis ad aucupium auicularum in ſocietatem accipitres aſſumunt, etc.* Pint.

In Thraciae parte) Iisdem plane verbis haec recitat Auctor libri de mir. Auſc. p. 1162. Περὶ δὲ τὴν Θράκην τὴν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως, etc. Porro haec de circo, qui accipitrum generis eſt, et ab Euſtathio in Odyſſeam *υ*, p. 1734. εἶδος ἱέρακος vocatur, Phile refert, L. de propr. anim. c. de circis, p. 56. Vide et Aelian. H. A. L. II. c. 42. H.

u. Et quum tempus etc.) Si haec verba ad aues referantur, non conueniet Plinio cum Ariſtotele. Quapropter ne diſcrepent inter ſe hi duo ſcriptores, quorum iuniorem ab antiquiore mutuatum eſſe, in aperto eſt, legendum duxerim non *clangore*, ſed *clamore*, nec *volatus*, ſed *vocatus*, et *inuitari*

rae, clangore ac volatus genere inuitare ad occasionem. Simile quiddam *x.* lupi [1] ad Maeotin paludem faciunt. Nam nisi partem a piscantibus suam accepere, [2] expansa eorum retia lacerant. Accipitres *y.* auium non edunt corda. Nocturnus *z.* accipiter [3] cymindis vocatur, rarus etiam in siluis, interdiu minus cernens. Bellum [4] internecinum gerit cum aquila, cohaerentesque saepe [5] prehenduntur.

XI.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. apud M. Gr. et Al.* 2. *expassa. V.* 3. *cypindis. Ch. hyberis. Arist.* 4. *internecium. Ch.* 5. *prenduntur. Ch.*

vitari potius quam *inuitare*, vt totam rem ad pueros, non ad aues referas. Aristoteles id demonstrat loco citato *Hoc*, inquit, *faciunt sic: Quum peruenerint ad locum opportunum vocant accipitres, nominatim clamantes. Illi voce puerorum audita aduolant, auiculas in frutices compellunt. Ibi pueri lignis percutientes comprehendunt, et quod prae omnibus admirationem auget, accipitres quum aliquam cepere auicularum, eam aucupibus proiiciunt. Pueri peracta captura, ex omni praeda certa parte illis impertita abscedunt.* Pint.

x. Simile quiddam) Arist. l. c. p. 1081. Stephanus de Vrb. p. 407. et Aelian. de H. A. L. VI. c. 65. Irridet Albertus et fabulam putat. Non tamen superat fidem aut retia lupos lacerare, odore solicitatos: aut iisdem parcere, si pabulum sibi relictum sentiant. H.

y. Accipitres) Arist. H. A. L. IX. c. 15. p. 1043. Negat autem id esse verum Alb. M. L. VIII. tr. 2. c. 3. p. 254. In Alberti sententiam concedit Aldrou. Ornith. L. IV. p. 290. qui corda auium ab accipitre depasta, quae ipse porrexerat, vidisse testatur: et Scalig. ad L. II. Arist. p. 249. Agebat forsassis tum auem eam vehementior fames. H.

z. Nocturnus) Haec habet Arist. Hist. L. IX. c. 17. p. 1046. In Aquilarum genere censeri ab eodem Philosopho videtur, c. 41. p. 1072. accipitris magnitudine p. 1046 De eo multa Eustath. in Iliad. ξ'. p. 986. Bellonio, L. II. c. 37. *Faucon de nuit.* H.

XI. (IX.) Coccyx ex accipitre a. videtur fieri b., tempore anni figuram [1] mutans, quoniam tunc non apparent reliqui, nisi perquam paucis diebus: [2] ipse quoque modico tempore aestatis visus non cernitur postea. Est autem neque aduncis vnguibus solus accipitrum, nec capite similis illis, neque alio quam colo-

1. *Mutante, q. t. n. apparet, vt nec quidem reliqui. ex Arist.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. ipseque modico tempore Gr. et Al.*

a. *Coccyx ex accipitre videtur fieri)* Cucullum ex accipitre fieri, qui in cuculli formam sit mutatus, nonnulli putant, quoniam is accipiter, cui similis est, nusquam accipitur, quum cucullus apparet: Ceterum nec reliqui quidem accipitres tum videntur (ouis edendis et incubandis in solitudinibus occupari) quum cucullus canere incipit, nisi perquam paucis diebus Arist. cap. 7. lib. V. histor. Haec Plinius confuse et obscure. Accipitrum minimo (hic Gallice *Emerillon*) magnitudine et volatu, cucullum similem esse ibid. Arist. tradit. Cucullum veteres per conuicium et opprobrium, fatuum stolidum, insipientem vocaverunt. Horat — — *magna compellans voce cucullum.* Plaut in Asinaria: *At etiam cubat cucullus: surge amator, domum.* In Mercat. — — *huic vero, vt mero cucullo, Id certum est, mentiri ampliter.* In Pseud. *Quid fles cuculle? viues.* In Persa: *S. Caedere tu hodie restibus. P. tua quidem, cuculle, causa.* In Trinummo: *Ibi ille cucullus: Ocelle mi, fiat et istud.* Vide infra cap. 26. lib. XVIII. *Dalec.*

Coccyx) Latinis, *cuculus*, Gallis *Coucou.* Haec sunt totidem verbis apud Arist. H. A. L. VI. c. 6. p. 666. Expressit ex eodem Philosopho Alb. M. de anim. L. VI. tr. 1. c. 6. p. 196. et 197. H.

b. *Videtur fieri)* Falsa haec animos hominum, iam ab ipsis Aristotelis temporibus, insedit opinio, cuculum esse spurium saltem accipitris genus: hoc vno edito in vulgus argumento, quoniam accipitrem eum cui similis est, nusquam capi aiunt, quum cuculus apparet. Sed hanc opinionem multis conuellit argumentis Philosophus, l. c. quibus adde quae de vpupa dicturi sumus, §. 44. H.

colore, [1] ac rictu columbi *c.* potius. Quin et absumitur *d.* ab accipitre, si quando vna apparuere: sola omnium auis a suo genere interemta. Mutat autem *e.* et vocem: procedit vere, occultatur Caniculae ortu: semperque *f.* parit in alienis nidis, maxime palumbium *g.*, maiori ex parte singula oua, quod nulla alia auis: raro bina. Causa *h.* subiiciendi pullos putatur, quod sciat se inuisam cunctis auibus: nam [2] minutas quoque infestant: ita non fore tutam generi suo stirpem opinatur, ni fefellerit: quare nullum facit nidum, [3] alioqui trepidum animal. Educat ergo *i.* [4] subditum *k.* adulterato feta nido. Ille

1. *Aspectu. Alii, ac visu. M. ac victu. Ch.* 2. *minuta. M. Alii, minutae, ex V. et Arist.* 3. *alioquin. Gr.* 4. *subditium. D.*

c. Ac rictu columbi, etc.) Vetus lectio, *ac victu columbi potius:* vt intelligamus, eam et leguminibus vesci, praeter reliquorum accipitrum morem. *Gelen.* *Ac rictu columbi potius) Ac visu columbi potius,* exemplar Salmanticense. Scribendum reor, *Ambobus columbi potius* [scil. vnguibus et capite.] ex Aristotele libro sexto capite septimo, *Est,* inquit, *neque aduncis vnguibus vt accipiter, neque capite accipitri similis, sed ea vtraque parte columbum potius quam accipitrem repraesentat, neque alio quam colore imitatur accipitrem.* Pintian.

Ac rictu) Alii *ritu*, hoc est moribus, alii *victu* legunt. Nos rictum defendimus. Est autem rictus pars illa rostri intima, quae oculis propior est, et carne vestitur, qua rostrum maxillis et collo committitur. Haec in diuersis auibus diuersi coloris esse solet. In cuculo luteus rictus est. Fauet huic lectioni Albertus, de anim. L. VI. tr. 1. c. 6. p. 196. H.

d. Quin et absumitur) Arist. p. 667. H.

e. Mutat autem) Arist. H. A. L. IX. c. 75. p. 1166.

f. Semperque) Aristot. Hist. L. VI. p. 667. et L. IX. c. 37. p. 1065. aliique permulti, quos laudat Bochart. de anim. P. II. L. I. c. 12. p. 88. H.

g. Maxime palumbium) Aristoteles περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dalec.*

h. Causa) Arist. ll. cc. H.

i. Educat ergo subditum) De

Ille auidus ex natura, praeripit cibos reliquis pullis, itaque pinguescit, et nitidus in se nutricem conuertit: illa gaudet eius specie, miraturque sese ipsam, quod talem pepererit: suos comparatione eius damnat, vt alienos, absumique etiam se inspectante patitur, donec corripiat *l.* ipsam quoque iam volandi potens. Nulla [1] tunc *m.* auium suauitate carnis *n.* comparatur illi.

XII. (X.) Milui *o.* ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notatum in his, rapacissimam et famelicam semper alitem *p.* nihil esculenti rapere vmquam ex funerum ferculis *q.*, nec Olym-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. tamen M. nulla tum Gr. et Al.*

De Curruca audienda sunt haec omnia in cuius nido saepe Cucullus oua parit. *Dalec.*

Educat ergo) Curruca scilicet, *la Fauvette*, Graecis ἐπιλαΐς, vel ὑπολαΐς, aut alia quaeuis auis, cuius in nido cucculus oua parit. Sic Arist. p. 668. Τίκτει δὲ καὶ ἐπὶ τῇ τῆς ὑπολαΐδος νεοττείᾳ· ἡ δὲ ἐκλέπει καὶ ἐκφέρει. Sic auct. L. de mir. Ausc. p. 1150. H.

k. Subditum) Siue subdititium: Aristoteli, ὑποβολιμαῖον. H.

l. Donec corripiat) Non est haec clausula apud Aristotelem. H.

m. Nulla tunc) Arist. L. VI. p. 668. H.

n. Suauitate carnis) Pinguis et suauis saporis est. Aristot. *Dal.*

o. Milui) Ἰκτῖνες Graeci, nostri *Milanos regales* vocant: etiam Miluios Latini, in primisque Phaedrus, L. I. fab. vlt. H.

p. Famelicam semper alitem) Plaut. in Menaech. *miluina mensa:* quae cum auiditate maxima deuoratur: *Madida quae mihi apposita miluinam mensam suggerant.* In Pseudo idem: *An inuenire postulas quemquam coquum, Nisi miluinis aut aquilinis vngulis?* Idem perquam lepide in Poen. *Tene sis me arcte mea voluptas: male ego metuo miluom: mala Illa bestia est, ne forte me auferat pullum tuum.* Idem: *Vidi petere miluum, etiam cum nihil auferret tamen.* Dal.

q. Ex funerum ferculis) In funeribus coena lauta apparabatur, quam ad rogum delatum cum defuncto cremarent. Virg. — — *congesta*

Olympiae *r.* ex ara. Ac ne ferentium quidem manibus, nisi lugubri municipiorum immolantium ostento. Iidem videntur artem gubernandi docuisse *s.* caudae flexibus, in caelo monstrante natura, [1]quod opus esset *t.* in profundo. Milui et ipsi *u.* hibernis mensibus latent, non tamen ante hirundinem abeuntes. Traduntur *x.* autem et a solstitiis affici podagra.

XIII. (XI.) Volucrum prima distinctio pedibus maxime constat. Aut enim aduncos vngues *y.* habent,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Cb. quo. V. quid Gr. et Al.*

gesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo. Apuleius 4. Florid. *Exclamauit hominem viuere: procul ignes amolirentur: rogum demolirentur: coenam feralem a tumulo ad mensam inferrent.* Silicernium ea dicitur, quod silentes vmbrae eam cernant, vel quod qui adstant, cernant, non attingant. Nam diis inferis libata qui edisset, vel bibisset, funestabatur. *Dal.*

r. Nec Olympiae) Pausan. in Eliac. prior. Aelian. H. A. L. II. c. 47. Antigon. in Hist. mir. c. 10. ex Theopompo. H.

s. Videntur artem gubernandi docuisse) Circaneam auem nominarunt ideo veteres, quod oberret semper, agros circando, κυκλεύουσα, περινοστοῦσα, περιδεύουσα. *Scalig. in Tibullum.*

t. Quod opus esset) Quod adhiberi opus esset in mari: nempe temonem siue clauum, quem quum nautae huc illuc contorquent, vt milui caudam, nauim, quo lubet, impellunt. H.

u. Milui et ipsi) Arist. H. A. L. VIII. c. 21. p. 935. H.

x. Traduntur) Festiuo stilo ac simplici Albert. L. XXIII. de anim. c. 24. p. 641. *Miluus,* inquit, *auis est nota, magnitudine accipitris, rufa pennis, aduncorum vnguium. — Haec auis guttosa est, et podagram patitur, et ideo timida est: et propter hoc latet aliquando . . . Circa solstitia latet frequentius, quia tunc magis est podagricus, et guttosus.* H.

y. Aduncos vngues) Nostris, *la liaison crochue.* Digiti ipsi earum auium, *les serres.* Hae fere carniuorae sunt: aquila, accipiter, miluus, cornix, picus, aliaeque, quibus aduncum pariter rostrum est. H.

bent, aut digitos *z.*, aut palmipedum *a.* in genere ſunt, [1] vti anſeres et aquaticae fere aues. Aduncos *b.* vngues habentia, carne tantum veſcuntur ex parte magna. *c.*

XIV. (XII.) Cornices et alio [2] pabulo: vt quae duritiam nucis *d.* roſtro repugnantem, volantes in altum in ſaxa tegulaſue iaciunt iterum ac ſaepius, donec quaſſatam perfringere queant. Ipſa ales eſt inauſpicatae garrulitatis *e.*, a quibuſdam *f.* tamen lauda-

1. Vt Ch. 2. ſic em. ex MSS. Hard. pabulo, vt quae dur. etc. iaciant: V. Pint. et Ch. lego, vt quae duritie nucem. pabulo. Atque duritiem Gr. et Al.

z. *Aut digitos*) Aduncos, vt gallinae. *Dalec.*

Aut digitos) Teretes ſcilicet ac rotundos: quales ſunt oſcinibus, et iis quae grana veſcuntur. Vt enim Plinius idem ſcribit, ſect. 21. in ſecundo ordine (nempe digitatarum auium) oſcines ſunt aliteſque: illarum generi cantus oris: his magnitudo differentiam dedit. H.

a. *Palmipedum)* Στεγανόποδες Graecis dicuntur, quae planos et ad palmae ſimilitudinem pedes habent. H.

b. *Aduncos)* Ariſt. H. A. L. VIII. c. 6. p. 882. H.

c. *Ex parte magna)* Ariſt. cap. 3. lib. VIII. hiſt. *Dal.*

d. *Vt quae duritiam nucis)* Hinc illud cornicis conſilium apud Phaedr. L. II. fab. 6: *Aquila in ſublime ſuſtulit teſtudinem, Quae quum abdidiſſet corneâ corpus domo, Nec vllo pacto laedi poſſet condita, Venit per auras cornix, et propter volans: Opimam ſane praedam rapuiſti vnguibus, Sed niſi monſtraro quid ſit faciendum tibi, Graui nequicquam te laſſabis pondere. Promiſſa parte, ſuadet vt ſcopulum ſuper Altis ab aſtris duram illidat corticem, Qua comminuta facile veſcatur cibo. Inducta verbis Aquila, monitis paruit, etc.* H.

e. *Ipſa ales eſt inauſpicatae garrulitatis)* Hinc *cornicari* Perſio, preſſa et ſtrangulata voce muſſitare. Satyr. 5. *Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.* Cornicem humanum ſermonem diſcere monſtrat hic verſus Papinii in Siluis: *Quaeque refert iungens iterata vocabula cornix.* Dalec.

f. *A quibuſdam tamen laudata)* Quoniam magna ſit in eo auis genere concordia maris et feminae, et ab iis perpetua ſeruetur coniugii lex

laudata. Ab Arcturi sidere *g.* ad hirundinum adventum notatur eam in Mineruae lucis templisque raro, [1] alicubi omnino non aspici, sicut Athenis. *h.* Praeterea *i.* sola haec etiam volantes pullos aliquamdiu pascit: inauspicatissima fetus tempore, hoc est, post solstitium.

XV. Ceterae omnes ex eodem genere *k.* pellunt nidis pullos, ac volare cogunt, sicut et corui: qui

C 2 ipsi

1. *Alibi M.*

lex ac fides: quamobrem solitariae cornicis occursus malum omen facit, et in nuptiis auspicato societatis praesagio accinebatur, ἐκκόρει κορὴ κορώνην. Ex Aeliano III. De animal. Oro, Apolline, Gregorio Nazianzeno, Politianus in Miscellaneis. Rhod. cap. 18. XXIX. Had. Iun. cap. I. lib. I. Alex. ab Alex. cap. 5. II. *Dalec.*

A quibusdam) Qui cornicis auguria e re consulentium maxime esse censebant, praesertim quum laeua essent: id enim cornici, ceu dotem aliquam eximiam concessam a Diuis narrat Phaedrus, dum sic compellari pavonem a Iunone fingit: *Tibi forma, vires aquilae, luscinio melos, Augurium coruo, laeua cornici omina.* Quod et Virg. confirmat, Ecl. I. *Saepe malum hoc nobis, si mens non laeua fuisset, Saepe sinistra caua praedixit ab ilice cornix.* Et Cicero de Divin. L. I. n. 85. *Cornicem a laeua ratum*, hoc est, prosperum et certum facere augurium scripsit. Denique Petr. Blesensis, ep 65. *Qui de iocundo gloriantur hospitio, si a sinistra in dexteram auis Sancti Martini volauerit*, etc. Sic cornicem scilicet Galli veteres appellabant. Vide Glossarium Du Cangii, verbo *Auis.* H.

g. Ab Arcturi sidere) Ab Arcturi exortu matutino, qui in Attica Nonis Septembris, vt Auctor est idem Plinius, L. XVIII. s. 74. ad hirundinis visum, qui VIII. Calendis Martii notatur, s. 65. eiusdem libri. H.

h. Sicut Athenis) In arce, ἐν ἀκροπόλει, numquam aspici, auctor est Aristoteles, apud Aelianum, H. A. L. V. c. 8. Apollon. Hist. comm. c. 8. Antigonus, hist. mir. c. 12. H.

i. Praeterea) Arist H. A. L. VI. c. 6. p. 665. Basilius quoque in Hexaem. hom. 8. p. 106. H.

k. Ceterae ex eodem genere) Nempe quae sunt aduncis vngui-

ipsi non carne tantum [1] aluntur, sed robustos *l.* quoque fetus suos fugant longius. Itaque paruis *m.* in vicis [2] non plus bina coniugia sunt: circa Cranonem *n.* quidem Thessaliae [3] singula *o.* perpetuo: genitores soboli loco cedunt. *p.* Diuersa in hac, [4] ac supradicta alite quaedam. Corui ante solstitium generant, iidem aegrescunt sexagenis diebus, siti maxime *q.*, antequam fici coquantur autumno. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. Corui *r.* pariunt

1. *alunt. M.* 2. *non plus quam. V.* 3. *ita singula. V.* 4. *et Gr. et Al.*

vnguibus, πάντες, ὡς εἰπεῖν, οἱ γαμψώνυχες, inquit Arist. l. c. H.

l. Sed robustos) Arist. Hist. L. IX. c. 40. p. 1064. Aelian. H. A. L. II. c. 49. H.

m. Itaque paruis in vicis non plus bina coniugia sunt) Bina coniugia, quatuor faciunt coruos: nam singula ex binis constant coruis, mare et femina. At Aristoteles non quaternos morari coruos in paruis vicis ait, sed binos tantum. Ergo hic, *vna* legendum erit, non *bina.* Verba Aristotelis sunt libro nono capite XXXI. *Corui vicis arctioribus et vbi non satis cibi sit pluribus, duo tantum incolunt.* Et in lib. de Admiranda auditione idem accidere circa Cranonem Thessaliae vrbem confirmat, quod statim Plinius refert. Posset etiam legi, *Binûm coniugia,* eodem sensu. *Pint.*

Itaque paruis) Arist. p. 1068. ἐν τοῖς μικροῖς χωρίοις, in paruis regionibus, non bina coniugia, quae quaternis constare coruis oportet, sed binos omnino coruos degere ait solere, Aelianus item ex ipso, l. c. H.

n. Circa Cranonem) Auctor Libri de mirab. Ausc. p. 1163. Stephanus item, p. 384. ex Callimacho in Mirab. et Theopompo. H.

o. Singula) Coniugia nimirum: coruus mas, et femina: δύο κόρακες μόνοι, inquit Stephanus. H.

p. Genitores soboli loco cedunt) Arist. περὶ θαυμασ. ἀκεσμ. *Dalec.*

q. Siti maxime) Aelianus, H. A. L. I. c. 47. Phile, de propr. anim. et Eratosthenes in καταστερισμοῖς, p. 14. vbi Aristotelem laudat auctorem, ἐν τοῖς περὶ θηρίων. De ea re iterum, L. XXIX. s. 13. H.

r. Corui pariunt) Arist. Hist. L. IX. c. 40. p. 1068. H.

pariunt cum plurimum quinos. Ore eos *s.* parere aut coire vulgus arbitratur: ideoque *t.* grauidas, ſi ederint coruinum ouum, per os partum reddere: atque in totum, difficulter parere, ſi tecto inferantur. Ariſtoteles negat, non hercule magis, quam in Aegypto ibim *u.*: ſed illam exoſculationem, quae ſaepe cernitur, qualem in columbis, eſſe. Corui in auſpiciis ſoli videntur *x.* intellectum habere ſignificationum ſuarum. Nam quum [1] Mediae *y.* hoſpites

1. *Medi. M.*

s. Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur) Inde fellatores appellarunt. Martialis: *Corue ſalutator, quare fellator haberis? In caput intrauit mentula nulla tuum.* Ab Anaxagora id quidem fuit proditum, quod Ariſt. libro De animalibus ſimul et ridet, et refutat. Rhodig. cap. 25. XIX. *Dal.*

Ore eos) Ariſt. de gen. anim. L. III. c. 6. id tamquam fabuloſum ridet, ac refellit. H.

t. Ideoque grauidas, ſi ederint coruinum ouum) Recte Plinius dixit vulgus id arbitrari. Eſt enim hoc fabuloſum. *Dal.*

Ideoque) Recte id Plinius monet fabulis accenſendum. Repetit iterum nihilominus, L. XXX. ſ. 44. H.

u. In Aegypto ibim) Id vero de ibi, quod Plinius negat eſſe verum, et merito, Aegyptios crediſſe, auctor eſt praeter Ariſt. l. c. Aelian. H. A. L. X. c. 29. Plinii quoque interpres Solinus, de ibi idem aſſeuerat, c. 32. p. 61. H.

x. Corui in auſpiciis ſoli videntur, etc.) Alexandro Babylonem ingreſſuro, et Ciceroni fugienti ii obſtrepentes, mortem imminere ſignificarunt. Alex. ab Alex. cap. 13. V. *Dalec.*

Corui in auſpiciis) Vanitas augurum auſpicia coruorum fauſta a dextra: a laeua, infauſta iactabat. Euclio ſenex infelix apud Plaut. in Aulul. Act. IV. ſc. 3. *Non temere eſt, quod coruus cantat mihi nunc ab laeua manu, Semel radebat pedibus terram, et voce crocibat ſua.* H.

y. Nam quum Mediae hoſpites occiſi ſunt) Sumtum hoc ex Ariſt. lib. IX. hiſtor. Περὶ δὲ τὸν χρόνον ἐν ᾧ ἀπώλοντο οἱ Μηδείȣ ξένοι ἐν Φαρσάλῳ ἐρημία ἐν τοῖς περὶ Ἀθήνας καὶ Πελοπόννησον ἐγένετο κοράκων, ὡς ἐχόντων αἴσθησίν τινα τῆς παρ᾽ ἀλλήλων δηλώσεως: quo

tes occiſi ſunt, omnes e Peloponneſo et Attica regione [1] volauerunt. Peſſima eorum ſignificatio z., quum glutiunt vocem velut ſtrangulati.

XVI. Vncos vngues et nocturnae aues habent, vt noctuae, bubo, vlulae. Omnium horum hebetes interdiu oculi. Bubo *a.* funebris, et maxime abominatus publicis praecipue auſpiciis, deſerta incolit: nec tantum deſolata, ſed dira etiam et inacceſſa: noctis monſtrum, nec cantu aliquo [2] vocalis, ſed gemitu. *b.* Itaque in vrbibus *c.* aut omnino in [3] luce viſus, dirum oſtentum eſt. *d.* Priuatorum

1. *Aduolauerunt. V.* 2. *vocali. M.* 3. *luco. Pint.*

quo loco Vict. cap. 2. XXXVII. ξένας vertit, non *hoſpites*, vt Plinius, ſed *milites externos mercede conductos*, legendumque putat, δηλώσεως, non ἐδηδώσεως, intellectum ſignificationis habere, non pabuli. *Dal.*

Nam quum Mediae) Quo tempore, inquit Philoſophus, L. Hiſt. c. 40. p. 1069. οἱ Μηδεῖς ξένοι, Mediae cuiuſdam hoſpites in Pharſalo interiere, reliquere corui terram Atticam, et Pelóponneſum, quaſi ſenſu quodam perciperent rerum viciſſitudines: ὡς ἐχόντων αἴσθησίν τινα τῆς παρ᾽ ἀλλήλων δηλώσεως. H.

z. *Peſſima eorum ſignificatio*) Tempeſtatum atrocium. Infra lib. XVIII. cap. vltimo. *Dal.*

Peſſima) Vt corui ſingultu ac voce praeſagiant tempeſtatem, dicetur, L. XVIII. ſ. 87. H.

a. Bubo) Noſtris *Hibou*, *Chat-huant*, et *Grand-Duc*, Graecis, βύας. Similem eſſe noctuae ſcribit Ariſt. H. A. L. VIII. c. 6. p. 883. magnitudine tamen haud inferiorem aquila. H.

b. Sed gemitu) Hinc illud Senecae, in Herc. Fur. Act. III. v. 686. *Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.* Et Virg. Aen. L. IV. v. 462. *Seraque culminibus ferali carmine bubo Viſa queri, et longas in fletum ducere noctes.* H.

c. Itaque in vrbibus) Inter prodigia bubonem viſum captumue ſaepius commemorat Iul. Obſequens, L. de prodig. c. 106. et 107. etc. H.

d. In luce viſus, dirum oſtentum eſt) Eius tamen conſpectus Agrippae captiuo regnum Iudaeorum portendit. Alex. ab Alex. lib. V. cap. 13. *Dal.*

rum domibus insidentem [1] plurimum scio non fuisse feralem. Volat numquam, quo [2] libuit, sed transversus aufertur. Capitolii cellam ipsam intrauit Sex. [3] Palpelio Histro *e.*, L. Pedanio Coss. propter quod Nonis Martiis Vrbs lustrata est eo anno.

XVII. (XIII.) Inauspicata est et incendiaria auis *f.*, propter quam saepenumero *g.* lustratam Vrbem in Annalibus inuenimus, sicut L. Cassio *h.*, C. Mario Coss. quo anno et bubone viso lustrata est. Quae sit auis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam esse quaecumque apparuerit carbonem ferens *i.* ex aris vel altari-

C 4

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Parm. et Ch. plurimis Gr. et Al.* 2. *libet. M.* 3. *sic et Ch. Papelio Istro Gr. et Al.*

e. Palpelio Histro) Quo anno Consulatum hi gesserint, incompertum est. Vide N. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Palp.*) In libris hactenus editis, *Papellio Istro.* Rectius fortassis MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *Palpellio Histro.* Legitur apud Gruter. p. 447. SEX. PALPELIO. P. F. VEL. HISTRO. LEG. TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. PRO. COS. De Pedanio quoque mentio ibidem, p. 448. Sed suspectae nobis haud immerito inscriptiones eae sunt. H.

f. Incendiaria auis) Incendiaria auis, ambustanea, quae circa busta versabatur. Ea si, vt inquit Seruius, de busto sudem ad tectum detulisset, incendium portendebat: si cuius aedes insedisset, et vocem misisset, significabat mortem. Vide Scalig. in Festum, voce Bustum. *Dalec.*

g. Saepenumero) Iul. Obsequens, c. 99. *C. Sergio Galba, M. Scauro CoSS. Auis incendiaria, et bubo, in Vrbe visae.* Et c. 111. *C. Laelio, L. Domitio CoSS. auis incendiaria visa occisaque.* De lustrationibus veterum dicemus, L. XXV. s. 59. H.

h. L. Cassio) Primus hic fuit C. Marii Consulatus, quo L. Cassium Longinum collegam habuit, A. V. DCXLVII. vt quidem Fasti habent. H.

i. Carbonem ferens) Id frequenter miluo contingebat, arreptis extis ex focis sacris, simul vt carbones auferret. Exstat fabula, qua narratur, quum

taribus. Alii [1] spinturnicem *k.* eam vocant: sed haec ipsa quae esset inter aues, qui se scire diceret, non inueni. (XIV.) [2] Cliuiam quoque auem *l.* ab antiquis nominatam, animaduerto ignorari. Quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam. *m.* Et

1. *Spintharigem*, σπινθάριγα. *in quibusdam exemplaribus corrupte* σπίνδασις. 2. *sic et Ch. Cliuinam Gr. et Al.*

quum nidum ablato sic igne miluus incendisset, exprobratam ei a matre Deorum iram, et vltionem, disturbatis sacris. Et de coruo Plutarchus: Σκήνη Ῥωμύλȣ ἐκαύθη, κοράκων κρέα ἐς αὐτὴν ἐκ βωμȣ̃ τινος ἔμπυρα ἐμβαλλόντων. *Aedes Romuli vsta est, coruis carnes ignitas ex ara quadam in eam proiicientibus.* H.

k. Spinturnicem) Ἀπὸ τȣ̃ σπινθῆρος, a scintilla, siue igniculo, quem auis deferret, quaecumque ea esset, incendiaria ea, siue bustuaria dicebatur. H.

l. Cliuinam quoque auem) Cluinam, (a cluendo, id est, clamando.) Festo auis certa non est, sed quaecumque in auspiciis voce aliquid fieri prohibet. *Dalec.*

Cliuiam) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic adi.) *Cliu.)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. In editis perperam *Cliuinam.* Non fuit id porro nomen singularis vniuscuiuspiam alitis, sed cuiuslibet potius, quae in auspiciis fieri aliquid prohiberet. Auctor ita sentiendi Festus: *Cliuia*, inquit, *auspicia dicebant, quae fieri aliquid prohibebant: omnia enim difficilia cliuia vocabant, vnde et cliui loca ardua.* H.

m. Prohibitoriam) Aues prohibitoriae σκαιαὶ ὄρνιθες, quae aliquid fieri prohibebant. Eaedem et Festo dicuntur Alterae, praesertim quum superueniunt, quae auspicio felici vitium faciant: Arculae ab arcendo: Cliuiae, quoniam cliuia, προσάντη, difficilia. Enebrae et Inebrae, quod obstaculum dant, ab inhibendo: Remores: Fecilytrae: Volsgrae, quia sese vellendo malum auspicium nuntiant. Statius: — *simul ora recuruo Vngue secant rabidae, planctumque imitantibus alis Exagitant Zephyros, et plumea pectora caedunt.* Aeschylus in Persis: Μεθύστερον δὲ κίρκον εἰσορῶ δρόμῳ Πτεροῖς ἐφορμαίνοντα, καὶ χηλαῖ κάρα τίλλοντα. *Scalig.* Est in auguriis Negritis infelix vox, qua aegritudo significatur. *Dal.*

Et apud Nigidium subis *n.* [1]appellatur auis, quae aquilarum oua frangat. (XV.) Sunt praeterea complura genera depicta in Etrusca disciplina, [2]sed vlli *o.* non visa: quae nunc defecisse mirum est, quum abundent etiam quae gula humana populatur.

XVIII. (XVI.) Externorum de auguriis peritissime scripsisse [3]Hylas nomine putatur. Is tradit noctuam, bubonem, picum arbores cauantem, [4]trogonem *p.*, cornicem, a cauda *q.* de ouo exire: quoniam pondere capitum peruersa oua, posteriorem partem corporum [5]fouendam matri applicent.

XIX. (XVII.) Noctuarum *r.* contra aues solers dimicatio. Maiore circumdatae *s.* multitudine, resupinae pedibus repugnant, collectaeque in [6]arctum, rostro et vnguibus totae teguntur. Auxiliatur accipiter [7]collegio *t.* quodam naturae, bellumque partitur. Noctuas sexagenis diebus hiemis

1. *Subter. Ch.* 2. *sic et Tol. et Pint. Seculis non visa Gr. et Al.* 3. *illas ac. Ch.* 4. *trygonam. Ch.* 5. *magis fouend. V.* 6. *arcum. Parm.* 7. *consortio. V.*

n. Subis) Ita R. 2. In R. 1. et Chiffl. *subter.* In Colb. 1. 2. et Par. *super.* H.

o. Sed vlli) Ita MSS omnes. Frustra editi, *seculis non visa.* H.

p. Trogonem) Loxiam Gesnerus vocat. *Dal.*

Trogonem) In R. 1. 2. et Chiffl. *trygonem.* Solo nomine nota auis haec est. H.

q. A cauda) Negat hoc esse de bubone verum Albert. M. L. XXIII. p. 616. de aliis item negare iure possumus, cum Aldrouando Ornith. L. VIII. c. 7. p. 548. H.

r. Noctuarum) E Gallis sunt, qui *Cheveches* appellitent: vt Scaliger, p. 251. in Arist. alii communi cum bubone nomine, (eodem enim genere continentur:) *Hibous*: Auriculas e pinnulis non habent: bubo habet. Graecis γλαὺξ noctua est. H.

s. Maiore circumdatae) Albert. M. L. XXIII. de anim. p. 643. H.

t. Collegio) Societate, consortione, communione, affinitate. H.

mis [1] cubare, et nouem voces habere *u.* tradit Nigidius.

XX. (XVIII.) Sunt et paruae aues vncorum vnguium *x.*, vt pici *y.*: Martio *z.* cognomine insignes, et in [2] auspicatu *a.* magni. Quo in genere *b.* arborum

1. *Subare.* *Cb.* 2. *auspicatis M. in auspiciis Gr. et Al.*

u. Nouem voces habere) Auspicatissimae illae fuerunt Atheniensibus. Pyrrhi regis contra Argiuos euntis hastae insidens noctua, exitii quod instabat augurium fuit Alex. ab Alex. cap. 13. V. Noctuae cantus videtur, *tu*, Syllabam exprimere. Inde festiuus iocus apud Plautum in Menaech. *Tu isthic, inquam, vin' afferri noctuam, Quae, tu, tu, vsque dicit tibi? nam nos iam hoc defessi sumus.* Dal.

Et nouem voces) Vox noctuae propria, *Tou, tou,* vnde noctua dicitur tutubare. Hinc iocus apud Plautum, in Menaechmis, act. 2. sc. 2. v. 90. ME. *Egon' dedi?* PE. *Tu, tu istic, inquam, Vin' afferri noctuam, Quae, Tu, Tu, vsque dicat tibi? nam nos iam nos defessi sumus.* H.

x. Sunt et paruae aues vncorum vnguium, vt Pici, Marcio cognomine insignes et in auspiciis magni. Quo in genere arborum cauatores scandentes in subrectum, felium modo: illi vero et supini) Locus insigniter vitiatus, ita praepostero ac luxato ordine verborum, vt non casu et temere, sed consulto, et malefico deprauandi animo factum videatur. Nos ex Aristotele libro nono, capite nono, deperditum hunc locum restitui in integrum posse speramus: sic igitur lego, *Sunt paruae aues vncorum vnguium, sed in auspiciis magnae. Quo in genere pici, Martis cognomine insignes, arborum cauatores. Illi vero et supini scandentes in subrectum stellionum modo.* Porro verbum Aristotelicum δρυοκολάπτης, Plinius *arborum cauatores* transtulit. Pint.

y. Vt pici) Picus, vt recte monet Albertus, L. XXIII. p. 644. non auis species est, sed genus: quo sub genere Martii continentur. H.

z. Martio) Quia Marti sacri, vt ait Plutarch. in Quu. Rom. p. 268. Hi vulgo in Gallia *Piverds* appellantur. H.

a. In auspicatu) Ita cum Rhenanio scribimus. In MSS. *auspicatis.* Editi, *auspiciis* exhibent. Plautus in Asinaria, act. 2. sc. 1. v. 12. inter auguria prospera haec recenset.

rum cauatores ſcandentes *c.* in ſubreptum felium modo: illi vero et ſupini, percuſſi corticis ſono, pabulum ſubeſſe intelligunt. Pullos in cauis educant [1] auium ſoli. *d.* [2] Adactos *e.* cauernis eorum a paſtore cuneos, admota quadam ab his herba, elabi creditur vulgo. Trebius auctor eſt, clauum cuneumue adactum, quanta libeat vi, arbori in qua nidum habeat, ſtatim exſilire, cum [3] crepitu *f.* arbo-

1. *Arborum. V.* 2. *Adductus*, *etc. cuneus. M.* 3. *ſtrepitu. M. et Ch.*

cenſet. *Picus et cornix eſt ab laeua*, *coruus porro ab dextera; Conſuadent.* H.

b. Quo in genere) Varia picorum genera Philoſophus enumerat, H. A. L. IX. c. 13. p. 1039. et cum eo ſatis accurate Scaliger. In his genus vnum eſt, quod formicis veſcitur, et coſſis arborum: Hos vt venetur, arbores vſque eo excauat, vt eos ſaepe deiiciat. Vnde δρυοκολάπτης dicitur, ſeu arborum cauator, quia τὰς δρῦς κολάπτει, quercus roſtro excauat. Sic praeter Ariſt. Auctor libri de mir. Auſc. p. 1151. et Plutarch. l. c. p. 269. H.

c. Scandentes) Scandunt *arbores ac latenter* ſubrepunt, felium more, ſed et pici *ſupino contra arborem* ventre, etc. H.

d. Pullos in cauis educant auium ſoli) Scribendum videtur, non *auium*, ſed *arborum*, vt oſtendunt verba quae paulo poſt ſequuntur, *Clauum vel cuneum adactum quanta vi libeat in arbores in quibus nidum habeat*, *etc.* deſumta ex Ariſtot. libro. IX. capite 9. Nam cauis ſimpliciter picos tantum pullos nutrire, a veritate abhorret: quum idem faciant columbae, paſſeres, cypſeli et meropes, qui et ſubterraneos cauos vel ad 4. cubita faciunt, auctore eodem. Ariſtot. lib. IX. c. 13. et Throchilis, vt idem ſcribit, fruteta incoli et foramina. Aeſtimandum item an ſit verior lectio *educunt*, hoc eſt, excludunt, quam *educant*. Pint.

Pullos in cauis) Subintellige, in cauis arboribus. *Nidificant in arborum concauitatibus*, inquit Albert. L. VIII. de anim. tr. 2. c. 2. p. 254. H.

e. Adactos) Aelian. H. A. L. I. c. 45. et Albert. de anim. L. XXIII. p. 644. Hanc vulgi fidem Plinius ipſe elevat, L. XXV. ſ. 5. H.

f. Cum crepitu) Ita R. 2. cum

arboris, quum insederit [1] clauo aut cuneo. Ipsi principales Latio sunt in auguriis, a rege *g.*, qui nomen huic aui dedit. Vnum eorum praescitum transire non queo. In capite Praetoris *h.* vrbani [2] Aelii Tuberonis *i.*, in foro iura pro tribunali reddentis, sedit ita placide, vt manu [3] prehenderetur. Respondere vates, exitium imperio portendi, si dimitteretur: at si exanimaretur, Praetori. Et ille auem protinus concerpsit: nec multo post impleuit prodigium. *k.*

XXI. Vescuntur et glande in hoc genere *l.*, pomisque multae, [4] sed quae carne tantum non viuunt,

1. *Haec verba, clauo aut cuneo, in V. desunt.* 2. *sic et Ch. L. Tuberonis Gr. et Al.* 3. *apprehenderetur. Parm.* 4. *reliquae carne. D.*

cum libris impressis. At R. 1. et Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *cum strepitu.* H,

g. A Rege) Pico Saturni F. Rege Latinorum, quem augurem fuisse, et habuisse domi picum, per quem futura nosceret, ex Pontificalibus libris (vt ait) Seruius prodidit, in hunc Virgilii locum, Aen. L. VII. *Ipse Quirinali lituo*, etc. H.

h. In capite Praetoris etc.) Frontinus in Stratagem. hoc Caio Coelio siue Laelio tribuit. *Dalec.*

i. Aelii Tuberonis) Vide N. et Em. N. XIX. (hic adi.) *In capite)* Deprauata lectio est librorum impressorum, *L. Tuberonis*, quam tum ex fide codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. tum ex Val. Max. sanauimus, qui L. V. c. 6. p. 275. Aelium Praetorem vocat. Hinc locum Varronis quoque emendamus apud Nonium, c. 12. n. 3. verbo, *Picumnus: Pedius Paetus*, inquit, (lege, *Aelius Paetus*) *quum esset Praetor vrbanus, et sedens in sella curuli ius diceret populo, Picus Martius aduolauit, atque in capite eius sedit.* H.

k. Impleuit prodigium) Val. Max. L. V. c. 6. quemadmodum is prodigium impleuerit, explanat: Nam *decem et septem milites suae familiae*, inquit, *eximiae fortitudinis viros, Cannensi praelio amisit: Respublica procedente tempore ad summum imperii fastigium excessit.* H.

l. In hoc genere) Auium nempe vncos vngues habentium. H.

vunt, excepto miluo *m.*: quod ipſum in auguriis dirum eſt: (XIX.) Vncos vngues *n.* habentes omnino non congregantur, [1] et ſibi quaeque praedantur. Sunt autem *o.* omnes fere altiuolae, praeter nocturnas: et magis, maiores. Omnibus *p.* alae grandes, corpus exiguum. Ambulant difficulter. In petris *q.* raro conſiſtunt, curuatura vnguium prohibente.

XXII. Nunc de ſecundo [2] genere *r.* dicamus, quod in duas diuiditur ſpecies, oſcines *s.*, et alites:

1. *Sed ſibi quaeque praedatur.* V. 2. *ſic et Ch. nunc de ſecundo ordine dicamus, qui etc. Gr. et Al.*

m. Excepto miluo) Miluus, inquit, excipitur, etſi carne tantum non viuat: ipſum enim glande veſci, pomiſque, quum alio genere alimenti familiari non deſtituitur, in auguriis diram eſt. Ariſt. H. A. L. VIII. c. 6. p. 882. *Auium vncungues omnes carniuorae ſunt: fruges autem etiam ſi quis fruſtillatim in os indiderit, nequeunt deglutire. Talia aquilarum genera omnia, et milui, etc.* Τῶν δὲ ὀρνίθων ὅσοι μὲν γαμψώνυχοι, σαρκοφάγοι πάντες εἰσί· σῖτον δὲ, οὐδ' ἐὰν τις ψωμίζῃ, δύνανται καταπιεῖν· οἷον τά τε τῶν ἀετῶν γένη πάντα, καὶ ἰκτῖνοι, καὶ ἱέρακες, etc. H.

n. Vncos vngues) Ariſt. H. A. L. I. c. 2. p. 20. Γαμψωνύχων δὲ, οὐδὲν ἀγελαῖον. H.

o. Sunt autem) Ariſt. Hiſt. L. II. c. 15. p. 213. H.

p. Omnibus) Ariſt. de part. L. IV. c. 12. p. 1042. H.

q. In petris) Ariſt. loco proxime citato, et L. IX. c. 41. p. 1075. H.

r. Nunc de ſecundo genere) Nempe digitatarum auium. Superius enim, ſ. 13. quem locum a Plinio reſpici certiſſimum eſt,) tria diſtinxit volucrum genera: vncunguium, digitatarum, et palmipedum. De vncunguibus hactenus, nunc de digitatis. Vide N. et Em. N. XX. (his poſ.) *Nunc etc.)* Ita MSS. omnes: quamquam impreſſi libri, *Nunc de ſecundo ordine, qui,* maluerunt. Mox praepoſtere admodum diſtracta verba haec, *Omneſque reliquas in his pauonum genus,* etc. vt ab iis nouum capitis initium inſtitueretur, ad anteriora reuocauimus, attexuimuſque, id quod ipſa orationis ſtructura poſtulabat, ſuperiori ſententiae. H.

s. Oſcines) Cicero lib. VI. Epiſt. ad Caecinnam: *Non igitur*

tes: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit: itaque [1] praecedent et ordine: (XX.) omnesque *t.* reliquas in his pauonum genus, cum forma, tum intellectu eius et gloria. Gemmantes *u.* laudatus *x.* expandit colores, aduerso maxime

1. *Praecedent et ordine, omnesque reliquas. In his, etc. Cb. igitur ex alitis inuolatu, nec e cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est, nec e tripudiis solistimis aut somniis auguror, etc.* Ceterum cap. 28. IV. legendum putat *occines*, ab occinendo, non *oscines*, ab ore. *Oscines* Festo, quae ore canentes faciunt auspicium, vt coruus, cornix, noctua: *alites:* quae volatu, vt aquila, buteo, vultur, immissulus, sangualis. In ambobus generibus habentur Picus Martius, Feroniusque, et Parra (*Feronium* hic dici Picum puto, coloris nigri a furuo, quasi furuonium) Vide Alex. ab Alex. cap. 13. et 19. lib. V. Fuerunt et praepetes, inferae, admissiuae, arculae, cliuiae, inebrae, quae quidquam vetabant. Plautus in Asinaria: *Impetritum, inauguratum est, quoduis admittunt aues: Picus et cornix est ab laeua, coruos, parra ab dextra; Consuadent.* Praepetes augurium volatu faciunt, occines cantu. Et quoniam plurimi rapaces alis valent, κατ᾽ ἐξοχὴν praepetes eae vocantur. Turn. c. 4. XXIX. Virg. — *quem praepet ab Ida Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis.* Seruio quae aues pennis ac volatu faciunt omina, si prosperae sunt, Praepetes appellantur: si aduersae, Inebrae. Vide Festum in voce Enebrae: Eumdem in voce Praepes, et Scaligerum in eum locum. Fuerunt et olim auctore Festo auspicia pedestria a vulpe, lupo, equo, serpente. Horatius: *Rumpet et serpens iter institutum.* Turn. et cap. 29. lib. XXX. *Dalec.*

Oscines) Oscines ore, alis alites auspicium faciunt. Cic. ad Fam. L. VI. ep. 6. *Non igitur ex alitis volatu, nec e cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est, tibi auguror.* Vide Festum, verbo *Oscines.* H.

t. Omnesque) Et omnes alias aues in alitum genere praecedat pauonum genus, tum *quod praestantiore* forma sit, tum quod *videatur eam* intelligere, eaque gloriari. H.

u. Gemmantes) Apud Phaedrum, L. II. Iuno ad pauonem: *Sed forma vincis, vincis magnitudine: Nitor smaragdi collo praefulget tuo, Pictis-*

xime Sole, quia ſic fulgentius radiant. Simul vmbrae quoſdam repercuſſus ceteris, [1] qui et in opaco clarius micant, conchata *y.* quaerit cauda: omneſque in aceruum contrahit pennarum, quos ſpectari gaudet, oculos *z.* Idem cauda annuis vicibus amiſſa cum foliis arborum *a.*, donec renaſcatur [2] iterum cum flore *b.*, pudibundus ac moerens quaerit latebram. Viuit annis *c.* xxv. Colores *d.* incipit fundere in trimatu. Ab auctoribus *dd.* non glorioſum

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. qui in opaco etc. Gr. et Al.* 2. *alia. V. Pint.*

Pictiſque plumis gemmeam caudam explicas. H.

x. Laudatus) Hinc apud Ouid. Metam. L. XIII. v. 802. *Laudato pauone ſuperbior.* H.

y. Conchata) In conchae morem curuata vmbram affectat, quae incidens in ceteros colores, facit vt ii vel in opaco clarius micent. H.

z. Oculos) Sic orbes illos vocat, quos in pauonum caudis natura poſuit. Inſertos Argi centum oculos poetae fabulantur. Ouid. conſule Metam. L. I. v. 616. H.

a. Cum foliis arborum) Autumno et hieme, ad veris vſque finem, aeſtatiſque initium: vnde Prouerbium, ἔαρ ἤδη, καὶ ὅθεν ὁ ταώς. Rhodig. capite 9. XVI. *Dal.*

b. Cum flore) Verno tempore, quum arbores ſe induunt in florem. H.

c. Viuit annis) Ariſt. H. A. L. VI. c. 7. p. 171. et Alb. M. de anim. L. VI. tr. I. c. 6. p. 197. H.

d. Colores) Ariſt. et Alb. modo laudati. Athen. L. IX. p. 397. H.

dd. Ab auctoribus) Ariſt. dum haec de pauone, et anſere totidem verbis tradit, H. A. L. I. c. 2. p. 28. rem haud ſatis probatam adeo confidenter pronunciat: Enimuero cur verecundum anſerem Philoſophus dixerit, nulla ſatis probabilis ratio nunc occurrit: quae inuerecundum probent, plurimae: quas Scaliger attigit in eum Philoſophi locum, p. 29. Tamen Albert. M. de anim. L. I. tr. I. c. 4. p. 9. Ariſtoteli ſuffragatur: *Non enim animalia*, inquit, *principium ſuarum operationum habent virtutem; ſed quandam naturae inclinationem ad virtutis ſimilitudinem. Sic turtur et palumbus imitantur caſtitatem: anſer autem, et catus, verecundiam,* etc. H.

ſum tantum animal hoc traditur, ſed et maleuolum, ſicut anſer verecundum: quoniam has quoque quidam addiderunt notas in his, haud probatas mihi.

XXIII. Pauonem *e.* cibi gratia Romae primus occidit Orator Hortenſius *f.*, aditiali coena *g.* ſacerdotii. Saginare primus inſtituit circa nouiſſimum piraticum bellum M. Aufidius *h.* Lurco, exque

e. Pauonem) Varro de R. R. L. III. c. 6. p. 101. *Primus hos* (pauones) *Q. Hortenſius augurali adiiciali coena poſuiſſe dicitur, quod protinus factum, tam luxurioſi, quam ſeueri boni viri laudabant.* Hunc Varronis locum refert et Macrob. Sat. L. II. c. 9. p. 352. Hortenſii factum, Aelian. H. A. L. V. c. 21. et Tertull. L. de pallio ſub finem, p. 119. H.

f. Orator Hortenſius) Varro cap. 6. III. Aelianus cap. 2. V. hiſt. qui addit, ob id factum Hortenſium κριθῆναι, in ius vocatum fuiſſe, vel vt alii legunt, κατακριθῆναι condemnatum. *Dal.*

g. Aditiali coena) Affluente, lauta. Alii *adiiciali* legunt. Vide infra cap. 4. lib. XXIX. fere ab initio, vbi *epulum adiiciale* vocatur: nimirum ab adiiciendo. Fiebat inaugurandi gratia, aut in publica et feſta laetitia. Cornel. Tacitus II. Annal. *Reſcuporis ſanciendo, vt dictitabant, foederi conuiuium adiicit, tractaque in multam noctem laetitia per epulas ac vinolentiam.* Adiicialis coena adipalis et pontificalis, Macrobius lib III. cap. 13. In ea enim coena dicis cauſa Pontifex epulari dicebatur, id eſt, religioſi ſolemniſque inſtituti cauſa, vt infra c. 2. l. XXVIII. νόμȣ, ὁσίας, ὁσίȣ, ἀφωσιώσεως ἕνεκα, χάριν. *Dal.*

g. Aditiali) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Alii *adiiciali* legunt: Barbarus *adipali.* Affluentem, lautamque coenam ſignificari ea voce plerique omnes conſentiunt. Eruditiores, ab aditu ſacerdotii, vel adeundo ſacrificio. Meminit Sueton. in Claudio c. 9. ſumtuum quae facere eum oportuit, *pro introitu noui ſacerdotii.* H.

h. M. Aufidius) Totidem verbis habet iſta Varro, l c. Refert eadem pariter et Tertullianus, ante laudatus. Efficit porro Gallicae monetae haec ſumma ſexagenûm millium nummûm, ſiue ſeſtertiûm, libras 6000. H.

que eo quaeſtu [1] reditus ſeſtertiûm ſexagena millia habuit.

XXIV. (XXI) Proxime gloriam ſentiunt et hi noſtri vigiles nocturni, quos excitandis *i.* in opera mortalibus, rumpendoque ſomno Natura genuit. Norunt ſidera, et ternas diſtinguunt horas interdiu cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartaque *k.* caſtrenſi vigilia ad curas laboremque reuocant. Nec Solis ortum incautis patiuntur obrepere: diemque venientem *l.* nuntiant cantu, ipſum vero cantum [2] plauſu laterum. *m.* Imperitant ſuo generi, et regnum in quacumque ſunt domo, exercent. Dimicatione *n.* paritur hoc quoque inter ipſos, velut ideo

1. *Sic ex MSS em. Hard. reditus in ſeſt. V. reditus is ſexagena millia hab. Ch. ſeſtertia ſexagena. M. ſeſtertiûm ſexaginta M. Gr. et Al.* 2. *Ploſu. Merula ſuper Enn. pag. 589.*

i. Quos excitandis, etc.) Gallicinium propterea veteres appellarunt. *Dalecampius.*

Quos excitandis) Hinc ἀλέκτωρ apud Graecos gallus vocatur, quod nos ἐκ τȣ̃ λέκτρȣ, e lecto excitet, inquit Athen. L. IX. p. 374. H.

k. Quartaque) Nocturnae in caſtris excubiae, vt iam ante monuimus, in quaterna diuidebantur horarum ſpatia, ita vt prima, ſecunda, tertia, quartaque vigilia diceretur. H.

l. Diemque venientem, etc.) Huius rei cauſam reddere conatur Cicero lib. II. de Diuinatione. Eam multis explicatam vide apud Rhodigin. cap. 16. XIII. Inde ſcilicet Tragoedi, κήρυκας ἀλεκτρύονας, tamquam vocales et clamoſos praecones appellant, ἀπὸ τȣ̃ γαρύειν Euſtathio, a vociferando: quo etymo et εὐρυβόα, vt Stentor, et εὐρυβάται, vt Homeri praecones dici poſſunt, παρὰ τὸ εὐρὺ βάζειν, quod eorum ſonora vox procul exaudiatur, Hadr. Iun. cap. 20. V. *Dal.*

m. Plauſu laterum) Alii *ploſu* malunt: quoniam in vet. Gl. *Ploſus*, ὁ τῆς φωνῆς βόμβος, *Plauſus*, τίναγμα καὶ σύγκρȣσις τῶν χειρῶν, ποδῶν, πτερῶν etc. H.

n. Dimicatione) Exſtat huius loci paraphraſis non incon-

ideo tela agnata cruribus fuis intelligentes: [1] nec finis faepe commorientibus. Quod fi palma *o.* contingit, ftatim in victoria canunt, feque ipfi principes teftantur. Victus occultatur filens, aegreque feruitium patitur. [2] Et plebs tamen *p.* aeque fuperba, graditur ardua ceruice, criftis celfa: caelumque fola volucrum afpicit crebro, in fublime caudam quoque falcatam erigens: itaque terrori funt etiam leo-

1. *Nec finis faepe, nifi commorientibus. Alii,* 2. *expleto iamque certamine fuperbe g. a. c. c. celfis.*

inconcinna Ioh. Pafferatii, in eo carmine, quod de gallo infcripfit; *Scilicet in gallos folis audacia gallis Infita, Pergameae renouat fpectacula fcenae. Namque vbi magnanimos campo irritauit aperto Bilis amara duces, agnataque mifit in arma, Vnguibus, et roftris, repetito et verbere pennae, Pendentem exercent pugnam: rapit impetus ambos: Fit fonitus crebro affultu: volat acta per auras Pluma, niuis ritu; ftatque atro puluere caelum. Quin adeo ignefcunt ftimulis difcordibus irae, Viribus exhauftis, vt faepe occumbat vterque, Sternaturque pari per mutua vulnera leto. Et quifquam humana miretur clade parari Imperium, procerefque animas impendere fceptris. Cum tanti exigua furgant de corte tumultus? Nulla quies pugnae, rabido mora nulla furori. Nunc capitis rubros apices, nunc tempora figunt, Lumina nunc fodiunt nigro ftillantia tabo. Gallinae interea tacita formidine muffant, Quem fortuna fibi regem velit effe, virumque. Alter vt inferior ceffit, tenebrafque potiuit, Multa gemens, folio regni quod pulfus auiti: Laude tumens alter, primos fublimis in vngues Erigitur, victorque fuum canit ipfe triumphum.* H.

o. Quod fi palma) Aelian. H. A. L. IV. c. 29. H.

p. Et plebs tamen) Pafferatius: *Principio crifta infignis, paleaque rubenti, Et greffu intrepido, calcaribus afpera duris Crura mouet, rauifque oculis procul omnia luftrat. Picta micat variis fulgoribus ardua ceruix. Oftentat validum pectus, fortefque lacertos: Praeliaque infefti meditatur acumine roftri. Afpiciant vafti qualem fi forte leones, Tunc oblita fui domitrix vis illa ferarum, Terga fugae mandat filuis tectura pudorem: Demittitque iubas, et caudam fubiicit aluo.* H.

[1]leonibus *q.* ferarum generofiffimis. Iam ex his quidam ad bella *r.* tantum et praelia affidua nafcuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum *s.*, [2]aut Tanagram. *t.* Secundus eft honos habitus Melicis *u*, [3]et Chalcidicis, vt plane dignae aliti tantum honoris [4]praebeat Romana purpura. *x.* Horum funt tripudia foliftima. *y.* Hi [5]magiftratus *z.* noftros

D 2

1. leonibus dominis ferarum iam. M. 2. fic ex MSS. em. Hard. conf. ac Tanagram Gr. et Al. 3. fic et Ch. ac Chal. Gr. 4. perbibeat. M. et Ch. 5. magiftros. Ch.

q. Leonibus) Vide quae diximus, L. VIII. f. 19. H.

r. Quidam ad bella, etc.) Hefychius vocat peculiari nomine. *Dal.*

s. Rhodum etc.) Columella, L. VIII. c. 2. p. 280. *Graeci, quoniam procera corpora, et animos ad praelia pertinaces requirebant, praecipue Tanagricum gallorum genus, et Rhodium probabant; nec minus Chalcidicum, et Medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur*, etc. Petr. Quiqueranus, L. II. de laud. Prou. f. 38. *Rhodii quidem generis*, inquit, *mihi gallus vnus femeftris erat allatus, et ille quidem non exiguo auro redemtus: ceterum in ea aetate tam magnanimus, animoque ad praelia comparato, vt ne liceret quidem cani cortem intrare, nifi male mulctari vellet: vulgarium vero gallorum quofcumque affequebatur, occidit.* H.

t. Tanagram) De gallis Tanagraeis, praeter Columellam modo laudatum, Varro de R. R. L. III. c. 9. p. 574. Prouerbio iactabant veteres, ἀλεκτρύονα ἀθλητὴν Ταναγραῖον, *Gallum pugilem Tanagraeum.* Vide Suidam. H.

u. Melicis) Medicos appellat Varro l. c. p. 103. et p. 105. *Gallinas Medicas, quia ex Media propter magnitudinem erant allatae.* Sed imperitum vulgus, vt ait Columella l. c. poft Varronem, litera mutata Melicos appellauit. H.

x. Romana purpura) Confulum magiftratus. Sic Ouidius de Pifone: *Cum tua bifenos numeraret purpura fafces.* Et L. I. Faft. *Iamque noui praeeunt fafces, noua purpura fulget.* Vide quae diximus fup. libro, f. 60. H.

y. Tripudia foliftima) Laeta, quum prodeuntes e cauea cibum oblatum capere non recu-

noſtros quotidie regunt, domoſque ipſis ſuas claudunt [1] aut reſerant: hi faſces Romanos impellunt [2] aut retinent, iubent acies [3] aut prohibent, victoriarum, [4] omnium toto orbe partarum auſpices: hi [5] maxime terrarum imperio [6] imperant, [7] extis etiam fibriſque haud aliter quam opimae [8] victimae Diis grati. Habent [9] oſtenta *a.* et praepoſteri eorum veſpertinique cantus. Namque totis noctibus canendo, Boeotiis nobilem illam *b.* aduerſus Lacedaemo-

1. *Ac. M.* 2. *ac. M.* 3. *ac. M.* 4. *omnium, in M. d.* 5. *maximo. V.* 6. *imperitabant. M.* 7. *Ex iis etiam fibrae ſunt, etc. gratae. V.* 8. *Victoriae. Alii.* 9. *oſtenta ex ſe et. M.*

recuſabant, et inter edendum nihil in terram ex ore decidebat. Horum alterutrum ſi accideret, triſte ac perniciosum augurium cenſebatur. Feſtus in voce Puls. Vide Alex. ab Alex. c. 29. lib. I. *Dalec.*

Tripudia) Feſtus: *Puls potiſſimum dabatur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod Tripudium faceret, id eſt, Terrae pauium: pauire enim ferire eſt.* Soliſtimum vero dicebant ab imo ſolo, quod offa ex ore cadens feriebat, vt Cicero refert de Diuin. L. I. p. 168. Hoc genere augurii maxime vſi Romani, vt praelii euentum coniectarent: nam ſi auide cibum oblatum pulli appeterent, auſpicatum fuit. H.

z. *Hi magiſtratus)* Horum, inquit, auſpiciis magiſtratus noſtri reguntur: ſine quibus nihil militiae, nihi domi agunt. H.

a. Habent oſtenta) Archetypum Toletanum, *Habent oſtenta praepróperi eorum veſpertini cantus.* Confirmant eam lectionem verba quae ſtatim ſequuntur, *Namque totis noctibus canendo,* etc. *Pint.*

b. Boeotiis nobilem illam, etc.) Sic Themiſtocli priuſquam in Xerxem exercitum duceret, pridie auditus gallorum cantus victoriam promiſit. Gallinarum cantum, futurum incommodum, vel dirum quidpiam ſignificare putant. Alex. ab Alex. cap. 13. V. Quod de Boeotiis tradit Plinius, accidit quum ii de bello oraculum Trophonii conſulentes ſacra facerent. Idem Alex. ab Alexand. cap. 2. VI. *Dalec.*

Boeotiis) Cicero, de Diu. L. I. p. 187. *Quum apud Lebadiam,*

daemonios praesagiuere victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret.

XXV. Desinunt canere castrati: quod duobus fit modis *c.*; lumbis adustis *d.* candente ferro, aut imis [1] cruribus *e.*: mox hulcere oblito figlina creta: facilius ita [2] pinguescunt. Pergami *f.* omnibus annis

D 3 specta-

1. Calcaribus, ex Varr. lib. III. de re rust. 2. *pinnescunt. Ch.*

badiam, inquit, *Trophonio res diuina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere cepisse, vt nihil intermitterent: tum augures dixisse Boeotios, Thebanorum esse victoriam: propterea quod auis illa victa silere soleret: canere, si vicisset.* Haec Tullius ex Callisthene, quae iterum repetit L. II. p. 234. H.

c. Quod duobus fit modis) Horum neuter hodie in vsu est, inquit Aldrou. Ornithol. L. XIV. c. 17. p. 348. H.

d. Lumbis adustis) Parte postrema alui, quae in coitu procidit, Aristot. *Dal.*

Lumbis) Ad clunes, qua parte conquiniscunt coeuntes, ferro candente applicito, inquit Arist. Hist. L. IX. c. 79. p. 1173. H.

e. Aut imis cruribus) Varro l. c. p. 103. *Gallos castrant, vt sint capi, candenti ferro inurentes ad infima crura, vsque dum rumpatur: at quod exstat hulcus, oblinunt figlina creta.* De calcaribus id Columella accepit, l. c. *Semimares capi, qui hoc nomine vocantur, quum sint castrati, libidinis abolendae causa. Nec tamen id patiuntur amissis genitalibus, sed ferro candente calcaribus inustis: quae quum ignea vi consumta sunt, facta hulcera dum consanescunt, figulari creta liniuntur.* H.

f. Pergami omnibus, etc.) Factum id et Athenis, Persis a Themistocle victis. Commissae quoque sunt et ad certamen coturnices. Seueri filii inuicem contendebant edendis coturnicum et gallorum pugnis. Socrates Iphicrati duci animos adiecit monstratis gallis coram Callia pennis ac rostro dimicantibus. Chrysippus lib. de Iustitia, gallorum exemplo ad fortitudinem nos excitari tradit. Rhod. cap. 13. XVI. et 32. XVII. *Dal.*

Pergami) Et leges Atticae, L. I. tit. I. p. 4. Ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους. *Galli gallinacei publice committuntur in Theatro, vno quotannis die.* H.

ſpectaculum gallorum publice editur, [1] ceu gladiatorum. g. Inuenitur in Annalibus, in Ariminenſi agro, M. Lepido *h.*, Q. Catulo Coſs. in villa Galerii loquutum gallinaceum, ſemel, quod equidem ſciam.

XXVI. (XXII.) [2] Eſt anſeri vigil *i.* cura, Capitolio *k.* teſtata defenſo, per id tempus canum *l.* ſilentio proditis rebus. [3] Quam ob cauſam cibaria anſerum *m.* Cenſores in primis locant. *n.* Quin et fama *o.* amo-

1. *Seu. Gr.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Pint. Eſt et anſeri Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. quamobrem Gr. et Al.*

g. *Seu gladiatorum)* Hinc ſumtum Alectoromachiae exemplum in ſcholis noſtris circa Hilaria. Vide Aelianum. *Dal.*

h. M. Lepido) A. V. DCLXXVI. ante Ciceronis Conſulatum ſexto decimo, vt quidem Faſti habent. H.

i. Et anſeri vigil) Nec minus, inquit, anſer vigil, quam gallinacei, quos nocturnos vigiles antea appellauimus. H.

k. Capitolio) Columella, L. VIII. c. 13. de anſere: *Clangore prodit inſidiantem, ſicut etiam memoria tradidit, in obſidione Capitolii, quum aduentu Gallorum vociferatus eſt, canibus ſilentibus.* Res eſt hiſtoricis decantata. Vide Liuium, L. V. p. 102. Aelian. H. A. L. XII. c. 33. Virg. L. VIII. Aen. *Galli per dumos aderant,* etc. H.

l. Per id tempus canum, etc.) Vide Liuium et Gellium. *Dalec.*

m. Cibaria anſerum) Cicero, pro S. Roſcio, n. 56. *Anſeribus cibaria publice locantur.* Auguſt. de ciuit. L. II. c. 22. *Solus collis Capitolinus remanſerat, qui etiam ipſe caperetur, niſi ſaltem anſeres, Diis dormientibus vigilarent. Vnde paene in ſuperſtitionem Aegyptiorum, beſtias, aueſque colentium, Roma deciderat, quum anſeri ſolemnia celebrarent.* Vide et Plut. in Quu. Rom. p. 287. *Cur Cenſores, vbi magiſtratum acceperunt, nihil prius habent locatione alimentorum pro ſacris anſeribus?* H.

n. Cenſores inprimis locant) Alex. ab Alex. cap. 13. IV. Ian. Duſ. ſuper Arbitr. lib. II. c. 17. *Dal.*

o. Quin et fama amoris) Sic apud Solos Ciliciae formoſum puerum amatum a cane

amoris, [1] Aegii dilecta *p.* forma pueri Olenii, et Glauces *q.* Ptolemaeo regi cithara canentis, quam [2] eodem tempore et aries *r.* [3] adamasse proditur. Potest *s.* et sapientiae videri intellectus [4] his esse. Ita comes perpetuo adhaesisse Lacydi *t.* Philosopho dicitur, nusquam ab eo, non in publico, non in [5] balneis, non noctu, non interdiu digressus.

1. *Argis dilecta forma pueri nomine Oleni Gr. et Al. pueri genere Oenti Theophr.* 2. *ex eodem. Ch.* 3. *amasse. Ch.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. ita iis esse. Comes. M. Pint. intellectus iis esse Gr. et Al.* 5. *balineis. Ch.*

cane fuisse, et Spartae adolescentem a graculo Rhodig. scribit cap. 12. XIII. Clearchus primo Eroticôn Amphilochum Olenium ab ansere dilectum prodit. In Leucadia virginem a pauone eousque, vt illa vita functa moreretur: Nicander pincernam regis Bithyniae a gallo, quem Centaurum vocabant: idem auctor c. 13. XVI. Vide supra de Delphinis. *Dal.*

p. Aegii dilecta) Vide N. et Em. N. XXI. (hic adi.) *Aegii)* Erat hic locus in libris omnibus gemino mendo vitiatus: *Argis dilecta forma nomine Oleni.* Neque enim Argis, sed Aegii prope Sicyonem res gesta narratur: neque Oleni nomen ei puero fuit, sed ex Oleno, iuxta Patras Achaiae oppido, genus ortusque: nomen Amphilochus fuit. Haec diserte Aelian. H. A. L. V. c. 29. Ἐν Αἰγείῳ τῆς Ἀχαΐας παιδὸς Ὠλενίȣ γένος, ὄνομα Ἀμφιλόχȣ, ἐράσθη χήν, Θεόφραςος λέγει τȣ͂το. Σὺν τοῖς Ὠλενίων φυγάσιν ἐφρȣρεῖτο ἐν Αἰγείῳ ὁ παῖς, ἐκεῖν αὐτῷ ὁ χὴν δῶρα ἔφερε. Quare vocem hanc *nomine*, ceu spuriam adulterinamque expunximus: *Aegii, Oleniique*, restituimus. H.

q. Et Glauces) Aelianus, H. A. L. V. c. 29. H.

r. Quam eodem tempore et aries) Aelian. l. c. et Plut. L. de sol. anim. p. 972. H.

s. Potest) Possunt videri et hae alites intelligere quibus hominibus insit sapientia. H.

t. Lacydi) Λακύδης Laertio, in eius vita p. 111. Obiisse dicitur ibidem, anno 4. Olymp. CXXX. Addit Aelianus, H. A. L. VII. c. 41. mortuo anseri a Lacyde non minus splendide, quam filio,

XXVII. Noſtri ſapientiores, qui eos iecoris bonitate *u.* nouere. Fartilibus *x.* in magnam *y.* amplitudinem creſcit: exemtum quoque *z.* lacte mulſo augetur. Nec ſine cauſa in quaeſtione eſt, quis primus tantum bonum inuenerit, [1] Scipione Metellus *a.* vir Conſularis, an M. [2] Seius *b.* eadem aetate

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Scipio an Metellus. M. Scipio Metellus Gr. et Al.* 2. *Seius Varro rei ruſt. lib. III. cap. 10. Seſeius. Ch. Seſtius Gr. et Al.*

lio, fratriue, iuſta funera eſſe perſoluta. H.

u. Iecoris bonitate) Athenaeus, L. IX. p. 384. H.

x. Fartilibus in magnam, etc.) Saginatis, praeſertim ficubus. Iecur id συκωτὸν olim vocauere. Iuuenalis Satyr. 5. *Anſeris ante ipſum magni iecur, anſeribus par.* Martialis: *Aſpice quam tumeat magno iecur anſere maius.* Perſius Satyra 6. *Vt tuus iſte nepos diui ſatur anſeris extis, Cum moroſa vago ſingultiet inguine vena, Patritiae immeiat vuluae.* Minime fartos, herbaque tantum paſtos, et ideo graciliores, *herbiles* vocat Feſtus. Lucilius apud Seruium: *Anſeris herbilis viris.* Dal.

Fartilibus) Saginatis auibus, ficu praeſertim, vt mos obtinuit: vnde illud Horatii, L. II. Sat. vlt. *Pinguibus et ficis paſtum iecoris albi.* In vet. inſcript. apud Grut. p. 580. ANTIGONVS. DRVSI. AVIVM. FARTOR. H.

y. In magnam) In tantam quidem, vt anſerem ipſum ſuperare interdum videretur. Martial. L. XIII. ep. 58. p. 708. *Aſpice quam tumeat magno iecur anſere maius: Miratus dices: hoc, rogo, creuit vbi?* H.

z. Exemtum quoque) Vt igitur iecur anſerum delicatius fieret, viuos ficis potiſſimum ſaginabant: deinde ex iis recens mactatis exemtum iecur lacte mulſo immergebant. Diſſimile eſt quod in ſuibus factitatum, M. Apicii inuento, dictum eſt ſuperius, L. VIII. ſ. 87. *Adhibetur et ars iecori ſuum, ſicut anſerum, inuentum M. Apicii, fico arida ſaginatis, ac ſatie, necatis repente mulſi potu dato.* Etiamnum Iudaei Pragenſes non ficis quidem, ſed oryza, triticoque, quod in lacte ſit, et mulſa coctum, farciunt anſerum iecora, obeſantque. H.

a. Scipio Metellus, etc.) Vide Sigonium de Conſulib. anno 750. creatis. Eius mentio fit c. 10. XXXII. *Dalec.*

b. An M. Seius) Vide N. et

,tate eques Rom. Sed (quod conſtat) Meſſalinus Cotta *c.*, Meſſalae Oratoris filius, [1]palmas pedum ex his torrere, atque patinis cum gallinaceorum criſtis condire reperit. Tribuetur enim a me culinis cuiuſque palma cum fide. Mirum in hac alite, [2]a Morinis vſque Romam *d.* pedibus venire. Feſſi pro-

D 5

1. *Plantos. M.* 2. *a Thurinis. Parm. praue.*

et Em. N. XXII. (hic adi.) *An M.)* In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. et edit. Parm. *Seſeius:* vnde Barbarus *Seſſium*, Frobenius deinde *Seſtium* finxit. *Seius* ex Varrone, de R. R. L. III. c. 18. p. 105. ſcribendum fuit. *Anſerum greges*, inquit, *Scipio Metellus, et M. Seius habent magnos aliquot.* Ac paulo poſt: *Seius ita greges comparauit anſerum*, etc. H.

c. Meſſalinus Cotta) Ex Valeria gente prognatus, maioribus clarus, ſed animo diſſimilis, prono ad ſeueritatem, vt Tacitus auctor eſt, Annal. L. IV. p. 105. et alibi ſaepe. De eo Ouidius, de Ponto, L. IV. El. 16. v. 41. *Te tamen in turba non auſim, Cotta, ſilere Pieridum lumen, praeſidiumque fori. Maternos Cottas, cui Meſſalaſque paternos Maxima nobilitas ingeminata dedit.* H.

d. A Morinis vſque Romam, etc.) Inde fortaſſis ea Galliae pars dicta eſt Comitatus anſerum, *La Comté d'Oye.* Dalec.

A Morinis) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic adi.) *Mirum* etc.) Conſtans haec omnium librorum lectio eſt, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. Lugd. etc. Et vero etſi rem miram profitetur auctor narrari a ſe, quae haud ita facile fidem obtentura eſſet, niſi quotidiano conſtitiſſet vſu: haud tamen incredibile nobis videri id debet, quum e Cadurcenſi Aquitaniae agro ſciamus, in mediam vſque Hiſpaniam Gallorum Indicorum, perinde atque ouium, greges abigi. Neque audiendi ſunt, qui expuncto ex his voculis *iota* vno, ſic locum efferri iubent, *Mirum in hac alite, amor niſuſque pedibus venire:* quum eamdem emendationem nec codices vlli ferant, nec ſtructura orationis ipſa patiatur. Eos vero plane nihil moror, qui Plinii textum integrum quidem intactumque eſſe voluerunt: ſed Morinos Italiae populos eſſe, iuxta Circeios, vel *Civita Vecchia*, otioſe atque infeliciter ſomniarunt. H.

proferuntur ad primos: ita ceteri ſtipatione *e.* naturali propellunt eos. Candidorum alterum *f.* vectigal in pluma. Velluntur *g.* quibuſdam locis bis anno. Rurſus plumigeri veſtiuntur: [1] mollior, quae corpori proxima: et e Germania *h.* laudatiſſima. Candidi ibi, verum minores, [2] gantae vocantur. *i.* Pretium plumae eorum, in libras denarii quini. *k.* Et

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. molliorque, quae corpori quam proxima, Gr. et Al. 2. ſic et Ch. ganzae Gr.

e. Ita ceteris ſtipatione, etc.) Agmine ſtipato Anſeres natura incedunt. E Morinis Romam producebantur, tum vt farto iecinore veſcerentur, (Horatius: *Pinguibus e ficis paſtum iecur anſeris albi,*) tum vt molles plumas vellerent, culcitris et ceruicalibus implendis. *Dal.*

f. Candidorum alterum) Eos plurimum ob id laudant Columella et Varro. *Dal.*

g. Velluntur) Columella, L. VIII. c. 13. *Praeſtat anſer ex ſe pullos, atque plumam: quam, non vt in ouibus lanam, ſemel demetere, ſed bis anno, vere et autumno vellere licet, etc.* H.

h. Et e Germania) Non haec de Germania vetere accipienda creduntur, quae Rheno Danubioque clauditur: ſed de Germania Prouincia, quae in primam diuidebatur olim, vbi Moguntiacum, et Argentoratum: et ſecundam, quae Tungris et Agrippina inſignis erat. Argumento eſt, quod a Plinio mox ſubiicitur: magni criminis reos peragi ſolitos Praefectos Auxiliorum, qui in ripa Rheni aduerſus Germanos, pro Galliarum defenſione, excubabant: quod totas interdum cohortes ad anſerum aucupia dimittebant, vacuis interim praeſidiis ac ſtationibus. H.

i. Candidi ibi - gantae vocantur) Sic R. 1. 2. Par. et Chiffl. Editi minus recte, *ganzae*. Vet. Gl. *Ganta*, *χηναλώπηξ*, hoc eſt, *vulpanſer*. Adſo, in vita S. Vualberti, c. 5. *Anſeres agreſtes, quas a candore vel ſonitu vocis more ruſtico Gantas vocant.* Gantas pariter et alii nuncupant, quos laudat V. Cl. Du-Cangius in Gloſſario, et *Gantes* et *Gantulas*. Menagio tamen in Origg. linguae Ital. p. 430. magis arridet Ganza. Hodie certe Belgae plerique anſeres *Ganz* vocant: Hiſpani, *Ganſo*. H.

k. Denarii quini) Monetae

Et inde crimina plerumque [1] auxiliorum praefectis *l.*, a vigili statione ad haec aucupia dimissis cohortibus totis. Eoque deliciae processere, vt sine hoc [2] instrumento durare iam ne virorum *m.* quidem ceruices possint.

XXVIII. Aliud reperit *n.* Syriae pars, quae [3] Commagene vocatur: adipem eorum in vase aereo cum cinnamo niue multa [4] obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad vsum praeclari medicaminis, quod ab gente dicitur [5] Commagenum. *o.*

XXIX. Anserini generis *p.* sunt [6] chenalopeces *q.*: et quibus lautiores epulas non nouit Britannia, chenerotes *r.*; [7] fere ansere *s.* minores. Decet tetraonas

1. *Auxilium. M. V.* 2. *stramento. D.* 3. *Comagene Gr.* 4. *obruere ac r. g. macerare.* 5. *Commagum. Ch. Comagenum Gr.* 6. *Penelopes. V. praue.* 7. *sic et M. cerenotes vero. Ch. cherenotes ferae anseres. Pint. fero ansere minores Gr. et Al.*

tae nostrae, asses sunt omnino quadrageni. H.

l. Auxiliorum praefectis) De his militum, Auxiliariumque cohortium Praefectis crebra in Notitia Imperii mentio. H.

m. Durare iam ne virorum, etc.) Nam ex ea pluma ceruicalia fiunt. *Dal.*

n. Aliud reperit) De hoc dicturi sumus opportuniore loco, L. XXIX. f. 13. H.

o. Commagenum) In MSS. *Commagum.* H.

p. Anserini generis) Vide infra cap. 3. lib. XXIX. circa finem. *Dal.*

q. Chenalopeces) Quos latine vulpanseres possis appellare. Quod genus id auium sit, disceptant inter se scriptores, Bellonius, L. III. c. 5. *Oyes Nonnettes* aut *Cravants* vocari a Gallis putat. Aldrouandum vide Ornith. L. XIX. c. 19. p. 159. Hesych. p. 971. χηνέλοπες, ὄρνεα ποιά· ὥσπερ ἔνιοι χηναλώπεκες. H.

r. Chenerotes) Χηνέρωτες. Forte ii sunt χῆνες μικροί, parui anseres, de quibus Arist. H. A. L. VIII. c. 15. p. 919. quos et suaues esse in cibis, et ab Adriatici sinus accolis Padanis, apud quos frequens est horum copia, Pauaros vocari, auctor est Scaliger in eum locum. H.

s. Fere ansere) Vide N. et

nas *t.* suus nitor, [1] absolutaque nigritia, in superciliis cocci rubor. Alterum eorum *u.* genus vulturum magnitudinem excedit, quorum et colorem reddit. Nec vlla ales, excepto struthiocamelo, maius corpore [2] implens pondus, in tantum aucta, vt in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eos Alpes, et septemtrionalis regio. In [3] auiariis *x.* saporem perdunt. Moriuntur contumacia spiritu reuocato. Proximae [4] eis sunt, quas Hispania aues tardas appellat, Graecia *ὠτίδας y.*, damnatas in cibis.

1. *Absolutamque nigritiam.* *Ch.* 2. *implet.* *D.* 3. *viuariis.* *Ch.* 4. *his.* *Ch.*

et Em. N. XXIV. (hic pos.) *Anserini etc.*) Ita rescripsimus ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et vet. Dal. In editis, *fero ansere.* At ferum anserem nec dixisse Plinium puto, nec certo quemquam nouisse. Chenalopeces ansere minores, χηνὸς βραχυτέρους facit Aelianus pariter, H. A. L. V. c. 30. Quamobrem ad vtrumque genus, chenalopecum et chenerotum, referri haec clausula percommode potest. H.

t. Decet tetraonas suus nitor) Politianus cap. 37. Miscel. hunc locum primus restituit. *Dal.*

Decet tetraonas) Bellonio, L. V. c. 11. *Coq de bois*, aut *Faisant bruyant:* cui appellationi stabiliendae prolixam concertationem instituit Aldrouand. Ornith. L. XIII. c. 6. p. 59. Tetraonum, cum pauonibus, phasianis, Meleagridibus, Numidicisque, mentio apud Suetonium in Caligula, p. 22. H.

u. Alterum eorum) Tetraonum. Id esse auium genus, quas Galli *Outardes* vocant, primae commendationis in deliciis epularum, sunt, qui arbitrentur: falso, vt arbitror. H.

x. In auiariis) Auiaria proprie esse nantium volucrum, quae stagnis piscinisque laetantur, ex Columella discimus, L. VIII. c. 1. H.

y. Graecia ὠτίδας) Ab otide, seu potius oto, de qua s. 33. diuersa penitus haec auis est; sed mihi adhuc incomperti nominis. Vide N. et Em. N. XXV. (hic pos.) *Proximae, etc.*) Bellonius, L. V. c. 3. Aldrou. Ornith. L. XIII. c. 12. p. 85. et Anatomici Paris. auem

bis. Emissa enim ossibus medulla, odoris taedium extemplo sequitur.

XXX. (XXIII.) Inducias habet gens z. Pygmaea abscessu gruum (vt diximus a.) cum iis dimicantium. Immensus est tractus b., quo veniunt, si quis reputet a mari Eoo. c. [1]Quando d. proficiscantur

1. *Quando proficiscuntur confertim volant, ad p. alta. V.*

auem hanc tardam Hispaniae, putant eam esse quam Gallia appellat *Outarde*. Aduersa his sententia est P. Quiquerani, Episc. Senec. ita scribentis, de laudibus Prouinciae, L. II. fol. 36. *Sane earum auium, quae nobis vulgo appellantur Stardae, non alia ditior orbis prouincia . . . Omne certatim scribentium vulgus, docti indoctique, otides esse putant, quas testimonio C Plinii Hispania tardos appellat; sed errore manifesto . . . Pranduntur stardae quum adolescunt, praecipua gulae voluptate, eoque magis, quo aeui minus: quum tamen Plinius damnatas in cibis otidas scribat. — —Nostri quidem pro Stardarum adolescentium commendatione parati sunt in arenam descendere; qui adeo feruide earum venationi incumbunt, vt perfacile equorum grauissimos morbos, qui ex tam pertinaci cursu contrahuntur, negligant, dum destinata praeda potiantur. Neque enim hae aliter capiuntur, quam lassatae contentissimo, et nullatenus remittente equorum cursu: id vero facillima opera, quum gallinacei magnitudinem aequant: quum anserum, non item: eum modum quum excessere, incassum insumitur equorum sudor, etc.* Nobis nunc de otide, quod et de malo punico placet affirmare; quod quum aeuo Plinii pariter inter esculenta non reciperetur, ipso teste, L. XII. s. 7. postea in deliciis fuit. Nam et de otide scribit Synesius, ep. 4. p. 165. Ἤδη δέ τις καὶ ὠτίδα ἔδωκεν, ὄρνεον ἐκτύπως ἡδύ. Ἰδὼν ἂν ἀγροῖκος ἐπείποι ταών. *Iam et otidem quaedam mulier attulit, auem suauitate inprimis exquisitam; quam si quis rusticus videat, pauonem esse dixerit.* H.

z. *Inducias habet gens*) Vide supra c. 11. lib. IV. *Dal.*

a. *Vt diximus*) L. IV. s. 18. et L. VII. s. 2. H.

b. *Immensus est tractus*) Ab vltimis Scytharum campis et Troglodytica regione aduenire scribit Aristot. *Dal.*

c. *A mari Eoo*) Nam extrema in parte montium Indiae ab oriente Pygmaeos statuit idem Plinius l. c. L. VII.

tur consentiunt: volant ad prospiciendum alte *e.*: ducem, quem sequantur, eligunt: in extremo [1]agmine per vices, qui acclament, dispositos habent *f.*, et qui gregem voce contineant. Excubias *g.* habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui [2]laxatus somno et decidens indiligentiam coarguat. Ceterae *h.* dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac praedicit. Eaedem mansuefactae lasciuiunt, gyrosque quosdam indecoro cursu vel singulae peragunt. Certum est *i.*, Pontum

1. *Agmine, per vicesque acclamantes dispositos. Ch.* 2. *lassatus. Ch. lassatis somno decidens. V.*

VII. Sunt et in Thracia, L. IV. f. 18. H.

d. Quando etc.) Hermolaus non *consentiunt* legit, sed *consertim*, et coniunctim cum verbo, sequente, *consertim volant.* Ceterum duo nostra exempl. *consentiunt* agnoscunt, non omnino male. Nam potest hic significare *consentiunt*, conveniunt, coëuntque, et communi seu consilio discessurae mutuo sese operiuntur: vt de Pelecanibus Aristoteles tradit, de quibus simul et gruibus differit libro octavo, capite duodecimo, et Plinius paulo infra de Ciconiis, *Abiturae congregantur loco certo, similique ratione anseres et olores commeant.* Pint.

Quando) Arist. H. A. L. IX. c. 14. p. 1040. a Plinio Solinus, c. 10. p. 28. Plura veterum de gruibus testimonia, quibus haec corroborentur, quae Plinius affert, congessit Bochartus, de anim. P. II. L. I. c. 11. p. 76. et sqq. H.

e. Volant ad prospiciendum alte) Id est, alte volant ad prospiciendum. *Salm.*

f. Ducem quem sequantur eligunt: in extremo agmine per vices qui acclament dispositos habent, etc.) In extremo agmine est, qui cogit agmen: dux est qui praeit. ad continendum agmen adclamare postremos qui hoc munus per vices sortiuntur scribit Plinius. *Salmas.*

g. Excubias) Solin. 1. c. Plut. L. de sol. anim. p. 967. Basil. in Hexaem. hom. 8. p. 10?. H.

h. Ceterae) Arist. l. c. H.

i. Certum est) Solinus iisdem ferme verbis, l. c. H.

tum tranfuolaturas, primum omnium anguftias petere, inter duo promontoria Criumetopon, et Carambin: mox faburra *k.* ftabiliri. Quum medium tranfierint, abiici lapillos *l.* e pedibus: quum attigerint continentem, et e gutture arenam. Cornelius Nepos, qui Diui Augufti principatu obiit, quum fcriberet turdos paulo ante ceptos faginari, addidit, ciconias magis placere, quam grues: quum haec nunc ales inter primas *m.* expetatur, illam nemo velit [1] attigiffe.

XXXI.

1. *Tetigiffe. V.*

k. Mox faburra) Solini paraphrafis: *Sub quodam militiae eunt figno: et ne pergentibus ad deftinata vis flatuum renitatur, arenas deuorant: fublatifque lapillulis ad moderatam grauitatem faburrantur.* H.

l. Abiici lapillos) Solinus: *Quum contra medium alueum aduentaffe fe fciunt, fcrupulorum farcina pedes liberant: ita nautae prodiderunt, compluti faepe ex illo cafu imbre faxatili. Arenas non prius reuomunt, quam fecurae fedis fuae fuerint.* Rectius dixiffet, quam continentem attigerint. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic coll.) *Abiici etc.*) A Plinio Ariftotelem diffidere Scaliger exiftimat: et negare grues pro libramento lapides auferre, quum ita fcribat, H. A. L. VIII. c. 15. p. 917. Τὸ δὲ περὶ τȣ͂ λίθȣ, ψεῦδός ἐςι. Λέγεται γὰρ ὡς ἔχȣσιν ἕρμα λίθον, ὃς γίνεται χρήσιμος πρὸς τὰς τȣ͂ χρυσοῦ βασάνους, ὅταν ἐκπέσῃ. Sed diffidium quod non invenit Scaliger, ipfe fecit, quum Graeca fic tranftulit: *De lapide quod aiunt, falfum eft eum eas pro libramento habere: effeque vtilem ad auri indicium, quum deciderit.* Reddere enim in hunc modum oportuit: *D. l. q. a. f. e. ferunt enim habere eas pro libramento lapillum: qui vtilis fit ad a. i. etc.* Vt duo attigiffe Philofophus videatur; et pro libramento fcilicet lapillos affumi, et his effe vim ex eo auri probandi, quum deciderint: quorum de altero nihil moueat, quia exploratum id experientia fit: alterum tantum falfum effe pronunciet, quia inexpertum: quamquam id Aelianus affeverat H. A. L. III. c. 13. H.

m. Quum haec nunc ales inter primas, etc.) Sempronium Ruffum menfis primum

XXXI. Ciconiae quonam è loco veniant, aut quo ſe referant, incompertum *n.* adhuc eſt. E longinquo venire non dubium, eodem, quo grues modo: illas hiemis *o.*, has aeſtatis *p.* aduenas. Abiturae

mum Ciconiam inuexiſſe tradunt, ac de illo ſcriptos hos verſus: *Ciconiarum Ruffus iſte conditor, Quamquam eſt duobus elegantior Plancis, Suffragiorum puncta non tulit ſeptem. Ciconiarum populus vltus eſt mortem.* Horatius: *Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido, Donec vos auctor docuit praetorius.* Ciconiam Petronius Arbiter his epithetis honeſtat: *Ciconia etiam grata peregrinhoſpita, Pietatis cultrix, gracilipes, coralliſtria.* (nempe a roſtri et pedum colore, ſimili corallo) *Auis exſul hiemis, titulus tepidi temporis.* Vide Hadr. Iun. c. 15. VI. Ian. Duſ. ſuper Arbitrum lib. I. cap. 17. Ciconias in auſpiciis concordiam polliceri, grues vero retrorſum a recto curſu deflectentes ac remeantes, procellas ac infandas tempeſtates notat Alex. ab Alex. cap. 13. V. *Dalec.*

Quum haec nunc ales) De grue loquitur, non de ciconia. Inter menſarum delicias, grues Melicas, ex inſula Melo aduectas numerat Gellius, L. VII. c. 16. Adde Horat. L. II. Sat. vlt. *Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes Membra gruis.* H.

n. Incompertum) Albert. M. de anim. L. XXIII. c. de ciconiis, p. 618. *Quod autem*, inquit, *non eſt compertum, vbi lateant, eſt, quia ſe valde occultant. in deſertis paludum, et cauernarum: ſicvt et cetera latentia.* H.

o. Illas hiemis) Grues nimirum. Vide N. et Em. N. XXVII. (hic poſ.) *Eodem etc.*) Bochartus de anim. P. II. L. I. c. 11 p. 78. aeſtatis aduenas a Plinio grues putat appellari, quas hiemis eſſe aduenas interpretati ſumus. Et ille quidem eam ob rem ſuccenſet Theocriti ſcholiaſtae, ſcribentis in Idyll. 10. ſementis initio, hoc eſt, autumno, grues apparere, ἀρχομένε γὰρ σπόρε αἱ γέρανοι φαίνονται. Sed immerito, quum ipſe faueat Heſiodus in Opp. v. 448. Φράζεσθαι δ' εὖ τ' ἂν φωνὴν γεράνε ἐπακέσῃς, Ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης, Ἥ τ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὥρην δεικνύει ὀμβρηρε. *Obſerua vero, quum vocem gruis audieris, alte in nubibus quotannis clangentis: qua et arationis ſignum affert, et hiemis*

turae congregantur in loco certo: [1] comitataeque ſic, vt nulla ſui generis relinquatur, niſi captiua [2] et ſerua, [3] ceu lege praedicta die recedunt. Nemo vidit agmen diſcedentium, quum diſceſſurum appareat: nec venire, ſed veniſſe cernimus: vtrumque nocturnis fit temporibus. Et quamuis vltra citraue peruolent, numquam tamen adueniſſe vſquam, niſi noctu, exiſtimantur. [4] Pythonos comen *q*. vocant in Aſia patentibus campis, vbi congre-

1. *Cunctatae. Pint.* 2. *et ſerua Pint. haec obrepſiſſe ſuſpicatur.* 3. *ſeu Gr.* 4. *Pythonen vocant. V.*

mis tempus indicat imbriferi. Vbi Bochartus addit, *gruis migrantis*: Sed cur potius, quam *aduentantis?* Affirmari enim vtrumque perinde poteſt. Nam gemina gruum, vt de aliis auibus ſileam, migratio eſt: et quum e frigidis locis diſcedunt, et quum ex calidis: illa circa autumnale aequinoctium, hiemis metu: iſta, circa vernum, grauioris aeſtus impatientia. Ex locis frigidis, Maemacterione menſe, hoc eſt, autumno, migrationem faciunt grues, vt Philoſophus docet, Hiſt. L. VIII. c. 15. p. 916. Tunc Pontum et Scythicas regiones relinquunt, perque hunc caeli tractum meant, vt Aegyptum et Libyam petant: nam vt idem ait, p. 913. ab vltimis orbis regionibus ad vltimas tranſuolant: Τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐσχάτων, ὡς εἰπεῖν· οἷον αἱ γέρανοι ποιȣ̃σι. Μεταβάλλȣσι γὰρ ἐκ τῶν Σκυθικῶν εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῶν Αἰγύπτȣ, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ. H.

p. Has aeſtatis) Nempe ciconias. Namque, vt Virg. Georg. II. v. 319. cecinit:— *Vere rubenti Candida venit auis longis inuiſa colubris.* Ciconia ſcilicet: quae idcirco Petronio dicitur, in Sat. p. 206. *Auis exſul hiemis, titulus tepidi temporis.* H.

q. Pythonos comen) Πύθωνος κώμην, quaſi Pythonis, ſiue ſerpentis pagum dixeris. Haec Solinus tranſſcripſit a Plinio; plane ad verbum, c. 40. p. 71. Albertus vero l. c. fabuloſa cenſet: *Quod autem quidam,* inquit, *vulgariter loquentes dicunt has aues hieme recedere in partes Orientis, et in Aſia eſſe campum, in quo ſe exſpectant, et illam quae vltimo veniens aciem retardat, dilacerare — — — mendacium eſſe certum eſt triplici ratione, etc.* H.

gregatae inter se commurmurant *r.*, eamque quae [1]nouissima aduenit, lacerant *s.*, atque ita abeunt. Notatum, post Idus [2]Augustas non temere visas ibi. Sunt qui ciconiis *t.* non inesse [3]linguas confirment. Honos iis *u.* serpentium exitio tantus, vt in Thessalia *x.* [4]capitale fuerit occidisse; [5]eademque legibus poena, quae in homicidam.

XXXII. Simili anseres quoque et olores ratione commeant: sed horum volatus cernitur: liburnicarum modo rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aëra, quam si recta fronte impellerent: a tergo sensim dilatante se cuneo *y.* porrigitur agmen, largeque impellenti praebetur aurae. Colla imponunt praecedentibus: fessos duces ad terga recipiunt. Ciconiae nidos *z.* eosdem repetunt: [6]genitricum

1. *Nouissimo. V.* 2. *Augusti. Gr.* 3. *linguam. Ch.* 4. *capitali. Ch.* 5. *eadem. M.* 6. *genitorum. D.*

r. Inter se commurmurant) Glotorare ciconias dixit auctor poematis de philomela, *Glotorat immenso de turre ciconia rostro.* H.

s. Lacerant) Solinus, *lancinant.* H.

t. Sunt qui ciconiis) Solinus, l. c. *Aues istas ferunt linguam non habere.* Sed falli eos Plinius subobscure indicat: nos certo edocti experimento grauiter hallucinari eos liquido affirmamus. H.

u. Honos iis, etc.) Iuuenal. Satyr. 13. — *serpente ciconia pullos Nutrit, et inventa per deuia rura lacerta.* Dalec.

Honos iis) Totidem verbis haec narrat Auctor libri de mir. Ausc. p. 1152. et Solinus, l. c. aliique, quos citat Bochartus de anim. P. II. L. II. c. 29. p. 329. H.

x. Vt in Thessalia, etc.) Arist. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. *Dalec.*

y. Dilatante se cuneo) Vt formam literae Graecorum maiusculae, quam Λάμβδα vocant, volantium agmen referat. Cuneus, vt nemo ignorat, de multitudine pugnantium dicitur, in cunei formam redacta, quae cuncta in acie primo angustior, deinde latior procedit auctore Vegetio. H.

z. Ciconiae nidos) Casp. Heldelinus, in Encomio Ciconiae,

tricum *a.* senectam inuicem educant. Olorum morte narratur *b.* flebilis cantus: ([1]falso, vt arbitror,) ali-

1. *Falsis. M.*

coniae, in Amphith. Sap. Socr. p. 442. *Ciconia primo protinus aduentu veterem nidum repetit: quem si quidem saluum et incolumem inuenit, collectis biberno situ sordibus, statim repurgat instauratque: sin saeuiore aliqua ventorum tempestate deiectum cernit, ramentis illico ex agris palustrique vlua comportatis, possessionem sedis nouo nido occupat.* Cetera ibi vide: vix enim dici quidquam accuratius in illud argumentum potest. Vide etiam Aelian. H. A. L. III. c. 23. H.

a. Genitricum) Arist. H. A. L. IX. c. 20. p. 1048. et Solinus, l. c. H.

b. Olorum morte narratur, etc.) Κύκνειον ᾄδουσι, siue ἐπάδουσι, qui spem omnem salutis abiecerunt. Iulianus παραβάτης. Ἐνταῦθα τί πράττειν ἐχρῆν ἄνδρα τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους ζηλωτὴν δογμάτων; ἆρα περιορᾶν ἀνθρώπους ἀθλίους τοῖς κλέπταις ἐκδιδομένους, ἢ κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἀμύνειν, οἶμαι ὡς ἤδη τὸ κύκνειον ἐξᾴδουσι, διὰ τὸ θεομισὲς ἐργαστήριον τῶν τοιούτων. *Dal.*

Olorum morte) Aristoteles experimentis aliquot cantum olorum certissime comprobatum scribit, L. c. c. 16. p. 1045. Res est ea discrepantibus inter se scriptorum sententiis dudum agitata: quam veritati demum asseruisse se existimat, vindicato cycnorum cantu, exemplisque recentibus confirmato, Th. Bartholinus, singulari opere de Cycno, a §. 44. ad 54. Inter Passeratii carmina exstat vnum sat venustum, de olore siue cycno, Cal. Ian. anni MDXCVI. Verum, vt ingenue dicam, quod sentio, dedisse vatibus aliis occasionem fingendae fabulae de canora cycni voce, illud Virgilii in Ecloga IX. v. 29. videtur: *Vare, tuum nomen — — — Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.* Et illud v. 35. *Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, sed argutos inter strepere anser olores.* At non sunt ibi cycni, siue olores, alites: sed ipsi sunt vates, qui *cycni* et *olores*, propter candorem: et *arguti* iidem, siue *cantantes*, propter poesim. Vnde ab Horatio *arguti poetae* dicuntur, L. II. ep. 2. v. 90. *Qui minus* ARGVTOS *vexat furor iste*, POETAS? Alioquin enim id diceret Virgilius, quod nemo

aliquot experimentis. Iidem mutua *c.* carne vescuntur inter se.

XXXIII. Verum haec commeantium per maria terrasque peregrinatio non patitur differri minores quoque, quibus est natura similis: vtcumque enim supradictas magnitudo et vires corporum inuitare videri [1] possint. *d.* Coturnices *e.* ante etiam semper adueniunt, quam grues: parua auis, et quum ad nos venit, terrestris potius, quam sublimis. Aduolant et hae simili modo, non sine periculo nauigantium, quum appropinquauere terris. Quippe [2] velis saepe incidunt *f.*, et hoc semper noctu, merguntque nauigia. Iter est his per hospitia certa. Austro *g.* non volant, humido scilicet et grauiore vento.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. videri possunt, Gr. et Al.* 2. *sic quoque V. et Ch. velis insidunt Gr. et Al.*

nemo ante ipsum prodidit: cycnos enim in vita canere; quum in morte tantum, Plinio quidem teste, flebilis eorum cantus narretur, aliquot experimentis; sed (vt recte censet) falsis. H.

c. Iidem mutua) Arist. Hist. L. IX. c. 2. p. 1007. H.

d. Inuitare videri possunt) Vt tam longo itinere ad nos commeent. *Dal.*

e. Coturnices) Gallis, *des Cailles.* Ad nos ineunte vere veniunt. In mutatione locorum praeuertere coturnices gruibus, docet etiam Arist. H. A. L. VIII. c. 15. p. 916. H.

f. Saepe incidunt) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic adi) *Velis f.)* Prius *insidunt,* haud ita sincere R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. *incidunt*: Solinus quoque scribens c. 11. p. 30. *Quum globatae vehementius properunt, festinationem hanc plerumque exitium afferre nauigantibus: accidere enim noctu vt in vela incidant, et praeponderatis velorum sinibus alueos vertant, mergantque.* Aduersatur his tamen Alb. M. de anim. L. XXIII. p. 619. *De hac,* inquit, *multi credunt, quod recedens trans mare vadat: sed mendacium esse conuincitur: quia etiam trans mare in hieme non inuenitur. Latet ergo, sicut aues ceterae, quae superfluitates viscosas digerunt.* H.

g. Austro) Aristotelis haec verba sunt, Hist. L. VIII. c. 15. p. 918. Ἐὰν δὲ νότος, χαλε-

vento. Aura tamen vehi volunt, propter pondus corporum, vireſque paruas. Hinc volantium illa conqueſtio labore expreſſa. *h.* Aquilone *i.* ergo maxime volant ortygometra *k.* duce. Primam earum *l.* terrae appropinquantem accipiter rapit. Semper hinc remeantes comitatum ſollicitant *m.*: abeuntque

χαλεπῶς ἔχουσι, διὰ τὸ μὴ εἶναι πτητικοί· ὑγρὸς γὰρ καὶ βαρὺς ὁ ἄνεμος, διὸ καὶ οἱ θηρεύοντες ἐπιχειροῦσι τοῖς νοτίοις· οὐ πέτονται δὲ διὰ τὸ βάρος. Πολὺ γὰρ τὸ σῶμα. Διὸ καὶ βοῶντες πέτονται. Πονοῦσι γάρ. *Auſtrum flantem modeſte ferunt, propterea quod minus habiles ſunt ad volandum: eſt quippe ventus, et humidus, et grauis: itaque aucupes captant ex Auſtro venandi occaſionem: nequeunt autem volare ob grauitatem: corpulentae enim valde ſunt: idcirco cum clamore volant, quia laborant.* Habet haec etiam Solinus, c. 11. p. 30. H.

h. Conqueſtio labore expreſſa) Ariſt. cap. 12. lib. VIII. Hiſt. *Dalec.*

i. Aquilone) Ariſt. l. c. et Solinus. H.

k. Ortygometra) Ὀρτυγομήτρα, quaſi coturnicomater, ſic dicta, quod ceteris maior, ac pro corporis mole, veluti reliquarum mater, videatur. Gallis, *Roi des Cailles*, et *Mere des Cailles.* Fridericus II. L. I. de arte venandi, c. 9. *Ralli terreſtres, qui dicuntur duces coturnicum.* Heſychius: Ὀρτυγομήτρα, ὄρτυξ ὑπερμεγέθης. Ex ipſo eſſe coturnicum genere eam quae ortygometra dicitur, quod recte ducat aciem, ait Albertus, L. XXIII. p. 619. Nihilominus, a Plinio et Ariſtotele, e coturnicum genere aperte eximitur: quum Philoſophus ſcribat, coturnices hinc abeuntes ducibus vti glottide, ortygometra, oto, cychramo: e quibus ortygometra paluſtrium auium ſimilis ſit. H.

l. Primam earum) Solin. l. c. H.

m. Comitatum ſollicitant) Proſequuturas comites de diſceſſu admonent. *Dal.*

Comitatum ſollicitant) Hoc eſt, vt Solinus recte interpretatur, non e ſuo genere, quod Dalecampius exiſtimavit, ſed de externo comites duceſque requirunt, vt illud diſcrimen, quod ab accipitre ingruit, amoliantur a ſe. Itaque perſuaſae abeunt vna glottis, et ceterae, quae nunc recenſentur. Ariſt. l. c. Ὅταν δ' ἐντεῦθεν ἀπαίρωσιν, ἥ τε γλωττὶς συναπαίρει,

que vna [1] persuasae glottis, et [2] otus, et cychramus. Glottis *n.* praelongam exserit linguam: vnde ei nomen. Hanc initio blandita peregrinatione auide [3] profectam, poenitentia in volatu, cum labore scilicet, subit: reuerti incomitatam piget, et sequi: nec vmquam plus vno die [4] pergit: in proximo hospitio deserit. Verum inuenitur alia, antecedente anno relicta: simili modo in singulos dies. [5] Cychramus *o.* perseuerantior festinat etiam peruenire ad expetitas sibi terras. Itaque noctu *p.* is eas excitat, admonetque itineris. [6] Otus *q.* bubone minor

1. *Per sua signa. V.* 2. *sic et Ch. otus et cenchramis. M. otis, et cych. Gr. et Al.* 3. *prouectam. M.* 4. *peragit. V.* 5. *Cenchramis. V.* 6. *sic et M. et recte. Sic et Ch. otis Gr. et Al.*

παίρει, καὶ ἡ ὀρτυγομήτρα, καὶ ὁ ὦτος, καὶ ὁ κύχραμος etc. H.

n. Glottis) Γλωττὶς, quam ligulam Latine possis appellare. Quae sit ea, nondum satis constat. Arist. l. c. καὶ ἡ γλωττὶς, γλῶτταν ἐξαγομένην ἔχουσα μέχρι πόρρω. H.

o. Cychramus) Eam esse auiculam Bellonius putat, L. V. c. 21. quam Galli *Proyer* et *Prayer* appellitant, quod frequens sit ea in pratis: alaudarum proxime similitudinem refert. Hortulanum potius, *l' Ortolan*, signari ea voce censet Aldrou. Ornith. L. XIII. c. 24. p. 176. H.

p. Itaque noctu) Arist. l. c. H.

q. Otus) Arist totidem verbis, l. c. Bellonius, L. II. c. 31. ait esse *le Moyen Duc*, et *Hibou cornu*: Plumas enim, quas circa aures asio surrectas habet, cornua Galli vocant. Vide N. et Em. N. XXIX. (hic adi.) *Otus)* Sic rescripsimus, tum ex Indice huius libri, tum ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. tum denique ex ipso Aristotele, qui vbique ὦτον, vt Suidas ὦτον appellat, p. 399. et Athen. L. IX. p. 390. Namque ab otide, de qua sup. cap. diuersissima auis ea est. Tamen et h. l. *otis* editi libri habent, et Oppian. Cyneg. L. II. v. 406. ὠτίδες has ipsas vocat. Ὠτίδες, αἷσι τέθηλεν ἀεὶ λασιώτατον οὖας. Eruditis viris, Anatomicis Parisiensibus, otum siue asionem existimantibus eam

minor eſt, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus: vnde et nomen illi: quidam Latine aſionem vocant *r.*: imitatrix alias auis ac paraſita *s.*, et quodam genere ſaltatrix. Capitur haud difficulter, vt noctuae, [1] intenta in aliquo *t.*, circumeunte alio. Quod ſi ventus agmen aduerſo flatu ceperit inhibere, ponduſculis lapidum apprehenſis, aut gutture arena repleto, [2] ſtabilitae volant. Coturnicibus *u.* [3] veneni ſemen *x.* gratiſſimus cibus: quam ob cauſam

1. *Intentam in aliquem circumeunte alio. Ch. intenta in aliquem circumeunte alio. M.* 2. *ſic et M. et Ch.* 3. *veratri. Alii.*

eam auem eſſe, quae Domicella Numidica nuncupatur, *Demoiſelle de Numidie*, ne prorſus aſſentiamur, facit huius auis cum bubone diſſimilitudo tanta, quanta oti cum bubone ſimilitudo eſt. H.

r. Aſionem vocant) A plumeis auribus, aſini modo eminentibus et exſertis. *Geſnerus.* Mihi potius a voce, quae rudentem aſinum aemulatur. Athenaeus de hac aue multa lib. IX. *Dal.*

s. Imitatrix alias auis ac paraſita) Sic κόβαλον reddit Plinius, quamquam Daemonas quoſdam Dionyſiacos olim κοβάλους appellauerunt, id eſt, aſperos ac immites: eodemque nomine illos, qui aſſimulato luſu fallerent. Rhod. c. 7. II. *Dal.*

t. Intenta in aliquo) Interim dum venatorem alterum ſaltatione imitatur, atque in ea re tota eſt, ab altero venatore circumuenitur, ἀντορχούμενος ἁλίσκεται, περιελθόντος ἑτέρου τῶν θηρευτῶν, inquit Philoſophus, et poſt illum Athenaeus, L. IX. p. 391. H.

u. Coturnicibus) Habet haec Solinus, vſque ad finem capitis, iiſdem verbis, c. 11. p. 30. H.

x. Veneni ſemen) Siue id veratrum eſt, hoc eſt, elleborum, vt ait Galenus, L. I. de theriaca ad Piſonem, c. 4. p. 935. Καὶ ὁ ἐλλέβορος τῶν μὲν ὀρτύγων ἐστὶ τροφή, τοὺς δὲ ἀνθρώπους διαφθείρει κακῶς. Siue cicutam intelligit, vt Sextus Empiricus, Pyrrh. Hypot. L. I. c. 14. p. 12. Τὸ γοῦν κώνειον πιαίνει τοὺς ὄρτυγας. Siue napellum, vel aconitum, quo veſci impune coturnices ſcribit Auicenna, c. de napello. Solum tamen elleborum, veneni nomine Plinium nunc intellexiſſe arbi-

ſam eas damnauere menſae: ſimulque comitialem propter morbum deſpui ¹ ſuetum *y*., quem ſolae *z*. animalium ſentiunt, praeter hominem.

XXXIV. (XXIV.) Abeunt *a*. et hirundines hibernis menſibus, ſola carne *b*. veſcens auis ex iis, quae aduncos vngues non habent: ſed in vicina abeunt;

1. *Suetae. M.*

arbitror: Sic Didymus in Geopon. L. XIV. Οἱ ὄρτυγες ἐλλέβορον ἐπινεμόμενοι, τὰς ἐσθίοντας εἰς κίνδυνον ἐμβάλλεσι κατατεινομένες ἰλιγγιῶντας. *Coturnices quae elleboro paſcuntur, eos a quibus comeſtae fuerint, in tantum diſcrimen agunt, vt diſtendantur, conuellanturque, ceu correpti vertigine.* Nunc tamen certe maxime expetuntur in menſis. Si tamen paſtae eae elleboro fuerint, comitialem eo cibo morbum allici pluribus exemplis Schenkius docet, Obſ. med. L. I. p. 133. H.

y. Deſpui ſuetum) Dicemus de eo more veterum opportuniore loco, L. XXVIII. ſ. 7. H.

z. Quem ſolae animalium, etc.) Addit et Plutarchus capram: quamuis Ariſtot. probl. Cur homini ſoli peruertuntur oculi, affirmet: μόνες ἀνθρώπες ἐν τῷ τῶν ζώων γένει ἐπιλήπτες γένεσθαι. Ego vero et canes, et feles, et arietem eo morbo periiſſe vidi. Rhodigin. cap. 9. VI. Capras et oues eo modo vexari tradit Hippocrates, lib. περὶ τῆς ἱερῆς νόσε: equos Abſyrtus: accipitres et gracculos, Brod. cap. 23. III. *Dal.*

Quem ſolae) Ariſtoteles hominem vel ſolum, vel omnium maxime morbo comitiali eſſe obnoxium, in puerili aetate, affirmat, ſ. 9. probl. 49. p. 731. De coturnicibus conſentit Aloiſius Mundella Medicus, aliique non pauci, quos laudat Aldrou. Ornith. L. XIII. c 22. p. 162. Aiunt et alii alia animalia eo morbo tentari: Hippocrates, L. de morbo ſ. text. 13. p. 338. capras et oues: equos Abſyrtus, etc. Nos vidimus et e quadrupedibus vaccas, et ex volucribus currucas, *les fauvettes*, et ex iis, quae ſermonem imitantur humanum, aues merulis ſimiles, quas Galli *Sanſonnets* vocant. H.

a. Abeunt) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 15. p. 916. H.

b. Sola carne) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 6. p. 884. H.

abeunt; [1]apricos sequutae c. montium recessus: inventae-

E 5

1. *Africos. Ch.*

c. *Apricos sequutae)* Hoc est, cauernas montium ad Solem apertas, vel tutas saltem a frigore. Refert Ath. Kircherus, Mundi subt. T. II. L. VIII. p. 88. id se multis experimentis verum didicisse. Vide N. et Em. N. XXX. (hic pos.) *Sed etc.)* Hanc lectionem, librorum omnium editorum auctoritate stabilitam, tuemur aduersus quosdam MSS. in quibus *Africos* legitur, non *apricos*: quum proxime antecedat, *in vicina abeunt.* Haec enim Philosophi verba sunt, L. VIII. H. A. c. 21. p. 935. Οἱ δὲ πορρωτέρω ὄντες τῶν τοιούτων, οὐκ ἐκτοπίζουσιν, ἀλλὰ κρύπτουσιν ἑαυτούς· ἤδη γὰρ ὠμμέναι εἰσὶ πολλαὶ χελιδόνες ἐν ἀγγείοις ἐψιλωμέναι πάμπαν. *Quae vero longius absunt, non mutant locum, sed se ipsas abdunt. Visae enim sunt hirundines in cauernis multae, plumis nudatae penitus.* Et quamquam a Peloponnesi incolis audisse se Kircherus testatur, L. VIII. de Mundo subt. p. 88. hirundinum ingentem multitudinem quotannis ex Aegypto Libyaque vna cum ciconiis mare transmeare: experientia tamen edocuit, eas quae in propioribus Boreae plagis degunt, tam dissitas peregrinationes non obire; sed vel in montium et antrorum cauis, vel in imis lacubus, aliisque locis, quae sors obtulerit, hieme latere. Schefferus Vpsalensis, referente Heuelio, in Ephemeridibus Eruditorum, anni 1677. p. 22. visas a se affirmat ineunte autumno hirundines, quae sese in lacus, ranarum more, immergerent, abderentque, a piscatoribus saepe inde extractas, quum ignis vapore modico fouerentur, reuixisse. Elegans est recentioris poetae, Ioh. Moireau, e Congr. Oratorii, de eo argumento carmen, nec vbique obuium: cuius lemma: HIRVNDINES POLONICAE: Versus postremi huiusmodi: *Non tamen externos soles, tractusque remotos Quaerit, et Arctoum longinquo sidere frigus Mutat hirundo fugax: aliter mens docta saluti Consuluit, motusque dedit natura sagaces, Namque inter sese pennae per mutua nexis, Et pedibus; tepido subeunt humore paludes, Ingentesque lacus, fundo qua scilicet imo Subsedit calor, et venas tapefacta calentes Laxat hians tellus. Hic blandi tempora veris Exspectant, donec rigidi inclementia caeli, Et Borea spirante furens desaeuiat Arctos.*

ventaeque iam sunt ibi nudae atque deplumes. *d.* Thebarum *e.* tecta subire negantur, quoniam vrbs illa

Arctos. Interea penitus vitalis deficit humor In speciem: nullo pulsantur corpora motu: Hibernosque tenet sub aquis mors annua menses. Ast vbi purpureis patefecit cornibus annum Taurus, et infestae fugerunt frigora brumae, Ilicet emergunt. Videas pennata refundi Agmina, et innumeras vndis enare volucres. Nempe cateruatim pennis hiberna relinquunt Hospitia: antiquasque domos, et cognita nidi Tecta petunt, dulcesque volant rediuiua per auras, Insuetumque sibi repetunt examina caelum. Quin etiam has funda piscator verberet vndas Si quis, et immoto scrutetur in aequore pisces, Retia rara trahens, coecis deprensa latebris Plurima piscantem numero frustratur inani, Luctantesque plagas sopita fatigat hirundo. Illas exanimes siquis sub tecta reportat, Admouitque focis, tepidum vel sicubi voluunt Aedibus in mediis subiecta hypocausta vaporem: Vita redit, primi redeunt in corpora sensus: Iamque volant: sed enim penetrabile frigus adurens, Insuetusque calor tabentia membra resoluit, Atque vaporiferis grauis e fornacibus aestus. Quod vero Plinianam hanc loquendi formam, *sequi montium recessus*, improbat Scaliger in eum Philosophi locum, *quod duces tantum mobiles*, inquit, *sequimur:* vereor vt Grammaticis peritioribus animaduersionem hanc suam approbet. Nam *opportunitatem loci sequutos* Cicero laudat, de Offic. L. I. n. 35. aliaque possent proferri similia, quae Plinium latinitatis auctorem inprimis nobilem a calumnia vindicarent. H.

d. Deplumes) Cuiusmodi hirundinibus Eutropii depile caput, tineaque exesum, Claudianus confert, L. I. in Eutr. v. 118. *Vel qualis gelidis pluma labente pruinis Arboris immoritur trunco brumalis hirundo.* H.

e. Thebarum) Solin. c. 10. p. 28. Sed vide N. et Em. N. XXXI. (hic pos.) *Theb.)* Excedit omnem fidem quod huic narrationi paraphrastes Solinus addit, ita scribens c. 10. p. 28. de hirundinibus: *Et Thebas, quod illa moenia saepius capta sunt, negantur subire. Nam inter cetera habere illas quiddam praescium, inde noscitur, quod lapsura non petunt culmina, et aspernantur peritura quoquo modo tecta.* Sed quod est a Plinio dictum alibi de muribus, id transscriptor Solinus, vel vt miraculum amplificaret, vel

illa saepius capta sit: nec [1] Bizyae *f.* in Thracia, propter scelera Terei. *g.* Caecina Volaterranus equestris ordinis, quadrigarum dominus *h.*, comprehensas in Vrbem secum auferens, victoriae nuntias amicis mittebat, in eumdem nidum remeantes illito victoriae colore. *i.* Tradit et Fabius Pictor in Annalibus suis, quum obsideretur praesidium Romanum a [2] Ligustinis, hirundinem a pullis *k.* [3] ad se alla-

1. *Bizicis. Ch. Biziae Gr.* 2. *Ligusticis. V.* 3. *cum epistola ad se. V. epistolam ad se. M. lego, a pullis ad se all. vt lino pro epistola, (i. e. epistolae loco.)*

vel vt dissimularet furtum, ad hirundines transtulit. Nos certe Thebas his inuisas haud aliam ob causam suspicamur, quam quod saepe quassata tormentis bellicis moenia, quum traherent ruinam, nidis saepissime perniciem visa sunt attulisse. H.

f. Nec Bizyae in Thracia) Lege: *Nec Bizyes in Thracia.* Salm. p. 166. b.

Nec Bizyae) Plinius idem, L. IV. s. 18. *Intus Bizya, arx regum Thraciae, inuisa hirundinibus.* Stephano, Βιζύη. H.

g. Scelera Terei) De hac re egimus, L. IV. s. 18. H.

h. Quadrigarum dominus) Vide N. et Em. N. XXXII. (hic adi.) *Quadrig.)* Legit Rhenanus, *aurigam nido vivas:* sed neque codices suffragantur vlli, neque ipsa orationis structura eam emendationem recipit. H.

i. Illito victoriae colore) Melius, *Illita victoria colore;* hoc est, e conchula victoriae colore expressa illitaque. Nam in Apographo Toletano *victoria* scriptum est, non *victoriae.* Pint.

Illito victoriae) Ad significandam amicis victoriam illius diei Circensem, factionis victricis illiniebat hirundinibus colorem. Monuimus alias quatuor olim factiones exstitisse, Russatorum, Prassinorum, Albatorum, et Venetorum, coloribus inter se distinctas, a quibus et cognomina ipsa eae traxerunt. De Felice Russato auriga diximus, L. VII. s. 54. H.

k. A pullis) Hoc est, a nido extractam, vbi pullos fovebat. Intelligebant enim obsessi milites Romani, remeaturam hirundinem, quum abire libera fineretur, in eumdem nidum, qui in praesidio obsesso fuit, vbi ipsi, qui obsidebantur, nodorum

allatam: vt lino ad pedem eius alligato nodis significaret, quoto die adueniente auxilio eruptio fieri deberet.

XXXV. Abeunt *l.* et merulae *m.*, turdique, et sturni simili modo in vicina. Sed hi plumam non amittunt, nec occultantur: [1] visi saepe ibi, quo hibernum pabulum petunt: itaque in Germania hieme maxime turdi *n.* cernuntur. [2] Verius turtur *o.* occultatur, pennasque *p.* amittit. Abeunt et palum-

1. *Nisi spe cibi, etc. putant. V.* 2. *Vere. M.*

dorum numerum adnotarent. H.

l. Abeunt etc.) Arist. H. A. L. VIII. c. 21. p. 937. Merula Gallis, *un Merle.* turdus, *une Grive.* H.

m. Merulae) Merum, solum. Inde merula, quod sola volat. Graeci hanc auem surdam esse putant. Vnde prouerbium, κίχλης κωφότερος. Εὔβουλος ἐν Διονύσῳ μέμνηται. *Dalec.*

n. Hieme maxime turdi, etc.) Iuniperi, qui frequens ibi est, baccas hieme maturas et edules consectantes. *Dalec.*

o. Turtur) Turturem pro meretrice basiis et suauiis illiciente, Plautus lepide dixit in Bacchid. *Vbi ego capiam pro machaera turturem.* Dalec.

Verius turtur) Non proprie, inquit, memoratae modo aues occultantur: quoniam ibi saepe conspiciuntur, vbi victum quaeritant: ac turtur verius occultatur, pennasque amittit. Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic consp.) *Verius etc.)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. vet. cod. Dalec. *Vere:* ambigue scriptum. Nam si pro verno tempore accipias, falsum. Arist. enim Hist. L. VIII. c. 6. p. 888. Τρυγὼν δὲ τοῦ θέρους (φαίνεται) τοῦ γὰρ χειμῶνος ἀφανίζεται· φωλεῖ γάρ. *Turtur aestate apparet: hieme non comparet: latet enim.* Et c. 21. p. 936. Καὶ ἥγε τρυγὼν ὁμολογουμένως μάλιστα πάντων φωλεῖ. *Ac turtur quidem nemo dubitat, quin maxime omnium lateat. H.*

p. Pennasque) Hoc est, plumas: Nam et Arist. l. c. p. 735. πτερορρυεῖ ἐν τῇ φωλείᾳ dixit, *in latibulo plumis spoliatur:* et turturem Plinius merulis, turdis, sturnisque opponit, qui nec occultantur, nec plumam amittunt. H.

lumbes *q.*, quonam et in iis incertum. Sturnorum *r.* generi [1] proprium cateruatim volare, et quodam pilae orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Volucrum soli hirundini flexuosi volatus velox *s.* celeritas: quibus ex causis *t.* neque rapinae ceterarum alitum obnoxia est. [2] Ea demum sola auium nonnisi in volatu pascitur. *u.*

XXXVI. (XXV.) Temporum magna differentia auibus. Perennes, vt columbae: semestres, vt hirundines: trimestres, vt turdi et turtures: et quae, quum fetum eduxere, abeunt; vt galguli, vpupae.

XXXVII. (XXVI.) Auctores sunt *x.*, omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues, et confligere ad [3] Mennonis tumulum *y.*, quas ob id Mennoni-

1. *Prius. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. eadem demum Gr. et Al.* 3. *Memnonis vbique, et Memnonidas. Gr.*

q. Abeunt et palumbes) Arist. H. A. L. VIII. c. 15. p. 917. H.

r. Sturnorum) Gallis, *des Etourneaux.* H.

s. Flexuosi volatus velox) Sunt aliae aues permultae, quae et flexuose volent, et celeritate valeant: sed flexuosum volatum, quae tanta velocitate expediant, sunt omnino nullae: idque non vno modo, sed multiplici: flexuoso, anfractuoso, retorto, perplexo. H.

t. Quibus ex causis) Solin. c. 10. p. 28. H.

u. Nonnisi in volatu pascitur.) Muscis et culicibus, quos escam vilem, id est, frequentem, Nonius interpretatur. Varro dicit in Virgula diuina: *Ad quos tum volucres venit pusillos, Vsque ad limina nidica esca vilis.* Fritinniunt hirundines sua minurritione, vt ait Festus, Attius apud Varr. VI. de ling. Lat. *Nefrende fritinni suauiter.* (Nefrende, νωδέ.) Sic dicitur vel puer qui per aetatem, vel senex qui dentibus amissis cibum frangere non potest. *Scalig.*

x. Auctores sunt) Haec totidem verbis Solinus, c. 40. p. 71. et Aelian. H. A. L. V. c. 1. H.

y. Ad Memnonis tumulum) Prope

nonidas vocant. z. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in Aethiopia circa regiam Mennonis, exploratum sibi Cremutius tradit.

XXXVIII. Simili modo pugnant Meleagrides *a.* in

Prope Ptolemaida et Belum fluuium Memnonis sepulchrum esse Iosephus tradit: Strab. lib. XIII. vltra Esopi ostia, idemque alibi circa Paltum Syriae iuxta flumen Bandam, ex Simonide. De Memnonidib. Ouidius: *Praepetibus subitis nomen facit auctor: ab illo Memnonides dictae: cum Sol duodena peregit Signa, parentali moriturae more rebellant.* Memnonis, et Sarpedonis, Iouis filii, funebrem diem luctu et ieiunio celebrari solitum, indicant versus hi Comici veteris: Πολλάκις δ' ἡμῶν ἀγόντων τῶν θεῶν ἀπαςίαν, Ἡνίκ' ἂν πενθῶμεν ἢ δὲ τὸν Μέμνον', ἢ τὸν Σαρπηδόνα, Σπένδεθ' ὑμεῖς, καὶ γελᾶτε. Rhodig. cap. 5. XXII. *Dal.*

Ad Mennonis) Iuxta Ilium, ex Martiano, L. VI. c. de Phrygia, p. 221. MSS. omnes hoc loco, et *Mennonis tumulum, et aues Mennonidas, et regiam Mennonis* habent; tamen editiones vetustae habent, *Memnonis, et Memnonidas:* Vide L. VI. f. 35. H.

z. *Memnonidas vocant)* Sunt accipitribus similes, coloris nigri, seminibus tantum vescentes. *Aelianus.* Cornicularum genus esse puto, quae ex diuersis locis aduolantes, et illi inter se obuiae dimicant, vt inter eas saepe fit. *Dal.*

Mennonidas) Describit eas Aelian. l. c. H.

a. Meleagrides) De his fabulam narrat Aelian. H. A. L. IV. c. 42. Quae sint porro Meleagrides, statuere haud procliue est. Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic adi.) *Mel.)* Quid Meleagrides proprie sint, haud satis constat. Africanarum gallinarum generi, quod multiplex est, Varro, Columella, et Plinius adscribunt. Circa Mercurii promontorium in Africa reperiri, auctor est Scylax, p. 50. alibi vero nusquam, nisi inde exportatas. Gallopauones nostros, gallinasque Indicas, Salmasius, p. 872. ait esse Meleagridas Graecorum, *nec fas esse vllo modo super hoc ambigere.* Scaligerum increpat, qui dubitet. Affirmat tamen ipse Scaliger in not. ad Varr. de R. R. p. 245. *Aliae sunt*, inquit, *gibberae Numidicae, aliae Meleagrides: Gibberae Numidicae sunt, quas nos Pullas Guineae dicimus: Meleagrides notum est,*

in Boeotia. Africae hoc est *b.* gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis: quae nouissimae sunt peregrinarum auium in mensas receptae propter ingratum virus. *c.* Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

XXXIX. (XXVII.) Seleucides aues vocantur *d.*, quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant Casii

est, esse nostras gallinas Indicas, vt vulgo loquimur. Hos sequitur Aldrouandus Ornith. L. XIII. p. 37. aliique. Praeiuit omnibus Bellonius, L. V. c. 10. Verum gallinis Indicis nulla competit nota ex iis quas in Meleagridibus descibendis refert Athen. L. XIV. p. 655. vt cuiuis constabit, rem paulo attentius contemplanti: et quod caput est, veteribus eae prorsus videntur fuisse incognitae, quum ab occidentali India, siue America, fuerint ad nos primum allatae. Meleagridem Africanae similem ait esse Columella, L. VIII. c. 2. p. 280. Africanam siue Numidicam rusticae gallinae (Gelinottam vocamus) Varro de R. R. L. III. c. 9. p. 103. Quam porro dispar, Indicae gallinae, rusticaeque facies, vel coeci, credo, norunt. H.

b. Africae hoc est) Varro de R. R. L. III. c. 9. p. 104. *Gallinae Africae sunt grandes, variae, gibberae, quas Meleagridas appellant Graeci: hae nouissimae in triclinium ganearium introierunt e culina, propter fastidium hominum.* H.

c. Ingratum virus) Iniucundum saporem. Ingratum saporem. Sola igitur raritas et pretium augebat, et mensis admouebat. Hinc Varro l. c. *Veneunt propter penuriam magno*: et Petronius in Satyrico, p. 339. *Atque Afrae volucres placent palato Quod non sunt faciles.* H.

d. Seleucides aues vocantur) De iis Galen. cap. 4. lib. VI. Loc. affect. Eloriorum genus esse arbitror. *Dal.*

Seleucides) Genus hoc auium fabulosum esse censet Aldrouand. Ornith. L. X. c. 5. p. 629. Sed immerito. Dalecampius, genus Elorii quoddam esse arbitratur. Recte negat Aldrou. idem: quod ἐλώριος ex ardearum genere est, et pisce vescitur. Galen. T. VII. L. VI. de loc. aff. c. 3. p. 512. ὀρνίθια vocat, auiculas popularibus suis probe cognitas. Suidam exscripsisse ex Plinio putes, quae habet de aue

ſii montis *e.* incolae, fruges eorum locuſtis vaſtantibus. Nec vnde veniant quoue abeant, compertum: numquam conſpectis, niſi quum praeſidio earum [1] indigetur.

XL. (XXVIII.) Inuocant et Aegyptii *f.* ibes ſuas contra ſerpentium aduentum: et [2] Elei Myiagron

1. *Indigent. V.* 2. *Cyrenaici Achorem. V. et Elitini Sacorem. Ch.*

aue Seleucide, T. II. p. 725. Σελευκὶς, ὀρνεὸν ἐςὶν εὔπεπτον, καὶ ἀκόρεςον, καὶ πανȣ̃ργον, καὶ τὰς ἀκρίδας χανδὸν λαφύσσον. Vt vt eſt, a Seleucia Pieriae, quae in Syria Antiochia eſt, vbi et mons Caſius, nomen ſortitae videntur: neque ſunt huius orbis noſtri. H.

e. Caſii montis) Eſt is mons et in Aegypto, vbi Magni Pompeii tumulus: et in Syria Antiochene, vbi Seleucia cognomento Pieria, quae vocabulum dedit auibus. *Super Seleuciam*, inquit Plinius lib. V. cap. 22. *mons eſt eodem quo alius nomine, Caſius.* Herm. Barbarus.

f. Inuocant et Aegyptii) An *Elii Myiacoren Deum.* Hoc eſt Ἠλεῖοι τὸν Μυιακόρην, vel Μυιοκόρην, Deum ſcil. muſcarum euerritorem, ἀπὸ τȣ̃ καθαίρειν καὶ κορεῖν τὰς μυίας. Et paulo poſt: lege, *quae protinus intereunt, quam litatum eſt et Deo.* Vide *Salm.* Plin. exerc. pag. 12. b.

Inuocant) Solinus c. 32. p. 61. Diodor. Bibl. L. I. p. 78. Plutarch. L. de Iſide, p. 381. Phile, c. de ibi, p. 48. Euſeb. Praep. L. II. p. 49. Sed vberius Mela, L. III. c. 8. p. 61. *De ſerpentibus*, inquit, *memorandi maxime, quos paruos admodum, et veneni praeſentis, certo anni tempore, ex limo concretarum paludum emergere, in magno examine volantes Aegyptum tendere, atque in ipſo introitu finium, ab auibus, quas ibidas appellant, aduerſo agmine excipi, pugnaque confici traditum eſt.* Auium formam Cicero deſcribit de N. D. L. I. p. 43. *Aegyptii nullam belluam, niſi ob aliquam vtilitatem, quam ex ea caperent, conſecrauerunt: velut ibes maximam vim ſerpentium conficiunt, quum ſint aues excelſae cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro: auertunt peſtem ab Aegypto, quum volucres angues ex vaſtitate Libyae vento Africo inuectas interficiunt atque conſumunt. Ex quo fit vt illae nec morſu viuae*

grong. Deum, muscarum multitudine pestilentiam adferente: quae protinus intereunt, [1] quam litatum est ei Deo. *h.*

XLI. (XXIX.) Sed in secessu auium et noctuae paucis diebus latere traduntur: quarum genus in Creta insula non est *i.*: [2] etiam si qua inuecta sit, emoritur. Nam haec quoque mira naturae differen-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. postquam litatum est ei deo. M. Pint. qua litatum est illi die Gr. et Al.*
2. *et etiam. M.*

viuae noceant, nec odore mortuae. Ex Herodoto id omnes acceperunt, L. II. Euterpe, n. 75. p. 117. H.

g. Myiagron) Sic apud Strabonem lib. XIII. Apollo σμινθεὺς et πορνοπίων a muribus, ἐρυθίβιος a rubigine vocatur, Hercules vero κωνωπίων a culicibus, et ἰποκτίνος a vermiculis tenella vitis germina rodentibus: μυιώδη auctor vocat eum Deum, cap. 6. lib. XXIX. ἀπόμυιον, Pausanias lib. V. *Dal.*

Elei Myiagron) Μυΐαγρον, seu muscarum venatorem. Iouem Ἀπόμυιον vocant alii. Cl. Alex. in Protrept. p. 24. Ἀπομυίῳ Διὶ θύουσιν Ἠλεῖοι, Ῥωμαῖοι δὲ Ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ. Solin. c. I. p. 2. *Hercules*, inquit, *Myiagrum Deum dicitur imprecatus*, scilicet ne muscis in sacellum suum esset ingressus: qua de re sect. seq. MSS. quidam hoc loco *Myiacoren* legunt, vt arbitror, mendose. H.

h. Quum litatum est ei Deo) Tauro scilicet immolato, vt dicetur L. XXIX. s. 34. Vide Not. et Em. N. XXXV. (hic pos.) *Quam etc.)* Accedit haec lectio proxime ad vetustos codices R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. in quibus diserte scribitur, *qua litatum est ei Deo;* non vt ab editoribus interpolatum deinde est, *qua litatum est illi die.* Itaque *protinus quam* dixerit sane Plinius paulo audacius: vt *statim quam* ab aliis dictum meminimus. Neque vero nunc semel: nam et L. XV. s. 18. haec eadem loquutio iterum: *In cinere laxiuio tingunt protinus quam detraxere vitibus,* libris omnibus consentientibus. H.

i. In Creta insula non est) Aelianus cap. 2. lib. V. *Dal.*

In Creta) Solin. c. 11. p. 30. Aelian. H. A. L. V. c. 2. H.

rentia: alia aliis locis negat: tamquam genera frugum fruticumue, [1] sic et animalium: non nasci, translatitium *k.*: inuecta emori, mirum. Quid est illud *l.* vnius generis saluti aduersum? [2] quaeue ista naturae inuidia? aut qui terrarum [3] dicti auibus termini? Rhodus *m.* aquilam non habet. Transpadana Italia iuxta Alpes Larium lacum *n.* appellat, amoe-

1. *Sic et animalium non nasci, translatitiorumque inuecta mori. Mirum quidem est illud vnius generis aliti. Parm. animalium nasci: translatitiorum inuecta mori mirum. Quid e. i. u. g. aliti V. Quod illud est. Ch.*
2. *Quaenam est iis V.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. dicati auibus Gr. et Al.*

k. Translatitium) Vulgare, publicum, omnibus notum. *Dal.* Quid sit *translatitium* Salmasius pag. 176. docte explicat.

Translatitium est) Vulgare est, et frequenter accidit; neque enim *tralatitium* idem est, atque importatum aliunde, vt Budaeus existimauit. Porro hunc locum, interpunctione emendata, non parum illustrauimus. H.

l. Quid est illud?) Legendum reor, *Quid est illud vnius generis aliti aduersum.* Sciendum tamen in Toletano exemplari haec verba redundare. Item quae statim sequuntur sic ibi legi, *Quae bis naturae inuidia.* Pintian.

m. Rhodus) Sueton. in Tiberio, c. 14. agens de ostentis, quae Tiberio praesagirent principatum: *Ante paucos*, inquit *quam reuocaretur dies, aquila, numquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus eius assedit.* In eam rem exstat elegans inprimis epigr. in Anthol. L. I. tit. 60. Apollonida vate scriptum. Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις Ὁ πρὶν Κερκαφίδαις αἰετὸς ἱστορίη, Ὑψιπετῆ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ᾽ ἀερθεὶς Ἤλυθον, ἠελίου νῆσον ὅτ᾽ εἶχε Νέρων, Κείνου δ᾽ αὐλίσθην ἐνὶ δώμασι, χειρὶ συνήθης Κράντορος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον. *Cercaphidis non visa Ioui sacrata volucris, Quam Rhodos ex sola nouerat historia, Expandi celeres quo non prius aere pennas, Dum praesens colitur Solis in vrbe Nero, Tecta sedens super ipsa: Iouem non vito futurum, Inter regales ludere sueta manus.* H.

n. Larium lacum) Lego, *Arbustato agro.* Est enim *arbustare*, Plinio, agrum arboribus conserere ad vsum maritan-

amoenum arbusto [1] agro *o*., ad quem ciconiae [2] non permeant: sicuti nec octauum [3] circa lapidem ab eo. Immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina gracculorum *p*., monedularumque *q*., cui

F 2 soli

1. *Agrum. V.* 2. *transmeant. V.* 3. *citra. M.*

ritandarum vitium, vt libro septimodecimo, cap. 23. *Italia praeter supradicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino arbustat agros.* Pint.

o. Arbusto agro) Hoc est, consito arboribus ad vsum maritandarum vitium. Vnde Plinius idem L. XVII. f. 35. *Transpadana Italia, cornu, tilia, acere, orno, carpino, quercu, arbustat agros.* Res arbustiores dixit alicubi Tertullianus, hoc est, feliciores. H.

p. Gracculorum) Τῶν κολοιῶν, qui ἀπὸ τοῦ κολῴειν, a tumultuando dicuntur. Avis est enim loquax et obstrepera ac tumultuosa, θορυβητικὴ, καὶ κραυγαστικὴ, de qua Pindarus, κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται. Agathocles κολοιὸς dictus est, vel ob ferocitatem, vel ob loquacitatem. Rhodig. c. 4. XXIV. *Dal.*

Grac.) Choucas rouges, a rostro puniceo sic appellati. Vide quae dicturi sumus de gracculi nomine, L. XI. f. 35. H.

q. Monedularumque) Chouettes. Vide N. et Em. N. XXXVI. (hic coll.) *Grac. etc.)* Errant qui gracculum veterum a monedula genere toto differre putant. Sub genere summo, nempe corvino, coruus, cornix, et gracculus continentur. Gracculorum summum genus Aristoteli κολοιός est, H. A. L. IX. c. 31. p. 1061. cuius tergemina species: vnus enim est κορακίας, cui a ceteris scriptoribus Graecis communis toti generi nomenclatio κολοιὸς attribuitur, vti dicemus L. XI. f. 35. Alter, λύκος dicitur. Tertius a corvino genere minimus, βωμολόχος, ceu scurra dictus, quae Latinorum monedula est, furacissimum animal, concinnum, et elegans, haud tanta nigredine, sed quod maxime cicuretur, et colludat. Gallis, *Chouette*: atque ex ea aue ductum in his regionibus verbum istud est, quod in eos coniici solet, qui monedulas furtis imitantur. Monedulae porro nomen, augurum potius arbitratu factum a monendo putem, quoniam ex oscinum genere auis ea fuit: quam a moneta, vt quidam putauere, cum Alberto M. L. XXIII. de anim. p. 642. quoniam amantissima sit monetae monedula. Iconem eius exhibet Bellonius L. VI. c. 5. p. 286. H.

ſoli auir. furacitas [1]auri argentique [2]praecipue mira eſt. Picus Martius in Tarentino agro negatur eſſe. Nuper, et adhuc tamen raras., ab Apennino ad Vrbem verſus cerni cepere picarum genera, quae longa inſignes cauda variaet. appellantur. Proprium his caluefcere omnibus annis, quum ferantur u. rapa. Perdices x. non tranſuolant Boeotiae fines in Attica y.: nec vlla auis z. [3]in Ponto, inſula qua ſepultus eſt Achilles a., [4]ſacratam ei aedem. b. In Fidenate agro iuxta vrbem ciconiae nec pullos nec nidum faciunt. At in agrum Volaterranum palum-

1. *Argenti aurique praecipua.* Ch. 2. *praecipua mira eſt.* M. 3. *in Ponti inſula.* M. 4. *infeſtat ſacr.* M.

r. *Cui ſoli aui)* Nam, ſi lubet cum Ouidio ludere, Metam. L. VII. *Mutata eſt in auem, quae nunc quoque diligit aurum, Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.* H.

s. *Nuper, et adhuc tamen rara)* Hinc illud Martial. libr. XIV. epigr. 76. *Pica loquax certa dominum te voce ſaluto, Si me non videas, eſſe negabis auem.* Vide Ian. Duſ. ſuper Arbitr. lib. I. c. 14. *Dal.*

t. *Variae)* Ποικιλίδες, quod partem aliquam plumarum albicantem habeant. Notae ſunt eae picae vulgares. H.

u. *Quum ferantur)* Auguſto menſe, vti dicturi ſumus L. XVIII. ſ. 35. H.

x. *Perdices)* Repetendum ex ſuperioribus, *tranſuolant.* Ait, ergo nullam auem tranſuolare aedem Achilli ſacram, id eſt, volata tranſcendere, ὑπερπέτασθαι. *Salmaſ.*

Perdices) Solin. c. 7. p. 32. Athen. L. IX. p. 390. H.

y. *In Attica)* Hoc eſt, fines Boeotiae, qua attingit Atticam regionem: in Atticum ſolum non tranſmeant. H.

z. *Nec vlla auis)* Solin. c. 19. p. 38. Antig. Caryſt. c. 134. H.

a. *Inſula qua ſepultus eſt Achilles)* Albam Ptolemaeus vocat. Sita eſt in ora Tartariae minoris, ante Boryſthenis oſtium, ſupra c. 12. IV. *Dalec.*

Inſula) Leuce, qua de egimus, L. IV. ſ. 27. H.

b. *Aedem)* Ex ſuperioribus ſubintellige *tranſuolat.* H.

palumbium vis e mari quotannis aduolat. Romae *c.* in aedem Herculis *d.* in foro Boario nec muſcae, nec canes *e.* intrant. Multa praeterea ſimilia, quae prudens ſubinde omitto in ſingulis generibus, faſtidio parcens: quippe quum Theophraſtus tradat inuectitias eſſe in Aſia *f.* etiam columbas, et pauones, et [1] coruos, et in Cyrenaica *g.* vocales ranas.

XLII. Alia [2] admiratio circa oſcines: fere mutant colorem vocemque [3] tempore anni *h.*, ac repente fiunt aliae: quod in grandiore alitum genere

1. *Ceruos. M.* 2. *admiratio. Oſcines fere. M.* 3. *vt temp. Ch.*

c. Romae) Solini paraphraſis c. 1. p. 2. *Suo quoque numini Hercules inſtituit aram. . . . Hoc ſacellum Herculi in Boario foro eſt, in quo argumenta et conuiuii, et maieſtatis eius remanent. Nam diuinitus illo, neque canibus, neque muſcis ingreſſus eſt. Etenim quum viſcerationem ſacricolis daret, Myiagrum Deum dicitur imprecatus: clauam vero in aditu reliquiſſe, cuius olfactu refugerent canes: id vſque nunc durat.* Fuit haec aedes Herculis Victoris, ſiue Triumphalis, Forumque Boarium, in octaua Vrbis regione. H.

d. In aedem Herculis) Vide quae notata ſunt cap. 7. libr. XXXIV. Herculi hinc bonorum decimam Romani dicabant, ſacrabant, ſoluebant: vnde lepidus iocus Plauti in Bacchidibus: *Si frugi eſt, Herculem fecit ex parte: decumam partem ei Dedit, ſibi nouem abſtulit.* Cic. de Nat. Deor. *Neque Herculi decimam quiſquam vouit vmquam, ſi ſapiens factus eſſet.* Inde Plauto in Moſtel. Herculis diuitiae. — — *vnus iſti ſeruus eſt ſacerrimus Tranio, is vel Herculis conterere quaeſtum poſſiet.* Dalec.

e. Nec canes) Plutarch. in Quu. Rom. p. 285. H.

f. In Aſia) Moſis tamen aeuo Syriam totam πολυτρήρονα fuiſſe, ex ſacris paginis plane conficitur. H.

g. In Cyrenaica) Ea de re dictum ſuperius, L. VIII. ſ. 83. H.

h. Tempore anni) Vide quae de hac loquendi forma diximus in Not. et Em. libri ſuperioris, N. CXXXI. H.

grues tantum *i.*: [1] hae enim senectute nigrescunt. [2] Merula *k.* ex nigra ruffescit, canit aestate, hieme balbutit *l.*, circa solstitium *m.* [3] muta. Rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, dumtaxat maribus. Turdis color *n.* aestate circa ceruicem varius, hieme concolor. *o.*

XLIII. Lusciniis *p.* diebus ac noctibus continuis xv. [4] garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in [5] nouissimum digna miratu aue. Primum tanta *q.* vox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta [6] musicae scientia modulatus editur sonus: et

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Eae enim Gr. et Al.* 2. *Merulae ex nigra ruffescunt. Ch Merula, etc. rubescit. M.* 3. *mutat M.* 4. *garrulis, M.* 5. *nouissimis. Vet. Alii Vet.* 6. *musica. Ch.*

i. Grues tantum) Arist. H. A. L. III. c. 10. p. 352. Solin. c. 10. p. 28. H.

k. Merula) Arist. H. A. L. IX. c. 75. p. 1168. Nostris *Merle noir.* H.

l. Hieme balbutit) Turdos, merulas, sturnos, turtures hieme latere scribit Arist. c. 16. lib. VIII. Hist. *Dalec.*

Balbutit) Arist. Τȣ̃ δὲ χειμῶνος παταγεῖ, καὶ Φθέγγεται θορυβῶδες; *hieme strepit, et tumultuose voculatur.* H.

m. Circa solstitium) Aestiuum scilicet, quo tempore latet, vt ait Arist. Hist. L. VIII. c. 21. p. 736. et pennas amittit, et silet. H.

n. Turdis color) Arist. H. A. L. IX. c. 75. p. 1168. H.

o. Concolor) Hoc est, vnius coloris, qui proxime ad sturni colorem accedat. Arist. H.

p. Lusciniis) Arist. iisdem verbis, l. c. H.

q. Primum tanta, etc.) Lusciniarum cantus suauitatem et varietatem his versibus eleganter Homerus expressit: Ὡς δ᾽ ὅτε Πανδαρέȣ κούρη, καὶ χλωρὶς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσι ἔαρος νέον ἱςαμένοιο, Δένδρων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσι, Ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυήχεα Φωνήν, etc. Festiue Plautus in Bacchidibus, *Pol, magis metuo, in monendo ne mihi defluat oratio.* BA. *Pol ego quoque metuo, Lusciniolae ne defluat cantio.* Dalec.

et nunc continuo *r.* ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo *s.*, nunc diſtinguitur conciſo *t.*, copulatur *u.* intorto: [1] promittitur *x.* reuocato, infuſcatur *y.* ex [2] inopinato: interdum et ſecum ipſe [3] murmurat *z.*: plenus *a.*, grauis, acutus, creber, extentus: vbi viſum eſt, vibrans, ſummus, medius, imus. Breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quae tot exquiſitis tibiarum [4] tormentis *b.* ars

F 4

1. *Promitur, reuocatur, infuſcatur ex inopinatu. M.* 2. *inopinatu. M.* 3. *memorat. Ch.* 4. *inſtrumentis. D.*

r. Et nunc continuo) Id carmine expreſſit haud inuenuſto vates non ignobilis: *Nunc ceu rudis, aut incerta canendi Proiicit in longum, nulloque plicabile flexu Carmen init, ſimili ſerie, iugique tenore Praebet iter liquidum labenti in pectore voci.* H.

s. Variatur inflexo) Variat ſonum inflexo ſpiritu, quum praeſertim cantus criſpatur, *il fredonne.* H.

t. Conciſo) Caeſim variato cantu, ſiue ſibilis interciſis, eodem interuallo nihilominus continuatis. H.

u. Copulatur) Quum multiplicis vocis modulos tremulo gutture ac veluti contorto ſpiritu, ingeminat: Galli vocant, *Roulemens:* quidam, *Roulades.* H.

x. Promittitur) Non iam emittens foris, ſed intus reuocans ſpiritum, ac veluti reſorbens, ſibilum interim edit vna contentione perpetuum, ac longiuſcule productum. Sic paulo ante ſ. 29. de tetraonibus: *moriuntur ſpiritu reuocato.* H.

y. Infuſcatur) Obſcuriorem vocem aſſimulat, vt aliam auem canere potius, quam luſciniam, putes. H.

z. Murmurat) Il Gazoüille. Satis eleganter idem poeta: *Ex inopinato grauis intonat, et leue murmur Turbinat introrſus, etc.* H.

a. Plenus) Nunc aequabili vocis ſono, nunc graui ac ſubmiſſiore, nunc acuto, elatoque vtitur, *il contrefait le fauſſet.* Nunc eoſdem ſonos celeritate maxima deuoluit, nunc eoſdem protrahit longius. Quum lubet, ſummum vocis ſonum affectat, *le deſſus*: medium, *la taille:* imum, *la baſſe-contre.* H.

b. Tormentis) Hoc eſt, inſtrumentis, quibus excogitandis, concinnandiſque apte hominum torquentur ingenia. H.

ars hominum excogitauit: vt non ſit dubium hanc ſuauitatem *c.* praemonſtratam efficaci auſpicio, quum in ore Steſichori *cc.* cecinit infantis. Ac ne quis dubitet [1]artis eſſe, plures ſingulis ſunt cantus, [2]nec iidem omnibus, ſed ſui cuique. Certant inter ſe, palamque animoſa contentio eſt. *d.* Victa morte finit ſaepe vitam, ſpiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliae [3]iuniores *e.*, verſuſque quos imitentur accipiunt. Audit diſcipula *f.* intentione magna, et reddit: vicibuſque [4] reticent. Intelligitur emendatae [5] correptio, et in docente quaedam reprehenſio. Ergo ſeruorum illis pretia ſunt: et quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio ſeſtertiis ſex *g.*, candidam alioquin, quod eſt prope inuſitatum, vaeniſſe, quae Agrippinae Claudii principis coniugi dono daretur. Viſum iam ſaepe, iuſſas canere cepiſſe, et cum ſymphonia alter-

1. *Artes eſſe plures ſinguli. M.* 2. *nec idem omnibus, ſed ſuas cuique. M.* 3. *iuueniores. Ch.* 4. *recitant. V. lego, recitet.* 5. *ſic et M. et Ch. correctio Gr.*

c. Hanc ſuauitatem) Similem dicendi ſuauitatem praemonſtratam in Steſichoro aliquando fore, efficaci auſpicio, quum in ore eius, qui tum infans eſſet, luſcinia cecinit. H.

cc. Steſichori) Scripſit is Helenes epithalamium, ſiue, γαμήλιον λόγον, κατακοιμητικὸν potius, vt arbitror quam διεγερτικὸν, veſpertinum, quam matutinum. Haec enim epithalamiorum differentia eſt. Rhod. cap. 15. XXVIII. *Dal.*

d. Animoſa contentio eſt) Vide quod adnotatum eſt e Charmide cap. 1. lib. XXIX. *Dalec.*

e. Iuniores) MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *Iuueniores.* H.

f. Audit diſcipula) Docentem magiſtram, diſcipulamque aemulantem audiuiſſe ſe Ariſtoteles narrat, Hiſt. L. IV. c. 9. p. 498. Id quoque notat Plut. L. de ſol. anim. p. 973. H.

g. Seſtertiis ſex) Siue ſeſtertiûm ſex millibus. Monetae noſtrae librae ſunt omnino ſexcentae. H.

ternasse: sicut homines repertos, qui sonum earum, addita in transuersas [1] arundines aqua, foramen inspirantes, linguaeque *h.* parua aliqua opposita mora, indiscreta redderent similitudine. Sed eae tantae tamque artifices argutiae a xv. diebus paulatim desinunt, nec vt fatigatas possis dicere, aut satiatas. Mox aestu *i.* aucto in totum alia vox fit, nec modulata, aut varia. Mutatur et color. Postremo *k.* hieme ipsa non cernitur. Linguis earum tenuitas illa prima non est, quae ceteris auibus. Pariunt vere *l.* primo cum plurimum sena oua.

XLIV. Alia ratio ficedulis *m.*: Nam formam *n.* simul

1. *Aquas fronde harundinea, quasi foramine, inspirantis linguae, vt parua. Vet. et Parm. nisi quod hic habet, in transflabias transuersas arundine aqua foramine inspirantes, linguaeue parua. M. lego, addita transuersim in os arundine, tamquam foramine inspirantes linguae parua.*

h. *Linguaeque)* In his arundinibus ex arte incisis, quid lingua seu ligua sit, tralatitium est. Nostris, *la Languette.* H.

i. *Mox aestu)* Arist. l. c. p. 1168. *Aestate procedente, aliam mittit vocem: non amplius omnimodam, neque celerem, neque contentam, (sed simplicem: colorem quoque alium induit.* Aelian. H. A. L. XII. c. 28. H.

k. *Postremo)* Arist. tum l. c. tum L. V. c. 9. p. 541. H.

l. *Pariunt vere)* Arist. H. A. L. V. c. 9. p. 541. θέρες ἀρχομένε, aestatis initio. H.

m. *Alia ratio ficedulis: nam formam coloremque mutant. Hoc nomen non nisi autumno habent, postea melancoryphi vocantur, etc. Mutat et vpupa, vt tradit Aeschylus)* Praepostera verba, permutatae sententiae, omnia transposita et confusa. Quod vpuparum est ficedulis tribuitur: quod ficedularum, vpupis. Quippe ficedulas formam mutare, a vero alienum est: hoc si vpupis tribuas, vera loquutus fueris. Aristoteles de ficedulis lib. IX. c. 49. *Sic et ficedulae melancoryphi vicibus commutantur: fit enim ineunte autumno ficedula, ab autumno protinus melancoryphus: nec inter eas discrimen aliquod nisi coloris et vocis est. Auem*

Auem autem esse eamdem constat, quia dum immutaretur hoc genus, vtrumque conspectum est nondum absolute mutatum, nec alterutrum adhuc proprium vllum habens appellationis. His verbis Aristoteles, non formam mutare ficedulam tradit, sed vocem et colorem. Videamus rursus quid de vpupa idem auctor eodem loco scribat: *Nec non*, inquit, *vpupa cum colore tum vero specie immutatur.* Et capite quintodecimo eiusdem voluminis: *Vpupa nidum potissimum e stercore hominis facit. Mutat formam tempore aestatis et hiemis.* Patet ergo ex antedictis, ficedulas colorem tantum et vocem mutare, vpupas et colorem et formam. Si ergo verba, quae de ficedularum formae et coloris mutatione hic habentur, ad vpupas transfers, et rursus duo illa verba, a quibus de vpupa incipit tractare, quae sunt, *Mutat et*, ad ficedulas, omnia debitum ordinem recipient. Legendum ergo videtur in vniversum sic, *Pariunt vere primo, cum plurimum sena oua. Mutant et ficedulae. Hoc nomen non nisi autumno habent, postea Melancoryphi vocantur. Sic et Erithacus hieme, idem Phoenicurus aestate. Alia ratio vpupae: nam formam simul coloremque mutat, vt tradit Aeschylus, etc.* Non sum nescius visum haec iri quibusdam, ludibria potius praestigiatorum, quam censorias castigationes. Sed meminerint humani lectores, in tanta verborum sententiarumque prope dixerim strage, violentia opus esse, et veritati quocumque discrimine viam patefaciendam, satiusque esse, vi aliqua literae allata, scire nos aliquid, quam immutare verba non audentes, omnia in dubium vocare, et falsa saepenumero pro veris admittere. *Pint.*

n. *Nam formam)* Ficedulae nostrae, *Becfigues*, ficuum tempore apparent, quod iis vescuntur: discedunt post autumnum: ac tum demum prodeunt pari, siue mesangiae nostrae, quae et a nigro capitis quasi velamine, μελαγκόρυφοι Graecis, nostris quoque *Mesanges Nonnettes* nuncupatae sunt. Festus: *Melancoryphi genus auium, quae Latine vocantur atricapillae, eo quod summa eorum capita nigra sint.* Hinc ea in animis vulgi insedit opinio, quam Aristoteles sequitur H. A. L. IX. c 75. p. 1169. alteram harum auium certo anni tempore alterius formam induere. Discessit ab hac haeresi Alexander Myndius, qui apud Athen. L. II. p. 65. parorum species duas agnoscit, alteram quae ficuum tempo-

ſimul coloremque mutant. [1] Hoc nomen *o.* autumno: non habent poſtea: melancoryphi [2] vocantur. Sic et erithacus *p.* hieme, idem phoenicurus *q.* aeſtate. Mutat et vpupa *r.*, vt tradit Aeſchylus *s.* Poëta, obſcena alias paſtu auis *t.*, criſta viſenda plicatili,

1. *Hoc nomen nonniſi autumno habent: poſtea melancoryphi vocantur. Gr. et Al.* 2. *notantur. M.*

tempore συκαλὶς vocetur: alteram parum ſiue meſangiam atricapitis, αἰγίθαλον μελαγκόρυφον. H.

o. Hoc nomen non niſi autumno habent) Diſtingue: *Hoc nomen autumno: non habent poſtea: melancoryphi vocantur.* Salm. p. 238. a.

Hoc nomen) Vide N. et Em. N. XXXVII. (hic adi.) *Hoc n.)* Eadem ſententia, ſed non pari fide libri hactenus editi ſic eum locum exhibent: *Hoc nomen non niſi autumno habent: poſtea melancoryphi vocantur.* Nobis a codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. aliorumque auctoritate diſcedere religio fuit. H.

p. Sic erithacus) Ariſt. l. c. Item Geoponicôn Auctor, L. XV. c. 1. p. 405. Καὶ ἐρίθακος, καὶ οἱ καλούμενοι φοινικοῦροι θερινοί. Sed ſimilis eſt hic error priori, et ſimili ex cauſa ortus. Gallorum aucupes erithacum vocant *Gorge Rouge*, vt Bellonius refert L. VII. c. 9. eumque ſequutus Aldrou. Ornith. L. XVII. c. 30. p. 741. Phoenicurum eodem Bellonio teſte, *Roſſignol de muraille.* Subſcribit et Aldrou. c. 32. p. 746. H.

q. Idem Phoenicurus) Ariſtoteles libro nono, capite 49. *Phoenicurgus*, modo exemplar vitio careat. Heron auctor Graecus in Georgico de antipathia agens, *Phoenicurus*, cum Plinio. *Pint.*

r. Mutat et vpupa) Ariſt. iiſdem verbis, Aeſchylum quoque laudans l. c. Et Geopon. auct. l. c. Ὁ ἱέραξ καὶ ὁ ἔποψ μεταβάλλει, *accipiter et vpupa inuicem transformantur.* Sed haec haud magis ſimilia veri, quam quae de melancorypho iactata vidimus. Accipiter vere apparet, recedit aeſtate: quo tempore apparet vpupa. Haec Gallis, *Hupe* dicitur. Bellonium vide L. VI. c. 10. Aldrou. Ornith. L. XVII. c. 21. p. 792. H.

s. Aeſchylus) Huius verſus de vpupa recitat Ariſt. Hiſt. L. IX. c. 75. p. 1167. H.

t. Obſcena alias paſtu auis) *Paſtu*, redundare videtur. Paſtu enim ea obſcena non eſt, ſed nido, quem e ſtercore, praecipue humano, con-

catili, contrahens eam subrigensque per longitudinem capitis.

XLV. Oenanthe *u.* quidem etiam status latebrae dies habet, exoriente Sirio occultata, ab occasu eiusdem prodit: quod miremur, ipsis diebus *x.* vtrumque. Chlorion *y.* quoque, qui totus est luteus,

conficit. Aristot. cap. 15. IX. Idem tamen c. 1. VI. Hist. Vpupam non nidificare ait, sed in cauis arborum parere sine vllo stramento. Pausanias lib. I. tradit vpupam primum Megaris visam ad Terei sepulchrum. *Dal.*

Obscena alias pastu) Vide N. et Em. N. XXXVIII. (hic adi.) *Obs. etc.)* Vox haec *pastu* redundare Dalecampio videtur. Pastu enim, inquit, ea auis obscena non est, sed nido, quem e stercore praecipue humano conficit. Plinium a calumnia defendit Albertus M. de anim. L. VIII. tr. 2. c. 4. p. 255. *Quam nos vpupam vocamus*, inquit, *ex industria naturali materiam nido suo congruam colligit*, *stercus hominis*, *quia virtutem quamdam habet theriacae*, *contra venenum: et est medicina sibi contra venenum*, *sicut et leopardo et leoni.* Leopardos certe eo pastu sibi aduersus venena mederi vidimus, L. VIII. s. 41. ex Aristotele, Plinio, Solinoque, quos idem Albertus sequitur, de anim. L. VIII. tr. 2. c. 2. p. 251. H.

u. Oenanthe) Totidem verbis Arist. l. c. Οἰνάνθη. Parram Plinius ipse appellat, L. XVIII. s. 69. sed faciem nusquam describit: Aristoteles quoque nomine solo contentus. Ne Bellonio assentiar, L. VII. c. 12. existimanti esse auem eam, quae Gallis *Cublanc* dicitur, multa deterrent. Parrae recinentis omen ceu infaustum Horatius memorat L. III. od. 27. H.

x. Ipsis diebus) Ipso die quo Sirius oritur, occultat sese oenanthe, seu parra: ipso die, quo Sirius occidit, prodit. H.

y. Chlorion) Χλωρίων Aristoteli, H. A. L. IX. c. 28. p. 1058. Chlorion, χλωρὶς, et χλωρεὺς aues sunt solo nomine affines, genere dispares, apud Arist. L. IX. c. 2. p. 1002. et c. 20. p. 1048. Chlorionem totum esse luteum, magnitudine turturis, docet Philosophus: vixque adeo Scaligero assentior, chlorionem affirmanti eam esse auiculam, quam Galli *Verdier* vocant: est enim ea turture haud paulo minor: Vireo-

teus, hieme non visus, circa solstitia z. procedit. (XXX.) Merulae a. circa Cyllenen Arcadiae, nec vsquam b. aliubi, candidae nascuntur. Ibis c. circa Pelusium tantum nigra est, ceteris omnibus locis candida. d.

XLVI. (XXXI.) Oscines e., preeter exceptas f., non temere fetus faciunt ante aequinoctium vernum, aut post autumnale: ante solstitium autem dubios, post solstitium vitales. g.

XLVII. (XXXII.) Eo maxime sunt insignes halcyones. h. Dies earum partus [1] maria, quique i. naui-

1. *Qui maria quoque nauigant.* M.

Vireonem appellat Plinius, L. XVIII. s. 69. H.

z. *Circa solstitia)* Aestiua: περὶ τὰς τροπὰς τὰς θερινάς. Arist. et Aelian. H. A. L. IV. c. 47. H.

a. *Merulae)* Arist. H. A. L. IX. c. 25. p. 1057. Auctor mirab. ausc. p. 1151. Solin. c. 7. p. 22. Aelianus item ex Sostrato, H. A. L. V. c. 27. H.

b. *Nec vsquam)* Nunc alivbi multis in locis reperiri experientia docuit. Bellonius, de auibus L. VI. c. 52. in Sabaudia, Arueniaque esse frequentes ait. H.

c. *Ibis)* Arist. H. A. L. IX. c. 35. p. 1063. et Solin. c. 32. p. 61. H.

d. *Ceteris omnibus locis candida)* Aegypti. Arist. cap. 27. lib. IX. histor. *Dalec.*

Ceteris) Ceteris Aegypti nimirum locis. Est enim Aegypti peculiaris auis illa. Atque ita Arist. *Ibes,* inquit, *in Aegypto duûm sunt generum, candidae aliae, aliae nigrae. Cetera in terra Aegypti,* ἐν μὲν ἐν τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ *albae sunt, in Pelusio non sunt: contra in illa non sunt nigrae: in Pelusio sunt.* Vtrumque ibidum genus describit Herodotus Euterpe, L. II. n. 76. p. 118. H.

e. *Oscines)* Arist. H. A. L. V. c. 9. p. 539. H.

f. *Praeter exceptas)* Luscinias intelligit, de quibus extrema sectione 43. *Pariunt,* inquit, *vere primo, vt plurimum bina oua.* H.

g. *Vitales)* Βιωσίμους, qui spem vitae habeant. H.

h. *Halcyones)* Pacuuius in Teucro: *Flexanima, tamquam lymphata et Bacchi sacris Commota, in tumulis Teucrum commorans meum, Alcyonis ritu litus peruolans feror.* Apollon. lib. IV. τῆλόθι δ' οἴη Αυ-

nauigant, nouere. Ipsa auis *k.* paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum [1] purpureis et candidis admixis pennis *l.*, collo gracili *m.* ac

1. *Purpureas, (forte purpura) candidis admixta pennis. Ch.*

Λυγροῖσιν κατὰ πόντον ἅμα ἀλκυόνεσσι φορεῦμαι. Plaut. in prolog. Casinae: *Tranquillum est: Alcedonia sunt circa forum.* In Pseudolo: *Iam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillam facis, Quam mare est olim, cum ibi alcede pullos educit suos.* Vide Varron. VI. De ling. Lat. *Dalec.*

i. Maria, quique) Et maria, inquit, nouere: sunt enim tum tranquilla et qui nauigant, sedato enim mari vtuntur. Vide N. et Em. N. XXXIX. (hic adi.) *Maria)* Fuit qui ex coniectura sic reponendum censeret: *maria quiqui nauigant:* minus recte. H.

k. Ipsa auis) Haec Arist. H. A. L. IX. c. 21. p. 1050. vbi iisdem plane verbis, maiorem describit halcyonem ἀλκυόνα, quam Scalig. in L. VIII. Arist. p. 892. Gallis *Martinet pêcheur* ait appellari, post Bellonium L. IV. c. 25. H.

l. Colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis et candidis admistis pennis) Scribendum reor, *pallidis*, non *candidis*: nullus enim halcyoni candor, si Aristoteli fidem habemus. Eius verba sunt libro nono, capite 14. *Alcedo non multo amplior passere est, colore tum caeruleo, tum viridi, tum etiam leuiter purpureo insignis.* Et cap. 14. Meropis colorem, halcyonis colori comparat. De Meropis vero coloribus sic scribit, *Pennae huius auis inferiores pallidae sunt, superiores caeruleae vt halcyonis, postremae pinnulae rubrae habentur.* Et Plinius capite proximo: *Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, primori subrutilo.* Si quis obiiciat in Graeco Aristotelis codice, non *ochron*, hoc est, pallidum colorem halcyoni tribui, sed chloron, hoc est, viridem seu luteum; sciat duo haec nomina pro se inuicem poni apud Aristotelem: quod patet ex eius verbis cap. tertiodecimo: *Lutea*, inquit, *dicta est a colore partis suae inferioris pallido.* Et vbi Meropi, pallidum Plinius tribuit, ibi Aristoteles ochron. Ergo luteus et pallidus color, vel idem sunt, vel ferme idem *Pint.*

m. Collo gracili) Vel collum pro rostro καταχρηστικῶς

ac procero. Alterum genus *n.* earum magnitudine diſtinguitur et cantu. *o.* Minores *p.* in arundinetis canunt. Halcyonem *q.* videre rariſſimum eſt, nec niſi

κῶς dixiſſe Plinium neceſſe eſt, quod paulo ſane durius eſſe non inficior: aut certe hallucinatum eſſe: Roſtrum enim procerum halcyoni, et gracile eſſe, non collum, tum res ipſa monet, effigiesque quam Bellonius exhibet, l. c. tum Ariſtot. qui eadem ac Plinius, totidemque verbis hoc loco tradit; τὸ δὲ ῥύγχος, ὑπόχλωρον μὲν, μακρὸν δὲ καὶ λεπτόν. Quod ſi haec ab aliis hauſit ſcriptoribus, nec temere ab iis vtraque colli roſtrique proceritas halcyoni attributa eſt, labaſcit eorum coniectura, quos diximus exiſtimaſſe halcyonem nunc appellari, *Martinet pêcheur.* H.

n. Alterum genus earum magnitudine diſtinguitur et cantu) Lego, *Alterum genus earum magnitudine diſtinguitur, nec canunt.* Ariſtoteles libro octauo, capite tertio: *Praeterea genus alcedonum aquas adamat: quod duplex eſt. Alterum vocale, arundinibus inſidens, alterum mutum; quod ampliore corpore eſt.* Notandum in tranſitu ſuccurrit, in Ariſtotelis Graeco codice atrocem inoleuiſſe mendam. Pro *halcyonon* enim *aedonon* ſcriptum inuenies, hoc eſt *luſciniarum.* Pint.

Alterum genus) Alterum inquit genus halcyonum a ſuperiore diſtat, et magnitudine, et cantu: ſunt enim minores eae, et in arundinetis canunt: Bellonio, L. IV. c. 26. *Rouſſerolles.* Vide N. et Em. N. XL. *Alt. g.)* Ratus eſt Pintianus huic loco mendum ſubeſſe, atque hoc pacto legi oportere: *Alterum genus eorum magnitudine diſtinguitur, nec canunt.* Quam emendationem ſcriptoris ſenſus ipſe confutat. Nam de minore halcyone, quae vocalis eſt, nunc ſe agere aperte ſignificat, qui prius maiorem collo gracili ac procero inſignem, notauit. Quamquam nec maior ipſa ita eſt ἄφωνος, nihil vt omnino dicat: aliquid enim in explicatione alarum, dum alio migrare vult, exprimit: ſiquidem ea auis eſt, quum *Martinetum piſcatorem* vocant. H.

o. Magnitudine diſtinguitur et cantu) Ariſtot. Maximis amplior magnitudo quam ſpongiae. Sunt enim maiores et minores. *Dalec.*

p. Minores) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 7. p. 892. H.

q. Halcyonem) Ariſt. Hiſt. L. V. c. 9. p. 541. Indicat vel haec auis raritas non eſſe hal

nisi Vergiliarum *r.* occasu et circa solstitia brumamve *s.*, naue aliquando circumuolata statim in latebras abeuntem. Fetificant *t.* bruma, qui dies halcyonides *u.* vocantur, placido mari per eos et nauigabili, [1] Siculo *x.* maxime *. Faciunt autem *y.* septem

1. Siculo maxime. In reliquis partibus est quidem mitius pelagus. Siculum vtique tractabile. Faciunt autem etc. Gr. et Al.

halcyonem, quae vocetur *Martinet pêcheur*, a Scaligero, Bellonioque. H.

r. Vergiliarum) Harum occasum incidere alias monuimus in diem 44. post aequinoctium autumnale. H.

s. Brumamue) Vide infra c. 36. lib. XVIII.

t. Fetificant) Arist. totidem verbis, l. c. p. 539. H.

u. Qui dies halcyonides) Quinque Simonidi et Aristoteli: Demagorae Samio, septem: Philochoro, nouem: quibusdam quatuordecim, et iis ad octauum Calend. Martias. Vide Rhodig. c. 11. XIV. Cum Caeyx Trachiniorum rex, eiusque vxor Alcyon, tantum fastu elati fuissent, vt suo contempto nomine, ille Iouem, haec Iunonem vocari se vellent, vindice Deorum ira exstincti sunt: hicque naufragio submersus in Cerylum, illa luctu exanimata ob mariti desiderium, in auem cognominem mutata est. *Dal.*

Halcyonides) Ἀλκυόνειοι ἡμέραι, Aristoteli: Halcyonei, Columellae, L. XI. c. 2. p. 372. De hac re Basilius eleganter, hom. 8. in hexaem. p. 105. Allusit ad hos dies in Casina Plautus, in prol. v. 26. *Tranquillum est, Halcedonia sunt circa forum.* H.

x. Siculo maxime) Vide N. et Em. N. XLI. (hic pos.) *Sic)* His verbis ista proxime subiunguntur in libris paene omnibus: *In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum vtique tractabile.* Sed haec, quum nec Plinianam orationem redoleant, sed glossema potius frigidum superiorum vocum, intrepide eradenda censuimus: quum praesertim orationis seriem perquam incommode huc inserta, abrumpere videantur. H.

*. *Faciunt autem)* Ante hanc periodum verba *In rel.* v. varr. lectt. inserunt vulgatae editt. quae Harduinus optimo iure delet.) *In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum vtique tractabile.* Horum verborum sensus, proximis duobus verbis,

ptem ante brumam diebus nidos, et totidem sequentibus pariunt. Nidi earum admirationem z. habent pilae figura a., [1] paulum eminenti, ore perquam angusto b.; grandium spongiarum [2] similitudine c.: ferro d. intercidi non queunt, franguntur ictu

1. *Paululum eminentiore perquam angusta.* M. 2. *magnitudine.* D.

bis, breuiter quidem, sed abunde redditus fuerat. Quapropter credi haec Pliniana non esse, nullum esset piaculum. *Pint.*

y. *Faciunt autem)* Arist. l. c. H.

z. *Nidi earum admirationem, etc.)* Colore subrufi: Cucurbitulis medicorum longioris colli similes esse ait Aristot. materia vero Pilae marinae et Holosachne. *Dalec.*

a. *Pilae figura etc.)* Nidum ait esse rotundum vt pilam: sed in collum produci, vt cucurbitam hortensem. Sic Arist. l. c. Ἡ δὲ νεοττία παρομοία ταῖς σφαίραις. — Τὸ δὲ σχῆμα παραπλήσιον ταῖς σικύαις. Conferri haec possunt cum iis, quae de halcyonis nido Plutarchus quoque commemorat, L. de sol. anim. p. 983. et Aelian. H. A. L. IX. c. 17. H.

b. *Perquam angusto)* Vt etiamsi inuertatur, mare non influat. Aristotel. *Dal.*

Ore perquam) Ostiolum, inquit Philosophus, angustum habet, quantum satis sit ingressum ad pusillum: adeo, vbi subuortatur mare, vt ne tum quidem ingrediatur. H.

c. *Similitudine)* Tum quia magnitudine maximas spongias vel superat, vel adaequat: τὸ δὲ μέγεθος αὐτῶν ἐπὶ τῆς μεγίστης σπογγιᾶς μεῖζον. Tum quia cauernas intus habet, vt spongiae: τὰ δὲ κοῖλα παραπλήσια ἔχει τοῖς τῶν σπογγῶν. Vide N. et Em. N. XLII. (hic pos.) *Grandium)* Dalecampius in margine rescribit, *magnitudine*; ex Arist. Frustra est: Perinde quasi similitudinis vocabulo, adiecta inprimis voce *grandium spongiarum*, haud satis ille feliciter magnitudinem indicauerit: vel sola magnitudine contineri eam similitudinem existimandum sit, quod falsum esse liquet ex iis, quae diximus in prioribus notis. H.

d. *Ferro)* Quia non est dura nidi materia, sed recedens mollitia quadam lenta, non acuto ferro, sed obtuso, frangitur potius, quam scinditur. Sic Arist. Καὶ κόπτοντι

ictu valido, vt ſpuma arida maris. *e.* Nec vnde *f.* confingantur, inuenitur. Putant ex ſpinis aculeatis: piſcibus enim viuunt. *g.* Subeunt *h.* et in amnes. Pariunt *i.* oua quina.

XLVIII. Gauiae *k.* in petris nidificant; mergi et

πτοντι μὲν σιδηρίῳ ὀξεῖ, ὀ ταχὺ διακόπτεται· ἅμα δὲ κόπτοντι, καὶ ταῖς χερσὶ θραύοντι, ταχὺ διαθραύεται, ὥσπερ ἡ ἁλοσάχνη. H.

e. Vt ſpuma arida maris) Sic vocat ἀλοσάχνην: de qua vide cap. 8. lib. XXXII. Ariſtot. ἅμα δὲ κόπτοντι καὶ ταῖς χερσὶ θραύοντι, ταχὺ διαθραύεται, ὥσπερ ἡ ἁλοσάχνη. *Dalec.*

Vt ſpuma) Sic Ariſtoteles ἁλοσάχνην vocat, quam alii ſpumam maris, alii florem vocant: in globos rotundos formata in litus eiicitur, colore ſubcinereo. H.

f. Nec vnde) Hoc eſt, ex qua materia. Ariſt. ἀπορεῖται δὲ ἐκ τινὸς συντίθησι τὴν νεοττίαν. H.

g. Putant ex ſpinis aculeatis piſcibus enim viuunt.) Scribo: *Putant ex ſpinis acus piſcis, Piſcibus enim viuunt.* De acu piſce qui Graece *belone* dicitur, Plinius ſupra lib. nono, capite quinquageſimo primo. Ariſtoteles quoque libro III. cap. quartodecimo: *Ambigitur,* inquit, *ex quanam materia componatur. Videtur tamen ex ſpinis acus piſcis conſtitui. Piſcibus enim Alcedo viuit.* Confirmat id quoque Plutarchus in lib. qui inſcribitur De amore erga ſobolem. *Pint.*

Spinis aculeatis) Hoc eſt, ex ſpinis aculeati piſcis ſiue belones appellati, ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς βελόνης. De belone diximus libro ſuperiore, ſect. 76. *Acus ſiue belone,* etc. Et L. XXXII. ſ. 53. *Belone, quos aculeatos vocamus.* H.

h. Subeunt) Ariſt. l. c.

i. Pariunt) Ariſt. tum l. c. tum Hiſt. L. V. c. 9. p. 540. H.

k. Gauiae in petris nidificant, mergi in arboribus. Pariunt plurimum terna; ſed gauiae aeſtate, mergi incipiente vere.) Hic quoque locus ex Ariſtotele tralatus eſt: quapropter ad eius exemplar dirigendus eſt. Forte autem legendum commutatis verbis, *Gauiae et Mergi in petris nidificant maritimis. Pariunt, etc.* Ariſtoteles lib. V. cap. 9. *Mergi et Gauiae ſaxis maritimis oua bina ternaue pariunt, ſed gauiae aeſtate, mergi a bruma ineunte vere.* Pint.

Gauiae) Gauias mergoſque

et in arboribus. Pariunt *l.* plurimum terna: sed gauiae aestate, mergi incipiente vere.

XLIX. (XXXIII.) Halcyonum nidi figura, reliquarum quoque solertiae [1] admonet: neque alia parte ingenia auium magis [2] admiranda sunt. Hirundines *m.* luto construunt, stramento roborant. Si quando inopia est luti, [3] madefactae multa aqua pennis puluerem spargunt. Ipsum vero nidum mollibus plumis floccisque consternunt tepefaciendis ouis, simul ne durus sit infantibus pullis. In fetu *n.* summa aequitate alternant cibum. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum: adultioresque *o.* circumagi docent, et foris saturitatem emittere. Alterum genus *p.* hirundinum est rusticarum et agrestium, quae raro in domibus *q.*, diuersos

1. Nos adm. M. *2. sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. sunt delent Gr. et Al.* *3. madefactum. M. V. madefactis, etc. aspergunt. D.*

que pariter in maritimis cautibus nidificare scribit etiam Philosophus, L. V. c. 9. p. 540. Plinius etiam in arboribus mergos. Gauia, λάρος Aristoteli, nostris *Mouette* et *Mauve*, de qua Bellonius, L. III. c. 13. et 14. Mergus, αἴθυια, *Plongeon de mer.* Idem L. III. c. 24. H.

l. Pariunt plurimum) Arist. l. c. H.

m. Hirundines) Arist. H. A. L. IX. c. 10. p. 1028. Eadem fere et Basil. hom. 8. in Hexaem. p. 104. H.

n. In fetu) Arist. l. c. H.

o. Adultioresque) Matres, inquit, ita pullos adultiores robustioresque auertunt, vt extrema pars alui extra nidum sit, et ita docent foras aluum ex alto nido deiicere, διδάσκουσι τοὺς νεοττοὺς προΐεσθαι. H.

p. Alterum genus) Illud est, quod in his regionibus ad templorum nostrorum fenestras, ac parietes, ingenti numero vere nidificare cernimus. H.

q. In domibus) Interius scilicet, vbi habitant homines, vt verbis vtar Alberti de anim. L. VIII. tr. 1. c. 2. p. 247. vbi primum hirundinum genus nidificat: alterum enim *in parietibus murorum exterius.* H.

ſos figura, ſed eadem materia *r.*, confingunt nidos, totos ſupinos, faucibus porrectis in anguſtum, vtero capaci: mirum qua peritia et occultandis habiles pullis, et [1] ſubſternendis molles. In Aegypti Heracleotico oſtio molem continuatione *s.* nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt ſtadii fere vnius ſpatio: quod humano opere perfici non poſſet. [2] In eadem iuxta oppidum Copton *t.* inſula eſt ſacra Iſidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus, palea et ſtramento [3] roſtrum eius firmantes *u.*, continuatis per triduum

1. *Subſtratis. D.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. In eadem Aegypto iuxta. Gr. et Al.* 3. *roſtro firmantes, cont. triduo. V.*

r. Eadem materia) Luto. H.

s. Molem continuatione) Veluti aggerem quemdam Nilo coërcendo. Iuriſconſultis ff. de extraordin. crimin. l. ſaccularii. ea munimenta χώματα vocant, Magius c. 10. lib. I. *Dalec.*

Molem) Tamquam aggerem, Nilo coercendo. Diſſidet a Plinio Thraſyllus in Aegyptiacis, laudatus a Plutarcho, in eo libello, quem de fluminibus inſcripſit, p. 1159. Namque is murum hunc Chelidonium (ſic enim appellat) factum ait ex lapidibus, qui collotes dicti, quos hirundines colligant, ex iiſque murum ducant. H.

t. Iuxta oppidum Copton) Apud Apul. lib. II. Aſini. quidam prophetam Aegyptium rogat per aggeſta Coprica, incrementa Nilotica, arcana Memphitica, ſiſtra Phariaca. *Dal.*

u. Roſtrum eius firmantes) Inſulae ſuperiorem partem, quae irruentis Nili impetum excipit. *Dal.*

Roſtrum) Procurrentem inſulae cuneum, eo quod in acumen deſinat, qua parte Nilum excipit, ex ſimilitudine quadam roſtrum vocat. Sic calceorum roſtra dixere olim prominentes, et vltra pedum longitudinem proſilientes extremas calceorum partes, quae deſinunt vere in acumen. Quae vero nunc roſtra Plinius, ſcriptores alii linguas appellant. Feſtus: *Lingua eſt promontorii genus, non excellentis, ſed molliter in planum deuexi.* Fami-

duum noctibus tanto labore, vt multas in opere emori constet. [1]Eaque militia *x.* illis cum anno redit semper. Tertium est *y.* earum [2]genus, quae ripas excauant, atque [3]ita internidificant. Harum pulli *z.* ad cinerem *a.* ambusti, mortifero faucium malo *b.*, multisque aliis morbis humani corporis medentur. Non faciunt hae nidos *c.*, migrantque multis diebus ante, si futurum est, vt auctus amnis *d.* attingat.

L. In genere [4] vitiparrarum *e.* est, cui nidus ex

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conf. M. et Ch. ea Gr. et Al.* 2. *genus. Excauant ripas. M.* 3. *in terra nidificant. V. intro nidificant. Alii. V. in terram foetificant. Alii.* 4. *ripariarum Gaza. parorum. Gesn. id est, aegithalorum. in genere parrarum Gr. et Al.*

Familiaris haec vox Pacuuio apud Gellium, Liuio, Ammiano. Sic Ouid. Metam. L. XIII. tria Siciliae promontoria linguas vocat: *Tribus haec excurrit in aequora linguis.* Lingulas Caesar de B. G. L. III. aliique appellant loca huiuscemodi in longum a continente in mare exporrecta. Non placet igitur merito Rhenani coniectura, contra MSS. omnium fidem hic *clostrum* legentis. De voce *militiae*, quae mox occurrit vide Gothofredum, in Cod. Theod. L. XII. tit. I. de Decur. leg. 63. p. 413. H.

x. Militia) Labor, *ministerium*, λειτουργία. H.

y. Tertium est) Nostris *Hirondelles de rivage.* Internidificare est, certis discretos spatiis nidos construere. H.

z. Harum pulli) Ea de re opportunius dicemus L. XXX. s. 12. H.

a. Ad cinerem) Cremati et in cinerem redacti. H.

b. Mortifero faucium malo.) Anginae. Celsus lib. IV. *Dal.*

c. Non faciunt hae nidos) Scilicet vt domesticae, ac siluestres, nec luto construunt, nec stramento roborant: sed in riparum cavis, illatis tantum eo plumis, strumentisue nidulantur. H.

d. Auctus amnis) Nilus exvndans. H.

e. In genere vitiparrarum) Vide N. et Em. N. XLIII. (hic adi.) *In g.)* Laborarunt in

ex musco arido *f.* ita absoluta perficitur pila, vt inveniri non possit aditus. [1] Acanthyllis *g.* appellatur

1. *Sic ex Arist. IX. 19. Agatillis Ch. Argatilis Gr. et Al.*

in hac charybdi satis infeliciter eruditi plerique. In libris editis ante Hermolaum, Parmae, Venetiis, alibique, *In genere viteriparum*, legitur. Rhenanus, et Gaza, *Ripariarum* malunt. Hermolaus, *in genere etiam ripariarum*, ex Aristotele inquit, ad verbum. At ne leue quidem eius rei vestigium apud Philosophum exstat vllum. Sed Gazae nimirum interpretationem sequutus est, vt dicemus inferius: non Aristotelis verba mentemque: et sane longe aliter ripariae, de quibus antea proxime dictum est, nidos struunt. Aldrovandus post Gesnerum, *in genere parorum*, emendat, hoc est, mesangiarum. Sed diuersa pariter iis est nidorum structura. Nos qui vestigiis veterum codicum religiose seduloque insistimus, quibus incorruptae lectionis semina scimus plerumque contineri: quum in R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. aliisque scribi diserte vidimus: *in genere vitiparrarum*, a qua lectione haud multum abludunt editiones vetustae, modo laudatae, quae priores vocis huius syllabas agnoscunt: parras aues, de quibus Horatius, Festusque, etiam *vitiparras* dictas esse, haud immerito suspicati sumus. Nam quum eadem oenanthe sit, quae parra, vti docuimus in Notis ad s. 45, atque a vitis flore nomen oenanthe sortita sit, quam Gaza idcirco *vitifloram* reddidit: cur non et eadem similem ob caussam, *viteparra*, aut *vitiparra* potuerit appellari? H.

f. Cui nidus ex musco arido:) Talem reguli conficiunt. *Dal.*

g Acanthyllis) Ab aue superiore, generis nempe vitiparrarum, haec diuersa est. Vide Not. et Em. N. XLIV. (hic coll.) *Acanth.)* In libris hactenus editis, *Argatilis.* In MSS. omnibus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. tum in hoc loco, tum in libri huius Indice, *Agatillis.* Nos ex Aristot. *Acanthyllis.* Sic enim ille L. IX. c. 20. p. 1049. Τεχνικῶς δὲ καὶ ἡ τῆς ἀκανθυλλίδος ἔχει νεοττία· πέπλεκται γὰρ ὥσπερ σφαῖρα λινῆ, ἔχουσα τὴν εἴς δύσιν μικράν· *Artificiosus acanthyllidos quoque nidus est; intextus enim est perinde atque pila linea, angusto aditu.*

tur, eadem figura ex lino *h.* intexens. Picorum aliqui *i.* [1] ſuſpenditur ſurculo primis in ramis [2] cyathi

G 4

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. aliquis ſuſpendit in ſurculo Gr. et Al.* 2. *calüthi. V.*

tu. Quem Philoſophi locum, dum Gaza redderet multa peccauit: *Solerti*, inquit, *ingenio argatilis in ripariarum genere ſuum inſtruit nidum.* Primum, ex deprauato Plinii codice, in Ariſtotelis Graeca transfundit errorem, pro acanthyllide *argatilin* ſcribens. Deinde ſcite admodum emendatum a ſe Plinii locum, de quo dictum eſt adnotatione proxima, *in genere ripariarum*, pro confeſſo haberi vult. Sed quum rem ſic habere, vti vult, dederim, quid tum propterea? Num continuo acanthyllidem ſequitur ex eo ipſo genere ripariarum eſſe? Nam inſerere de ſuo, ſine neglecti muneris noxa, interpres hoc loco potuit, *Argatilis in ripariarum genere?* Illud nimirum eſt, quod, vti diximus, Hermolaum impulit in fraudem, ratum ea verba ſcilicet Ariſtotelis eſſe, quae erant ex Gazae penu depromta. Atqui haud obſcuris argumentis, ripariis, parriſque diſparem eſſe acanthyllidem Plinius, Philoſophuſque ſtatuunt: quum illas nimirum aiunt, in cauis riparum nidos non facere, ſed inuenire: iſtas ex muſco arido in pilae figuram: hanc denique ex lino eadem forma contexere. Prorſus vt mirari ſubeat, non id modo a Gaza non animaduerſum, ſed et eodem abreptum errore Bellonium, L. vlt. c. vlt. argatilin cum riparia hirundine eamdem plane ac geminam putaſſe. H.

h. Ex lino) Ex lini ſurculis. H.

i. Picorum aliquis etc.) De Galgulis id verum eſt. Pici omnes in arborum cauis nidificant. Verſus de Vpupa Aeſchyli apud Ariſtot. cap. 49. lib. IX. ſunt emendati: Τοῦτο οὖν ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὐτοῦ κακῶν, Πεποικίλωκε καὶ ἀποδειλώσας ἔχει, Θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ. Ὃς ἦρι μὲν φαίνοντι διαπάλλει πτερόν, Κίῤῥον μὲν ἐπ᾽ ἀγροῦ, δύο γὰρ οὖν μόρφ᾽ εὐφανεῖς. Παιδός γε αὐτοῦ μι᾽ ἔπεσι νήδυος, Νέας δ᾽ ὀπώρας, ἡνίκ᾽ ἂν ξανθῇ στάχυς Τίλτῃ, τότε ἀμφιένυσ᾽ ἀλλ᾽ αὖθις πτέρα. *Hunc calamitatis Vpupam teſtem ſuae Variam facit, tenetque perculſum metu, Ferum antea, armatum petrarum*

thi modo, vt nulla quadrupes poſſit accedere. [1] Galgulos *k.* quidem ipſos dependentes pedibus ſomnum capere confirmant, quia tutiores ita ſe ſperent. Iam publicum quidem omnium eſt tabulata ramorum ſuſtinendo nido prouide eligere, [2] camerare ab imbri, aut fronde protegere denſa. In Arabia [3] cinnamologos *l.* auis appellatur: cinnami ſurculis

1. *Gaugulos. Ch.* 2. *cameraque. Gr. cameramque ab imbri fronde. M.* 3. *Alii, Cinamômus. Vide Ariſt. c. 13. lib. IX. Hiſtor. cinnamologus. Ch.*

rum nunc auem, Vere appetente quae nouo pennas quatit, Ruffas in agris. Nam eſt figura duplici: Vnus quidem iuueni color eſt pectoris, Autumno, at illa flaua cum peperit ſeges, Mutata pennas rurſus alias induit. Scaliger. 2. verſu legit, ἀποδηλώσας: 4. Φαίνοντι: 5. κίρκου λεπτάργου δύο γὰρ οὖν μορφὰς φανεῖ: 6. παιδός γε τ᾽ αὐτοῦ νήδυος μιᾶς ἀπὸ: 7. τίκτει νῦν αὖτις κ᾽ ἀμφινωμήσει πτέρυξ: putatque haec Cuculo conuenire. Cuculumque ab Aeſchylo cum vpupa confuſum fuiſſe. Addendi ſunt, et hi verſus duo, Ἀεὶ δὲ μίσει τοῦ δὲ παλλήνης τόπου, Δρυμοὺς ἐρήμους ἢ πάγους ἀποικίσει. Quidam legunt: κ᾽ ἀπεδήλωσεν βραχὺ δειλὸν πετραῖον: nam timidiſſima eſt auis illa, non ὄρνις θρασὺς: deinde verſ. 6. παῖς μὲν γ᾽ αὐτὸς: et verſu proximo: ἡνίκ᾽ αὐανθῇ στάχυς. *Dal.*

Picorum alicui ſuſpenditur) Nidus ſcilicet: quae vox ex ſuperiori clauſula ſub intelligenda eſt. Hoc ipſum de galgulo affirmat Aldrouandus, Ornith. L. XII. c. 39. p. 856. confirmatque iactatum ſermone vulgi prouerbium, ambiguo illudens, *Galguli nidum a nemine viſum eſſe, quin ſuſpenſus is fuerit. Nul ne vit nid de loriot, qui ne fût pendu.* H.

k. Galgulos) Galgulus noſtris, *Loriot*, de quo Bellonius, L. VI. c. 11. Sed is vireonem cum galgulo male confundit. MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *Gaugulos* habent. At L. XXX. ſ. 28. iidem *galgulum* exhibent. Vide quae ibi dicturi ſumus. H.

l. In Arabia cinnamologos auis appellatur: cinnami ſurculis nidificat.) An *Cinnamomos* legend. quod indubitatum. Vide *Salmaſ.* pag. 554. b. 555. a.

Cinna-

culis nidificat. *m.* Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenae, mercis gratia. In Scythis auis magnitudine otidis, [1] binos parit *n.* in leporina pelle sem-

1. *Bina. D sub. oua.*

Cinnamolgos) Ita MSS. omnes, et Albertus, ex Auicenna, L. VIII. de anim. tr. 2. c. 4. p. 255. Solinus item c. 33. p. 63. A legendo cinnamo nomen inuenit. Arist. H. A. L. IX. c. 20. p. 1049. κιννάμωμον ὄρνεον vocat, quae auis cinnamomum alicunde afferat, ad nidum in Arabia instruendum. Phile quoque de propr. anim. p. 58. et Aelian. H. A. L. II. c. 34. H.

m. Cinnami surculis nidificat.) Falsum hoc, minimeque probabile: in Arabia namque cinnamum non nascitur. *Dalec.*

Cinnami surculis) Quod solida fide Plinius recitat, hoc vna vulgi opinione constare Herodotus et Aristoteles testantur, Atticismo illo familiari, φασί. H.

n. In Scythis auis magnitudine otidis binos parit.) Scribendum arbitror. *In Scythis aues magnae, nomine otides binos pariunt.* Aristoteles libro nono, capite 33. *In Scythia auium genus est otides. Hae procreant pullos duos: et quae peperit oua, non incubatu fouet, sed condita in leporina pelle relinquit: atque ita obuoluta in summa arbore locat. Quumque a venatione vacet, custodit ea: et si quis arborem scandat, oppugnat eum aliis, aquilarum more euerberans.* Sic Graeci Aristotelis codices praeferunt. Theodorus Plinium sequutus, *magnitudine otidis* transfert, quod non probo. *Pint.*

Magnitudine otidis) At facie fortassis, vt patria, dispar. Otides Hispanas iam paulo superius, f. 29. De Scythicis illis Philosophus, H. A. L. IX. c. 42. p. 1076. Ἐν δὲ Σκυθίᾳ ὀρνίθων γένος ἐστὶν αἱ ὠτίδες. Τοῦτο τίκτει δύο νεοττούς· οὐκ ἐπικάθηται δὲ, ἀλλ' ἐν δέρματι λαγωοῦ ἢ ἀλώπεκος ἐγκρύψασα, etc. Quo respiciens Albert. M. L. XXIII. p. 613. otidem hanc, aquilonarem aquilam interpretatur. *Quod autem Plinius dicit*, inquit ille, *Aquilam aquilonarem in vulpis pelle oua inuoluere, et sic sub Sole in ramis arborum suspendere, donec maturata Solis calore exeant, et non ea fouere aquilam, sed quum calore Solis et pellis pulli exierint, ad ea tunc primum redire, iam expertus sum esse falsissimum: quoniam in Liuonia,*

ſemper in cacuminibus ramorum ſuſpenſa. Picae quum diligentius viſum ab homine nidum ſenſere, oua [1] tranſgerunt alio. Hoc in his auibus, quarum digiti non ſunt accommodati complectendis tranſferendiſque ouis, miro traditur modo. Namque *o.* ſurculo ſuper bina oua impoſito ac ferruminato *p.* alui glutino, ſubdita [2] ceruice medio, aequa vtrimque libra deportant alio.

LI. Nec vero *q.* iis minor ſolertia, quae cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitae ſublime petere. Merops *r.* vocatur, genitores ſuos *s.* recon-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. V. et M. tranſferunt Gr. et Al.* 2. *ceruice, media aeque vtrimque. V.*

venia, etc. Aquilarum certe mores ei Philoſophus ipſe attribuit, in cuſtodiendis ouis, pulliſque. H.

o. Namque) Nam ſurculo *ligneo* ſuper oua duo impoſito, eoque *cum ouis* alligato, excrementi ope ex aluo vice glutini, ſubdita deinde *inter oua duo* ceruice, aequo vtrimque *gemini oui* pondere ea deportant alio. H.

p. Ac ferruminato) Vide N. et Em. N. XLV. (hic coll.) *Ac.)* Non agnoſcunt has voces probatiſſima exemplaria R. 1. 2. nec quae Rhenanus vidit. H.

q. Nec vero) Ariſt. H. A. L. VI. c. 1. p 639. H.

r. Merops) Ariſt. p. 640. Deſcribitur haec auis a Bellonio L. IV. c. 27. In Creta frequens eſt: rara in Italia: in Gallis nulla: quare et vernaculo caret nomine. H.

s. Genitores ſuos) Aelianus H. A. L. XI. c. 30. Vide N. et Em. N. XLVI. (hic adi.) *Genit.)* Habet haec totidem verbis Philoſophus, Hiſt. L. IX. c. 20. p. 1048. Vbi et formam auis ſimiliter deſcribit: Ἡ δὲ ἰδέα τȣ͂ ὄρνιθος τῶν πτερῶν ἐςὶ, τὰ μὲν ὑποκάτω ὠχρὸν· τὰ δ᾽ ἐπάνω, ὥσπερ τȣ͂ ἀλκυόνος, κυάνεον· τὰ δ᾽ ἐπ᾽ ἄκρων τῶν πτερυγέων, ἐρυθρά· *Quod ad formam auis attinet, pennae interiores pallidae, ſuperiores, caeruleae, vt halcyoni: alarum extrema, rubra.* Qui igitur Dalecampio venit in mentem, vt quaſi damnata Plinii in interpretando fide ac diligentia, ſcribentis, *pallido intus colore pennarum, ſuperne cyaneo,* ipſe reſcriberet, *inferne cyaneo, ſuperne ſubrutilo?* H.

reconditos pafcens, pallido intus colore pennarum, [1] fuperne cyaneo, [2] primori *t.* fubrutilo. Nidificat in fpecu fex pedum [3] defoffa altitudine. Perdices *u.* fpina et frutice fic muniunt receptaculum, vt contra [4] feras *x.* abunde vallentur. Ouis ftragulum [5] molle *y.* puluere contumulant, nec in quo loco peperere incubant: [6] neue cui frequentior conuerfatio fit fufpecta, transferunt alio. Illae quidem et maritos fuos fallunt, quoniam intemperantia libidinis *z.* frangunt earum oua, ne incubando detineantur. Tunc *a.* inter fe dimicant mares defiderio

1. *Inferne cyaneo, fuperne fubrutilo.* 2. *fuperiori. V. priori. M.* 3. *defoffis. Ch.* 4. *feram. M. et Ch.* 5. *molli. Gr. et Al.* 6. *ne cui. M. Ch. neue cui frequentiore conuerfatione fint fufpecta. Pint.*

t. Primori) Alarum extrema parte fubrutila. H.

u. Perdices) Perdix ἀπὸ τῦ πέρδειν, quoniam eum fonum edit, aut imitatur volando. Eadem ad Venerem incitata κακκαβίζει. *Dalec.*

Perdices) Arift. H. A. L. VI. c. 7. p. 670. Quas a rufis pedibus Galli cognominant, *Perdrix rouges.* Nam de aliis dicetur f. 69. H.

x. Contra feras) Accipitrem, et aquilam. Arift. H. A. L. IX. c. 12. p. 1033. H.

y. Ouis ftragulum molle) Ita MSS. omnes, non *molli.* Solini paraphrafis, p. 7. c. 24. *Ouis ftragulum puluis eft: ad quae clanculo reuertuntur, ne indicium loci conuerfatio frequens faciat.* H.

z. Intemperantia libidinis) Propterea quod in Venerem propenfiores funt, ne femina incubet, mares oua prouoluta conterunt, fi repererint. Aduerfus quam impreffionem femella arte vtitur: aufugit enim, etc. Ita Arift. p. 1034. Scaligero interprete, et ex Arift. Aelianus H. A. L. III. c. 16. Solinus hunc Plinii locum aut parum intellexiffe videtur, aut ambigue reddidiffe, l. c. *Plerumque feminae transvehunt partus, vt mares fallant, qui eos affligunt impatientius faepiffime adulantes.* H.

a. Tunc) Poft feminarum fugam, dum eae ouis incubant, ὅταν ἐπωάζει, mares vociferantur, et congredientes inter fe pugnant: Vocant

rio feminarum: victum aiunt Venerem pati. [1] Id quidem *b.* et coturnices Trogus, et gallinaceos *c.* aliquando: perdices vero *d.* [2] a domitis *e.* feros et novos, aut victos, iniri promiscue. Capiuntur *f.* quoque pugnacitate eiusdem libidinis, contra aucupis indicem *g.* exeunte in praelium duce totius gregis. Capto

1. *inquit, et V.* 2. *domitos a feris et ouantibus vt victos. V.*

eant eos tum coelibes: victus in pugna victorem sequitur, a quo solo initur. Arist. p. 1035. et Aelian. l. c. H.

b. Id quidem) Arist. p. 1036. H.

c. Et gallinaceos) Arist. l. c. et Aelian. H. A. L. IV. c. 16. H.

d. Perdices vero) Arist. l. c. et Berytius in Geop. L. XIV. c. 11. p. 389. H.

e. A domitis) A cicuribus. H.

f. Capiuntur) Capiuntur quoque, dum pugnant, eadem libidine: contra perdicem, quo auceps vtitur ad alliciendas alias, exeunte in praelium duce totius gregis. H.

g. Contra aucupis indicem exeunte praelium duce totius gregis.) Scribendum videtur, *Contra aucupem illicem.* Vocatur enim illex, quae conciliat aucupium, quamvis subest suspicio quaedam, ipsam etiam dictionem, *illicem*, adiectam esse. Satis enim erat dicere aucupem, vt paulo post appellat, Aristoteles venatorem vocat. Eius verba sunt libro nono, capite septimo, *Perdicem venatorem dux siluestrium primus inuadit, pugnamque obviam conferit: quo capto compage, alter occurrit, tum alius, atque ita singulis dimicatur, si mas sit qui venatur. Sed si femina est, vbi dux ad eius vocem occurrerit, ceterae vniversae quum inuadunt, feriunt. fugant ab ea femina, inuidentes quod non sibi, sed illi accesserit.* Ex quibus Aristotelis verbis rursus locus sequens restituitur. *Pint.*

Contra aucupis indicem) Primum posuit inter marem et feminam, propter oua, naturam discordem: deinde inter feras perdices pugnam, propter feminas: post, inter cicures et feros: nunc inter gregem, et cicurem ex zelotypia. Aucupis indicem vocat, quo auceps vtitur ad indicandos aliarum perdicum nidos. Venatorem θηρευτὴν Philosophus vocat, p. 1036. *Illicem* scribi ab illiciendis perdicibus Turnebus mallet Aduers. L. XXIV.

Capto eo *h.* procedit alter, ac ſubinde ſinguli. Rurſus circa conceptum *i.* feminae capiuntur, contra aucupum feminam *k.* exeuntes, vt rixando abigant eam. Neque in alio animali par opus libidinis. Si contra mares ſteterint feminae, aura ab his *l.* flante prae-

XXIV. f. c. 38. p. 851. refragantibus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. et quantum eſt vbique exemplarium. Venationis huiuſce modum narrat vberrime et perreleganter Aelianus, loco proxime laudato. H.

h. Capto eo) Viminea nempe cauea, qua cicur includitur. Ariſt. ἐν ταῖς πηκταῖς ἁλόντος τούτου. H.

i. Rurſus circa conceptum feminae capiuntur, contra aucupum feminam exeuntes, vt rixando abigant eum.) Legendum enim, vt Plinius cum Ariſtotele concordet: *Rurſus circa concentum feminae capiuntur, contra aucupem feminae exeuntes, vt rixando abigant eam.* Hoc ſenſu, prodeunte duce ad aucupem feminam canentem, capi etiam perdices feminas, exeuntes vt rixando abigant ducem ab aucupe. Inuident enim dolentque ſe contemni, et aucupem amari a duce. Mallem tamen legeres commutato ordine verborum: *Rurſus circa concentum feminae, capiuntur feminae, contra aucupem exeuntes vt rixando, etc.* Pint.

Circa conceptum) Circa coeundi, concipiendique tempora: παρὰ τὸν τῆς ὀχείας καιρόν, Ariſt. περὶ τὰς ὀχείας. Clearchus apud Athen. L. IX. p. 389. H.

k. Contra aucupum feminam) Contra feminam venatricem, θηρεύτριαν, qua auceps abutitur ad alliciendas alias. Vide N. et Em. N. XLVII. (hic poſ.) *Contra.* Totidem plane apicibus lectionem quam edidimus, repraeſentant R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. quibus maior eſt fides habenda, quam Pintiano contra ſcriptoris mentem, ex Ariſtotele ſic emendanti: *Rurſus circa concentum feminae capiuntur, contra aucupem feminae exeuntes, vt rixando abigant eum.* Aliud enim eſt, quod Philoſophus eo loco, quem Pintianus reſpicit, Hiſt. L. IX. c. 12. p. 1036. aliud quod Plinius narrat: quem non ex vno ſcriptore, ſed ex multiplici lectione et experimento rerum, ſuum opus concinnaſſe ſcimus. H.

l. Aura ab his) Ariſt. H. A. L. V. c. 5. p. 532. et Aelian. H. A. L. XVII. c. 15.

At

praegnantes fiunt: hiantes *m.* autem exserta lingua per id tempus aestuant. [1] Concipiunt *n.* et superuolantium afflatu *o.*, saepe voce tantum *p.* audita masculi. Adeoque vincit libido etiam fetus caritatem, vt illa furtim et in occulto incubans, quum sensit [2] feminam aucupis *q.* accedentem ad marem,

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conf. Ch. concipiuntque sup. olfactu. Alii ex Arist. de gen. anim. l. III. c. 1. concipiuntque sup. affl. Gr. et Al.* 2. *ad femin. aucupis accedentem marem. D.*

At Albert. de anim. L. VI. tr. 1. c. 3. p. 192. agens de perdicibus: *Aliquando*, inquit, *quum femina vertit anum ad masculum, et flauerit ventus a mare ad feminam, dicuntur concipere: ego tamen non credo quod illa conceptio fecundet, nisi forte ad ouum, et non ad pullum: sed ad pullum exigitur receptio seminis*, etc. H.

m. Hiantes) Arist. l. c. H.

n. Concipiunt superuolantium afflatu) Aristoteles libro tertio. De generatione animalium, capite primo ostendit, *olfactu* hic legendum, non *afflatu*. Nam afflatu praegnantes fieri perdices, statim ante Plinius retulerat. Aristotelis verba sunt: *Tum etiam perdices feminae et quae nondum coierint, quarum vsus in aucupiis, quum olfaciunt marem vocemque eius audiunt, alterae implentur, alterae statim pariunt.* Pint.

o. Afflatu) Alii eadem sententia legunt, *olfactu. Si perdix femina*, inquit Arist. H. A. L. VI. c. 3. p. 651. *affletur odore masculi, concipit*; ἐὰν γὰρ καταπνευσθῇ τοῦ ἄῤῥενος κυΐσκεται. H.

p. Voce tantum audita masculi) Clearchus apud Athenaeum lib. IX. Perdicem Indicam vulture maiorem Strabo memorat lib. XV. *Dalec.*

Saepe voce) Arist. H. A. L. V. c. 5. p. 532. et Clearchus apud Athen. L. IX. p. 389. et Varro, de R. R. L. III. c. 11. *Perdices, quae, vt Archelaus scribit, voce maris audita concipiunt.* H.

q. Feminam aucupis) Nempe venatricem, vt diximus, quae marem ad se nititur allicere. Arist. Hist. L. IX. c. 12. p. 1037. Saepe etiam, inquit, Scaligero interprete, femina incubans, vbi marem ad venatricem feminam acce-

marem, [1] recanat reuocetque, et vltro praebeat se libidini. Rabie quidem *r.* tanta feruntur, vt in capite aucupantium saepe *s.* caecae metu *t.* sedeant. Si ad nidum *u.* is [2] cepit accedere, procurrit ad pedes *x.* eius

1. recinat. D. *2. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. coeperit ad pedes feta Gr. et Al.*

accedere perceperit, surgit, et occurrens subsistit, vt ineatur abstrahatque illum a venatrice. Vide N. et Em. N. XLVIII. (hic consp.) *Fem.)* Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Par. etc. Feminae fortassis incontinentiam notare voluit, quum eo verborum contextu vti maluit, quam isto, *ad feminam aucupis accedentem marem:* quamquam vel sic Aristot. ὅταν τῇ θηρευούσῃ θηλείᾳ αἴσθηται προσέχοντα τὸν ἄῤῥενα. H.

r. Rabie quidem tanta feruntur) Lege, *Rabie quidem tanta feruntur, vt in capite aucupantium saepe caecae velut sedeant.* Salmas. 152.

s. Vt in capite aucupantium saepe caecae metu sedeant) Verbum, *metu*, Plinianum non est. Neque enim metu caecae, sed rabie libidinis in aucupes ruunt, eorum capitibus insidentes. Aristoteles lib. nono capite octauo: *Vsque adeo tum perdices, tum etiam coturnices copia libidinis gaudent, vt in aucupantes corruant, et saepenumero capitibus eorum resident.* Pint.

t. Caecae metu) Hoc ipsum refert Arist. l. c. Sed ibi nihil de metu: coeundi cupiditate id fieri tradit. Vocem hanc tamen constantissime libri omnes agnoscunt. Quid si *inuitu* legas? H.

u. Si ad nidum) Arist. l. c. p. 1034. Plut. L. de sol. an. p. 971. Non inelegans huius loci Soliniana paraphrasis c. 7. p. 24. *Si quis hominum*, inquit, *vbi incubant, propinquabit, egressae matres venientibus sese sponte offerunt, et simulata debilitate, vel pedum, vel alarum, quasi statim capi possent, gressus fingunt tardiores. Hoc mendacio sollicitant obuios, et eludunt, quoad prouecti longius a nidis auocentur.* Habet haec quoque Callimachus L. de auibus, apud Athen. L. IX. p. 389. H.

x. Procurrit ad pedes feta, etc.) Inde fictum Aristophani in Auib. verbum ἐκπερδικίζειν, id est astute clabi, periculumque vitare. Nam πανοῦργον ὄρνεον πέρδιξ ἐστί. Rhodig. c. 26. XXIX. Dal.

eius feta, praegrauem aut delumbem ſeſe ſimulans, ſubitoque in procurſu *y*. aut breui aliquo volatu cadit, [1] fracta *z*. aut ala aut pedibus: [2] procurrit iterum, iamiam prehenſurum effugiens, ſpemque fruſtrans, donec in diuerſum abducat a nidis. Eadem [3] pauore *a*. libera ac materna vacans cura in ſulco *b*. reſupina gleba ſe terrae pedibus apprehenſa operit. Perdicum vita *c*. [4] ad ſedecim annos durare exiſtimatur.

XXXIV.

1. *Vt fracta ala aut. M.* 2. *ac proc. M.* 3. *iam pau. Gr.* 4. *Sic et Ch. ſexdecim Gr.*

y. In procurſu) Vel procurrens, vel *ſubſultim* volans, nec procul abſcedens *ab aucupe*. H.

z. Cadit fracta) Rectius forſan, *cadit vt fracta*. H.

a. Eadem iam pauore) Rectius: *Eadem in pauore libera, ac materna vocans*. Non enim narrat, quid perdix facere ſoleat abducto per dolum a nidis aucupe, (nam tunc volans ſe proripit) ſed quo ingenio aduerſus illum alioqui vtatur, quum aut non habet pullos, aut longe alio loco habet. *Gelen.*

Eadem pauore) Vide N. et Em. N. XLIX. (hic adi.) *Ead.*) Id vero non de matre, ſed de pullis ipſis refert Solin. c. 7. p. 24. *Nec in pullis*, inquit, *ſtudium ſegnius ad cauendum: quum enim viſos ſe perſentiſcunt, reſupinati glebulas pedibus attollunt, quarum obtentu tam callide proteguntur, vt lateant etiam deprehenſi*. Rectius multo Plinius, qui pullos hanc artem occultandi ſeſe a matribus edoceri ſignificat, dum a venatoribus nihil ſibi inſidiarum ſtrui ſentit: ac prolis inſtitutioni, maternaeque vacat curae. Ita Plut. L. de ſolert. an. p. 971. Ἄλλην δὲ πανȣργίαν ὁμȣ̃ μετὰ τȣ̃ φιλοςόργȣ πέρδικες ἐπιδεικνύντες, τȣ̀ς μὲν νεοττίȣς ἐθίζȣσι, μηδέπω φεύγειν δυναμένȣς, ὅταν διώκωνται, καταβάλλοντας ὑπτίȣς ἑαυτȣ̀ς, βῶλόν τινα ἢ συρφετὸν, ἄνω προΐσχεσθαι τȣ̃ σώματος, οἷον ἐπηλυγαζομένȣς. H.

b. In ſulco) In ſulco reſupina perdix, gleba ſe terrae operit, quam pedibus apprehendit. H.

c. Perdicum vita) Etiam vltra ſedecim, πλείω ἔτη ἢ ἑκκαίδεκα, perdicum vitam Piloſophus producit, H. A. L. VI. c. 5. p. 662. Annis tamen quindecim idem circumſcribit, L. IX. c. 11. p. 1031. Feminis, quam maribus

LII. (XXXIV.) [1]Ab his columbarum maxime *d.* ſpectantur ſimili ratione mores iidem: ſed pudicitia illis prima, et neutri nota *e.* adulteria. Coniugii fidem non violant, communemque ſeruant domum. Niſi coelebs *f.* aut vidua, nidum non relinquit. Et imperioſos mares, ſubinde etiam iniquos, ferunt: quippe ſuſpicio eſt adulterii, quamuis natura non ſit. Tunc plenum querela guttur, ſaeuique *g.* roſtro ictus, mox in ſatiſfactione [2] exoſculatio, et circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor vtrique *h.* ſobolis aequalis: ſaepe et ex hac cauſa

1. *Aues. M. Ab iis col. geſta ſpectantur maxime. Parm.*
2. *oſculatio. V.*

ribus, longius vitae ſpatium, apud Athen. L. IX. p. 389. H.

d. Columbarum maxime, etc.) Columbam Veneri ſacram, quod libidinoſa ſit auis, Apollodorus ſcribit lib. περὶ θεῶν. Ideo vero περιςερὰν Graecis vocari ὅτι περισσῶς ἐρᾷ interpres eius tradit. Virgilius: — *tum maximus heros, Maternas agnoſcit aues.* Aeneae ramum aureum optanti aduolantes geminae columbae locum oſtenderunt vbi ſeruabatur. Apud Apollon. lib. III. Mopſus augur conſpectis iis auibus, bene ſperare iubet heroas. Quod Phineus praedixerat, placere Veneri, vt a periculoſa illa nauigatione redeant Victorius cap. 14. III. *Dal.*

Ab his columbarum) Habet haec maxima ex parte Ariſt. H. A. L. IX. c. 11. p. 1030. et 1031. Cecinit has columbarum laudes, ac Plinianam de iis orationem poetica paraphraſi illuſtravit Ioh. Paſſeratius, vates quondam nobilis, ſingulari de columba carmine. H.

e. Et neutri nota) Addit his Phile, L. de propr. an. p. 52. ſi contra accidat, adulterum aliorum vnguibus diſcrepi, quem viuere nefas arbitrentur. Vide praeterea Aelian. H. A. L. III. c. 44. H.

f. Niſi coelebs) Ariſt. l. c. Aelian. H. A. L. III. c. 5. H.

g. Saeuique) Catullus Carm 69. columbam ait: *Oſculam mordenti ſolitam decerpere roſtro.* H.

h. Amor vtrique) Ariſt. p. 1029. et Alb. M. L. VIII. de anim. tr. II. c. 3. p. 253. H.

causa castigatio, pigrius intrante femina ad pullos. Parturienti *i.* solatia et ministeria ex mare. Pullis primo salsiorem terram *k.* [1] collectam gutture *l.* in ora inspuunt, praeparantes tempestiuitatem cibo. Proprium generis eius et turturum, quum bibant, [2] colla non resupinare, largeque bibere iumentorum modo. *m.* (XXXV.) Viuere palumbes *n.* ad

xxx.

1. colliquatam, id est, praemansam. Pint. ex Arist.
2. *collum. V.*

i. Parturienti) Auctores proxime appellati, et Aelian. H. A. L. III. c. 45. H.

k. Pullis primo salsiorem terram, etc.) Aristot. lib. IX. historiar. exclusis pullis, in os mas inspuit ὡς μὴ βασκανθῶσι, ne fascinus officiat: Aeliano vero lib. I. de animalibus ἀπελαύνων αὐτῶν φθόνον, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι᾽ ἀρᾶς. Liuorem abigens, ne fascinantium noceant imprecationes, Had. Iun. cap. 5. VI. Apud Arist. pro φροντίζει τῆς ἁρμοττούσης τροφῆς, legendum ἁλμυριζούσης. *Dal.*

Pullis primo) Arist. et Aelian. ll. cc. H.

l. Collectam gutture) Atque adeo praemansam. Arist. l. c. ἧς διαμασσησάμενος εἰσπτύει τοῖς νεοττοῖς διοιγνὺς τὸ στόμα προπαρασκευάζων πρὸς τὴν τροφήν. *Permansam, eorum os aperiens, inspuit, sic praeparans ad cibum.* H.

m. Proprium generis eius et turturum, quum bibant colla non resupinare, large bibere iumentorum modo) Addendam puto particulum, *ni: Colla non resupinare ni larga bibere*, vt *bibere* sit praeteriti temporis. Postrema autem duo verba, *iumentorum modo*, Criticorum iure fungentes, familia Pliniana eximimus. Aristoteles libro nono, capite septimo: *Proprium columbarum, et palumbium, et turturum esse videtur, ne collum quum bibunt, resupinent, ni satis hauserint.* Pint.

Proprium generis) Arist. p. 1030. et Alex. Myndius apud Athen. L. IX. p. 394. H.

n. Palumbes) Palumbem lepide Plautus in Poenulo vocat hominem peregrinum, ac hospitem, praedae, insidiisque lenonis obiectum, quo modo Galli *Pigeon* dicunt, et *Appigeonner. Nos tibi palumbem ad aream vsque adduximus, Nunc te illum*

melius

xxx. annum, [1]aliquos ad xl. [2]habemus auctores *o.* vno tantum incommodo vnguium *p.*, eodem et argumento senectae, qui citra perniciem reciduntur. Cantus omnibus similis atque idem, trino conficitur versu, [3]praeterque in clausula gemitu: hieme mutis *q.*, [4]a vere vocalibus. *r.* Nigidius putat, quum oua [5]incubat, sub tecto nominatam palumbem relinquere nidos. Pariunt autem post [6]solstitium. *s.* Columbae *t.* [7]et turtures octonis annis

H 2 vi-

1. *Reliquas et* xl. *Ch.* 2. *Aristoteles auctor est. M.* 3. *praeterquam in clausulae gemitu. V. legit, et clausulae. Ch.* 4. *habere. M, et Ch. lego, at vere. mutis vere vocalibus Gr. et Al.* 5. *incubant. V. incubet. Ch.* 6. *solstitia. M.* 7. *vt. Ch*

melius capere est, si captum esse vis. Dalecamp..

Viuere palumbes) Nostris, *Ramiers.* H.

o. Habemus auctores) Aristoteles habet eadem, tum H. A. L. VI. c. 5. p. 662. tum L. IX. c. 11. p. 1031. Βιοῖ δὲ φάττα, ὥς φασι, καὶ τετταράκοντα ἔτη. Albertus adstipulatur de anim. L. VIII. tr. 2. c. 3. p. 253. H.

p. Vnguium) Arist. loco proxime citato. H.

q. Hieme mutis) Arist. H. A. L. IX. c. 76. p. 1170. Alex. Myndius apud Athen. L. IX. p. 394. hieme palumbes vocem negat edere, nisi sereno, tranquilloque caelo. H.

r. Vere vocalibus) Auctor cap. 28. lib. XVIII. palumbum gemitus non nisi confecto peractoque solstitio audiri scribit. *Dal.*

A vere) Hoc est, quum ver incipit, ὅταν ἔαρ γένηται. Prius libri editi, *vere.* MSS. *habere.* Nos *a vere.* Non sunt isthaec porro pugnantia cum iis quae scribit idem L. XVIII. f. 68. vt Dalecampius existimauit. H.

s. Post solstitium) Vide N. et Em. N. L. (hic coll.) *Post s.)* Vetus Cod. Dal. et Par. item Parm. editio, aliaeque vetustae, *post solstitia.* R. 1. et 2. Par. *cum solstitio.* Auibus squalores aestumque conferre, etiam ad partus, maxime vero palumbis, auctor est Arist. H. A. L. VIII. c. 24. p. 946. H.

t. Columbae) Arist. H. A. L. IX. c. 11. p. 1031. H.

viuunt. (XXXVI.) Contra passeri minimum vitae, cui salacitas *u.* par. Mares *x.* negantur anno diutius durare, argumento quia nulla veris initio appareat nigritudo in rostro, quae ab aestate incipit. Feminis longiusculum spatium. Verum columbis inest quidam et gloriae intellectus. Nosse credas suos colores, varietatemque [1] dispositam: quin etiam ex volatu quaeritur plaudere in caelo, [2] varieque sulcare. Qua in ostentatione, vt [3] vinctae *y.*, praebentur accipitri, implicatis *z.* strepitu pennis, qui non nisi [4] ipsis alarum humeris [5] eliditur: [6] alioqui soluto volatu *a.* in multum [7] velociores.

1. *Oppositu, quae etiam in vol. creditur. M. creduntur. V.* 2. *aëremque. V.* 3. *victae. Ch.* 4. *ipsis pennis alarum Gr.* 5. *eliditur. Alioqui soluto volatu multo velociorem speculatur. V.* 6. *alioquin Gr.* 7. *velociores speculatur. Ch.*

u. Cui salacitas) Eam ob causam Veneris currum trahi passeribus fabulantur. Terpsicles apud Athen. L. IX. eos qui passeribus vescuntur, ait in Venerem esse praecipites. H.

x. Mares) Arist. H. A. L. IX. c. 11. p. 1032. H.

y. Vt vinctae) Dum ita se ostentant, inquit, quasi vinctae ac minus expeditae, ab accipitre facile rapiuntur; impeditis tum pennis in eo strepitu plausuque ciendo quo maxime gaudent: qui strepitus non nisi agitatione crebra nodi illius excitatur, qui humeri vicem obtinet, qua parte alae corpori proxime committuntur. Vide N. et Em. N. L. I. (hic pos.) *Vt v.)* Frobenius primum *vt vinctae* scripsit: quae potior nobis visa est lectio, quam ea, quae codicibus MSS. prioribusque editionibus continetur, *vt victae.* H

z. Implicatis) Impeditis in eo strepitu ciendo pennis, qui strepitus nonnisi ipsis alarum humeris excitatur, etc. H.

a. Soluto volatu) Quando scilicet, vt Maro cecinit, Aen. L. V. v. 216. — *Aere lapsa quieto Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.* Tunc enim praedonem saepe praeteruolat. Vnde Phaedrus, L. I. fab. 31. *Columbae saepe cum fugissent*

res. Speculatur occultus fronde latro *b.*, et gaudentem in ipſa gloria rapit. (XXXVII.) Ob id cum [1] iis habenda eſt auis, quae tinnunculus *c.* vocatur. Defendit enim illas, terretque accipitres naturali potentia, in tantum, vt viſum vocemque eius fugiant. Hac de cauſa praecipuus columbis amor eorum. Feruntque *d.*, ſi in quatuor angulis [2] defodiantur in ollis nouis oblitis *e.*, non mutare ſedem columbas: [3] (quod auro *f.* inſectis alarum articulis quaeſiere aliqui, non aliter innoxiis vulneribus:) multiuaga [4] alioqui aue. Eſt enim ars illis inter ſe blandiri et corrumpere alias, furtoque comitatiores reuerti.

LIII. Quin et internuntiae *g.* in rebus magnis fuere, epiſtolas annexas earum pedibus obſidione

 Muti-

1. *His.* *Ch.* 2. *pulli deſod. V.* 3. *quod et auro. Ch.* 4. *alioquin Gr.*

giſſent miluium, Et celeritate pennae vitaſſent necem. H.

b. Occultus fronde latro) Columella cap. 8. lib. VIII. *Dal.*

c. Tinnunculus) Cenchris vocatur. cap. 6. lib. XXIX. *Dal.*

Quae tinnunculus) Galli *crecerellam* vocant. De ea Bellon. L. II. c. 23. A Graecis κεγχρίδα dici quidam autumant. H.

d. Feruntque) Columella, L. VIII. c. 8. p. 295. vbi de columbis. *Ea auis*, inquit, *tam faſtidioſa eſt, vt ſaepe ſedes ſuas peroſa, ſi detur euolandi poteſtas, relinquat, . . . Id ne fiat, vetus eſt Democriti praeceptum. Genus accipitris tinnunculum vocant ruſtici: fere in aedificiis nidos facit. Eius pulli ſinguli fictilibus ollis conduntur, ſtipatiſque opercula ſupponuntur: et gypſo lita vaſa in angulis columbarii ſuſpenduntur: quae res auibus amorem loci ſic conciliat, ne vnquam deſerant.* H.

e. In ollis nouis oblitis) Pullos ſic conditos in angulo columbarii Columella ſuſpendit. *Dalec.*

f. Quod auro) Quod quidam vt obtinerent, aureo cultro ſecuere alarum articulos: aliter enim, ſi ferrum adhiberetur, non eſſent innoxia vulnera. H.

g. Quin et internunciae) Factitatum id ſaepius hiſtorici

Mutinensi in castra Consulum Decimo Bruto mittente. *h.* Quid vallum, et vigil obsidio, atque etiam retia amne *i.* praetenta profuere Antonio, per caelum eunte nuntio? *k.* Et harum amore insaniunt multi: super tecta exaedificant turres iis, nobilitatemque singularum et origines narrant, [1] vetere iam exemplo. L. Axius eques Romanus ante bellum ciuile Pompeianum denariis quadringentis *l.* singula paria [2] venditauit *m.*, vt M. Varro [3] tradit. Quin et patriam nobilitauere, in Campania grandissimae prouenire existimatae.

LIV. Harum volatus in reputationem ceterarum quoque volucrum nos impellit. (XXXVIII.) Omnibus animalibus reliquis certus et vniusmodi, et in suo cuique genere incessus est: aues solae vario meatu feruntur et in terra, et in aëre. Ambulant aliquae, vt cornices: saliunt [4] aliae, vt passeres, merulae: currunt, vt perdices, rusticulae *n.*: ante se

1. *Veteres Gr.* 2. *vendicauit. V.* 3. *tradidit. M.* 4. *sic et Ch. aliquae Gr.*

ci meminerunt, quorum ex Annalibus excerpsit exempla quamplurima Bochartus, de anim. P. II. L. I. p. 15. Hodieque Aleppi in Syria ministerio eorum sic vtuntur, pedibus epistolis alligatis. H.

h. Bruto mittente) A Bruto ad Hirtium missas scribit Frontinus, Stratag. L. III. c. 13. Fuere fortasse redditae mutuo, et acceptae. H.

i. Amne) Pado. *Dal.*

k. Per caelum eunte nuntio) Hunc locum spectauit Ioh. Dousa, quum in obsidione Leidensi simili functas officio columbas carmine commendaret: *Quid vigil obsidio, quid arces Aut valla prosunt, per spatia inuii Eunte caeli nuntio?* H.

l. Quadringentis) Monetae Gallicae, librae sunt centum et sexaginta. H.

m. Venditauit) Varroniana vox, pro *vendidit.* Sunt autem haec totidem verbis apud Varronem, de R. R. L. III. c. 7. sub finem. H.

n. Rusticulae) Perdris grises. Dal.

Rusticulae) Quae Latinis Rusti-

ſe pedes iaciunt, vt ciconiae, grues: expandunt alas, pendenteſque *o.* raro interuallo *p.* quatiunt, aliae crebrius *q.*, ſed et primas dumtaxat *r.* pennas: aliae [1] et tota latera pandunt *s.*: quaedam vero maiore ex parte compreſſis volant *t.*: percuſſoque ſemel, aliquae et gemino ictu aëre [2] feruntur *u.*: velvt incluſum *x.* eum prementes, eiaculantur ſeſe in ſublime *y.*, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas *z.*, aut rurſus [3] ab alto cadere has *a.*, illas [4] ſalire. *b.* Anates ſolae *c.*, quaeque ſunt eiuſ-

 dem

1. Et totas alas tendunt. V. 2. *feruntur velut. i. e. exprimentes. Iaculantur. V.* 3. *ablati. Ch.* 4. *proſilire. V.*

Ruſticula, Ariſtoteli σκολόπαξ eſt: Galli *Beccaſſam*, a magnitudine roſtri vocant. H.

o. Pendenteſque raro interuallo quatiunt) Milui. *Dal.*

Pendenteſque) Interim dum pendent in aere. H.

p. Raro interuallo) Vt milui, qui paſſis alis feruntur, potius quam volant. H.

q. Aliae crebrius) Vt Spiziae, *Eperuiers.* Dal.

r. Primas dumtaxat) Summas, extremas alas. Sic idem ſuperius Sect. 51. *Pennarum primori ſubrutilo*, pro alarum extremitate dixit. H.

s. Aliae et tota latera pandunt) Corui. *Dal.*

Tota latera) Totis explicatis alis latera nudant. H.

t. Compreſſis volant) Pici. *Dal.*

u. Gemino ictu aëre feruntur) Cardueles. *Dal.*

x. Velut incluſum) Sic illae in volando comprimunt alas, percuſſo prius ſemel iterumque aere, vt ipſum poſthaec aerem incluſum alis premere ac coercere videantur: et vel ſic eiaculantur ſeſe in ſublime, in rectum, in pronum. H.

y. Eiaculantur ſeſe in ſublime) Hirundines. *Dal.*

z. Impingi putes aliquas) Perdices. *Dal.* Quocum Harduinus conſentit.

a. Ab alto cadere has) Alaudas. *Dal.* cui Hard. ſuffragatur.

b. Illas ſalire) Coturnices. *Dal.* Et hic Hard. conſentit.

c. Anates ſolae) Apud Nonium in Pecudes, Anates Varro *quaſſagipennas* appellat, quod veluti quaſſis pennis volent. Verba eius ſunt, *Neque quaſſagipennas anates, tremipedas, buxeis roſtris, pecudes*

dem generis, in sublime protinus sese tollunt, atque e vestigio caelum petunt *d.*, et hoc etiam ex aqua. Itaque in foueas, quibus feras venamur, delapsae solae euadunt. Vultur, et ferae grauiores *e.*, nisi ex procursu *f.* aut altiore [1] cumulo *g.* immissae, non euolant: cauda [2] reguntur. *h.* Aliae circumspectant, alia flectunt colla. [3] Nonnullae vescuntur ea *i.*, quae rapuere pedibus. Sine voce non volant multae: aut e contrario semper in volatu silent. *k.* Subrectae, pronae, obliquae *l.*, in latera, in ora, quaedam et resupinae *m.* feruntur: vt

1. *Tumulo. V.* 2. *reguntur aliae: circumspectant aliae, flectuntque colla. V. et Ch.* 3. *Nec nullae. M. Nec vllae vescuntur ea quae. Ch.*

cudes palustres, nocte nigra, ad lumina lampadis sequens. Dal.

d. Atque e vestigio caelum petunt) Expende an legi debeat *solum* potius quam *caelum*, quia statim sequatur: *Itaque in foueas delapsae, etc.* Pint.

e. Ferae grauiores nisi ex procursu, etc.) Vt Grues, Otides. *Dalec.*

f. Nisi ex procursu) Nisi cursu prius aliquantum producto, et porro tenus continuato. H.

g. Altiore cumulo) Ita libri MSS. omnes. Cumulum pro tumulo siue aggere dixit. Ita Maro cumulum de attollente se fluctu: *Insequitur cumulo praeruptus aquae mons.* H.

h. Cauda reguntur) Huc pertinet illud, quod de miluis antea dixit, sect. 12. *Videntur artem gubernandi docuisse caudae flexibus.* H.

i. Nonnullae vescuntur ea, etc.) Aquila. *Dal.*

k. Semper in volatu silent) Ardeae. *Dal.*

l. Subrectae, pronae, obliquae) Milui, Gauiae. *Dal.*

Subrectae etc.) Subrectae, quum caelum petunt: pronae, quum ab alto cadunt. H.

m. Quaedam et resupinae feruntur) Ardeae, infestante accipitre. *Dal.*

Quaedam et resupinae) Inuersae. Nocturnam auem, quam Galli *Fresaye* vocant, inuersam aiunt, hoc est, pedibus in caelum conuersis volare. Quod sequitur, *in eadem natura, in eodem aere,* intellige. H.

vt fi pariter cernantur plura genera, non in eadem natura meare videantur.

LV. (XXXIX.) Plurimum volant, quae [1] apodes, quia careant vfu pedum: ab aliis [2] cypfelli *n.* appellantur, hirundinum fpecie. Nidificant in fcopulis. Hae funt, quae toto mari cernuntur; nec vmquam tam longo naues, tamque continuo curfu recedunt a terra, vt non circumuolitent eas apodes. Cetera genera refidunt et infiftunt: his quies, nifi in nido, nulla: aut pendent, aut iacent.

LVI. Et ingenia *o.* aeque varia, ad paftum maxime. (XL.) Caprimulgi appellantur [3] grandioris merulae afpectu *p.*, fures nocturni: interdiu enim

1. *Apodes vocantur. V.* 2. *cypfeli Gr. et Al.* 3. *grandiores. M. V.*

n. Ab aliis cypfelli) Arift. H. A. L. IX. c. 38. p. 1087. Οἱ δ' ἄποδες οὓς καλοῦσί τινες κυψέλους, etc. Noftris, *des Martinets.* De his Aldrouand. Ornithol. L. XVII. c. 10. p. 698. H.

o. Et ingenia) Auium fcilicet vniuerfe, non modo apodum. Vt ad volandum, inquit, fic aeque ad paftum varia funt volucrum ingenia. Hinc enim initium duci nouae fectionis oportuit, nec diuelli eam a fequentibus, vt peffime factum eft hactenus: cohaerent enim cum iis, quae mox de caprimulgis plateifque dicuntur; quarum paftu nihil eft admirabilius. H.

p. Caprimulgi appellantur grandiores merulae afpectu.) Scribendum puto permutatis verbis infuperque caftigatis, hoc pacto: *Caprimulgi appellantur a fuctu, grandiores merula.* Ariftoteles libro nono, capite XXX. *Quem caprimulgum appellant, auis montana eft, magnitudine paulo maior quam merula: fugit caprarum vbera aduolans, vnde nomen accepit.* Et paulo poft Plinius: *Caprarumque vberibus aduolant fuctum propter lactis.* Pint.

Caprimulgi) Haec totidem verbis Philofophus, L. IX. H. A. c. 39. p. 1067. Albertus item de animal. L. VIII. tr. 2. c. 5. p. 258. Non habet

viſu carent. Intrant paſtorum ſtabula, caprarumque vberibus aduolant ſuctum propter lactis: qua iniuria vber emoritur, capriſque *q.* caecitas, quas ita mulſere, oboritur. [1]Platea *r.* nominatur, aduolans ad eas, quae ſe in mari mergunt, et capita illarum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem *s.* cum deuoratis ſe impleuit conchis,

1. *Pelecan. Ariſt. Platalaea, Cicero. Erodius. Plutarch.*

habet in Gallia nomen haec auis: habet in Italia, *Calcabotto*, ita referente Aldrovando Ornith. L. VIII. c. 9. p. 567. vbi veram huius effigiem depictam refert. Vide N. et Em. N. LII. (hic adi.) *Caprim.)* Exiſtimat Scaliger in Comm. Ariſt. p. 251. et 1068. caprimulgum eſſe auem eam inauſpicatiſſimi ominis, quae Gallis *Effraye* et *Freſaye* vocatur, aſioni noctuaeque ſimilem adſpectu, vaſtiſſimo oris hiatu foedam. Sed parum acute profecto ea in re coniecit. Nam quae caprimulgus Ariſtoteli, Plinio, Albertoque deſcribitur, ea merulae facie, ſed maior paulo, cuculo eadem minor agnoſcitur: hoc eſt, tam aſioni ſimilis eſt, quam eſt ouis ouo. Philoſophi haec verba ſunt: Ὁ δὲ καλούμενος αἰγοθήλας, ἔϛι μὲν ὀρεινὸς, τὸ δὲ μέγεθος κοττύφου μὲν μικρῷ μείζων, κόκκυγος δὲ ἐλάττων. H.

q. Capriſque) Id ſe ab expertis hominibus didiciſſe ſcribit Albertus l. c. H.

r. Platea) Ita MSS. libri, et editi. Ciceroni Platalea dicitur, de N. D. L. II. p. 100. *Legi etiam ſcriptum*, inquit, *eſſe auem quamdam, quae Platalea nominetur: eam ſibi cibum quaerere aduolantem ad eas aues, quae ſe in mari mergerent: quae quum emerſiſſent, piſcemque cepiſſent, vſque eo premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent: id quod ipſa inuaderet.* Ariſtoteli, πελεκᾶν H. A. L. VIII. c. 15. Non ea auis, quae Gallis *le Pelican*, quam auem, cuiuſmodi vulgo pingitur, fabuloſam eſſe plerique arbitrantur: ſed diuerſa penitus, nobis adhuc haud ſatis comperta. H.

s. Eadem) De Platalea haec quoque Cicero l. c. *Eademque haec auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eaſque quum ſtomachi calore concoxerit, euomere, atque ita elige-*

chis *t.*, calore ventris coctas euomit, atque ita ex iis esculenta legit, testas [1] excernens. *u.*

LVII.

1. excreans. V. excutiens. Alii. Lego, testis exuens, quomodo et hoc Gaza apud Arist. transtulit.

eligere ex iis quae sunt esculenta. De Pelecane idem Arist. H. A. L. IX. c. 14. p. 1041. aliique, quos laudaturi sumus in Not. et Em. N. LIII. (hic adi.) *Eadem etc.)* Platea nimirum, siue Platalea. Hanc auem qui cum onocrotalo confundunt, de quo s. 66. nugas agunt. Onocrotalum septemtrionalis mittit oceanus: Plateam Aristotelis Strymonis ac Danubii incolam facit. Deuoratas testas e ventre platea reuomit, eiusdem stomachi calore coctas: onocrotalus ex falso vtero, hoc est, prolobo, siue ingluuie quadam, antequam in veram aluum descenderint. Euomit, reiicitque foras platalea, quae vorauerat, ea que deinde extra os humi abiecta excernit rostro: onocrotalus ex ingluuie modo, non exspuit, sed in os ipsum, ruminantium more, iterum mandenda reuocat. De Pelecane, seu Platea, eadem referunt praeter Aristotelem, Auct. libri de mirab. auscult. p. 1151. Aelian. H. A. L. III. c. 20. Antigon. Carystius, c. 47. Phile, c. 8. p. 34. H.

t. Se impleuit conchis) Aristotel. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dalec.*

u. Testas excernens) Recte qui pro *Excreans*, vt antea legebatur, *Excernens* correxerunt, ex Aristotele libro nono, capite decimo: et libro de admiranda auditione: suffragantibus etiam ambobus nostris exemplaribus. Subit hoc loco mirari Plutarchum, summum alioqui et numquam satis laudatum scriptorem, quod Aristoteles, Plinius, Cicero, Aelianus quintodecimo volumine De historia animalium, pelecani seu plateae tribuunt, erodio ascribentem, libro, Vtra animalium solertiora. In similem incidit lapsum et de vulpe marina loquens, quam tradit, deuorato hamo sese inuertere, ex interioribus extera facientem, vt hamum excutiat. Nam quod de scolopendra marina legerat apud Aristotelem libro nono, et Plinius etiam repetit, vt suo loco visum est, ipse vulpi marinae dat: quia videlicet de vtroque animali aquatico eodem loco Aristoteles agit. *Pint.*

Excernens) Rostro separans carnem a testa, inquit Albert.

LVII. (XLI.) Villaribus gallinis *x.* et religio ineſt *y.* Inhorreſcunt *z.* edito ouo, excutiuntque ſeſe *a.*, et circumactae purificant, ac feſtuca aliqua ſeſe *b.*, et oua luſtrant. (XLII.) Minimae auium cardueles *c.* imperata faciunt, nec voce tantum, ſed pedibus et ore pro manibus. [1] Eſt quae boum mugitus imitetur, in Arelatenſi agro taurus *d.* appellata, [2] alioqui parua. Eſt quae equorum quoque hinnitus, anthus *e.* nomine, herbae pabulo *f.* aduen-

1. *Eſt quae, in M. d.* 2. *alioquin. Gr.*

Albert. de anim. L. VIII. p. 255. H.

x. Villaribus gallinis et religio ineſt) Ariſtoteles non villaticis dumtaxat gallinis hoc tribuit, ſed omnibus. Neque vocem Latinam receptamque exiſtimo eſſe *Villares* a villa, ſed *Villaticus*: qua et M. Varro et Columella et ceteri vtuntur. Ariſtoteles libro ſexto capite ſecundo: *Inhorreſcunt a coitu, ac ſe excutiunt. Saepe etiam feſtuca aliqua ſeſe luſtrant, quod idem et edito ouo interdum faciunt.* Pint.

Villaribus) Villaticas appellant alii, Varro et Columella. H.

y. Et religio) Feſtiuum id ſane; quaſi puluere eo, quem motu excitant, Venerem excutiant, ſeſeque luſtrent. Subeſt ratio nimirum aptior, quae erudite magis, quam eleganter ab Alberto M. explanatur, de anim. L. VI. tr. I. c. I. p. 191. et 192. H.

z. Inhorreſcunt) Apud Ariſtot. exſtant ea totidem verbis, H. A. L. VI. c. 3. p. 650. H.

a. Excutiuntque ſeſe) Theophr. fragmento περὶ τῶν ζώων λεγομένων φθονεῖν. Dalec.

b. Feſtuca aliqua ſeſe et oua luſtrat.) Περικαρφισμὸν vocat Plutarchus. Dalec.

c. Cardueles) Chardonnerets. H.

d. Taurus) Bellonio miror in mentem veniſſe, vt ſcriberet L. IV. c. 4. taurum hunc Plinianum, ardeam eſſe ſtellarem, quam Galli *Butorium* vocant: quam ſane inter paruas aues, qui vel a longe viderit, nemo cenſuerit reponi merito poſſe. H.

e. Anthus) Ἄνθος Ariſtot. H. A. L. VIII. c. 6. p. 886. Bellonio, L. VII. c. 23. Scaligero in Ariſt. p. 1005. et Aldrouando, L XVII. p. 750. *Bruant.* Vide N. et Em. N. LIV. (hic poſ.) *Anthus)* Affinita-

aduentu eorum pulſa [1] imitatur, ad hunc modum ſe vlciſcens. *g.*

LVIII. [2] Super omnia humanas voces *h.* [3] reddunt, pſittaci quidem etiam ſermocinantes. India hanc *i.* auem mittit, [4] ſittacen *k.* vocat, viridem toto

1. Imitatur, equumque fugat aduolans ad hunc, ex Ariſt. *2. Ch. hinc nouum caput orditur.* *3. reddunt pſittaci: quidam, etiam. Pint. pſittaci, et quidem ſermocinantes. V.* *4. ſeptagen. Ch.*

nitate quadam vocis ac ſimilitudine deceptus Phile videtur, qui de Anthia piſce loqui Philoſophum putauit, L. de propr. animal. p. 74. ſcribens ἵππον ἰχθὺς ἀνθίας μισεῖ. Anthum equi vocem et horrere ſimul, et inter fugiendum imitari ſcribit Anton. Liber. in Metam. c. 7. H.

f. Herbae pabulo) Neque herba tantum, ſed vermibus etiam ſeminibuſque veſcitur. H.

g. *Se vlciſcens)* Equum a paſtu abigens, a quo ipſe, niſi parem hinnitum opponeret, pelleretur. Ariſt. H. A. L. IX. c. 2. p. 1005. H.

h. Super omnia humanas voces, etc.) Legend. *Super omnia humanas voces reddunt pſittaci: quidam etiam ſermocinantes. India, etc.* Salmaſ. pag. 1013. b.

i. India hanc) Ex Plinio hauſit Solinus, c. 52. p. 81. ex Solino Apuleius, Florid. L. II. p. 14. hanc pſittaci iconem: *Pſittacus*, inquit, *Indiae auis eſt: inſtar ille minime minus quam columbarum: Sed — color pſittaco viridis, et intimis plumulis, et extimis palmulis, niſi quod ſola ceruice diſtinguitur. Enimuero ceruicula eius circulo miniato, velut aurea torqui, pari fulgoris circumactu cingitur, et coronatur.* Vnum hoc pſittacorum genus veteres agnoverunt: nos et alia, quae deſcribit. Aldrouand. Ornith. L. XI. c. 12. et aliunde, quam ex Indiis, ad nos aduecta. Pſittaci mores ingeniumque deſcripſit perelegantia carmine Ioh. Paſſeratius, Cal. Ianuar. MDXCII. H.

k. *Sittacen)* Σίττας Heſychio. Βίττακος Cteſiae in Indic. apud Photium in Bibl. cod. 73. p. 144. Vide feſtivum Philippi epigramma, de pſittaco dicente, Χαῖρε Καῖσαρ, in Anthol. L. I. p. 60. H.

to corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctam. Imperatores salutat, et quae accipit verba, pronuntiat: in vino praecipue lasciua. Capiti eius *l.* duritia eadem, quae rostro. [1] Hoc, quum loqui discit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Quum deuolat, rostro se excipit, illi innititur, leuioremque se ita pedum infirmitati facit.

LIX. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, sed expressior loquacitas *m.*, [2] generi picarum *n.* est. Adamant verba quae loquantur. Nec discunt tantum, sed diligunt: meditantesque *o.* intra semet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. Constat emori victas difficultate verbi; ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli: [3] quaerentesque mirum in modum hilarari, si [4] interim *p.* audierint id verbum. Nec vulgaris illis forma, quamuis non spectanda. Satis illis decoris alias

1. Haec. M. 2. *certo generi Gr.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. V. quaerentes Gr.* 4. *iterum M. V.*

l. Capiti eius) Apuleiana haec est huius loci paraphrasis, l. c. *Rostri prima duritia: quum in petram quampiam concitus altissimo volatu praecipitat, rostro se velut ancora excipit. Sed et capiti eadem duritia, quae rostro. Quum sermonem nostrum cogitur aemulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri vt persentiscat: haec ferula discenti. Discit autem statim pullus vsque ad duos aetatis suae annos, etc.* H.

m. Sed expressior loquacitas, etc.) In hac re memoratu digna recitatur a Plutarcho historia lib. de Animal. prudent. quam Victorius Latine reddidit c. 14. IX. de pica, quae Romae in officina tonsoris, ad Graecostasin, tubatum cantum imitari didicit. *Dalec.*

n. Generi picarum) Quo de genere Persius: *Quis expediuit psittaco suum Χαῖρε, Picasque docuit verba nostra conari?* H.

o. Meditantesque) Insigne huius rei exemplum Plutarchus affert, L. de solert. anim. p. 973. H.

p. Si interim) Interdum. H.

in ſpecie ſermonis humani eſt. Verum addiſcere alias negant poſſe, quam quae ex genere earum ſunt, quae glande *q.* veſcantur: et inter eas *r.* facilius, quibus quini *s.* [1] ſunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipſas, [2] niſi primis *t.* duobus vitae annis. [3] Latior *u.* iis eſt lingua: omnibuſque in ſuo cuique genere, quae ſermonem imitantur humanum: quamquam id paene in omnibus contingit. Agrippina [4] Claudii *x.* Caeſaris turdum habuit (quod num-

1. *Sint. Ch.* 2. *niſi in V. d.* 3. *Latiores linguae omnibus in ſuo. M. Pint.* 4. *Sic et Ch. Agrippina coniux Claudii Gr. et Al.*

q. Quae glande) Hae ſunt picae glandulariae, quas appellare conſueuere noſtrates, *des Geays:* quos vulgus ſcriptorum gracculos falſo vocat, vti dicemus L. XI. ſ. 35. H.

r. Et inter eas) Vide N. et Em. N. LV. (hic conſp.) *Et inter etc.)* Imprudenter admodum ea, quae mox afferuntur a Plinio, de picarum genere maxime docili, ad pſittacos tranſtulit Solinus, c. 52. p. 81. et Solinum ſequutus Apuleius Florid. L. II. p. 14. *Verum ad diſciplinam*, inquit, *humani ſermonis facilior eſt pſittacus, qui glande veſcitur: et cuius in pedibus, vt hominis, quini digituli numerantur, etc.* H.

s. Quibus quini) Vt in quibuſdam gallinis animaduertimus, ſuper quatuor digitos tranſuerſo vno: quod Plinius obſeruat huius libri ſect. 77. poſt Columell. H.

t. Niſi primis) Vide N. et Em. N. LVI. (hic coll.) *Ac ne, etc.)* Abeſt vox ea *niſi* a MSS. quos quidem vidi, omnibus. Sed eamdem et Solinus agnoſcit et res ipſa exigit, quum ſit tenerior aetas multo ad diſcendum aptior. *Inter nobiles et ignobiles*, inquit Solinus, l. c. ad pſittacos perperam, vt diximus, haec Pliniana referens, *diſcretionem digitorum facit numerus: qui praeſtant, quinos in pedes habent digitos . . . Dum in pullo eſt, atque adeo intra alterum aetatis ſuae annum, quae monſtrata ſunt, et citius diſcit, et retinet tenacius: maior pullo eſt et obliuioſus, et indocilis.* H.

u. Latior) Ariſt. H. A. L. II. c. 15. p. 213. et Solin. c. 52. p. 81. H.

x. Agrippina Claudii) Coniux. H.

numquam [1] ante) imitantem sermones hominum, quum haec proderem. Habebant et Caesares *y.* iuuenes sturnum *z.*, item luscinias, Graeco atque Latino sermone dociles: praeterea meditantes in diem, et assidue noua loquentes, longiore etiam contextu. Docentur secreto, et vbi nulla alia vox misceatur, assidente qui crebro dicat ea, quae condita [2] velit, ac cibis blandiente.

LX.

1. *Autem. Ch.* 2. *velit addiuis. Tolet. velit addisci, alioqui balbutiente. Pint. velit alioqui. Salm. Lego, ac cibo, velit edisci, aliquo blandiente. V. velit addisci aliquo. Parm.*

y. Habebant et Caesaris iuuenes sturnum.) Papinius in Syluis: — *plangat Phoebeius ales, Auditasque memor penitus dimittere voces, Sturnus, et Aonio versae certamine picae: Quique refert iungens iterata vocabula perdix, Et qua Bistonio queritur soror orba cubili.* Vbi etiam Perdicem inter vocales referri audis. Et vero Plutarchus in Symposiacis sermonem hominum discere Perdicem scripsit, vt et Athenaeus, qui Aristomenem Atheniensem, Adriani libertum, appellatum ideo scribit Ἀττικοπέρδικα, quod esset histrio veteris comoediae. *Dalec.*

Caesares iuuenes) Brittannicus Claudii filius, et Nero priuignus. Nondum in mentem Romanis venerat, e duobus pluribusue Caesaribus aliquem appellare primum, aliumue secundum. Hunc morem primi deprehendimus in nummis Fl. Iulii Constantii et Fl. Iulii Constantis fratrum. Illius nummus est ex argento, cuius effigiem in cera expressam habemus: D. N. CONSTANTIVS P BEAC. Caput cinctum gemmis. *Dominus Noster Constantius Primus BEAtissimorum Caesarum.* Est ille nummus in Museo P. Bessieres, Carmelitae, Parisiis. Istius ex aere minimo, apud P. Chamillart. FL. CONSTANTI SBEAC. In aureo autem e GazaRegia; FL. CONSTANTI SBEACAES. Capite laureato *FLauio* CONSTANTI *Secundo* BE*Atissimorum* CAE*sarum* . .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat ipse in isto aureo numismate, inter duo signa militaria. Infra, SIS. H.

z. Sturnum) Statius in Psittaco Melioris, Lib. II. Sylu.

LX. (XLIII) Reddatur et coruis sua gratia, indignatione quoque populi Romani [1] testata, non solum conscientia. Tiberio Principe *a.* ex [2] fetu supra Castorum aedem *b.* [3] genito pullus, in [4] oppositam sutrinam deuolauit, etiam religione commendatus officinae domino. Is mature sermoni assuefactus, omnibus matutinis euolans in [5] Rostra, forum versus, Tiberium, dein Germanicum et Drusum Caesares nominatim, mox transeuntem populum Rom. salutabat, postea ad tabernam remeans, plurium annorum assiduo officio [6] mirus. Hunc siue aemulatione [7] vicinitatis, manceps *c.* proximae sutrinae, siue iracundia subita, vt voluit videri, excrementis eius [8] posita calceis macula, exanimauit: tanta plebei *d.* consternatione, vt primo pulsus ex ea regione, mox et interemptus sit, funusque innumeris aliti celebratum exsequiis *e.*, constratum lectum

1. *Attestata, non solum conscia. V.* 2. *sic ex MSS. emend. Hard. genitus pullus Gr. et Al.* 3. *sic et. Ch.* 4. *appositam. M.* 5. *rostra forum versus. V.* 6. *meritus. M.* 7. *incitatus. V.* 8. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. V. et Ch. imposita calceis macula. Gr. et Al.*

Syluar. *Auditasque memor penitus demittere voces Sturnus.* H.

a. Tiberio principe) Vide Macrob. l. III. Saturn. *Dal.*

b. Castorum aedem) Regione Vrbis octaua, ex P. Victore. Germanicus et Drusus Caesares, qui postea hic appellantur, ille Neronis Drusi Germanici Imp. qui frater Tiberii; iste, Tiberii ipsius filius fuit. H.

c. Manceps) Qui domum proximam conduxerat, vt in ea sutrinam faceret. H.

d. Tanta plebei) Antiquo more, pro *plebis.* Ita MSS. H.

e. Funusque innumeris aliti celebratum exsequiis.) Legendum forte, *Funusque in humeris aliti celebratum.* Nam verbum sequens *Exsequiis,* adiectum reor ab eo qui *Innumeris* legebat, non *In humeris.* Statim enim sequitur, *Super Aethiopum duorum humeros.* Pint.

ctum super Aethiopum duorum humeros, praecedente tibicine, et coronis omnium generum, ad rogum vsque, qui constructus dextra viae Appiae ad secundum lapidem, in campo [1] Rediculi *f.* appellato, fuit. Adeo satis iusta causa populo Romano visa est exsequiarum, ingenium auis, aut supplicii *g.* de ciue Romano, in ea vrbe, in qua multorum principum nemo [2] duxerat funus: Scipionis *h.* vero Aemiliani post Carthaginem Numantiamque deletas [3] ab eo, nemo vindicauerat mortem. Hoc gestum M. Seruilio *i.*, C. Cestio Coss. [4] a. d. v. Kalend. April. Nunc quoque erat in vrbe Roma, haec prodente me, equitis Rom. cornix [5] e Baetica, primum colore mira admodum nigro; deinde plura contexta verba exprimens, et [6] alia crebro addiscens. Nec non et recens fama *k.* Crateri Monocerotis cogno-

1. *Ridiculi. Parm. ridiceuli. Ch.* 2. *deduxerat. M. V. et Ch.* 3. *ab eo, Pint. delet.* 4. *ad V. Kal. Gr. et Al.* 5. *a. Tol. Pint.* 6. *alia atque alia Gr.*

f. Rediculi) Festus: *Rediculi fanum extra portam Capenam fuit: quia accedens ad Vrbem Hannibal, ex eo loco redierit quibusdam perterritus visis.* H.

g. Aut supplicii) Aut in auis illius nece, cui tantum fuit ingenium, satis iusta causa visa est esse supplicii sumendi de ciue Romano. H.

h. Scipionis) Africani sequentis, vt Plinius appellat alibi. H.

i. M. Seruilio) Horum consulum meminit Tacit. Annal. L. VI. p. 144. Gessisse magistratum anno 22 Tiberii principatus, ibi dicuntur. H.

k. Nec non et recens fama, etc.) Lege: *Nec non et recens fama Crateri Monocerotis cognomine in Eresia regione Asiae coruorum opera venantis, eo quod deuehebat in siluas eos insidentes corniculo humerisque*, per cornicula palam est intelligi galeae cornua, quibus insidebant corui; atque inde monoceros cognomen habuisse videtur ille Craterus ab vnico galeae corniculo. Et pro *Erizena* leg.

gnomine, in [1] Erizena *l.* regione Asiae coruorum [2] opera venantis, eo quod deuehebat in siluas eos [3] insidentes corniculis *m.* humerisque: illi vestigabant agebantque, eo perducta consuetudine, vt exeuntem sic comitarentur et feri. *n.* Tradendum putauere *o.* memoriae quidam, visum per sitim la-

I 2 pides

1. *Troezena. V.* 2. *venantis. Equo deueh. M. confidentes humeris. Atqui corniculos (cuniculos) illi vestitabant. V.* 3. *sic ex MSS em. Hard. conf. Cb. considentes Gr. et Al.*

leg. *Eresia*, ab Ereso vrbe Lesbi insulae. Vide *Salmas.*

l. In Erizena) Ita R. 2. At R. 1. Colb. 1. 2. et Par. *in Eriza.* Frustra Salmasius *in Eresia*, ab Ereso vrbe Lesbi, p. 547. in Solin. legi putat oportere. Vide quae de Eriziis siue Ereziis diximus L. V. s. 32. H.

m. Corniculis) Hoc est, galearum apicibus. Inter alia enim galearum militarium insignia, etiam cornicula fuere, hoc est, similitudo cornuum aere vel ferro expressa, ad terrorem. De his multa Spanhem. L. de vsu numism. p. 367. Ab illis corniculis, Comoediae Plautinae nomen, *Cornicularia*, crediderim esse factum, in qua miles insignem corniculis galeam gestitans traducebatur, apud Varronem de L. L. L. IV. Ab vnico fortasse corniculo, quo galeam insignem haberet, Monoceroti Cratero cognomen fuit. At caue Salmasio, idcirco credas, in Solin. p. 547. Cornicularii munus et officium, cuius frequens in Notitia Imperii mentio, et apud alios scriptores, ab his corniculis apicibusque galearum, nomen traxisse: quum a corniculis, hoc est, ab atramentariis habuerunt: nostri vocant, *des cornets*, qua de re Du-Cangium in Glossario vide. H.

n. Et feri) Coruos aucupio miros, qui et perdices, et coruos quoque feros caperent, plurimos refert Aldrouand. Ornithol. L. XII. p. 702. petitis ex Annalium memoria exemplis. H.

o. Tradendum putauere) Tradidit certe Plutarch. de solert. anim. p. 967. Tradidit et Aelian. H. A. L. II. c. 48. ex iisdem fortassis fontibus, ex quibus hausisse et Plinium simile veri est. H.

pides congerentem in situlam monumenti, in qua pluuia [1] aqua durabat, sed quae attingi non posset: ita descendere pauentem expressisse tali congerie, [2] quantum poturo *p.* sufficeret.

LXI. (XLIV.) Nec Diomedeas *q.* praeteribo aues: Iuba catarractas *r.* vocat: [3] eis esse dentes *s.*, oculosque igneo colore, cetero [4] candidis *t.*, tradens. Duos semper iis duces: alterum ducere agmen, alterum cogere *u.* Scrobes excauare rostro; inde crate *x.* consternere, et operire terra, quae ante fuerit egesta: in his fetificare. Fores binas omnium scrobibus: orientem spectare, quibus exeant in pascua: occasum, quibus redeant. Aluum

1. *Aquam dabat. M.* 2. *quantum potui. M. quae poturo. V.* 3. *et eis. V. et Cb.* 4. *candidas. M.*

p. Quantum poturo) Alibi, *quantum potui sufficeret.* H.

q. Nec Diomedeas, etc. oculosque igneo colore, etc.) Scribe: *et eis esse dentes oculosque igneos, colore cetero candidas tradens*, quod catarractas ait Plinius Iubae vocari, id epitheton omnium esse possit rapacium et impeteiarum auium. *Salmas.* p. 92. *Nec Diomedeas praeteribo aues)* Arist. *Charadrios* in insula vna ex Diomedeis, mari Adriatico, quam vocant *Santa Maria de Tromiti*, nunc Artennae vocantur. *Dalec.*

Nec Diomedeas) Quae de Diomedis auibus narrantur a Plinio, haec iisdem fere verbis transscripsit ab ipso Solinus, c. 2. p. 16. H.

r. Catarractas) Forte ἀπὸ τῦ ἄνωθεν καταῤῥάσσειν ἐν τῷ θηρεύειν τὰ ὄρνεα, quod ex alto cum impetu decidant, quando aues venantur. H.

s. Eis esse dentes) Solinus: *ignei oculi, ora dentata.* Caue existimes, vt oculos, sic dentes pariter ignei coloris esse. H.

t. Candidis) Alibi, *candidas.* H.

u. Alterum cogere) Solinus: *Alterum insequi, vt vrgeat tarditatem.* H.

x. Inde crate) Solini paraphrasis: *Surculis in versum superpositis, imitantur texta cratium.* H.

Aluum exoneraturas ſubuolare ſemper, et contrario flatu. Vno hae in loco *y.* totius orbis viſuntur, in inſula, quam diximus *z.* nobilem Diomedis tumulo atque delubro, contra Apuliae oram *a.*, fulicarum ſimiles. *b.* Aduenas barbaros clangore infeſtant, Graecis tantum adulantur, miro diſcrimine, velut generi Diomedis hoc tribuentes: aedemque eam quotidie pleno gutture madentibus pennis perluunt atque purificant: vnde origo fabulae *c.*, Diomedis ſocios in earum effigies mutatos.

LXII. (XLV.) Non omittendum eſt, quum de ingeniis diſſerimus, e volucribus hirundines eſſe indociles *d.*, e terreſtribus mures *e.*: quum elephanti iuſſa faciant, leones iugum ſubeant, in mari vituli *f.*, totque piſcium genera miteſcant.

I 3 LXIII.

y. Vno hae in loco) Quae deinceps ſequuntur vſque ad finem capitis, habet quoque Auct. L. de mirab. auſcult. p. 1156. H.

z. Quam diximus) L. III. ſ. 29. H.

a. Contra Apuliae oram.) Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκϰσ. *Dal.*

b. Fulicarum ſimiles) Fulica Gallis, *Poule d' eau*, et *Diable de mer.* De fulicis Bellonius, L. III. c. 25. et 26. Manuel Phile, p. 28. genus eſſe ardearum ſignificat: ſed falſo, vt arbitror. Solinus: *forma illis paene, quae fulicis.* Putant eſſe auem eam, quae in Diomedeis dumtaxat inſulis hodieque viuit, et *Artenna* dicitur. Vide Aldrou. L. XIX. Ornith. p. 58. H.

c. Origo fabulae) De qua Strabo, L. VI. p. 284. H.

d. Eſſe indociles) Albertus M. de anim. L. XXIII. p. 641. de hirundine: *et hanc auem*, inquit, *et murem dicunt eſſe indomabilia: ſed ego vidi ſaepe domitas, et ad manum volantes, ſicut aduolant aliae aues.* H.

e. Mures) Murem ſolutum, ad herum heramque rediiſſe, quum reuocaretur, omnino cicurem factum, vidiſſe ſe, Scaliger ſcriptis prodidit in Comm. ad Ariſt. H. A. L. I. p. 24. Et nos e manu eſitantes vidimus. Adde his quae de Alpino mure dicturi ſumus ad ſ. 85. H.

f. In mari vituli) Huc pertinent

LXIII. (XLVI.) Bibunt *g.* aues [1] suctu: ex his, quibus longa colla, intermittentes, et capite resupinato velut [2] infundentes sibi. Porphyrio *h.* solus morsu [3] bibit. Idem est *i.* proprio genere, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde pede ad rostrum, veluti manu, afferens. Laudatissimi in [4] Commagene. *k.* Rostra iis *l.*, et praelonga crura rubent.

LXIV. (XLVII.) Haec quidem *m.* et [5] haematopodi, multo minori, quamquam eadem crurum altitudine. Nascitur in Aegypto. Insistit ternis digitis. Praecipue ei pabulum muscae. Vita in Italia paucis diebus.

LXV.

1. *Suctu caeterae et ex iis. V. caeterae. Sed ex iis Parm.* 2. *infundentib. Ch.* 3. *bibit, idem e proprio. M. Lege, idem proprio. Idem e pr. Parm.* 4. *Comagine. Gr.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. V. emantopodi. Ch. himantopodi Gr. et Al.*

tinent ea, quae de vitulo marino dicta sunt, L. sup. f. 15. Vide et Diod. Sic. Bibl. L. III. p. 155. H.

g. Bibunt) Tradit prorsus eadem Arist. H. A. L. VIII. c. 9. p. 902. H.

h. Porphyrio) Arist. l. c. Auis est his terris nec visa nec cognita, vt Bellonius testatur, L. IV. c. 28. et Aldrou. Ornith. L. XX. p. 437. De eo Auctor libri, qui *Kirani Kiranidum* falso inscribitur, p. 51. *Porphyrius auis pluuialis, quae in fluminibus abundat.* Forte *fluuialis.* H.

i. Idem est) Hoc est, comedit ritu ac more singulari. Haec omnia totidem ferme verbis refert de Porphyrione Polemon, Commentar. suorum L. V. ap. Athenaeum L. IX. p. 388. H.

k. In Commagene) Alexander Myndius, hist. au. L. II. Libycam auem esse prodidit, teste Athenaeo, l. c. H.

l. Rostra iis etc.) Arist. apud Athen. l. c. H.

m. Haec quidem) Et crura quidem, inquit, vt porphyrioni, sic etiam haematopodi rubent: vnde ei nomen, a colore pedum sanguineo. Peregrina haec quoque auis est, neque caeli huius. H.

LXV. Grauiores omnes fruge vescuntur *n.*, altiuolae carne tantum. Inter aquaticas, mergi [1] soliti sunt deuorare, quae ceterae reddunt.

LXVI. Olorum similitudinem onocrotali *o.* habent: nec distare exiſtimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius [2] vteri *p.* genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira vt sit capacitas. Mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita, [3] in veram aluum ruminantis [4] more refert. Gallia hos septemtrionali proxima oceano mittit.

LXVII. In Hercynio Germaniae *q.* saltu [5] inusitata genera alitum *r.* accepimus, quarum plumae ignium

I 4

1. *Solita vt deuorauere. Ch. soliti sunt deuorare Gr.* 2. *ventris. D* 3. *inferam in aluum. Parm.* 4. *sic ex MSS. emend. Hard. more fertur. M. modo defert. V. modo refert Gr.* 5. *inuisitata. Ch.*

n. Fruge vescuntur) Σπερμόλογοι εἰσί. *Dalec.*

o. Onocrotali) Latinis haec auis Truo dicebatur, auctore Festo. Et forma, qualis a Plinio pingitur, et patria, quae Gallia septemtrionali oceano proxima dicitur, eas aues esse declarat, quas nostri *Cormorants* vocitant: in Aremorico maxime mari frequentes: sunt enim ex iis quaedam etiam candore olorum simillimae, cuiusmodi arefactam vnam in Museo nostro Parisiensi asseruamus: genus vniuersum cibo inexplebile, et altero illo veluti vtero, supra fidem capace, in faucibus ipsis donatum a natura. Frustra sunt Bochartus, L. de anim. L. II. c. 21 p. 275. part. II. et Aldrouand. L. XIX. et XX. qui aliam auem signari nunc a Plinio putant. H.

p. Alterius vteri) Alterius alui, siue ingluuiei, a vera aluo, de qua mox, discretae, ruminantium more. H.

q. In Hercynio Germaniae, etc.) Lege: *In Hercynio Germaniae saltu inuisitata genera alitum accep.* minus recte legitur *inusitata*, quod verbum et aliis locis pro illo positum frequens occurrit. *Salmas.* 230. a.

In Hercynio) Solin. c. 20. p. 40. H.

r. Inusitata genera alitum accepimus) Eae sunt Garruli Boëmici Gesneri, quorum pennae in summa cauda luteae

ignium modo colluceant noctibus, in ceteris nihil praeter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit. (XLVIII.) Phalerides *s.* in Seleucia Parthorum, et in Asia aquaticarum laudatissimae: rursus Phasianae *t.* in Colchis geminas ex pluma aures submittunt, subriguntque. Numidicae *u.* in parte Africae Numidia, [1] omnesque iam in Italia.

LXVIII. Phoenicopteri *x.* linguam *y.* praecipui sapo-

1. *Omnique. V.*

teae, in extremis pennis cocco nitentes, sublustri nocte lucent. *Dalec.*

Inusitata) Ita R. 2. Par. etc. R. 1. et Chiffl. *inuisitata.* H.

s. Phalerides) In Suessionum et Bellouacum agro frequentes, *Piettes* vulgo nomen habent, si Bellonium audimus, L. III. c. 16. Vide N. et Em. N. LVII. (hic pos.) *Phal.*) Nugantur qui a Phalero Atheniensium portu cognominatas aues istas volunt. Non agnouit hanc originationem vocis Scholiastes Aristophanis, in Auibus, p. 568. haec solum scribens: Ἡ δὲ Φαληρὶς ὄρνεόν ἐστι λιμναῖον εὐπρεπές. Neque e Graecia primum, sed ex Asia Seleuciaque Parthorum in Italiam asportatas, Plinius auctor est. Φαλαρίδας vocat Aristoph. in Acharn. Act. IV. sc. 1. p. 413. et Varro, de R. R. L. III. c. 11. Columella, L. VIII. c. 15. p. 306. phalerides recenset inter eas aues, quae stagna et paludes rimantur. H.

t. Phasianae) *Des Faisans.* A Phasi Colchorum amne, sic appellatae: vel quod illic abundant: vel quod inde ab Argonautis primum aduectae. Martialis, L. XIII. ep. 72. cui titulus, *Phasianus*; vel potius, *Phasiana auis*. *Argoa primum sum transportata carina. Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.* H.

u. Numidicae) Haec Afra auis Horatii, Numidica Columellae, L. VIII. c. 2. quae gallinae rusticae (*Gelinottam* vocamus) similis est, teste Varrone, de R. R. L. III. c. 9. p. 103. H.

x. Phoenicopteri linguam, etc.) Vide Suetonium in Caligula, Spartianum in Heliogabalo. *Dalec.*

Phoenicopteri) Auem hanc Martialis intellexit, L. III. ep. 58. *Nomenque debet quae rubentibus pennis.* Et L. XIII. ep.

ſaporis eſſe, Apicius docuit, nepotum omnium altiſſimus gurges. Attagen z. maxime Ionius [1] celebratur, vocalis alias *a.*, captus vero obmuteſcens, quondam [2] exiſtimatus inter raras aues. Iam et in Gallia, Hiſpaniaque capitur, et per Alpes etiam, vbi et phalacrocoraces *b.*, aues Balearium inſularum peculiares: ſicut Alpium pyrrhocorax *c.*, luteo [3] roſtro,

I 5

1. Celeber. M. 2. ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. aeſtimatus. Pint. extimatus Gr. et Al. 3. ſic et M. roſtro niger et praecipuo. Ch. luteo roſtro et praecipuo Gr. et Al.

ep. 71. cui titulus: *Phoenicopterus: Dat mihi penna rubens nomen: ſed lingua guloſis Noſtra ſapit: quid ſi garrula lingua foret?* Paluſtrem auem hanc eſſe, λιμναῖον, conſtat ex Ariſtoph. in Auibus, p. 553. Nili accolam, ex Heliod. Aeth. L. VI. p. 268. Rob. Conſtantinus, in Supplem. linguae. Lat. auem eſſe ſcribit magnitudine ciconiae, oblongo collo, roſtro, cruribus: cui et pars alarum puniceo colore rutilet: capi in Flandria, et Gallia Narbonenſi: Gallos idcirco *Flamans* nuncupare, non a colore flammeo. Conſtantinum ſequuti ſunt Bellonius, L. IV. c. 8. Scaliger Exerc. 233. Aldrovand. Ornith. L. XX. p. 321. H.

y. Linguam) Cerebellis etiam phoenicopterum dapes refertas exhibuiſſe palatinis ſuis Heliogabalum, ſcribit Lampridius, p. 108. H.

z. Attagen) Horatio et Martiali, *Attagen Ionicus*. Italis *Francolino* dici Bellonius ait L. V. c. 6. Nos Gallinam ruſticam appellamus, *Gelinotte de bois.* Gloſſae, *Gallina ruſtica*, ἀτταγήν. H.

a. Vocalis alias etc.) Haec pariter Socrates apud Athen. L. IX. p. 388 et Aelian. H. A. L. XV. c. 27. H.

b. Phalacrocoraces) Quum Balearium peculiares eae aues dicantur, non ſunt eae certe, quas *Cormorans* vocamus, etſi ita viſum Bellonio, L. III. c. 7. Bocharto, de anim. part. II. p. 296. Aldrou. Ornith. L. XIX. p 267. et Anatomicis Pariſienſibus. Qui nunc phalacrocoraces, iidem Corui aquatici appellantur a Plinio, L. XI. ſ. 47. H.

c. Pyrrhocorax) Vox ea igneum coruum ſonat. E Germanis nonnulli coruum Alpinum nominant. Depingitur

ſtro, niger *d.*: et praecipuo ſapore lagopus *e.*: [1] pedes leporino villo nomen ei hoc dedere, cetero candidae, columbarum magnitudine. Non extra [2] terram eam veſci facile, quando nec [3] viua manſueſcit, et corpus occiſae ſtatim marceſcit. Eſt et alia nomine eodem *f.*, a coturnicibus magnitudine tantum differens, croceo tinctu *g.* cibis gratiſſima. Viſam in Alpibus ab ſe peculiarem Aegypti [4] et ibim Egnatius *h.* Caluinus Praefectus earum prodidit.

LXIX.

1. *Pedes leporini villi nomen hoc. M.* 2. *terram, in qua naſcitur, eam. V.* 3. *vita. Ch.* 4. *Ibin. M. Egnatius omiſſo et Gr. et Al.*

gitur ab Aldrouando, Ornith. L. XII. c. 8. p. 769. H.

d. Niger) Voculam hanc ex MSS. addidimus: quam res ipſa poſcebat. H.

e. Lagopus) Bellonio L. V. c. 17. *Perdrix blanche de Savoye.* Crebras reperiri in Vapincenſi Delphinatus agro, affirmat Nic. Chorier, Hiſt. Delph. L. I. p. 65. et a loci incolis vocari *Jalabres.* H.

f. Eſt et alia nomine eodem) Alpinis, *Gelabre.* Dal.

Eſt et alia) Hanc Aldrovandus, Ornith. L. XIII. p. 146. eam eſſe ſuſpicatur, quam Damaſcenam perdicem, ſiue Syriacam, Bellonius appellat, L. V. c. 15. H.

g. Tinctu) Intinctu: *à la ſauſſe jaune.* H.

h. Et ibim Egnatius) Ita ſcribimus ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Prius, *ibin M. Egnatius.* Egnatium hunc ceterorum ſcriptorum, quod quidam ſciam, nemo laudat. Ex hac Egnatia gente fuit, qui in nummis claſſi praefectus ſub Auguſto fuiſſe dicitur apud Patinum, in Famil. p. 103. C. EGNATIVS. CN. F. CN. N. et multo antea ſub Romulo, Egnatius Mecenius, de quo Plinius, L. XIV. ſ. 14. denique qui multo poſtea imperium obtinuit, Licinius Egnatius Gallienus Auguſtus. Eſt nummus illius prae ceteris celebratiſſimus, haud felicius a nobis hactenus, quam ab aliis expoſitus; quod nemini tunc veniebat in mentem, primas tantum ibi exprimi totidem fere vocum literas. Aureus eſt in Theſauro Regio, GALLIENAE AVGVSTAE. Caput Gallieni eſt, herba cinctum, quam gramen vocant: vultus virilis et grauis. Cur corona detur graminea, Plinius

LXIX. (XLIX.) Venere in Italiam *i.* Bebriacenſibus *k.* bellis ciuilibus trans Padum et nouae aues *l.* (ita

nius docebit, L. XXII. ſ. 4. .)(. VBIQVE PAX. Victoria in bigis. Prioris tituli ſententia haec eſt: GALLIENO *Auguſto Edua* AVG*uſtal*, *Vrbis Seruatori*, *Triumphalem Arcum Erexit.* Poſterioris hic ſenſus eſt: *Victoria BIſuntina QVietem Eduae Peperit*, *Auguſti X decennalibus.* Biſuntini ſunt, quos hodie vocamus, *les Beſançonnois*, *dans la Franche-Comté:* quorum nummus argenteus etiam ſeculo XIII. inſcribitur BISVNTIVM. Primus ille annus Gallieni fuit: vt Decennalia ſignificant: et prima ea ſimplexque victoria: quum bigae pictae ſint, non quadrigae. Nec minus ingenioſe inſcriptus alter nummus eiuſdem Egnatii Gallieni eſt, argenteus in Muſeo noſtro: DEAE SEGVSANO. *Dea ſtat expanſis manibus intra triumphalem currum.* Sententia eſt: *Decuriones Eduae Auguſtae Edicto Senatus*, *Egnatio Gallieno Vrbis Seruatori Arcum Nobiliſſimum Obtulerunt.* H.

i. Venere in Italiam Bebriacenſ. bellis ciuil. trans Padum et nouae aues, *etc.*) Loquitur de Bello ciuili Othoniano, quod cladem ad Bebriacum Galliae Ciſalpinae oppidum, Bebriacenſe nominat. Ceterum aues ipſae *nouae* appellatae ſunt, quum recens adueniſſent, ac deinde appellatio manſit, etiam poſt multos annos ab earum aduentu: id quod ſatis indicare poterat vel titulus capitis, *De nouis auibus.* Gelen.

k. Bebriacenſibus) Bebriacum, vicus ſitus inter Cremonam et Veronam, vulgo *Labina*, ad quem Othonianos Vitelliani ſuperarunt. Sueton. in Othone. Tacitus lib. XVIII. In exemplaribus Tranquilli manuſcriptis, *Betriacum*, ſiue *Bretiacum* legitur. Apud Plutarchum in Othone, *Betriacum.* Turn. cap. 36. XXIV. Huc pertinent Iuuenalis verſus, Sat. 2. *Et curare cutem ſummi conſtantia ciuis, Bebriaci in campo ſpolium affectare palati.* Onuphrius in ſua Roma Bebriacum Hoſtiliam vocari, propinquum Veronae pagum. *Dalec.*

Bebriacenſibus) Bebriacum, vel vt Plutarchus ſcribit, in Othone, p. 1070. Βητριακὸν, oppidulum fuit Cremonae vicinum, πολίχνη πλησίον Κρεμώνης. Meminit et Suetonius in Othone, c. 9. p. 97. Nunc pagus eſt, cui nomen *Caneto*, via

(ita enim adhuc vocantur) turdorum ſpecie, paulum infra columbas magnitudine, ſapore gratae. Baleares inſulae nobiliorem etiam ſupra [1] dicto *m.* porphyrionem mittunt. Ibi et buteo accipitrum generis in honore menſarum eſt: item vipiones *n.*: [2] ſic enim vocant minorem gruem.

LXX. Pegaſos *o.* equino capite volucres, et [3] gryphas *p.* [4] aurita aduncitate roſtri fabuloſos reor: illos

1. *Dictis. V.* 2. *ſic vocant. M.* 3. *grypas. Cb.* 4. *auritos. V.*

via, quae a Cremona Veronam ducit, duodecimo fere lapide, teſte Cluuerio, Ital. ant. L. I. p. 261. H.

l. Nouae aues) Turdi montani. Caryocatactae Geſnero. *Dal.*

Et nouae aues) Siue nomen ſpectes, ſiue formam, et magnitudinem, ſeu denique ſaporem, eas eſſe intelliges, quas poſterior aetas in Gallia *Perdices griſeas* appellauit. Nouae certe aues dicuntur, quod ſcriptoribus aliis ante haec tempora fuerint prorſus incognitae. H.

m. Supra dicto) Sect. 63. H.

n. Vipiones) Ita R. 1. In Indice tamen, et in R. 2. *Bibiones*: Originem habere videtur ea vox a Graeca πιπίων, vel a pipiendo. Alias Pipiones ſunt turturini, columbinique pulli, in vet. Gloſſ. Τρıγόνıσσα, περıϛερὰ, *Pipio.* Plinius Valer. L. V. c. 41. *Turtures, et pipiones.* Hinc noſtri *Pigeons* deflexa paululum voce finxere. De pipionibus, Lamprid. in Seu. Alex. p. 128. et Alex. Iatroſoph. L. I. Paſſionnm. H.

o. Pegaſos) Fabuloſi ſunt ii ſane: ſed in nummis antiquis vel regionem ſignificant velociſſimis equis abundantem: vel celerem et impigrum in exſequendis rebus animum principis. Eſt apud D. DE SVRBECK nummus ex aere minimo ſic inſcriptus: IMPERATOR GALLIENVS AVG. CON. *Imperator Gallienus Auguſtus Conſeruator Omnium Narbonenſium.* Caput laureatum. Retro, Equus alatus, quem Pegaſum vocant, alacritatis ſymbolum. Titulus ſiue ſuperſcriptio eſt: ALACRITATI. Sententia eſt: ALACRITAS *Auguſti Tutatur Imperium.* H.

p. Gryphas) Gryphum meminerunt Solinus, Pauſanias in Arcadicis, Aelianus ex Cteſia, Philoſtratus in vita

los in Scythia, hos in Aethiopia. [1] Equidem et tragopana *q.*, de qua *r.* plures affirmant, maiorem aquila, cornua in temporibus curuata habentem, ferruginei coloris, tantum capite phoeniceo. Nec Sirenes *s.* impetrauerint fidem: licet [2] affirmet Dino, Clitarchi celebrati auctoris pater, in India esse: mulcerique earum cantu, quos grauatos somno [3] lacerent. Qui [4] credit ista, et Melampodi *t.* profecto

1. *Equidem et tragopanadem Gr. et Al.* 2. *affirmet licet Dinon. M.* 3. *lacerant. V.* 4. *credat. Ch.*

vita Apollonii. Pegasos scribit Solinus praeter aures nihil equinum habere. *Dal.*

Et gryphas) In R. 1. et Chiffl. *grypas.* Γρῦπας Graeci vocant. Veras esse aues Philostratus existimat, qui eas describit, de vita Apollonii L. III. c. 14. p. 152. H.

q. Equidem et tragopanadem) Lege: *Equidem et Tragopanem, quem plures affirmant maiorem aquila* Salmas. p. 399. a. *Equidem et tragopanadem*) Lege: *Trapogana.* Nomen impositum, quia Pan cornutus. Pomponio Melae aues illae dicuntur *Tragopomones.* Solino auis Aethiopica cornibus arietinis armato capite. Ab hirco quidam dictam volunt. *Dalec.*

Et tragopana) Solin. c. 30. p. 57. Vide N. et Em. N. LVIII. (hic consp.) *Et trag.*) Ita MSS. omnes: non, vt editi, *tragopanadem*: adiecta syllaba ex sequenti clausula, *de qua plures*, etc. H.

r. De qua) Subintellige, de qua aue. Conflatum huic aui nomen ex Pane et τράγῳ, hoc est, hirco, videtur, quasi Panem cornibus hircinis referret. Solinus *arietinis* dixit, pro hircinis. H.

s. Sirenes) De quibus Ovid. Metam. L. V. v. 553. *Pluma, pedesque auium, cum Virginis ora geratis.* Erant cum Vossio in Etymol. qui Sirenes existimant superne mulierum effigiem, piscium inferne praetulisse. Haec enim Nereidum facies est, non Sirenum. De Sirenum porro fabula Seruius consulendus in Libr. V. Aen. H.

t. Et Melampodi) Et is non neget aures lambendo Melampodi dedisse dracones, vt intelligeret sermones auium. H.

fecto [1] aures lambendo *u.*, dedisse intellectum auium sermonis dracones non [2] abnuet: vel quae Democritus *x.* tradit, nominando aues, quarum confuso sanguine serpens gignatur: quem quisquis *y.* ederit, intellecturus sit alitum colloquia: quaeque de vna aue galerita *z.* priuatim commemorat, etiam sine his immensa vitae ambage circa auguria. Nominantur ab Homero *a.* scopes *b.*, auium genus: neque

1. *Augures. Ch.* 2. *abnuat. Ch.*

u. Aures lambendo) Referunt hoc de Melampode scriptores plurimi: Apoll. Bibl. L. I. Scholiastes Apollonii, in L. I. Argon. Schol. Pindari in Pyth. 4. aliique. Vaticinandi peritiam a serpentibus vel sic inspirari, veterum opinio fuit. Hinc Anticlides, apud Homeri Scholiasten in Iliad. ή. de Heleno et Cassandra narrant, *quum illis angues meatus sensuum linguis suis expurgassent, diuinandi scientiam esse consequutos.* In eam rem plura Bochartus collegit, de anim. L. I. p. 21. H.

x. Vel quae Democritus) Recitat haec quoque Gellius ex Plinio, L. X. c. 12. p. 503. sed fabulosa arbitratur, neque ingenio digna Democriti. H.

y. Quem quisquis) Philostrat. de vita Apollonii, L. III. c. 3. H.

z. Galerita) *Aloüette hupée: et Cochevis.* H.

a. Ab Homero) Od. έ. v. 66. Σκῶπες. Describuntur ab Alexandro Myndio, Callimacho, et Metrodoro, apud Athenaeum, L. IX. p. 391. facie et moribus persimiles otis, siue asionibus, de quibus s. 33. Forte ii sunt, quos *Petits Ducs*, nominamus. H.

b. Scopes) Homeri versus est: Σκῶπες, ἰρηκέςε, τανύγλωσσοί τε κερῶναι, Odyss. lib. έ. σκῶπας, vel vt Arist., Alexander Myndius et alii plerique κῶπας, vocarunt, quasi, σκαίαν ὄπα, id est, ἀτερπῆ φωνὴν ἔχοντας. Tyranion, tanquam σκιόπας, ὅτι ἐν σκιᾷ ἔχουσιν ὄπα, quoniam in tenebris canunt. Rhodig. cap. 14. lib. XII. aut quod varia gesticulatione tamquam irridendo, (σκόπτοντες) venatorum et spectatorum motus imitentur. Callimachus dici vult, ὅτι φωνὴν ἀφίασιν ἐπισκώπτουσαν, quasi auribus illudentem, nempe ingratam et iniucundam: κόβαλος,

que harum satyricos motus, [1] quum insidentur *c.*, plerisque memoratos, facile conceperim mente: neque ipsae iam aues [2] noscuntur. Quamobrem de confessis disseruisse praestiterit.

LXXI. (L.) Gallinas saginare Deliaci cepere *d.*: vnde pestis exorta, opimas aues et suopte *e.* corpore vnctas deuorandi. Hoc primum antiquis coenarum interdictis exceptum inuenio *f.* iam lege C. Fannii

1. *Cum insident Gr. et Al. cum assidientur plerique. Ch. cum incedunt. V.* 2. *sic ex MSS. emend. Hard. nascuntur Gr. et Alii.*

βαλος, inquit Arist. καὶ μιμητὴς ἀντεϱχόμενος ἁλίσκεται, ludificator, et imitator contra saltando capitur. Vide quod not. est c. 11. lib. XXXV. *Dalec.*

c. Quum insidentur) Quum ab aucupibus circumsedentur: quorum saltationes dum aues eae gestiunt imitari, intentae in aliquo ex iis, ab altero facile capiuntur, vti de Asione Plinius l. c. de ipsa scope narrat Metrodorus proxime laudatus. Vide N. et Em. N. LIX. (hic adi.) *Quum insf.*) In editis perperam, *quum insident.* In R. 1. 2. et Par. *quum insidentur*: quae germana lectio. Mox etiam, *neque ipsae iam aues noscuntur*, rescripsimus, pro *nascuntur*: iis enim quas minime notas putauit, eos, quae confessae sunt, statim opponit. H.

d. Gallinas saginare Deliaci cepere) Cicero II. Academicarum: *Videsne, vt in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures saluis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent. Hi quum oua inspexerant, quae id gallina peperisset, dicere solebant.* Petronio Arbitro, *Deliaci gallinarum curatores. Molles, veteres, Deliaci, manu recisi*, id est, castrati. *Scal.* Vide Varr. c. 9. III. Columel. *Dal.*

Deliaci) Deliacorum gallinariorum Columella meminit L. VIII. c. 2. Cicero Acadd. L. IV. p. 51. ait Deli fuisse complures, qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent, etc. Varro item de R. R. L. III. c. 9. H.

e. Et suopte) Probe adipatas: vt adscititio adipe non sit opus, quum abundet proprius, e sagina natus. H.

f. Hoc primum antiquis coena-

Fannii *g*. Cos. XI. annis ante *h*. tertium Punicum bellum,

coenarum interdictis exceptum inuenio) In exempl. Tol. non *Coenarum* legitur, sed *Eranon.* Dictio est Graeca, significans quod a singulis amicis contribuitur ad coenam, conuiuiumue celebrandum. Nec memini me alibi in Plinio eam alioue Latino auctore legere. *Pint.*

Coenarum interdictis) Hoc est, legibus de coenarum et sumtuum modo. Meminit huius interdicti Tertull. in Apol. c. 6. p. 6. *Quonam illae leges abierunt, sumtum et ambitionem comprimentes? quae centum aera, non amplius, in coenam subscribi iubebant, nec amplius quam vnam inferri gallinam, et eam non saginatam.* Et Macrob. Saturn. L. II. c. 13. p. 367. *Fannia lex sumtibus modum fecit assibus centum*, etc. Vide Festum, verbo *Centenariae coenae*, et Gellum L. XI. c. 24. *Exceptum* porro hoc loco nominatim cautum ac statutum intellige: quo significatu vox ea tum apud alios scriptores occurrit, tum apud Plinium ipsum, L. XIV. s. 3. et alibi passim. H.

g. Lege C. Fannii Cos) Lege Fannia permittebatur ludis Romanis, plebeiis, Saturnalibus, et aliis quibusdam diebus, in dies singulos centum aeris insumi, decem aliis diebus singulorum mensium tricenos, ceteris omnibus, denos. C. Fannio et M. Val. Messala Coss. factum est Senatusconsultum, vt ciuitatis principes ludis Megalensibus antiquo ritu mutitantes, id est, mutua conuiuia agitantes, verbis conceptis iurarent apud consules, in singulas coenas sumptus se amplius facturos non esse, quam centenos vicenosque aeris, praeter olus, far, vinum: vinoque patrio se vsuros, non alienigena, argentique in conuiuio plus pondo, quam libras centum, non illaturos. Sigonius ex Gellio. Macrobius ex Gellio historiographo tradit, Fanniam legem latam fuisse anno ab vrbe condita 88. eique similem fuisse Orchiam, qua coenantium numerus cohibebatur. *Dalec.*

h. XI. annis ante) A. V. C. DLXXXXIII. Vide N. et Em. N. LX. (hic subi.) *Lege C.*) Hinc Macrobium emendamus, Sat. L. II. c. 13. p. 367. apud quem corruptus annorum numerus legitur: *Fannia lex*, inquit, *lata est anno post Romam conditam, secundum Gellii opinionem, quingentesimo octogesimo octavo.*

lum, ne quid [1] volucre *i.* [2] poneretur, praeter vnam gallinam, quae non esset *k.* altilis *l.*: quod deinde caput translatum, per omnes leges ambulauit. *m.* Inventumque diuerticulum est, [3] in fraude earum *n.* gallinaceos *o.* quoque pascendi [4] lacte madidis *p.* cibis:

1. *Sic et Ch. Fulu. Vrsin. app. Ciacc. p. 94. volucrum Gr.* 2. *proponeretur. M.* 3. *fraudem. M.* 4. *lacte addito: multo etc. M. lacte addito cibis. V.*

vo. Scriptum erat per literarum compendium DLXXXXIII. Librarii deinde, vt alias saepe aduertimus, denarii nota postrema, in quinarium versa, DLXXXVIII. perperam rescripserunt. Nihil tamen definimus. H.

i. Ne quid volucre) Ita MSS. omnes: non vt editi, *volucrum.* H.

k. Quae non esset) Et quidem quae non esset altilis: quod legis eius edictum in alias *posterius latas sumptuarias* leges insertum deinde est. H.

l. Altilis) Altile dicitur, quod alendo saginatur: vnde gallina altilis, et altiles aues, quae saginatae sunt. Glossae: *Altiles,* σιτισταί. Papias: *Altilis ab alendo dicitur: i. pinguis gallina, eo quod alatur.* Idem: *Altilia dicuntur volatilia saginata studio.* H.

m. Per omnes leges ambulavit) Inter omnes alias leges sumptuarias, postea diuersis temporibus publicatas, sumptuariae leges fuerunt Fannia, Orchia, Didia, Oppia, Cornelia, Antia, Iulia, de quibus Alex. ab Alexand. c. 11. lib. III. *Dal.*

n. In fraude earum) Nam de gallinis tantum latae leges agere videntur, non item de gallinaceis. H.

o. Gallinaceos) Neutrum ex scriptis exemplaribus, vllumue (quod sciam) ex impressis hoc verbum *Madidis* agnoscit, sed *Lacte additis cibis*, legunt. Romana impressio et aliae, *Lacte addito cibis.* In Salmanticensi exemplari verbum *Cibis* non habetur, recte vt sentio. Ad hunc igitur modum legendum censeo hunc locum, *Gallinaceos quoque pascendi lacte, addito mulso. Ita gratiores approbantur.* Plinius supra cap. 22. de iecore anserino: *Exemptum quoque lacte mulso augetur.* Et Columella libro octauo, capite septimo: *Iam illi qui volunt non solum opimas, sed etiam teneras aues facere, mulsa recente aqua praedicti generis*

bis: multo ita gratiores approbantur. Feminae quidem ad saginam non omnes eliguntur, nec nisi in ceruice pingui cute. Postea culinarum artes, vt clunes *q.* spectentur, [1] vt diuidantur in tergora *r.*, [2] vt a pede vno dilatatae repositoria *s.* occupent. Dedere et Parthi *t.* cocis suos mores. Nec tamen in hoc *u.* mangonio quidquam totum placet: hic clune, alibi pectore tantum laudatis.

LXXII. Auiaria *x.* primus instituit, inclusis omnium generum auibus, [3] M. Laenius Strabo *y.* Brun-

1. *Vt diuaricentur. Alii, distendantur.* 2. *et a pede vna. Alii, vt a pede imo.* 3. *M. Laelius Str. Gr. et Al.*

farinam conspargunt, et ita farciunt. Heron quoque Georgici volumine XIV. anseres melicrato saginari tradit. *Pint.*

p. Lacte madidis) MSS. omnes *lacte additis*, forte, *lacte addito cibis.* H.

q. Vt clunes) Galli *coxas* vocant. Mart. L. III. Ep. 60. *Cereus immodicis turtur te clunibus implet.* H.

r. Vt diuidantur in tergora) Iuuenalis Satyr. 5. — *Nec minimo sane discrimine refert, Quo gestu lepores, et quo gallina secetur.* Seneca ad Lucil. *Alius pretiosas aues scindit, et per pectus et clunes certis ductibus circunferens eruditam manum, in frusta excutit.* Dalec.

Vt diuidantur) Vt diuidantur in *plagulas oblongas* scissa dorsi cute, vt ab vno pede dilatatae, *non lances modo, sed et* repositoria occupent, *quibus sustinentur lances.* H.

s. Repositoria) De hac voce dicemus, L. XXXIII. f. 49. H.

t. Dedere et Parthi) Est quaedam in arte coquorum, vt in Parthorum moribus, luxuries. H.

u. In hoc) In hoc gallinarum delectu. H

x. Auiaria) Ὀρνιθῶνας, *des volieres.* H.

y. M. Laelius Strabo) Videtur legendum, *Laenius*, non *Laelius.* Varro libro III. c. 5. Et supra capite proximo. *Pint.*

M. Laenius) Vide N. et Em. N. LXI. (hic pos.) *M. Laenius)* In editis hactenus libris, *M. Laelius*, mendose, In. R. 1. *Leuius.* At Varro de R. R. L. III. c. 5. *Diceris*, inquit, *longe vicisse archetypon inuentoris nostri ὀρνιθοτροφείων M. Laenii Strabonis,*

Brundisii equestris ordinis. Ex eo cepimus carcere animalia coercere, [1] quibus rerum natura caelum assignauerat. z. (LI.) Maxime tamen insignis est *a.* in hac memoria, Clodii Aesopi *b.* tragici histrionis patina *c.*, [2] HS. centum *d.* taxata: in qua posuit aues cantu

1. Sic ex MSS. em. Hard. quib. rebus natura. Ch. quibus natura Gr. et Al. 2. *centum H-S. ex auctore c. 12. lib. XXXVI. hoc est, 15000. aureis. Budaeus. sexcentis HS. taxata Gr. et Al.*

nis, qui Brundisii hospes noster primus in peristylo habuit exhedra conclusas aues, quas posceret obiecto rete, etc. Mox etiam ex vestigiis codicum MSS. rescripsimus cum Pintiano, *quibus rerum natura caelum assignauerat.* In editis, *quibus natura.* In MSS. *quibus rebus natura.* Familiaris loquutio scriptori nostro, *natura* rerum. H.

z. *Quibus natura caelum assignauerat)* Ambo nostra exemp. *Quibus rebus natura caelum assignauerat.* Scribo: *Quibus rerum natura caelum assignauerat.* Diximus et alibi familiare Plinio esse iungere duo haec verba, *rerum natura:* vt in fine capitis sequentis: *Summas rerum naturae opes;* et passim tibi exempla occurrent. *Pint.*

a. Maxime tamen insignis est, etc.) Lege: *Maxime tamen insignis est in hac memoria Clodii Aesopi patina C. sestertiis taxata, in qua posuit aues cantu aliquo aut humano sermone vocales,* HS. VI. *singulas coemptas.* Sex autem sestertia, vt notum est, sunt sex millia nummum, hoc est, aurei nostri centum et quinquaginta: diuersum itaque patinae ipsius manupretium fuit, diuersum auium pretium quae in ea patina appositae sunt. *Salmas.* Tertull. pall. 457.

b. Clodii Aesopi) De Aesopi filio id narrat Val. c. 1. lib. IX. *Dalec.*

Clodii Aesopi) De ipso Aesopi filio haec prodidit Valer. Max. L. IX. c. I. n. 2. p. 418. H.

c. Patina) Macrobius lib. III. Saturnal. *Dal.*

d. HS. centum) Vide N. et Em. N. LXV. (paulo post.) Sestertia centum, siue centum sestertium millia, adaequant monetae nostrae libras, seu florenos, vt vocant, 1000. Incredile prorsus figulinae patinae pretium. HS. c.) Hanc nostram emendationem non solum

cantu aliquo aut humano ſermone vocales, [1]HS. [2]ſex *e*. ſingulas coëmptas: nulla alia inductus ſuauitate, niſi vt in his imitationem hominis manderet: ne quaeſtus quidem ſuos reueritus illos opimos, et voce meritos: dignus prorſus filio, a quo deuoratas diximus *f*. margaritas. [3]Non ſit tamen (vt verum fatear) facile inter duos iudicium turpitudinis: [4]niſi quod *g*. minus eſt, ſummas rerum naturae opes, quam [5]hominum linguas, coenaſſe.

LXXXIII.

1. *In his VI. ſing. Ch. millib. V. ex Bud.* 2. *Sexcentis Hott. de re num. pag.* 258. *nummis ſex Gr. et Al.* 3. *Non ſic tamen vt verum facere inter. Ch.* 4. *ſed quidem minus eſt. V.* 5. *Auium V. vt et Hott. ex ingenio, de re num. pag.* 259.

ſolum Tertullianus calculo ſuo comprobat, Aeſopi patinam centum millium fuiſſe ſcribens, libro de pallio, p. 119. ſubintelligi enim oportet *ſeſtertiûm*, ſiue *nummum*: ſed et Plinius ipſe diſertis verbis *ſeſtertiis centum* ſtetiſſe hanc ipſam patinam admonet, L. XXXV. ſ. 46. atque ita ſe hoc loco ſcripſiſſe ipſemet conteſtatur. Scripſerat nimirum, *ſeſt. centum* vnde *ſexcentum* librarii, eruditi deinde *ſexcentis HS.* imprudenter confecerunt. H.

e. HS. ſex.) Seſtertiis ſex, ſiue ſeſtertium ſex millibus, monetae noſtrae, libris 600. Vide N. et Em. N. LXIII. (hic adi.) *HS. ſex.)* Ita reſcripſimus ex veſtigiis codicum, Par. in quo *biſui:* R. 1. et Chiffl. in quibus in *biſui* legitur. Imperite admodum fecerunt, qui *nummis ſex* hactenus edi paſſi ſunt, quum vix ea ſumma vel pullo gallinaceo coemendo par eſſe queat. H.

f. Diximus) Lib. IX. cap. 35. (59.) conſpirat Hard. cum. *Dal.*

g Niſi quod) Vtrumque exemplar, *Si quod minus eſt ſummas*, etc. Scribendum puto, *Si quidem minus eſt ſummas rerum naturae opes, quam auium linguas caenaſſe?* *Auium* namque non *Hominum* lego, cum nota etiam interrogationis ducentis ad negationis. *Pint.*

Niſi quod minus) Leuius, inquit, ſcelus videtur, rerum naturae opes, quantae ſunt, coena abſorbere vnica, quod ab Aeſopi filio factitatum diximus ſuperiore libro:

LXXIII. (LII.) Generatio auium simplex videtur esse, quum et ipsa sua habeat miracula: quoniam et quadrupedes *h.* oua gignunt *i.* chamaeleones, lacertae, et quae diximus *k.* [1]inter serpentes. Pennatorum *l.* autem infecunda sunt, quae aduncos habent vngues: cenchris sola *m.* ex his supra qua-

1. *Item.* *Ch.*

libro: quam quod non admissum a patre narramus, qui nulla alia suauitate inductus, auium linguas humano sermone vocalium coenare voluit, quam vt in his humanarum linguarum similitudinem aliquam manderet: vt enim illud filii factum luxuriae sit, profusique sumptus: habet certe patris exemplum adiunctam ad ea scelera crudelitatis notam. H.

h. *Quoniam et quadrupedes oua gignunt*) Commodior lectio archetypi Toletani, *Quin et quadrupedes oua gignunt.* Pint.

Quoniam) Id primum, inquit, mirandum occurrit, quod eadem auium, et quadrupedum nonnullorum generatio sit. Vide N. et Em. N. LXIV. (hic adi) *Quoniam*) Hanc lectionem frustra sollicitat Pintianus, quum eam codicum omnium constans consensio tueatur: ipsaque scriptoris mens, coniecturam hominis confutet, scribentis, *Quin et quadrupedes*: quae scriptura si genuina foret, luxata oratio penitus, nec suo loco posita haec clausula videretur. H.

i. *Oua gignunt*) Ennius, *Oua parere solet genus pennis condecoratum*, *Non animas.* ἀρχαϊκῶς pro *animans.* Scalig. in Festum voce, commentans. *Dalec.*

k. *Et quae diximus*) Et crocodilos, inquit, et scincos, hippopotamosque, de quibus fortuito fere ac temere in serpentium tractatione egimus L. VIII. s. 37. Nam de crocodilo inprimis ibi, *Parit oua, quanta anseres*, etc. H.

l. *Pennatorum etc.*) Eam esse volunt, quam *Tinnunculi* nomine alibi idem Plinius appellat, columbis amicam auem. Non sane id mirum in Plinio, vt diuersas nominibus aues faciat, quae reapse eaedem sunt, quia nesciuit Tinnunculum et Cenchrida esse easdem. *Salmas.* 340. a.

Pennatorum) Arist. H. A. L. IX. c. 1. p. 639. H.

m. *Cenchris sola*) Quae tinnunculus appellata superius, s. 52 Κεγχρὶς Aristoteli l. c. H.

terna edit oua. Tribuit hoc auium generi natura, vt fecundiores essent fugaces earum, quam fortes. Plurima pariunt struthiocameli *n.*, gallinae, [1] perdices. Soli *o.* coitus auibus duobus modis: femina humi considente, vt in gallinis: aut stante, vt in gruibus.

LXXIV. Ouorum alia *p.* sunt candida, vt columbis, perdicibus: alia pallida, vt aquaticis: [2] alia pun-

1. *Perdices, sali. Coitus Gr. et Al.* 2. *Alii locum hunc ita ex Arist. legunt, Alia punctis distincta, vt meleagridi, et Phasianis: alia rubri coloris, vt cenchridi.*

n. Struthiocameli) Ad oua amplius vicena nonnumquam parere struthionem Afrum, auctor est Arist. H. A. L. IX. c. 22. p. 1051. De gallinis dicetur f. 74. Perdices parere interdum sedecim, scribit Athen. L. IX. p. 390. ex Aristot. nimirum Hist. L. VI. c. 5. p. 662. H.

o. Sali) Aegillii. *Dalec.*

Soli coitus) Vide N. et Em. N. LXV. (paulo post) Eadem porro habet Arist. H. A. L. V. c. 2. p. 521. et 522. *Struthiocameli*) Effugit hactenus eruditorum perspicacitatem id quod huc irrepsit vitium, quum hic locus sic ederetur: *Struthiocameli, gallinae, perdices, sali. Coitus auibus* etc. Impulit in fraudem ea lectio Theod. Gazam, Dalecampium, aliosque: ratos nimirum ea voce auem signari: quum tamen nec tale in Latio nomen, nec in rerum natura volucre vllum fuerit. Inde cupiditas inuestigandi, quae Latinae demum Graeca vox responderet. Aptior occurrit Gazae nulla, quam Graecorum αἴγιθος: hanc enim a fecunditate Philosophus laudat L. IX. c. 22. p. 105. ὁ δ' αἴγιθος πολύτεκνος. At de aegitho Plinius f. 95. quasi tum primum de eo sermonem instituat, retenta etiam voce Graeca, ceu ea Latio ignota aue. Adde quod MSS. omnes, quos quidem vidi, locum hunc, cuiusmodi a nobis editus est, repraesentant, *soli* non *sali.* Et id poscere quidem loci sententia videtur: Quadrupedibus enim multiplices coituum modos competere significat, auibus tantum duos. H.

p. Ouorum alia) Arist. H. A. L. VI. c. 2. p. 643. totidem fere verbis. De corticis ouorum differentiis agitur;

punctis *q.* distincta, vt [1] meleagridi *r.*: alia rubri coloris, vt phasianis, cenchridi. Intus autem *s.* omne ouum volucrum bicolor. Aquaticis *t.* lutei plus quam albi *u.*, idque ipsum magis [2] luridum quam ceteris. Piscium [3] vnus *x.* color, in quo nil candidi. *y.* Auium oua ex calore fragilia, serpentium ex

K 4 frigo-

1. *Meleagridum.* *Ch.* 2. *liuidum.* *Parm.* *alueum.* *Alii.*
3. *vnicolor, in quo plus.* *Pint.* *ex Arist. c. 10. lib. VI. hist.*

tur: post, de humorum diversitate. H.

q. Alia punctis) Scribendum alio ordine, et aliis verbis: *Alia punctis distincta, vt meleagridum et phasianorum: alia rubri coloris, vt cenchridi.* Aristoteles libro sexto, capite secundo. *Differunt et colore et inter se oua auium. Sunt enim alia candida, vt columbarum et perdicum: Alia pallida, vt palustrium: Alia punctis distincta, vt meleagridum et phasianorum. Rubrum cenchridis est, modo minii.* Pint.

r. Vt meleagridi) Aristoteles, vt meleagridi, sic etiam phasianis, oua punctis distincta attribuit: τῶν δὲ, κατεστιγμένα, οἷον τὰ τῶν μελεαγρίδων, καὶ φασιανῶν· τὰ δὲ τῆς κεγχρίδος ἐρυθρά ἐστιν ὥσπερ μίλτος. Sed patrocinatur Plinio Albertus de anim. L. VI. tr. 1. c. 1. p. 189. vbi *phasiani oua rubea* esse scribit. H.

s. Intus autem) Arist. p. 642. H.

t. Aquaticis) Auibus, quae circa amnes, lacus et stagna rimantur. Haec pariter Arist. l. c. et de gen. anim. L. III. c. 1. p. 1097. Albertus item exscripsit de anim. L. VI. p. 189. H.

u. Lutei plusquam albi) Τὸν λήκυθον, καὶ τὸν χρυσὸν Graeci vocant. *Dal.*

x. Piscium vnus) Arist. de gener. anim. c. 1. p. 1098. H.

y. In quo nil candidi) Imo, *In quo plus candidi*, si Aristoteli credimus lib. VI. cap. 10. *Ouum, inquit, piscium non bicolor vt auium, sed vnicolor omnium est, et plus albi trahens quam lutei, tam ante quam postea quum foetus insidet.* Nec tamen poenitenda esset lectio, pro *In quo nil candidi*, *Aequabili candido.* Idem tertio De generatione animalium, capite primo: *Quam ob rem omnia piscium oua vnicolora sunt: atque ad lutea, candida, ad candida, lutea esse dixeris.* Pint.

Nil

frigore [1] lenta z., piſcium ex liquore mollia.) Aquatilium, rotunda; reliqua fere faſtigio [2] cacuminata. Exeunt *a.* a rotundiſſima ſui parte, dum pariuntur, molli putamine, ſed protinus dureſcente, quibuſcumque emergunt portionibus. Quae oblonga ſint oua *b.*, gratioris ſaporis putat Horatius Flaccus. Feminam eduntc., quae rotundiora gignuntur, reliqua

1. *Leuia. Ch.* 2. *cacuminata exeunt, etc. ſui parte. Dum, etc. M.*

Nil candidi) Nihil quod candido ceterorum ouorum humori, ſiue albumini, proportione reſpondeat, ſi colorem ſpectes: quamquam, ſi naturam conſideres, tota conſtant albumine: nam quod ex vitello cetera oua alimentum capiunt, id oua piſcium ex humore, in quo ſemper degunt, abunde trahunt: ex albumine piſcis corporatur. H.

z. *Ex frigore lenta)* Viſcoſa. H.

a. *Exeunt)* Ariſt. Hiſt. L. VI. c. 2. p. 643. et 645. Albert. de anim. L. VI. c. 2. p. 189 *In deſcenſu*, inquit, *ouum quando exit a gallina, induratur quaſi per congelationem.* Id vero eſſe falſum, atque in ipſo vtero, antequam edatur, ouum indureſcere, experimentis conſtare haud dubiis aiunt, quae Harueus recitat, Exerc. 10. de oui cortice p. 28. ſed ita tamen, vt ad concretionem corticis abſolutam, aerem ambientem conferre nihil ipſe fateatur. H.

b. *Quae oblonga ſint oua, etc.)* Horat. Sermon. 2. Satyr. 4. *Longa quibus facies ouis erit, illa memento, Vt ſucci melioris, et vt magis alba rotundis, Ponere, namque marem cohibent calloſa vitellum.* Dalec. Haec Harduin. iiſdem quoque verbis.

c. *Feminam edunt, etc.)* Idem Columella lib. I. *Quum deinde*, inquit, *volet aliquis quam plurimos mares excludi, longiſſima quaeque et acutiſſima oua ſubiiciet, et rurſus, quum feminas, rotundiſſima.* Contra Ariſt. in hiſtor. εἶναι τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν θηλέα, τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τ᾽ ὀξὺ ἄῤῥενα: qua in re multa philoſophatur Albertus Rhodig. cap. 17. XXVII. Ad hunc locum parum ſpectat, quod ex praeparandi varietate, medici oua dicunt ῥοφητὰ, τρομητὰ

liqua marem. Vmbilicus *d.* ouis a cacumine ineſt, [1]ceu gutta eminens in putamine. (LIII.) Quaedam omni *e.* tempore coëunt, vt gallinae, et pariunt,

K 5

1. *Seu Gr.*

μητὰ ſeu ἁπαλὰ, ταγηνιςὰ, πνικτά. Item quod apud Graecos inter bellaria, quae τραγήματα, ἐπιδείπνιδας, ἐπιδορπίσμαζα, μεταδόρπια, ἐπιφορήματα, ἐπέκλεια, ἐπιτραπεζώματα vocant, oua fuerunt: apud Romanos prima menſa apponebantur. Vnde prouerbium: *Ab ouo vſque ad malum.* Rhod. ibidem. Brodaeus c. 25. III. *Dal.*

Feminam edunt) Sic Columella L. VIII. c. 5. p. 288. *Quum deinde quis volet quamplurimos mares excludi, longiſſima quaeque, et acutiſſima oua ſubiiciet: et rurſus quum feminas, quam rotundiſſima.* Vide N. et Em. N. LXVI. (hic poſ.) *Feminam*) A Columella Plinioque diffidere hac in parte Philoſophum Scaliger exiſtimat, quod haec illius verba nunc ita legantur: H. A. L. VI. c. 2. p. 643. Ἔςι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν, θηλέα· τὰ δὲ ςρογγύλα, καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξὺ, ἄῤῥενα. *Ex oblongis et acutis feminae generantur: ex iis, quae obtuſum mucronem habent, mares.* Verum Philoſophi permutata verba, deprauatamque ſententiam tranſſcriptorum vitio, ſenſit iam dudum Albertus, de anim. L. VI. c. 1. p. 189. *Dicit autem Ariſtoteles*, inquit, *quod oua longa acuti capitis producunt mares auium: rotunda autem, et habentia in loco acuti anguli rotunditatem, producunt feminas. Et hoc eſt falſum omnino, et vitium fuit ex ſcriptura peruerſa, et non ex dictis Philoſophi: propter quod dicit Auicenna, quod ex rotundis et breuibus ouis producuntur mares et galli: ex longis autem et acutis ouis producuntur gallinae: et hoc concordat cum experientia quam nos in ouis experti ſumus, et cum ratione*, etc. H.

d. Vmbilicus) Perinde atque in humano fetu, ſic et in ouo vmbilicum ineſſe et appellari ὀμφαλὸν: ac viciſſim, vti ex ouo pullus excluditur, hominem quoque ex ouo fingi, et parem omnino vtriuſque partus conditionem eſſe, pluribus docet Hippocrates, Libro de natura pueri, text. 4. p. 136. et t. 36. p. 158. Quam ſententiam probari recentioribus intelligo. H.

e. Quaedam omni tempore coëunt,

riunt praeterquam duobus mensibus hiemis brumalibus. Ex iis [1] iuuencae *f.* plura, quam veteres, sed minora, et [2] in eodem fetu *g.* prima ac nouissima. Est autem *h.* tanta fecunditas, vt aliquae et sexagena pariant, aliquae quotidie, aliquae bis die, aliquae in tantum, vt effetae moriantur. [3] Adrianis laus maxima. *i.* Columbae decies anno pariunt, quaedam

1. *Iuuenes. Pint. ex M.* 2. *minora et in eod. Gr.* 3. *Hadrianis Gr. et Al.*

coeunt, vt gallinae, et pariunt, praeterquam duobus mensibus hiemis brumalibus) Scribendum mutato verborum ordine, *Quaedam omni tempore coëunt et pariunt, vt gallinae, etc.* Aristoteles libro sexto, capite primo: *Aues autem oua pariunt omnes, sed tempus coëundi pariendiue non idem est omnibus: quippe quum aliae coëant et pariant omni fere tempore, vt gallinae, vt columbae. Gallina enim toto anno, praeterquam duobus mensibus brumalibus, parit.* Pint.

Quaedam omni) Arist. H. A. L. VI. c. 1. p. 637. plane ad verbum. H.

f. Ex iis iuuencae) Arist. c. 3. p. 650. Albertus, L. VI. c. 3. p. 191. H.

g. Et in eodem fetu) In eodem partu, inquit, quae primo exeunt, et quae postremo, minora sunt, quam quae intermedia. H.

h. Est autem) Arist. Hist. L. VI. c. 1. p. 637. et 638. H.

i. Hadrianis laus maxima.) Pumilis, nanis, proximo sequenti cap. 56. *Dalec.*

Adrianis) Ab Adria Italiae vrbe nomen habent. Vide N. et Em. N. LXVII. (hic adi.) *Adr)* Arist. H. A. L. VI. c. 1. p. 638. scribit Ἀδριανικαῖς, mendose pro Ἀδριαναῖς, vel Ἀδριατικαῖς. Nam ab Adria vrbe Italiae, Ἀδριανὸς et Ἀδριατικὸς formatur, Stephano teste, p. 24. qui et ipse gallinas Adrianas laudat, quae bis die pariunt, et sunt minimae inter aues: καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν τῆς ἡμέρας, τῷ δὲ μεγέθει πάντων εἶναι μικροτέρας τῶν ὀρνίθων. Sic Adrianus ager apud Plinium, L. III. s. 18. Sed grauiter hallucinatum Albertum constat, qui de anim. L. VI. tr. 1. p. 188. Hadrianas gallinas ab Hadriano rege dici putauit, et maximas esse easdem credidit. Legisse apud Plinium mihi videtur, *Hadrianis laus maxi-*

dam *k.* et vndecies: in Aegypto *l.* vero [1] etiam brumali menſe. Hirundines *m.*, et merulae, et palumbi, et turtures bis anno pariunt: ceterae aues fere ſemel. *n.* Turdi *o.* in cacuminibus arborum luto [2] nidificantes, paene contextim *p.*, in receſſu generant. A coitu decem diebus oua matureſcunt in vtero. *q.* [3] Vexatae *r.* autem gallinae et columbae penna euulſa, aliaue ſimili iniuria, diutius. Omnibus ouis *s.* medio

1. *Vero etiam. Ch.* 2. *nidos aedificantes. Pint. ex M.* 3. *Vexatis. M. Ch.*

maximis: pro *Adrianis laus maxima.* H.

k. Quaedam) Ariſt. H. A. L. V. c. 12. p. 552. et Albert. de anim. L. VI. c. 5. p. 195. H.

l. In Aegypto) Ariſt. Hiſt. L. VI. c. 1. p. 683. aliquantoque expreſſius c. 5. eiuſdem libri p. 661. H.

m. Hirundines) De hirundine et merula Ariſt. hiſt. L. V. c. 12. p. 552. De palumbis et turturibus, L. VI. c. 1. p. 638. et poſt eum Albert. M. l. c. H.

n. Fere ſemel) Verno tempore. Ariſt. p. 639. et Albert. L. VI. p. 188. H.

o. Turdi) Turdi, inquit Philoſophus, Hiſt. L. VI. c. 1. p. 640. in excelſis arborum e luto, ſicut hirundines, nidos faciunt, ſerie quadam inter ſe cohaerentes, et ita continuato opere, vt ſpeciem catenae praebeant. H.

p. Paene contextim) Opere continuato, vt quaſi nidorum quaedam catena videatur. Ariſt. cap. 1. lib. VI. hiſt. *Dal.*

q. A coitu X. diebus oua matureſcunt in vtero) De gallinis tantum id Ariſt. cap. 2. lib. VI. hiſt. *Dal.*

A coitu decem diebus) Hoc de gallinae ouis Philoſophus prodidit, Hiſt. L. VI. c. 3. p. 651. Columbina enim, ac minorum auium, paucioribus abſoluuntur. H.

r. Vexatae) Lucem affert Ariſtoteles, de columbis haec ſcribens p. 652. *Columbae*, inquit, *ſi moleſtiae quidpiam interuenerit, aut circa nidum, aut penna auulſa, aut aliter vexatae, aegre aliquid tulerint, continent oua, partumque differunt.* Ἐὰν γάρ τι ἐνοχληθῇ ὑπό τινος, ἢ περὶ τὴν νεοττείαν, ἢ πτερὸν ἐκτιλθῇ, ἢ ἄλλο τι πονήσῃ, ἢ καὶ δυσαρεστήσῃ, κατέχει καὶ οὐ τίκτει, μελλήσασα. H.

s. Omnibus ouis) Lege, *In medio*

dio vitelli parua ineſt velut ſanguinea gutta, quod eſſe cor auium exiſtimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in ouo [1] certe [2] gutta ea ſalit *t.*, palpitatque. Ipſum animal *u.* ex albo *x.* liquore

1. *Certe ea ſalit. Pint. ex M.* 2. *gutta ſalit, omiſſo ea Gr.*

medio albi: non *in medio vitelli:* nam pullus ex albo corporatur, in vitello cibum habet, teſte Ariſtotele et Plinio mox paulo; etſi non ignoro contra ſentire Hippocratem in libro De natura foetus. Praeterea verba illa, *In ouo certe gutta*, falſa ſunt et adulterina, et ſine illis reliqua optime cohaerent. Si cum Plinio Ariſtotelis verba conferas, omni dubitatione liberaberis. Is ſexto libro, capite tertio ita ait: *Gallinis porro tertia die ac nocte poſtquam cepere incubare, indicium praeſtare incipiunt. At maiorum auium generi plus praeterea temporis neceſſe eſt: minori autem minus ſufficit. Effertur per id tempus luteus humor ad cacumen, qua principium oui eſt, atque ouum detegitur ea parte, et cor quaſi punctum ſanguineum in candido liquore conſiſtit, quod punctum ſalit iam et mouetur, vt animal.* Scribendum autem, *Ea ſalit palpitatque.* ex vtroque antiquo exemplari. *Pintian.* *Omnibus ouis medio vitelli parua ineſt)* Graeci τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ὠχρὰ τῶν ὠῶν vocant Athen. lib. IX. ἐν λοπάδι ῥοδωνία, καὶ τῶν τὰ χρυσᾶ, μεθ' ἃ ἔλαιον, γάρος, πέπερι, οἶνον. Victor. cap. 4. XXXVIII. *Dal.*

Omnibus ouis) Ariſt. Hiſt. L. VI. c. 4. p. 653. et Alb. de animalib. L. VI. c. 4. p. 193. Verum ille, in albugine, ἐν τῷ λευκῷ: iſte pariter *in albo oui*, ſedem huic guttae ſtatuit. Prius nimirum in vitello fuit, quam in albumine deprehenderetur, vt Volcherus animadvertit ab Harueo citatus, Exerc. 16. p. 50. H.

t. Gutta ea ſalit) Quaſi animata, πηδᾷ καὶ κινεῖται, ὥσπερ ἔμψυχος, Ariſt. H.

u Ipſum animal) Sic Ariſt. p. 655. et Albert. l c. Contra Hippocrates Libro de Nat. pueri, text. 41. p. 161. ex luteo pullum creat, alit albumine. Γίνεται δὲ ἐκ τῆ χλωρῆ τῆ ὠῆ τὸ ὄρνεον· τροφὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ ὠῷ. Neque cum Hippocrate, neque cum Ariſtotele Harueo convenit, Exerc. 52. p. 164. Ex albumine ſolo formari ait, alique fetum, donec grandeſcat: vitellum partim gran-

quore oui corporatur. [1]Cibus in [2]luteo eſt. Omnibus intus *y.* caput maius toto corpore: oculi compreſſi capite maiores. Increſcente *z.* pullo, candor in medium vertitur, luteum circumfunditur. Viceſimo *a.* die, ſi moueatur ouum, iam viventis intra putamen vox auditur. Ab eodem tempore plumeſcit: ita poſitus *b.*, vt caput ſupra dextrum pedem habeat, dextram vero alam ſupra caput. Vitellus *c.* paulatim deficit. Aues omnes *d.* in pedes naſcuntur, contra quam reliqua *e.* animalia.

1. Cibus eius in Gr. et Al. 2. *luto. Ch.*

grandiori, partim excluſo iam pullo alendo eſſe. H.

x. Ex albo) Aliter ſentit Hippocr. lib. de natur. fetus. *Dal.*

y. Omnibus intus) Albert. l. c. Fabis grandiores oculos, et nigriores, Philoſophus eſſe ſcribit. H.

z. Increſcente) Ariſt. p. 656. H.

a. Viceſimo) Ariſt. p. 557. poſt Hippocr. l. c. p. 162. Varro de R. R. L. III. c. 9. Columella L. VIII. c. 5. p. 288. *Die vndeuigeſimo animaduertat, an pulli roſtellis oua percuderint, et auſcultetur; ſi pipiant*, etc. H.

b. Ita poſitus) Ariſt. l. c. et Albert. p. 194. H.

c. Vitellus) Ariſt. p. 658. ita deficere ſcribit, vt decimo poſt die, quam pullus excluſus eſt, ſi diſſecetur, etiam tum circa inteſtinum, vitelli reſiduam partem inuenias: quod et Harueus probat, l. c. H.

d. Aues omnes) Quum duplex ſit auium ortus, prior ex vtero in ouo, potentia: poſterior ex ouo actu, iam animal, vt omnis amphibolia tollatur, meliorem duxerim lectionem, *Oua omnia* quam *Aues omnes*, ex Ariſtotele, vnde translata haec a Plinio euidentiſſimum eſt, libro tertio De generatione animalium, capite ſecundo: Pint. Vide quae not. e. dicuntur.

e. Contra quam reliqua) Quae ſcilicet in capita naſcuntur, vt dicturus eſt ſ. 84. Verum vt auctoris ſui mentem Plinius hoc loco ſit aſſequutus, equidem vereor: aueſque incaute dixiſſe, pro ouis, non exigua ſuſpicio eſt. Ariſt. enim de gener. anim. L. III. c. 2. p. 1098. ouum docet eſſe altera

lia. Quaedam gallinae *f.* [1] omnia gemina oua pariunt, et geminos interdum excludunt, vt Cornelius Celsus *g.* auctor est, alterum maiorem. Aliqui negant omnino geminos excludi. Plus vicena *h.* quina incubanda subiici vetant. Parere a bruma *i.* incipiunt. Optima *k.* fetura ante vernum aequinoctium. Post solstitium *l.* nata non implent magnitudinem iustam, tantoque minus, quanto serius [2] prouenere.

LXXV. (LIV.) Oua incubari *m.* [3] intra decem dies

1. *Omnia*, *in M d.* 2. *peruenere. V.* 3. *infra. V.*

ro parte acutius, in qua sit principium genitale maris: hac parte ouum vtero adhaerere: exire eam ob rem partem acutam oui postremo: quod enim adhaeret, id exire nouissimum conuenit. Ac paulo post, p. 1099. *Partus*, inquit, *ouarum contra* atque *animalium euenit: animal enim versum in caput, suumque principium nascitur: at ouum* (*quasi in pedes conversum exit*: τῷ δὲ ὠῷ γίνεται ἡ ἔξοδος οἷον ἐπὶ πόδα: *cuius rei causa*, inquit, *quod diximus, est, quod ouum ea parte, qua principium continetur*, *adhaeret.* Exire autem pullos ab ouis in capita, Harueus significat, Exerc. 22. p. 72. et ex veteribus Columella, loco proxime cit. Albert. L. de anim c. 5. p. 195. aliique. H.

f. Quaedam gallinae) Arist. Hist. L. VI. c. 4. p. 659. εἰσὶ δὲ ἔνιαι ἀλεκτορίδες, αἳ πάντα δίδυμα τίκτουσιν, etc. quae ex Aristotele transscripsit Alb. de anim. L. VI. tr. 1. c. 5. p. 194. H.

g. Cornel. Celsus) Libris de R. R. qui interciderunt. H.

h. Plus vicena quina incubanda subiici vetant) Vide Varronem lib. III. et Columell. lib. VIII. *Dalec.*

Plus vicena) Varro de R. R. L. III. c. 9. p. 103. *Quae velis incubet, negant plus XXV. oportere oua incubare, quamuis propter fecunditatem peperit plura.* H.

i. Parere a bruma) Varro l. c. Colum. L. VIII. c. 5. p. 286. H.

k. Optima) Varro l. c. H.

l. Post solstitium) Iisdem verbis Colum. l. c. H.

m. Oua incubari) Colum. l. c. p. 287. *Aptissima sunt ad excludendum recentissima quaeque: Possunt tamen etiam requieta supponi: dum ne vetustio-*

dies edita vtiliſſimum: vetera aut recentiora infecunda. *mm.* Subiici impari *n.* numero debent. Quarto die *o.* poſtquam cepere [1] incubari, ſi contra lumen cacumine ouorum apprehenſo vna manu, purus et vniuſmodi perluceat color, ſterilia exiſtimantur eſſe, proque eis alia ſubſtituenda. Et in aqua *p.* eſt experimentum: inane fluitat *q.*: itaque ſidentia, hoc eſt, plena, ſubiici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confuſis vitalibus venis. Incubationi *r.* datur initium poſt nouam Lunam, quia prius inchoata non proueniant. Celerius excluduntur calidis [2] diebus. Ideo aeſtate *s.* vndeuiceſimo educunt fetum: hieme, xxv. [3] Si incubitu *t.* tonuit, oua pereunt: et accipi-

1. *Incubare. M.* 2. *diebus ideo ae. u. educente. M.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. et Pint. ex M. ſic et Ch. tonuit quoque M. et Ch. incubatu tonuerit Gr. et Al.*

tuſtiora ſint, quam decem dierum. H.

mm. Vetera aut recentiora infecunda) Quae *requieta* veteres appellabant. Rhod. cap. 17. lib. XXVII. *Dal.*

n. Subiici impari) Varro, de R. R. L. III. c. 9. p. 104. Columella paulo explanatius l. c. p. 288. *Numerus ouorum, quae ſubiiciuntur, impar obſeruatur, nec ſemper idem: nam primo tempore, id eſt, menſe Ianuario, quindecim, nec vmquam plura ſubiici debent: Martio nouemdecim, nec his pauciora: vnum et viginti Aprili,* etc. H.

o. Quarto die) Varro l. c. p. 103. H.

p. Et in aqua) Varro totidem verbis l. c. H.

q. Inane fluitat) Τὸ ἀφανισθὲν, καὶ ἐξερίσαν vt integrum ἀπαθές. Cauſam vide apud Rhodigin. cap. 17. XXVII. Vocant et Graeci ὑπηνέμιον, vt Latini *ſubventaneum*, ἔρος, ἀνεμός ἐστιν. Inde Homero, ἔρῆες, muli, διὰ τὸ ἄγονον, quoniam illorum genitura infecunda et ſubuentanea eſt. *Dal.*

r. Incubationi) Varro et Colum. ll. cc. H.

s. Ideo aeſtate) Albert. de anim. L. VI. c. 3. p. 191. H.

t. Si incubitu) Ariſt. H. A. L.

cipitris audita voce vitiantur. Remedium *u.* contra [1]tonitrus, clauus ferreus sub stramine ouorum positus, aut terra ex aratro. Quaedam autem *x.* et citra incubitum [2]sponte naturae gignunt, vt in Aegypti simetis. *y.* [3]Scitum de quodam [4]reperitur, Syracusis tamdiu potare solitum, [5]donec cooperta *yy.* terra fetum [6]ederent oua.

LXXVI. Quin et ab homine *z.* perficiuntur. (LV.)

1. *Sic ex MSS. em. Hard. consentit Ch. tonitruum M. tonitrum Gr. et Al.* 2. *sponte natura gignit. V.* 3. *scriptum. V.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Tol. et Pint. quodam potore reperitur Gr et Al.* 5. *donec ab eo coop. V.* 6. *edere. Ch.*

A. L. VI. c. 2. p. 647. *Caelo tonante, quae fouentur oua,* ἐὰν δὲ βροντήσῃ, ἐπωαζούσης, διαφθείρεται τὰ ᾠά. Alb. item l. c. H.

u. Remedium) Columella l. c. p. 289. *Plurimi,* inquit, *infra cubilium stramenta graminis aliquid, et ramulos lauri, nec minus alii capita cum clauis ferreis subiiciunt: quae cuncta remedia creduntur esse aduersus tonitrua, quibus vitiantur oua, pullique semiformes interimuntur, antequam toti partibus suis consummentur.* H.

x. Quaedam autem) Quae nunc afferuntur, a Plinio, ea totidem verbis exstant, tum ap. Arist. Hist. L. VI. c. 2. p. 644. tum ap. Alb. de anim. L. VI. tr. I. c. I. p. 189. Nunc quoque peruulgatum est, et in confesso morem hunc hodieque esse, Aegyptiae gentis, vt verno tempore, multo stercore simoque congesto ingentem veluti furnum construant, in quem tota vicinia longe lateque oua conferat: vbi Solis et stercoris putrescentis vapore animentur, suoque tempore pullos edant. H.

y. In Aegypti simetis) Nunc in eadem prouincia furnis tepido calore fouentibus magna industria et miranda. *Dal.*

yy. Donec cooperta) Scribendum videtur, *Cooperta storea*, non *Cooperta terra.* Aristoteles libro sexto, capite secundo: *Syracusis potator quidem ouis sub storea in terra positis, tamdiu potabat, donec oua ederent fetum.* Pintian.

z. Quin et ab homine) Albertus M. l. c. H.

(LV.) [1]Liuia Augusta *a.*, prima sua iuuenta Tiberio Caesare ex Nerone grauida, quum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc vsa est puellari augurio, ouum in sinu fouendo, atque quum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne [2]intermitteretur tepor. [3]Nec falso augurata [4]proditur. Nuper inde *b.* fortasse inuentum, vt oua in calido loco imposita paleis igne modico fouerentur, homine versante, [5]pariterque et stato die illinc erumperet fetus. Traditur quaedam ars gallinarii cuius-

1. *Sic et Mitolerius. Iulia Aug. Gr.* 2. *interimeretur. V.* 3. *Nec Augusta falsa proditur. Pint. ex Tol. Habent et Augusta Veteres.* 4. *proditur imperatoris inde feta. Sed inuentum. V.* 5. *pariter nocte ac die, illinc erumpere. V.*

a. Liuia Augusta) Vetus lectio. *Iulia Augusta.* Nec erat mutanda; nam tametsi haec ipsa gentilitio nomine Liuia primum dicta est; tamen iam natu grandior, vt marito tam honorifica appellatione aequaretur, *Augusta* consalutata et peraeque honoris gratia in gentem Iuliam ascita, *Iulia Augusta* vocari cepit, relicto priore nomine, quemadmodum ex Tacito discere licet. *Gelen.*

Liuia Augusta) Liuia nempe Drusilla, quae Tiberio Neroni, Tiberii Caesaris patri primum, deinde Augusto nupsit: Augusta dicta, matrimonio Augusti. Suet. in Tib. c. 14. *Praegnans Liuia, quum an marem editura esset variis captaret ominibus, ouum incubanti gallinae subductum, nunc sua, nunc ministrarum manu per vices vsque eo fouit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius Mathematicus praeclara spospondit: etiam regnaturum, etc.* Liuia porro hic legi oportere, non *Iulia*, probatiores vetustioresque MSS. codices admonent, vetustaeque editiones; Romana, Ioh. Andrea Episcopo Aleriensi editore a. 1470. Parm. a. 1476. Taruisina 1479. Venet. 1483. Brixiensis 1496. Veneta 1519. aliaeque: et Suetonius ipse proxime appellatus, vbi Plinium describit. H.

b. Nuper inde) Haud longe disparem modum tradit Alb. l. c. H.

cuiusdam, dicentis quod ex [1] quaque *c.* esset. Narrantur *d.* et mortua gallina mariti earum visi succedentes inuicem, et reliqua fetae more facientes, abstinentesque se a cantu. Super omnia est anatum ouis *e.* subditis atque exclusis [2] admiratio, primo non plane agnoscentis fetum: mox [3] incertos *f.* incubitus sollicite conuocantis: postremo lamenta circa piscinae stagna, mergentibus se pullis natura duce.

LXXVII. (LVI.) Gallinarum generositas spectatur crista erecta, interdum gemina: [4] pennis nigris

1. *Quoque (sub. ouo.) V.* 2. *admiratio prima. V.* 3. *incerti concubitus. V.* 4. *primis nigris. Gr. et Al.*

c. *Quod ex quaque)* Qui, quum ouum inspexerat, quae id gallina peperisset, dicere solebat, vti refert de gallinariis Deliacis Cic. Acad. L. IV. p. 51. et p. 64. H.

d. *Narrantur)* Arist. H. A. L. IX. c. 75. p. 1166. Aelian. H. A. L. IV. c. 29. Guil. Brito, Ord. Minor. in Vocabulario MSS. laudatus a Du-Cangio in nott. ad Niceph. Bryen. p. 219. *Gallus gallinaceus dicitur, qui quasi gallina nutrit pullos, quia mulieres solent ei deplumare ventrem, et fricare cum vrtica, quia taliter vrticatus libentissime cubat super pullos, et nutrit eos sicut mater, et gracillat sicut gallina.* Exornat hunc Plinii locum paraphrasi poetica Passeratius vates haud ignobilis, carmine de gallo: *An sobolis referam studium, raptaeque dolorem Coniugis, ante suos possit quam excludere pullos? Maternas functura vices vt cura mariti succedat fetae, desertisque incubet ouis? Ecquaenam est priscae maior pietatis imago?* H.

e. *Anatum ouis)* Cicero de N. D. L. II. p. 100. *Quia etiam anatum oua gallinis saepe supponimus: ex quibus pulli orti primum aluntur ab iis, vt a matribus, deinde eos relinquunt,* etc. H.

f. *Mox incertos)* Archetypum Tolet. *Mox incertis incultus solicite, etc.* Lego, *Mox incerti singultus solicite, etc.* Vt gradatim crescat oratio. Primo admiratio, deinde incerti singultus, postremo lamenta. *Pint.*

gris *g.*, ore rubicundo, digitis imparibus *h.*, aliquando et super quatuor digitos transuerso vno. Ad rem diuinam, luteo rostro pedibusque, purae non videntur: ad opertanea sacra *i.*, nigrae. Est et pumilionum genus *k.* non sterile [1]in his, quod non

L 2 in

1. *Sic ex MSS. em. Hard. minus quod Ch. sterile in iis Gr. et Al.*

g. *Primis nigris*) Legendum *Pinnis*, non *Primis*, ex M. Varrone, qui etiam inter generositatis notas plumam rubicundam, non os memorat. Columella item libro VIII. c. 2. *Pint.*

Pennis nigris) Vide N. et Em. N. LXVIII. (hic adi.) *Crista*) Ita MSS. omnes, librique editi ante Dalecampium, qui *primis nigris* rescripsit. Columella veteri lectioni patrocinatur, L. VIII. c. 2. p. 281. *Eae sint*, inquit, *rubicundae vel fuscae plumae, nigrisque pennis*, etc. Quo auctore libentius postea in Pliniano contextu, *colore rubicundo*, agnouerim, quam *ore*, si codex paulo vetustior suffragetur. Columellae Varro quoque praeiuit, de R. R. L. VII. c. 103. *Eligat oportet fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta ampla.* H.

h. Digitis imparibus) *Nec paribus vngulis*, inquit Columella, L. VIII. c. 2. p. 281. *generosissimaeque creduntur, quae quinos habent digitos*, etc. H.

i. Ad opertanea sacra) Quae Opi fiebant in abdito, ne profanorum oculis polluerentur, et seclusa quoque vocabantur. *Dalec.*

Opertanea) Quae Bonae Deae fiebat, in operto, hoc est, in abdito, non sub dio. H.

k. Pumilionum genus) Hadrianas Arist. vocat, cap. 1. lib. VI. Hist. et auctor ipse paulo ante cap. 53. huius libri. *Dal.*

Est et Pumilionum) Vide N. et Em. N. LXIX. (hic consp.) *Est*) Censet Dalecampius hos esse Adrianas, de quibus superius dictum est f. 74 Ego longe dispares esse pronuncio: nec minus inter se natura ipsa, quam Plinii oratione seiunctas. Adrianarum enim a fecunditate prima commendatio est: harum a fecunditate nulla dos propria: sola humilitas insignes facit. Columella, L. VIII. c. 2. p. 282. *Pumiliones aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter*

in alio genere alitum, ſed quibus *l.* [1] certa fecunditas rara, et incubatio ouis noxia.

LXXVIII. (LVII.) Inimiciſſima autem omnium generi pituita *m.*, maximeque inter [2] meſſis et vindemiae tempus. Medicina in fame, et [3] cubitus in fumo *n.*, vtique ſi ex lauro, aut herba ſabina *o.* fiat: penna per tranſuerſas inſerta nares, et per omnes dies [4] mota: cibus, allium *p.* cum farre, aut aqua

1. *Contra. M. certo. V.* 2. *meſſes. M.* 3. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. cubatus Gr. et Al.* 4. *emota. M.*

propter fecunditatem, nec propter alium reditum nimium probo, etc. H.

l. Sed quibus) Scribend. reor alio ordine, *Sed quibus certa fecunditas incubatio ouis noxia, et rara.* Vt ſit ſenſus: Incubationem gallinarum, quibus certa fecunditas ſit, noxiam eſſe ouis. Item raram incubationem nocere etiam ouis. Quorum alterum Ariſtotelicum eſt libro tertio De generatione animalium, capite ſecundo: *Et vt vinum, inquit, aeſtu aceſcit fecibus in ſublime aſcendentibus, ſic ouum luteo quod eſt terreſtre contingit: et hoc in gallinis multiparis, quum nequeant aequalem ouis impertire calorem, ſed aliis plus, minus aliis quam opus eſſet.* Alterum vero Plinius ipſe docet infra capite 60. *Vrina,* inquit, *fiunt, incubatione derelicta, quae alii cynoſura dixere.* Pintian.

m. Pituita) E cerebro in nares et fauces deſcendens. *Dalec.*

Pituita) La pepie. Pallad. L. I. c. 27. p. 21. *Pituita gallinis naſci ſolet, quae alba pellicula linguam veſtit extremam. Haec leuiter vnguibus vellitur, etc.* H.

n. Cubitus in fumo) Vitanda pituitae pernicies erit, inquit Columella, L. VIII. c. 5. p. 290. *quae ne fiat, gallinaria ſemper fumigabimus, etc.* H.

o. Herba ſabina) De hoc remedio iterum L. XXIV. ſ. 61. H.

p. Cibus, allium) Palladius l. c. *Item allii mica trita cum oleo faucibus inſeratur.* De hoc remedio iterum L. XX. ſ. 23. H.

aqua perfusus, in qua [1] maduerit *q.* noctua, aut semine vitis albae *r.* coctus: et [2] quaedam alia. *s.*

LXXIX (LVIII.) Columbae *t.* proprio ritu osculantur ante coitum. Pariunt fere *u.* bina oua: ita natura moderante, vt aliis crebrior *x.* sit [3] fetus *y.*, aliis numerosior. Palumbes *z.* et [4] turtures plurimum terna: nec plus quam bis [5] vere *a.* pariunt: atque ita *b.*, si prior fetus corruptus est: et quamuis

L 3 tria

1. *Sic et Ch. lauerit Gr. et Al.* 2. *ac. Ch.* 3. *sic et M. et Ch. partus Gr. et Al.* 4. *turtur. M. Palumbis et turturi. Ch.* 5. *fere Gr. et Alii.*

q. Maduerit) Ita R. 1. 2. Chiffl. etc. Editi, *lauerit.* H.

r. Vitis albae) Aut staphysagriae Columell. *Dal.* *Vitis albae)* Vuam quoque, quam Graeci σαφύλην ἀγρίαν vocant, Columella in cibis misceri iubet, et Palladius, ll. cc. H.

s. Et quaedam alia) Quae refert Columella, l. c. H.

t. Columbae) Arist. H. A. L. VI. c. 3. p. 652. H.

u. Pariunt fere) Arist. L. VI. c. 5. p. 660.

x. Aliis crebrior) Vt aliis creber tantum sit fetus: aliis etiam numerosus. Hoc est, quemadmodum Philosophus eleganti vsus Atticismo docet, aliae multum, vt columbae: aliae multa, vt gallinae, pariant: αἱ μὲν, τῷ πολλάκις, ὥσπερ αἱ περιστεραί· αἱ δὲ, τῷ πολλὰ, ὥσπερ αἱ ἀλεκτορίδες, H. A. L. VI. c. 1. p. 639. H.

y. Fetus) Ita MSS. omnes: non *partus*, vt editi. H.

z. Palumbes) Scribendum non *fere*, sed *vere.* Aristoteles libro sexto capite quarto: *Columbae omni tempore (vt dictum est) pariunt. Turtur et palumbes vere nec plus quam bis: atque ita si prior fetus corruptus est; frangunt enim oua mares auium complures.* Pint.

Palumbes etc.*)* Arist. l. c. H.

a. Quam bis vere) Vide N. et Em. N. LXX. (hic adi.) *Nec)* Antea legebatur, *quam bis fere:* quam lectionem esse corruptam deprehendimus, tum ex R. 1. 2. Par. etc. tum, quod certius est ex ipso Arist. L. VI. H. A. c. 5. p. 660. scribente, ἐν τῷ ἔαρι, ἐ πλεονάκις, ἢ δίς. H.

b. Atque ita) Iterum, inquit, pariunt, quum prior fetus periit. Τίκτει δὲ τὰ δευτε-

tria pepererint, numquam plus duobus [1] educunt. *c.* [2] Tertium quod irritum est, vrinum *d.* vocant. Palumbes incubat *e.* femina post meridiana in matutinum, cetero mas. Columbae marem *f.* semper et feminam pariunt, priorem marem, postridie feminam. *g.* Incubant *h.* in eo genere ambo, interdiu mas,

1. *Educant. M. et Ch.* 2. *Tertium irritum est, Vrinum vocat. M.*

δεύτερα, ὅταν τὰ πρότερα γεννηθέντα διαφθαρῆ. Arist. l. c. H.

c. Plus duobus educunt) Hoc est, excludunt fouendo. Vide N. et Em. N. LXXI. (hic adi.) *Numq.)* In R. 1. 2. et Chiffl. *educant*, vtraque probabili lectione. Arist. enim loco cit. p. 661. Ἀλλ' ἐξάγει δὲ, inquit, καὶ οὐδέποτε δυσὶ πλέον νεοττεύει. *Numquam amplius binis educunt et alunt.* Ἐξάγειν est educere, siue educare in nido natos iam fetus. H.

d. Vrinum) Κυνόσουρον et οὔρινον. *Dalec.*

Vrinum) Οὔρινον] Non ab οὐρα, quod caudam, neque ab οὖρος, quod ventum sonat: sed ab οὖρον, quod vrinam: vnde et κυνόσουρα vocantur a Philosopho ceu canis vrina. H.

e. Palumbes incubat) Palumba ab sero diei incipiens, totam noctem vsque ad ientandi tempus incubat: reliquum temporis, palumbus, inquit Arist. H. A. L. VI. c. 7. p. 670. Τῶν δὲ φαττῶν ἡ μὲν θήλεια ἀπὸ δείλης ἀρξαμένη, τήν τε νύκτα ὅλην ἐπωάζει, καὶ ἕως ἀκρατίσματος ὥρας· ὁ δὲ ἄῤῥην, τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου. H.

f. Columbae marem) Scribe *Saepe*, non *Semper:* et *Post triduum*, non *Postridie.* Aristoteles lib. VI c. 4. *Columbae magna ex parte marem et feminam generant: priorem marem, posteriorem feminam: et quum pepererint primum ouum, vno interposito die secundum pariunt.* Posset etiam legi *posteriorem*, non *postridie:* vt liquet ex Aristotelis verbis paulo ante citatis. *Pint.*

Marem semper) Saepe, non *semper* ὡς ἐπιτολὺ, Arist. L. VI. c. 5. p. 661. Albert. item de anim., L. VI. c. 195. *vt frequentius.* H.

g. Postridie feminam) Post triduum, si Aristotelem vnum audimus, scribendum fuit: καὶ τεκοῦσα, μίαν ἡμέραν διαλείπει τὰ πολλὰ, εἶτα πάλιν τίκτει θάτερον. *Frequenter die vno interiecto alteram parit.* Plinio tamen suffra-

mas, noctu femina. Excludunt [1] vicesimo die. *i.* Pariunt a coitu quinto. *k.* Aestate quidem [2] interdum binis mensibus terna [3] educunt *l.* paria; nam XVIII. die excludunt, statimque concipiunt. Quare inter pullos saepe oua inueniuntur, et alii prouolant, alii erumpunt. Ipsi deinde pulli quinquemestres *m.* fetificant. Et ipsae autem *n.* inter se (si mas non sit) feminae aeque saliunt, pariuntque oua

1. XXV. *M.* *2. interdum, in M. del.* *3. sic et M. Ch. edunt Gr. et Al.*

suffragatur Alb. M. de anim. L. VI. tr. I. c. I. p. 195. *Columbae*, inquit, *vt frequentius simul pullificant marem et feminam: et quando ouant, primo vt frequentius ouant, ouum masculinum, et sequenti die, femininum: et quando exeunt oua, vt frequentius primo die exit masculinum, et sequenti die femininum, vel citius, sed tamen post masculinum*, etc. H.

h. Incubant) Arist. et Alb. ll. cc. H.

i. Excludunt vicesimo die) Vide N. et Em. N. LXXII. (hic adsp.) *Excludunt)* Ita R. I. 2. Par. etc. impressique libri. Dalec. codex XXV. *die*, mendose. Arist. enim l. c. p. 661. ἐκπέπτεταί τε καὶ ἐκλέπεται ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν τὸ γεννώμενον πρότερον τῶν ᾠῶν. *Intra vicesimum diem absoluitur, et excutitur a pullo quod ouum prius editum fuerit.* Alb. M. de anim. L. VI. c. 5. p. 195. excludi ait XXI. die. H.

k. Quinto) Quinto post coitum die. Alb. l. c. septimo tantum. H.

l. Terna educunt) Ita MSS. omnes. Impressi, *edunt.* H.

m. Ipsi deinde pulli quinquemestres) Legendum videtur *Semestres* potius quam *Quinquemestres.* Aristot. eodem loco: *Coeunt intra annum columbae, quippe quae semestres nosse incipiant Venerem.* Pint.

Quinquemestres) Aristoteles sexto tantum mense, feturae tempus columbis assignat: ἐξ μηνῶν ὀχεύει, καὶ ὀχεύεται. Albert. l. c. *Columba nata in Aprili — — incipit ouare in autumno eiusdem anni, si fuerit locus calidus, et copiosa habuerit pascua.* H.

n. Et ipsae autem) Arist. H. A. L. VI. c. 2. p. 646. et ex eo Athen. L. IX. p. 394. Albert. quoque de anim. L. VI. c. 4. p. 192. H.

oua irrita, ex quibus nihil gignitur: quae hypenemia *o.* Graeci vocant. (LIX.) Pauo *p.* a trimatu parit. Primo anno vnum aut alterum ouum, sequenti quaterna quinaue, ceteris duodena, non amplius: intermittens binos dies ternosue parit, et ter anno *q.*, si gallinis subiiciantur [1] incubanda. Mares ea frangunt desiderio incubantium. *r.* Quapropter noctu et in latebris pariunt, aut in excelso cubantes *s.*: et nisi molli *t.* strato excepta, franguntur.

1. *Incubando. Ch.*

o. Hypenemia) Ὑπηνέμια, quasi subuentanea. Quidam enim, vt ipse ait, f 80. vento putant ea generari. De iis ibi rursum dicemus. H.

p. Pauo a.) Arist. H. A. L. VI. c. 7. p. 671. Aelian. H. A. L. V. c. 32. Colum. L. VIII. c. 11. p. 301. Sed de ouorum numero a Plinio diffident. H.

q. Et ter anno) Columella, L. VIII. c. 11. p. 301. Palladius, L. I. c. 28. p. 22. satis eleganter: *Si oua pavonum gallinis supponantur, excusatae matres ab incubatione tribus vicibus per annum fetus edunt.* H.

r. Desiderio incubantium) Impatientia nempe libidinis, vti de perdicibus dictum est, f. 51. Causam tamen aliam affert Albert. L. VI. de anim. c. 4. p. 193. *Pauo mas*, inquit, *etiam tempore, quo fouet femina oua, vtitur ea ad coitum: et ideo locum in quo cubat paua oua sua, abscondit a pauone: quia coeundo supra eam frangit oua. Dixit tamen mihi quidam valde expertus circa pavones, quod ex Zelo pauonis contingit fractura ouorum: pugnant enim tunc pauo et paua pro incubatione ouorum, ex nimia ouorum dilectione: sicut etiam pro pullis ducendis pugnant grus masculus et grus femina, etc.* H.

s. Aut in excelso cubantes) Particula *Aut* superfluit. Nam pauones maiore ex parte in excelso cubantes pariunt. Columella libro octauo, capite vndecimo: *Maximeque temporibus his quibus parturiunt, pluribus stramentis exaggerandum est auiarium, quo tutius integri fetus excipiantur. Nam fere* etc. *Pint.*

t. Et nisi molli) Columella, L. VIII. c. 11. p. 300. *Fere pauones, quum ad nocturnam requiem venerunt, perticis*

tur. Mares singuli *u.* quinis sufficiunt coniugibus. Quum singulae aut binae fuere, corrumpitur salacitate *x.* fecunditas. Partus excluditur diebus ter *y.* nouenis, aut tardius [1] tricesimo. *z.* Anseres in aqua [2] coëunt *a.*, pariunt vere: aut si bruma coiuere, post solstitium, [3] quadraginta prope. *b.* [4] Bis anno,

L 5

1. *Sic et Ch. sic et antea legebatur. vicesimo Gr. et Al.* 2. *coeunt a bruma post quadragesimo prope die (Kal. Mart. Colum.) pariunt, et incubant, vsque ad solstitium, ex Colum.* 3. *dieb. quadr. V. quadragesimo M. Tol. et Salm.* 4. *Ter anno. Columel. Varro, Constant.*

perticis insistentes, enituntur oua: quae quo propius ac mollius deciderint, illibatam seruant integritatem: etc. Scribere igitur Plinium oportuit: *In excelso cubant: quare nisi molli strato excepta oua franguntur.* Redundat enim vocula *aut*,: quum semper in excelso cubent, et pariant. H.

u. Mares singuli) Columella l. c. p. 299. et Pallad. l. c. H.

x. Corrumpitur salacitate) Id vero quo modo contingat, disces ex Colum. l. c. H.

y. Diebus ter) Varro de R. R. L. III. c. 9. p. 104. H.

z. Aut tardius tricesimo) Vide N. et Em. N. LXXIII. (hic adi.) *Partus)* Non video quamobrem Dalecampio venerit in mentem, *vicesimo*, scribere, contra fidem omnium librorum, vt ipse fatetur: et quod maius est, contra Aristotelem, cuius haec verba ex H. A. L. VI. c. 7. p. 671. καὶ ἐκλέπει ἐν τριάκονθ' ἡμέραις, ἢ μικρῷ πλείοσιν. *Tricenis, aut paulo pluribus excludit diebus.* Et ap. Athen. L. IX. p. 397. ἐπωάζει ἡμέρας τριάκοντα. Denique contra ipsius scriptoris sensum: nam si crescit, vt crescere par est, cum oratione numerus, post ter nouenos dies, si tardius partus excluditur, tricesimo saltem die debet excludi. Albert. quoque L. VI. t. 6. p. 196. diebus XXX anseres ait oua cubare. H.

a. Anseres in aqua coëunt) Lepide Plautus in Truculento: *Sed est huic vnus seruus violentissimus, Qui vbi quamque nostrarum videt prope aedes hasce egrediens, Item vt de frumento clamore anseres absterret, abigit.* Dalec. *Anseres in aqua)* Colum. L. VIII. c. 14. p. 304. H.

b. Quadraginta prope) Ger-

no *c.*, si priorem fetum gallinae excludant: alias plurima oua [1] sedecim: [2] paucissima, septem. Si quis surripiat, pariunt donec rumpantur. *d.* Aliena non *e.* excludunt. Incubanda *f.* subiici vtilissimum ix., aut xi. Incubant feminae *g.* tantum tricenis diebus.

1. *Duodecim. Colum.* 2. *qui hoc minus, septem, qui hoc plus, quindecim. Varro.*

Germana haec atque indubitata huius loci lectio est, quum de numero fetus auium singularum, non de partus tempore, sermonem institui apertissimum sit. Neque est, quod ex Varrone, aut Columella refingi quis velit ea, quae de anseribus a Plinio nunc produntur: vt legat scilicet, *quadragesimo die:* quum ab illis non ea ipsum hausisse scriptoribus, liquido constet. H.

c. *Bis anno*) Columella *ter* scribit, non *bis*, libro octavo, capite decimoquarto, his verbis: *Singulaeque ter anno pariunt, si prohibeantur fetus suos excludere.* Scripsit idem etiam ante eum M. Varro libro tertio, capite decimo: *Singulae*, ait, *non plus quam ter in anno pariunt:* quamuis in Varrone *quater* mendose pro *quam ter*, scriptum inuenias. Eamdem tuetur sententiam Heron Graecus auctor, Georgici sui libro XIV. *Pariunt*, inquit, *anno ter, vsque ad duodecim oua.* Nec me deterret comparatiuum, quod sequitur, *priorem*; saepe enim apud Plinium proximum praecedentemue ante actum significat. Cuius rei ignorantia errandi materiam forte praestitit correctoribus, vt pro *ter* substituerent *bis.* Pint.

Bis anno) Etiam ter anno, si Columellam audimus, l. c. *Singulae*, inquit, *ter anno pariunt, si prohibeantur fetus suos excludere, quod magis expedit, quam quod ipsae suos fouent: nam et a gallinis melius enutriuntur*, etc. H.

d. *Donec rumpantur*) Nisi subiectis etiam suis. Columell. *Dalec.*

e. *Aliena non*) Colum. l. c. p. 305. *Negatur anser aliena excludere oua, nisi subiecta sua quoque habuerit.* H.

f. *Incubanda*) Varro de R. R. L. III. c. 10. p. 105. H.

g. *Incubant feminae*) Columella l. c. *Pullis autem formandis excludendisque XXX diebus opus est, quum sunt frigora, nam tepidis XXV. satis est.* Sic Varro pariter l. c. H.

diebus. Si vero *h.* tepidiores sint, viginti quinque. Pullis eorum *i.* vrtica contactu mortifera: [1] nec minus auiditas *k.*, nunc satietate nimia, nunc suamet vi: quando apprehensa radice *l.*, morsu saepe conantes auellere, ante colla sua abrumpunt. Contra vrticam remedium est, stramento ab [2] incubitu subdita radix earum. *m.* (LX.) Ardeolarum *n.* tria genera: leucon *o.*, asterias *p.*, pellos. *q.* Hi in coitu *r.* anguntur. Mares quidem cum vociferatu san-

1. *Nimiaque herbarum auiditas. D.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. incubatu Gr. et Al.*

h. Si vero) Lego, *Vicenis quinis.* Dixit enim ante, *Tricenis diebus.* et paulo infra, *Aquila incubat tricenis diebus, minores vicenis.* Pint.

i. Pullis eorum) Colum. l. c. H.

k. Auiditas) Voraces enim sunt natura, inquit Varro, l. c. *quo temperandum iis, qui propter cupiditatem saepe in pascendo si radicem prenderunt; quam educere velint e terra, abrumpunt collum: perimbecillum enim id, vt caput molle.* Ita fere et Colum. l. c. H.

l. Apprehensa radice) Sic Varro. Columella vero frutice aut herba duriore. *Dalec.*

m. Radix earum) Vrticarum. Colum. l. c. Pallad. L. I. c. 30. H.

n. Ardeolarum) Ardea, siue ardeola, ἐρωδιός, vn *Heron.* a prisco vocabulo *Airo*, quo Fridericus Imp. vsus de Venat. L. I. c. 4. Haec habet etiam Arist. H. A. L. IX. c. 2. p. 1006. H.

o. Leucon) Λευκὸν, album. Hoc genus est, quod Itali *Garzam* vocant, qua aue nihil est candidius. In Aremoricae litoricae litoribus frequens. *Heron blanc.* H.

p. Asterias) Ἀστερίας, ceu stellaris, non a punctis, sed quia volatu stellas petere videatur: vnde et ardea. Hinc poeta, *supra volat ardea nubem.* Hunc ab insita pigritia ὀκνὸν ignauum esse cognominatum, Aristoteles tradit. Nostris, *Butor, Heron paresseux.* Aucupes *Vac* appellant, a voce quam emittit. H.

q. Pellos) Πέλλος, fuscus, siue niger. Ardea cinerea est, *Heron cendré.* De ea Bellon. L. IV. c. 2. H.

r. Hi in coitu) Πέλλοι nimirum, siue cinereae ardeae, Arist. enim totidem verbis, l. c. Τούτων ὁ πέλλος χαλεπῶς

ſanguinem etiam ex oculis profundunt. Nec minus aegre pariunt grauidae. Aquila *s.* tricenis diebus incubat, et fere maiores alites; minores vicenis, vt miluus et accipiter. Singulos fere parit, numquam plus ternos *t.*, [1]is qui [2]aegolios *u.* vocatur,

1. *Haec clauſula in M. deeſt, vſque coruus, etc.* 2. *Aegornos Ch. Ariſtoteles Aetolium vocat, ſi emendata ſint exemplaria: eumque miluorum generi videtur attribuere.*

λεπτῶς εὐνάζει τε καὶ ὀχεύει, etc. Negat tamen id verum eſſe Alb. M. H. A. L. XXXIII. p. 614. viſas a ſe saepius coire ardeas conteſtatus, nec tale quidquam expertum. H.

s. Aquila) Scribendum non *minores* ſed *mediocres*, ex Ariſt. ad literam lib. VI. cap. 6. *Aquilae*, inquit, *tricenis diebus, et ceteris quoque magnis alitibus tempus incubandi tantumdem a natura ſtatutum eſt, vt anſeri, vt tardae. Mediocribus viceni perficiunt incubationem, vt accipitri, vt miluo.* Ex quibus Ariſtotelis verbis et ex ordine quo aues monſtrant, adducor vt putem, permutatis dictionibus legendum apud Plinium, *Vt accipiter et miluus.* Sic enim (nec aliter) quadrabit ad vnguem correctio ſequentium verborum. *Pintian.*

Aquila tricenis) Ariſt. H. A. L. VI. c. 6. p. 664. H.

t. Singulos fere parit, numquam plus ternos) Scribendum enim opinor, *Sed hic binos fere parit, numquam plus ternos.* Vt pronomen *hic*, miluum referat, quem hoc loco Plinium indicare exiſtimauerim. Ariſt. libro ſexto, capite ſexto, *Pariunt milui bina magna ex parte, interdum tamen et terna, totidemque excludunt pullos.* Pint.

Singulos fere) Aquila ſcilicet. Vide N. et Em. N. LXXIV. (hic adi.) *Singulos)* Ad aquilam haec pertinent, non ad miluum, vt cenſuit Pintianus, qui hunc locum vt intelligeret, deprauauit, verbis partim tranſpoſitis, contra omnium exemplarium fidem, partim etiam nonnullis mutatis, in hunc modum; *minores vicenis, vt accipiter et miluus. Sed hic binos fere parit,* etc. Nec refert quod idem Plinius, ſect. 4. libri huius binos excludi pullos ab aquila dixit, ternos interdum: hoc enim ipſum et nunc confitetur quandoque contingere, qui fere tamen ac

tur, quaternos: coruus aliquando *x.* et quinos: incubant totidem *y.* diebus. Cornicem *z.* incubantem mas pascit. Pica nouenos *a.*: melancoryphus *b.* [1] supra vicenos parit, semper numero impari: [2] nec alia plures: tanto fecunditas maior paruis. *c.* Hirundi-

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* xx. *Gr et Al.* 2. *nec alias in pluribus tanta fecunditas, maior tamen in paruis. V. Arist. c. 4. l. IV. de gener.*

ac plerumque singulos tantum edi pronuntiat. H.

u. Is qui aeg.) Abest haec clausula a MSS. omnibus, quos quidem penes me habui: sed quoniam ex aliquo scriptore Graeco accepta est, vnde cetera, quae nunc tractantur, emanarunt, haud temere expungendam censuimus. Αἰγώλιος porro auis esse nocturna putatur, quam Galli vocant, *Fresaye.* Gazae nimium credidit Aldrouandus, qui Ornith. L. V. p. 400. αἰγώλιον vlulam interpretatus est. H.

x. Coruus aliquando) Arist. l. c. p. 665. H.

y. Incubant totidem) Hoc est, vicenis, vt de miluo proxime dictum est; Arist. l. c. ἐπωάζει περὶ εἰκόσιν ἡμέρας. H.

z. Cornicem) Arist. H. A. L. VI. c. 7. p. 670. H.

a. Pica nouenos) Arist. Hist. L. IX. c. 19. p. 1047. H.

b. Melancoryphus) Arist. Hist. L. IX. c. 22. p. 1052. H.

c. Maior paruis) Romana lectio, *Paris*, non *Paruis* quae nec placet nimis, nec rursus displicet. Sed si ea lectio recipitur, aliter verba quae praecedunt, legenda sunt. Nam vterque codex scriptus *tanta* legunt, non *tanto.* Est porro auicula Parus, Graece dicta aegithalos, magnae fecunditatis, vt infra patebit. Ceterum Aristoteles libro de generatione animalium quarto, capite quarto, animalia tradit, quo maiore sint corpore, eo minus esse fecunda. Et Plinius id infra repetit, adducta ad probationem Acanthide exigua auicula, quae duodenos pariat. Illud autem attentiore cura aduertendum, verba illa, quae capite octauo huius voluminis, vt perperam locata, ex illo loco submouenda diximus, quae sunt, *Ex his Aegithum claudum altero pede, etc.* ad hunc locum pertinere. Nam Aristoteles volumine nono, capite 14. post Melancoryphum

rundini coeci primo pulli *d.*, et fere omnibus quibus numeroſior[1]. fetus. *e.*

LXXX. Irrita oua *f.*, quae hypenemia diximus *g.*, aut mutua feminae inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere *h.*: nec columbae tantum, ſed

1. *Sic et Ch. et M. partus Gr. et Al.*

phum ſtatim Aegithum ſubiicit, his verbis: *Parus oua plurima edit, vt aiunt. Atricapillam etiam plurima edere aliqui referunt, ſed poſt Africanum ſtruthionem. Iam et decem et ſeptem atricapillae oua reperta ſunt, ſed plura etiam quam viginti parit, et numero impari ſemper, vt narrant. Nidificat ea quoque in arboribus, et vermiculis alitur. Proprium et huius luſciniae praeter ceteras aues, vt linguae ſummae acumine careant. Aegithus et vitae commoditate et partus numero commendatur, ſed alterius pedis clauditate cedit.* Pint.

Maior paruis) Quam alitibus grandioribus. H.

d. Hirundini coeci primo pulli) Ariſt. cap. 2. lib. VI. hiſtor. *Dalec.*

Hirundini etc.) Ariſt. de gener. anim L. IV. c. 6. p. 1129. H.

e. Numeroſior fetus) Ita MSS. omnes: non, vt editi, *partus.* H.

f. Irrita oua) Ariſt. Hiſt. L. VI. c. 2. p. 647. totidem plane verbis. H.

g. Diximus) Sect. ſup. Heſychio, p. 936. Ὑπενέμια ὠὰ, τὰ δίχα τοῦ ὀχευθῆναι γεννώμενα. H.

h. Aut puluere) Ariſtot. duplex eſt cauſa haec oua gignendi, altera Fauonii vere afflatus, quamobrem et Zephyria vocant: τὸ τῇ χειρὶ ψελαφᾶν fricare, contrectare, palpare (clunes, dorſum, collum, pectus, caudam, et fortaſſis podicem, id quod velut ineuntis maris imaginem affert) Initus feminarum inter ſe, libidinoſae imaginationis, pulueris nullam mentionem facit Ariſtot. Plinius pro ψηλαφῇ, videtur legiſſe ἀφῇ. Eſt autem ἀφὴ puluis, et non quiuis, ſed qui luctatoribus poſt vnctionem inſpergitur. *Dalec.*

Aut puluere) Ita MSS. omnes. Pulueris apud Philoſophum mentio nulla. Generari oua huiuſmodi prodidit, ſi ſuauiter et titillatorie attrectentur: ſimilem titillationem, quae maris ineuntis affert imaginem, volutatione in puluere creari, Plinius fortaſſis ipſe animaduertit. H.

ſed et gallinae *i.*, perdices, pauones, anſeres, chenalopeces. Sunt autem *k.* ſterilia, et minora, ac minus iucundi ſaporis, et magis humida. Quidam et vento *l.* putant ea generari: qua de cauſa etiam Zephyria *m.* appellantur. [1] Haec autem [2] vere tantum fiunt, incubatione derelicta, quae alii *n.* cynoſura *o.* dixere. Oua aceto *p.* macerata in tantum emolliuntur, vt per annulos tranſeant. Seruari ea *q.* in lomento, aut hieme in paleis, aeſtate in furfuribus, vtiliſſimum. Sale exinaniri *r.* creduntur.

LXXXI. (LXI.) Volucrum animal parit veſpertilio *s.* tantum, cui et membranaceae *t.* pinnae vni. Eadem

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Haec autem vere tantum Vrina fiunt Gr. et Al. Vrina autem vere tantum fiunt. Ch.* 2. *vere aeſtate vrina fiunt ab incubatione. Ariſt.*

i. Et gallinae) Ariſt. l. c. Id quoque in pſittaco expertum ſe ſcribit, Harueus Exerc. 4. p. 13. De vulturibus quoque Baſil. in Hexaem. hom. 8. p. 106. Maiori etiam miraculo ouis illis vulturum fecundis. H.

k. Sunt autem) Ariſt. l. c. H.

l. Quidam et vento) Ariſt. iiſdem verbis. H.

m. Zephyria) Ζεφύρια et ὑπηνέμια *ab aliquibus dicta,* inquit Philoſophus, l. c quod verno tempore aues excipere auras ſolent, et ſic vento concipere. Quod mendacium ſolida fide credidit Albert. de anim. L. VI. c. 3. p. 191. et de Luſitanis equabus alii auſi ſunt prodere. H.

n. Quae alii) R. 1. Colb. 1. 2. *quo alii.* H.

o. Cynoſura) Κυνόσερα: quod caniculae tempore, ἐπὶ τῆς κυνοσέρας, gignantur. Ariſtot. cap. 2. lib. III. de gener. *Dal.*

Cynoſura) Egimus de ea voce, ſect. ſup. H.

p. Oua aceto) Experimento ſcimus id comprobatum. H.

q. Seruari ea) Varro de R. R. L. III. c. 9. p. 104. Colum. L. VIII. c. 6. p. 292. H.

r. Sale exinaniri) Colum. l. c. *Alii ſalibus integris adoperiunt: alii muria tepefacta durant: ſed omnis ſal quemadmodum non patitur putreſcere, ita minuit oua, nec ſinit plena permanere*, etc. H.

s. Veſpertilio) Νυκτερίς, *Chauve-ſouris.* H.

t. Membranaceae) Membranae

Eadem sola *u.* volucrum lacte nutrit; vbera admovet: [1]Parens geminos *x.* volitat amplexa infantes, secumque [2]portat. Eidem coxendix vna traditur *y.*, et in cibatu culices *z.* gratissimi.

LXXXII. (LXII.) Rursus *a.* in terrestribus oua pariunt serpentes: de quibus nondum dictum est. Coëunt *b.* complexu, adeo circumuolutae sibi ipsae, vt vna existimari biceps possit. Viperae mas caput inserit in os *c.*, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

1. *Sic et M. et Ch. Vbera admouens: geminos volitat parem geminos. Gr. et Al. Parit haec geminos. Volitat. Pint.*
2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. deportat Gr. et Al.*

branae coriaceae pennarum vice. H.

u. Eadem sola) Macrob. Sat. L. VII. c. 16. p. 638. H.

x. Parens geminos) Neglectam a librariis priorem vocem *parens*, ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. restituimus. H.

y. Eidem coxendix vna traditur) Sine genuum, malleolorum, et pedum articulis. *Dal.*

Coxendix vna) Pes vnico constat osse, sine vllo poplite, suffraginumue flexu, qualis in ceteris auibus. H.

z. In cibatu culices) Alb. de anim. L. XXIII. p. 644. *Cibus eius* (vespertilionis) *est muscae, et culices: comedit autem et carnes*, etc. H.

a. Rursus) Arist H. A. L. V. c. 4. et 29. H.

b Coeunt) Arist. totidem verbis, Hist. L. V. c. 4. p. 526. Circumuolutae ita serpentes, funium simul intortorum speciem exhibent, ap. Charasium, L. de Experim. circa Viperam. H.

c. Viperae mas caput inserit in os) Aristot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Verum quod abrodere scribit, e poëtarum fabulis sumptum potius est, quam ex historia Aristotelis. *Dalec.*

Viperae mas) Nicander in Theriac. p. 28. Aelian. H. A. L. I. c. 24. Prudentius in Hamartigenia, carmine non ineleganti, versu 585 aliique: Huic tamen fabulae fidem derogant Philostratus, aliique complures: omnesque hodie eruditi. Coitum in viperis, vt in ceteris animantibus, genitalium partium opera fieri, atque emissione receptuque seminis asseuerant. Qua de re vide eumdem Charasium in Echiosophio, p. 216. et qui

dine. Terreſtrium *d.* eadem ſola intra ſe parit oua vnius coloris et mollia, vt piſces. Tertia die intra vterum *e.* catulos excludit: deinde ſingulos ſinlis diebus parit, viginti fere *f.* numero. Itaque ceterae tarditatis impatientes, perrumpunt latera *g.*, occiſa parente. *h.* Ceterae ſerpentes *i.* [1] contexta oua

1. *Contecta Gr. et Al.*

qui ei praeiuit, Aldrouandum de ſerpent. L. I. p. 119. H.

d. Terreſtrium) Ariſt. H. A. L. V. c. 29. p. 635. H.

e. Tertia die intra vterum, etc.) Brodaeus cap. 11. lib. III. non tantum viperas viuos fetus parere ſcribit, vnde et nomen impoſitum, ſed et Ceraſtas: quod facile nolim ei credere. *Dal.*

Tertia die) Ariſt. l. c. H.

f. Viginti fere) Nonnumquam et XXV. Charaſio teſte, l. c. p. 57. H.

g. Perrumpunt latera) Fabuloſum hoc Ariſtot. cap. vlt. lib. V. *Vipera catulos parit, obuolutos membranis, (ſecundis) quae tertio die rumpuntur. Contingit vero nonnumquam, vt qui adhuc in vtero ſunt eroſis membranis prorumpant.* Dal.

h. Occiſa parente) Ob id parricidae culeo cum vipera, cane, gallo, ſimia, inſuti necabantur. A catulis viperam exedi, et interfici, tradunt Nicander, Plutarch. Apuleius in Magia, D. Hieronymus, Baſilius Magnus, Horus lib. II. qui ſcribit viperae fetum, ἐκβιβρώσκοντα τὴν γαςέρα τῆς μητρὸς ἐκπορεύεσθαι. Praeterea Grammatici etymolog. ἔχιδναν dictam interpretantur, ὅτε γονὴν ἔχει ἐν ἑαυτῇ ἄχρι θανάτε. Aelianus lib. I. de Animal. At, quod veriſſimum eſt, Apollonius apud Philoſtratum, et Maximus Tyrius ſupereſſe partui ſuo viperam tradunt, eumque fetum editum lambendo polire, et, vt auctor ait, purificare. Vide Rhodig. cap. 13. vide et notata cap. 44 lib. XI. *Dal.*

Occiſa parente) Sic Ariſt. l. c. Herod. L. III. p. 205. num. 108 aliique. Creditum id ſcilicet veteribus: Negat recentiorum experientia, qua de multa Charaſius, in Echioſophio, p. 216. et Aldrou. p. 125. H.

i. Ceterae ſerpentes) Ambo antiqua exemplaria, *Contexta* agnoſcunt, non *Contecta*, veriſſima lectione. Ariſtoteles

oua *k.* in terra incubant, et fetum ſequente excludunt anno. Crocodili vicibus incubant, mas et femina. Sed reliquorum quoque terreſtrium reddatur generatio.

LXXXIII. (LXIII.) Bipedum ſolus *l.* homo animal gignit. Homini tantum *m.* primi coitus poenitentia, augurium ſcilicet vitae a poenitenda origine. Ceteris animalibus *n.* [1] ſtati per tempora anni concubitus: homini (vt dictum eſt *o.*) omnibus horis dierum noctiumque. Ceteris [2] ſatietas in coitu

1. *Statuti.* *M.* 2. *ſatias.* *Ch.*

teles libro quinto, cap. 34. *Ceterae ſerpentes oua pariunt foris contexta, ad monilis, hoc eſt, ornamenti mulierum, quod ambit collum, ſimilitudinem. Incubant quae peperint in terra, et fetum ſequente excludunt anno.* Pint.

k. Contexta oua) Vide N. et Em. N. LXXV. (hic poſ.) *Ceterae*) Locum hunc tum ope codicum, R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. ſanauimus, in quibus *contexta* ſcribitur, non vt editi habent, *contecta*: tum quod multo eſt certius, ex Philoſophi verbis, H. A. L. V. c. 29. p. 636. *Ceterae ſerpentes*, inquit, *oua edunt inter ſe continua cohaeſione ad muliebris monilis modum.* Οἱ δὲ ἄλλοι ὄφεις, ὠοτοκοῦσιν ἔξω· τὰ δ᾽ ὠὰ ἀλλήλοις συνεχῆ ἐστιν ὥσπερ αἱ τῶν γυναικῶν ὑποδερίδες etc. Agglutinantur nimirum inter ſe, globulorum modo, quibus preces numeramus. Addit Philoſophus eas, quum pepererint, oua in terram deponere, atque ibi fouere: alteroque anno excludere. H.

l. Bipedum ſolus) Ariſt. H. A. L. V. c. 1. p. 514. H.

m. Homini tantum) Eo pertinet, vt arbitror, illud problema vndecimum ſectionis quartae, p. 703. ap. Ariſt. Διὰ τί οἱ νέοι, ὅταν πρῶτον ἀφροδισιάζειν ἄρχωνται, ἃς ἂν ὁμιλήσωσι, μετὰ τὴν πρᾶξιν μισοῦσιν. *Cur adoleſcentes, quum primum concumbere incipiunt, quibuſcum fuerint congreſſi, eas re peracta odio habeant.* H.

n. Ceteris animalibus, etc.) In hunc locum multa Rhodiginus accurate ſcripſit cap. 11. lib. I. *Dalec.*

o. Vt dictum eſt) L. VII. ſ. 4. H.

tu, homini prope nulla. Messalina *p.* Claudii Caesaris coniux, [1] regalem existimans palmam, elegit in id certamen [2] nobilissimam e prostitutis ancillam *q.* mercenariae stipis, eamque [3] nocte ac die superauit, quinto ac vicesimo concubitu. In hominum *r.* [3] genere maribus diuerticula *s.* Veneris excogitata, omnia [4] scelere naturae: feminis vero abortus. Quantum in hac parte multo nocentiores quam ferae sumus? Viros auidiores *t.* Veneris hieme, feminas aestate, Hesiodus prodidit. *u.* Coitus *x.* [1] auer-

1. Sic ex MSS. em. Hard. hanc. V. regalem. hanc. Ch. hoc regalem etc. Gr et Al. 2. *Vilissimam. V.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. die ac nocte Gr. et Al.* 4. *genere manibus. Tol. Salm.* 5. *scelera. M.*

p. Messalina) Sext. Aur. Victor, in Claudio. In nummis, VALERIA MESSALINA AVGVSTA. *Meretricem Augustam* Iuuenalis appellat, Sat. VI. v. 118. H.

q. Ancillam) Ancilla mercenariae stipis, scortum est, quaestum corpore faciens. H.

r. In hominum) In ambobus exemplaribus non *Maribus*, sed *Manibus* habetur, forte rectius: vt perstringat (honor sit auribus) quos masturbatores appellant. *Pint.*

In hominum genere) Plinius ipse L. VII. s. 1. de homine: *Vni animalium luctus est datus, vni luxuria, et quidem innumerabilibus modis, ac per singula membra.* H.

s. Diuerticula) Aliae partes, quam quas natura exercendae Veneri destinauit. *Dalec.*

t. Viros auidiores) Arist. s. 4. pr. 25 p. 705. Διὰ τί ἐν τῷ θέρει οἱ μὲν ἄνδρες ἧττον δύνανται ἀφροδισιάζειν· αἱ δὲ γυναῖκες, μᾶλλον· καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς Ἡσίοδος λέγει, Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες. Vide et probl. 29. p. 707. et H. A. L. V. c. 9. p. 539. H.

u. Hesiodus prodidit) Versus Hesiodi sunt ἐν Ἔργοις, — θέρεος καματώδεος ὥρῃ Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες Εἰσίν, ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα σείριος ἄζει. Vide, quod adnotatum est lib. XII. cap. 22. *Dalec.*

x. Coitus auersis) Ita MSS. omnes.

[1]auerſis elephantis *y.*, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni, daſypodi, cuniculis, quibus auerſa *z.* genitalia. Cameli etiam *a.* ſolitudines, aut ſecreta [2] certe petunt: neque intervenire datur ſine pernicie. *b.* Coitus tota die *c.*: [3] et his tantum ex omnibus, quibus ſolida vngula. In quadrupedum genere mares olfactus [4] accendit. *d.* Auer-

1. *Sic et V. et Ch. et M. auerſus Gr. et Al.* 2. *certa. M.* 3. *ſic et Ch. coitus tota die eſt tantum iis ex omnibus Gr. et Al.* 4. *antecedit. V. et Ch.*

omnes; editi praue *auerſus*. Ita coeuntia, admotis inter ſe clunibus, Graeci πυγηδὸν, ὄπισθεν συνιόντα vocant, vt Ariſtoteles, qui ſimilia tradidit, H. A. L. V. c. 2. p. 520. Solin. c. 27. p. 50. *Coeunt auerſi* leones; *nec hi tantum, ſed lynces, et cameli, et elephanti, et rhinocerotes, et tigres.* Camelum, lyncem, leonem, daſypodem, reddere retrorſum vrinam, atque adeo habere auerſa genitalia, quorum officia duo ſunt, coeundi, vrinamque reddendi, docet Ariſt. H. A. L. II. c. 9. p. 180. Idem nihilominus, licet in ὀπισθουρητικοῖς camelum cenſeat, a mare tamen ait ſuperiniri feminam: et ab elephante quidem ambulantem, ac diſcedentem, vt de vaccis mox dicetur: H. A. L. V. p. 524. Igitur in vtroque hoc genere, auerſa quidem femina eſt, mas non item. Philoſopho ſubſcribit Albert. de anim. L. V. c. 1. p. 176. H.

y. Elephantis) De elephantis et camelis aliter Ariſtot. cap. 2. lib. V. hiſtor. *Dal.*

z. Quibus auerſa) Ariſt. p. 520. ὀπισθουρητικὰ vocat, quae retro vrinam reddunt. H.

a. Cameli etiam) Ariſt. p. 524. H.

b. Sine pernicie) Praeterquam armentario, ἀλλ᾽ ἢ τῷ βόσκοντι Ariſt. Albert. etiam de anim. L. VI. tr. 3. p. 207. et L. V. p. 176. H.

c. Coitus tota die) Camelis ſcilicet: διημερεύει τὸ μὲν ὀχεῦον, τὸ δ᾽ ὀχευόμενον. Vide N. et Em. N. LXXVI. (hic adi.) *Coitus*) Haec ſincera eſt lectio codicum R.[1] 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Deprauata hactenus editorum, *Coitus tota die eſt tantum iis*, etc. H.

d. Olfactus accendit) Tralatitium eſt, quod Herodotus refert Thalia, L. III. p. 198.

Auertuntur *e.* et canes, phocae, lupi, in medioque coitu, inuitique etiam cohaerent. Supra dictorum *f.* plerisque feminae priores superueniunt *g.*, reliquis mares. Vrsi autem, vt dictum est *h.*, humanitus *i.* strati, herinacei [1] stantes ambo inter se com-

1. *Stantes. Ita inter se. M.*

198. de Oebare equisone, qui naribus Dariani equi admota manu, qua prius equae genitalia attrectarat, ad odoris sensum, hinnitu a mare tum edito, regnum Dario peperit. Vide N. et Em. N. LXXVII. (hic coll.) *In quadr.*) In quibusdam MSS. *antecedit*, quod ne orationis quidem structura patitur. Id certe Plinius significare voluit, quod et Columella, L. VI. c. 26. *Quod si admissarius iners in Venerem est, odore perfricatur detersis spongia feminae locis, et admota naribus equi.* Et c. 23. *Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus.* H.

e. Auertuntur) Arist. p. 525. H.

f. Supra) Dura castigatio, non dissimulanda tamen. Puto enim scribendum, *Dasypodum maribus feminae priores superueniunt, reliquis mares.* Aristoteles libro quinto, capite secundo: *Sed quae retro vrinam mittunt, auersa coeunt, vt leones, dasypodes, lynces. Dasypodum etiam femina marem prior superuenit. Ceterorum magna ex parte modus coeundi idem est: plurima enim quadrupedes more coeunt iusto, feminam scilicet mare supergrediente.* Pint.

g. Superueniunt) Vt mares inuitent ad coitum. H.

h. Vrsi autem (vt dictum est) humanitus strati) Neque dictum est humanitus stratos coire vrsos, neque si dixisset, vera dixisset. Libro enim octauo, c. 36. vrsos scripsit coire, sed ambobus cubantibus complexisque. Sumpsit id ex Arist. libro quinto, cap. secundo, tradente vrsos Venerem exercere cubantes, applicatis marium partibus supinis ad feminarum pronas. At humanus concubitus non ita fit, sed applicatis mutuo complexu, supinis vtriusque sexus partibus. Quapropter scribendum hic censeo, non *Humanitus strati*, sed *Humi strati.* Aristoteles libro sexto, cap. trigesimo: *Vrsi coëunt (vt dictum est) non conscendentes, sed humi strati.* Pint.

Vt dictum est) L. VIII. sect. 54. H.

i. Humanitus) Hominum more

complexi: feles *k.* mare ſtante, femina ſubiacente: vulpes in [1] latera *l* proiectae, maremque femina amplexa. Taurorum ceruorumque feminae vim non tolerant *m.*: ea de cauſa ingrediuntur in [2] conceptu *n.* Cerui viciſſim *o.* ad alias tranſeunt, [3] et ad priores redeunt. Lacertae *p.*, vt ea quae ſine pedibus ſunt, [4] circumplexu Venerem nouere. Omnia animalia quo [5] maiora corpore, hoc minus fecun-

1. *Latere. V.* 2. *ſic quoque M. et Ch. in coitu Gr. et Al.* 3. *Haec vltima in M. deſunt.* 4. *Circumflexu. M. et Ch.* 5. *maiora. Ch.*

more humi ſtrati: ita tamen, vt non hominum more, applicatis mutuo complexu ſupinis ſexus vtriuſque partibus coeant: ſed peculiari decumbentes more, maris ſupinis ad pronas feminae. Sic Ariſt. H. A. L. V. c. 2. p. 522. Αἱ ἄρκτοι παρακεκλιμέναι — πρὸς τὰ πρηνῆ τῶν θηλειῶν τὰ ὕπτια τῶν ἀῤῥένων. H.

k. Feles) Ariſt. p. 523. Οἱ δὲ αἴλουροι ἐκ ὄπισθεν συνιόντες, ἀλλ᾽ ὁ μὲν ὀρθὸς, ἡ δὲ θήλεια ὑποτιθεῖσα ἑαυτήν. *Feles a tergo non ineunt, ſed mari ſtanti ſe ſubſternit femina.* H.

l. Vulpes in latera) At diſpari longe modo coire Philoſophus admonet, H. A. L. VI. c. 34. p. 781. ἡ δὲ ἀλώπηξ, ὀχεύεται μὲν ἀναβαίνουσα, nempe more canum, neque tamen ὀπισθουρητική. Verum Plinio ſubſcribit Albertus M. de an. L. V. c. 1. p. 176. *Vulpes*, inquit, *coeunt proiicientes ſe ſuper terram, et ſic ſe ſibi mutuo applicantes.* H.

m. Vim non tolerant) Patiuntur quidem, ſed non ſuſtinent ob impetus contentionem: non morantur: verum ſubtrahunt ſeſe a coitu, et ambulando genituram excipiunt, Ariſt. hiſt. L. V. p. 522. et L. VI. c. 21. p. 742. et c. 29. p. 768. et Alb. M. l. c. H.

n. In conceptu) Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etſi in editis, *in coitu*, legitur. H.

o. Cerui viciſſim) Ariſt. H. A. L. VI. c. 29. p. 768. *Mutat mas feminas, neque vnius tantum conſuetudine vtitur,* etc. Μεταβάλλει δὲ ὁ ἄῤῥην, καὶ οὐ πρὸς μιᾷ διατρίβει, etc. H.

p. Lacertae) Ariſt. H. A. L. V. c. 4. p. 526. et Albert. l. c. H.

fecunda sunt. Singulos *q.* gignunt elephanti, cameli, equi: acanthis *r.* duodenos, auis minima. Ocyssime pariunt, quae plurimos gignunt. Quo maius est animal, tanto diutius formatur in vtero. Diutius gestantur *s.*, quibus longiora sunt vitae spatia. Neque crescentium *t.* tempestiua ad generandum aetas. Quae solidas *u.* habent vngulas, singulos: quae bisulcas, et geminos pariunt. Quorum in digitos pedum fissura diuisa est, ea numerosiora in fetu. Sed superiora *x.* omnia perfectos edunt partus, haec *y.* inchoatos: In quo sunt *z.* genere [1] leaenae, vrsae, et vulpes informia *a.* etiam

1. Leaenae, vulpes, vrsae. Informes hae etiam magis quam supradicta pariunt. Pint. Leaenae, vrsae et vulpes. Informia Gr. Leaenae et vrsae et vulpes: informia etiam magis quam supradicta, vrsae pariunt: rarumque est videre parientes. Alii.

q. Singulos) De elephanto, Arist. H. A. L. V. c. 13. p. 566. De camelo, L. VI. c. 26. p. 765. De equo, c. 22. p. 743. H.

r. Acanthis) Ἀκανθίς, quae Latinis carduelis dicitur, *le Chardonneret.* H.

s. Diutius gestantur) Quum gestari vtero dicit, de terrestribus se loqui, non etiam de altilibus, quae ex ouis nascuntur, haud obscure notat. H.

t. Neque crescentium) Dum crescunt, inquit, non est tempestiua ea ad generandum aetas. Discedere ergo nunc videtur ab ea sententia, quos arbitrari dixit, L. VIII. f. 38. crescere crocodilum quamdiu viuat. H.

u. Quae solidas) Huius rei causam Albertus affert, de anim. L. XVIII. tr. 2. c. 5. p. 520. H.

x. Sed superiora) Quae solidas habent vngulas. H.

y. Haec) Quae pedes digitatos habent. H.

z. In quo sunt) De leaena, Arist. H. A. L. VI. c. 31. p. 776. ac Plinius ipse L. VIII. f. 17. De vrsis, Arist. c. 30. p. 774. et Plin. L. VIII. f. 54. H.

a. Et vulpes informia) Vide N. et Em. N. LXXVIII. (hic adsp.) *In quo*) Sincerissima est ea lectio codicum

R. 1,

iam magis, quam supradicta, [1] parit: rarumque est videre parientem. Postea lambendo calefaciunt fetus omnia ea *b.*, et figurant. Pariunt plurimum quaternos. Coecos autem *c.* gignunt canes, lupi, pantherae, thoës. Canum plura genera. *d.* Laconicae

1. *Vrsa parit. r. c. v. parientem. M. et Cb.* R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Tol. et Salmant. referente Pintiane. Deprauata hactenus in libris impressis eo modo: *In quo sunt genere leaenae, vrsae et vulpes. Informia etiam magis, quam supradicta, vrsae pariunt: rarumque est videre parientes.* Quum in MSS. vox haec postrema *vrsae* absit: et *parit*, et *parientem* mox legatur, non *pariunt* aut *parientes*. Stabilitur porro haec emendatio ipsis Philosophi verbis, H. A. L. VI. c. 34. de vulpe: Τίκτει δὲ ὥσπερ ἡ ἄρκτος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἀδιάρθρωτον· ὅταν δὲ μέλλει τίκτειν, ἐκτοπίζει οὕτως, ὥστε σπάνιον εἶναι τὸ ληφθῆναι κύουσαν, etc. Et vero quod animal parere Plinius ait informia magis quam supradicta, in his quae supra dicta sunt, censeri ac contineri non debet: noua igitur in vulpe instituenda, non reuocanda de vrsis iam ante memoratis, oratio fuit. H.

b. Omnia ea) Leaenae, vrsae, vulpes. H.

c. Coecos autem) Lego non *Pantherae*, sed *Panthera*. Diuersum omnino hoc animal a Panthera. Theodorus *lupum canarium* vertit. Aristoteles libro sexto, capite trigesimoquinto: *Panther item, hoc est lupus canarius, caecos parit luporum ritu, numero quum plurimum quatuor. Quin etiam Thos coitu vt canes impletur, et coecos generat, numero duos aut tres, aut quatuor.* Dal.

Coecos autem) Arist. H. A. L. VI. c. 35. p. 782. et de gener. anim. L. II. c. 6. p. 1085. H.

d. Canum plura genera) Columellae villatici, pastorales, venatici, et omnes muti custodes. Lepide Plaut. in Captiuis: — *Prolatis rebus, parasiti venatici Sumus: quando rure redierunt molossici, Odiosique et multi incommodistici.* Dalecamp.

Plura genera) Differunt locis primum: quae digerit carmine Oppian. Cyneg. L. I. v. 370. Lippio interprete: *Paeones, Ausonii, Cares, Thracesque, et Iberi, Arcades, Archiui, Lacedaemonii, Tegeatae, Sauromatae, Celtae, Cretes, Magnetes, Amorgi,* Atque

nicae *e.* octauo menſe vtrimque generant. *f.* Ferunt [1] ſexaginta diebus, et plurimum tribus. *g.* Ceterae canes et ſemeſtres coitum patiuntur. Implentur *h.* omnes vno coitu. Quae ante iuſtum tempus concepere, diutius coecos *i.* habent catulos, nec omnes totidem diebus. Exiſtimantur *k.* in vrina attollere crus fere ſemeſtres: id eſt ſignum conſummati virium roboris: feminae *l.* hoc idem ſidentes. Partus

M 5

1. *Septuaginta d. et p. tribus menſibus. V.*

Atque ad litoreas Aegypti quotquot arenas Cuſtodes pecoris: Locri, glaucique Moloſſi. Alii deinde ſagaces ex his, alii curſores ſunt: eſt et mixtum ex vtroque genus: eſt et paſtorale, quas *Matinos* vulgus vocat, lupis et furibus inimicum. Sunt et Melitaei catelli, qui ſciuri magnitudinem vix excedant. Sunt et aliae differentiae, quas Scaliger ſatis accurate perſequitur, in Ariſtot. L. VI. p. 735. H.

e. Laconicae) Ariſt. H. A. L. VI. c. 20. p. 735. A noſtris curſoribus maximis differunt hae cauda tantum, quam villoſam gerunt: auribuſque, quas demiſſiores habent. H.

f. Vtrimque generant) Hoc eſt, tam mares, quam feminae Ariſt. ὀχεύει καὶ ὀχεύεται. H.

g. Et plurimum tribus) Excedunt, inquit, ſexageſimum diem, vno vel altero, tribus ad ſummum diebus, Ariſt. p. 736. Κύει δὲ ἡ μὲν Λακωνικὴ ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα, κἂν ἄρα μιᾷ ἢ δυσίν, ἢ τρισὶ πλείονας ἡμέρας, καὶ ἐλάττους μιᾷ. Plin. L. VIII. ſ. 62. *Gerunt vterum ſexagenis diebus.* H.

h. Implentur) Ariſt. p. 735. H.

i. Diutius coecos) Si recto ac ſuo tempore ſint geniti: duodecim tantum dies viſu carent: aliae XVII. aliae XIV. Ariſt. p. 736. et 737. H.

k. Exiſtimantur) Ariſt. p. 735. et 740. Alb. de anim. L. VI. tr. 3. c. 2. p. 210. *Habent*, inquit, *ſignum potentiae coeundi, quod eleuant plus crus in mingendo: hoc autem poſt ſex aut octo menſes, vt in pluribus, facere conſueuerunt: et vniuerſaliter poſtquam vigoreſcunt coeundi potentia.* H.

l. Feminae) Ariſt. p. 740. Alb. l. c. *Quaedam tamen catula viſa eſt eleuare crus in mingen-*

tus duodeni *m.*, quibus numerosissimi: cetero quini, seni, aliquando singuli, quod prodigiosum putant *n.*, sicut omnes mares *o.*, aut omnes feminas gigni. Primos quoque mares pariunt: in ceteris [1] alternant. *p.* Ineuntur *q.* a partu sexto mense. Octonos *r.* Laconicae pariunt. Propria in eo genere maribus laboris alacritas. *s.* Viuunt Laconici *t.* annis

1. *Sic et Tol. et Salm. alternant, si ineant opportuno et recto mense. Ineuntur Gr. et Al.*

mingendo, eo quod multum habuit de calore masculo, et siccitate. H.

m. Partus duodeni) Arist. p. 740. *Ego tamen vidi*, inquit Alb. l. c. *catulam proferre simul nouemdecim: et eadem alia vice protulit octodecim: et tertia vice protulit quatuordecim: et erat nigra magna corpore, et erat de genere canum, qui Masini vocantur.* H.

n. Quod prodigiosum putant) Sed falso putant: Nam *saepe visum est*, inquit Alb. l. c. *quod catula aliqua non peperit nisi vnum solum: et hoc accidit paruis valde catellis, qui sunt in finibus dominarum nutriti, quia in vteris suis plures tenere non possunt: et quum plures concipiunt, frequenter moriuntur.* H.

o. Sicut omnes mares) Alb. de anim. L. XVIII. tr. 2. c. 6. p. 521. *Animalia*, inquit, *quae multos faciunt filios, permixtim faciunt mares et feminas: et in vno sexu omnes facere, non est eis naturale.* H.

p. In ceteris alternant) Vide N. et Em. N. LXXIX. (hic consp.) *In c.*) His verbis libri editi subiungunt hanc sententiam: *si ineant opportuno et recto mense*, quam et abesse vidimus in Codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. desiderari etiam in suis Pintianus testatur: idcirco ceu spuriam, nec Plinianam, erasimus. H.

q. Ineuntur) Coitum repetunt, πάλιν ὀχεύεται. Aristot. p. 736. H.

r. Octonos) Scribe, *Octonos Laconicae pariunt. Propria in eo genere maior post laborem salacitas.* Aristoteles libro sexto, capite vigesimo: *Peculiare generis Laconici est, vt quum laborarint, coire melius quam per otium possint.* Pint.

Octonos) Subintellige catulos. Arist. p. 740. H.

s. Laboris alacritas) Vide N. et Em. N. LXXX. (hic adi.)

nis denis, feminae duodenis: cetera genera quindenos annos, aliquando [1] et vicenos: nec tota sua aetate generant, fere a duodecimo desinentes. Felium *u.* et ichneumonum reliqua, vt canum. *x.* Viuunt annis senis. *y.* Dasypodes *z.* omni mense pariunt, et superfetant, sicut lepores. A partu *a.* statim

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* XV. *annos, aliquando et* XX. *Gr. et Al.*

adi.) *Propria in ea*) Ingenti confidentia Pintianus, neglecta omnium codicum fide rescribit, *Maior post laborem salacitas.* Quum nihil aliud Plinius hoc loco velit, quam quod et Philosophus H. A. L. VI. c. 20. p. 741. Ἐπὶ μὲν ἐν τῶν Λακωνικῶν διὰ τὸ πονεῖν τὰς ἄῤῥενας μᾶλλον, μακροβιώτεροι αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων. *In genere Laconum*, inquit, *mares quam feminae laboriosiores: itaque idcirco hae longaeviores maribus sunt.* H.

t. Viuunt Laconici) Arist. p. 741. et Hist. L. V. c. 13. p. 566. Ita canis Vlyssem herum agnouit post annos viginti, quam profectus erat Vlysses ad bellum Troianum, Homero quidem teste, Odyss. ρ'. v. 327. H.

u. Felium) Feles Columella et Varro nostras fouinas appellare videtur, quae sunt generis mustelarum. *Dalec.*

Felium etc.) Arist. Hist. L. VI. c. 35. p. 783. vbi feles sunt αἴλȣροι, animal in domibus frequens. H.

x. Vt canum) Tot pariunt, quot canes: οἱ δὲ αἴλȣροι καὶ ἰχνεύμονες τίκτȣσιν, ὅσαπερ καὶ οἱ κύνες, Arist. l. c. H.

y. Viuunt annis senis) Arist. l. c. Scimus tamen experientia viuere feles ad annos etiam quindenos. H.

z. Dasypodes) Arist. Hist. L. VI. c. 33. p. 780. De dasypode diximus L. VIII. s. 81. H.

a. A partu) Impleri et concipere idem est. Itaque alterum ex duobus verbis redundet necesse est. Puto verbum, *concipiunt*, expositionem fuisse illius, *implentur.* Idem dispice an castigatior sit lectio, *Suctante* quam *Siccante.* Aristoteles libro sexto, capite 33. *Habet femina lac antequam pariat, et a partu continuo repetit coitum, et lactans adhuc concipit fetum.* Pint.

A partu statim) A partu coitum statim repetit. Arist. l. c. Καὶ τεκȣ̃σα εὐθὺς ὀχεύεται. H.

tim implentur. Concipiunt, quamuis vbera *b.* ficcante fetu. Pariunt [1] vero coecos. *c.* Elephanti, vt diximus *d.*, pariunt fingulos, magnitudine vituli trimeftris. Cameli *e.* duodecim menfibus ferunt: trimatu pariunt vere, iterumque poft annum implentur a partu. Equas autem poft tertium [2] diem *f.*, aut poft vnum ab enixu vtiliter [3] admitti putant, coguntque inuitas. *g.* [4] Et mulier [5] feptimo *h.* die conci-

1. Negatio videtur abundare, ex Arift. lib. VI. cap. 33. hift. 2. fic et M. et Cb. annum Gr. et Al. 3. admittere. D. 4. Et equa.. V. Cb. 5. fic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Cb. feptima Gr. et Al.

b. Quamuis vbera) Etiam dum lactat fetum: ἔτι θηλαζομένῃ, inquit Philofophus l. c. H.

c. Pariunt vero coecos) Vide N. et Em. N. LXXXI. (hic pof.) *Par.)* In libris quidem plerifque legitur, *Pariunt non coecos*, quod falfum effe tum res ipfa, tum experientia clamat, tum Ariftoteles. Sic enim ille de dafypode, H. A. L. VI. c. 33. p. 781. Τίκτει δὲ τυφλὰ, inquit, ὥσπερ τὰ πολλὰ τῶν πολυσχίδων. *Parit coecos ficut pleraque eorum, quae pedes in multa fiffos habent.* Librarios impulit in errorem affinitas duarum litterarum, *u* et *n*, quae tranfuerfo fuperne compendii caufa apice in MSS. frequentius infigniuntur: fed vt diuerfa fignet: priore *vero*, pofteriore *non* indicante. H.

d. Vt diximus) Plane modo, hac ipfa fectione, et L. VIII. f. 10. Haec rurfum Arift. H. A. L. V. c. 13. p. 565. H.

e. Cameli) Arift. l. c. H.

f. Poft tertium diem) Vide N. et Em. N. LXXXII. (hic adi.) *Equas)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. editionefque omnes vetuftae ante Frobenium, qui infigni audacia, *Poft tertium annum*, refcripfit, ex Ariftotele, credo, H. A. L. VI. c. 22. p. 755. quem hac in parte grauiter hallucinatum effe Scaliger recte admonet, in eum locum. H.

g. Coguntque inuitas) Fefto id *tefticulari* dicitur, nempe mares equos feminis, vel maribus feminas admouere. *Dalec.*

h. Mulier feptima) Portentum verius quam menda. Scribendum non *Mulier*, fed *Afina*: de mutis enim hic animan-

concipere facillime creditur. Equarum *i.* iubas tondere praecipiunt, vt asinorum [1] in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloria superbire. A coitu *k.* solae animalium currunt ex aduerso *l.* [2] Aquilone Austroue, prout marem aut feminam concepere. Colorem *m.* illico mutant rubriore pilo, vel quicumque sit, pleniore: hoc argumento desinunt admittere, etiam [3] nolentes. *n.* Nec impedit partus

1. *Coitum patiantur humilitate. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. Aquilonem Austrorumue M. et Ch. Aquilonum Austrorumue Gr. et Al.* 3. *sic et Ch. volentes Gr. et Al.*

animantibus, non de homine agitur. Aristoteles libro sexto, capite 23 de asina: *A partu die septimo mari iungitur, eoque, die iuncta maxime recipit initum.* Et Plinius libro octauo, cap. 44. *Feminas a partu optime septimo die impleri obseruatum est.* Pint.

Et mulier) Neque in quadrupedibus tantum, inquit, tam prope ab enixu repetitus coitus fecundus est: sed et in hominum genere mulier, postquam peperit, facillime concipere creditur. Vide N. et Em. N. LXXXIII. (hic consp.) *Et mulier)* Ita libri omnes tum manu exarati, tum etiam impressi: quorum auctoritate spreta, contra mentem scriptoris emendat; *et asina:* quoniam id de asina quoque Plinius affirmauit, L. VIII. f. 69. H.

i. Equarum) Xenophon, L. de re equestri, p. 939. H.

k. A coitu) Id quoque ab iis fieri, quum vento sunt grauidae, Virgilius cecinit Georg. L. III. post Arist. Hist. L. VI. c. 17. p. 718. H.

l. Currunt ex aduerso, etc.) Ante coitum id facere tradit Aristot. cap. 18. lib. VI. hist. ad Venerem incitatas, et furioso procursu marem quaerentes, neque id vmquam ad orientem vel occidentem. *Dalec.*

m. Colorem etc.) Legendum arbitror, *Rauiore pilo.* Nam rubram equam quis vidit? nisi forte pictam. *Pint.*

n. Etiam nolentes) Significantes etiam se nolle. Namque vt ait Varro, de R. R. L. II. c. 7. *Quoad satis sit admitti ipsae significant, quod se defendant.* Vide N. et Em. N. LXXXIV. (hic app.) *Desinunt)* Nos ita scriben-

partus quasdam ab opere, falluntque grauidae. Vicisse Olympia *o.* praegnantem [1] Echecratidis Thessali inuenimus. Equos, et canes, et sues initum matutinum appetere, feminas autem [2] post meridiem [3] blandiri diligentiores tradunt. Equas domitas [4] LX. diebus equire, antequam gregales: sues tantum coitu spumam ore fundere: verrem subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capere [5] vsque in maciem: feminas autem in tantum [6] efferari, vt hominem [7] lacerent, candida maxime veste indutum. Rabies ea aceto mitigatur naturae *p.* asperso. Auiditas coitus putatur [8] et cibis *q.* fieri: sicut viro eruca *r.*, pecori cepa. Quae ex feris mitigentur, non concipere *s.*, vt anseres: apros vero tarde,

1. *Echecratis. Alii, Echecratidae.* 2. *post meridianum Pint.* 3. *blandiri diligentius. M.* 4. XL. *M.* 5. *vsque ad. V.* 6. *afferri. Ch.* 7. *lancinent. Pint. ex Tol. Sic et Ch.* 8. *ex. M.*

bendum censuimus, tum ex R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. aliisque MSS. tum ex mente scriptoris. Nam, *volentes*, vt habent libri editi, nullam habet probabilem sententiam. H.

o. Vicisse Olympia) Forma loquendi, qualis illa Horatii, L. I. ep. 1. *Magna coronari contemnat Olympia*, vt dicturi sumus vberius, L. XXXV. f. 40. n. 32. De equis Thessalicis vide Tzetzen, Chil. 9. v. 865. H.

p. Naturae) Si genitalia adspergantur aceto. H.

q. Et cibis) Vel certis cibis, vt cepa, et eruca: vel pabulo bono et vbere, vt ait Arist. H. A. L. VI. c. 20. p. 748. H.

r. Viro eruca) De ea re dicetur, L. XIX. f. 44. H.

s. Non concipere) De auium genere solo id pronunciat, quarum exemplum in anseribus statuit: Nam de quadrupedibus sensisse eum aliter autumo, quum ipse L. VIII. f. 80. scripserit, simias, quae intra feros haud dubie sunt, catulos suos ostentare, quos domi pepererint. H.

de, et ceruos, nec nisi ab infantia [1] educatos, mirum est. Quadrupedum praegnantes *t.* Venerem arcent, praeter equam *u.* et suem. Sed superfetant dasypus *x.* et lepus tantum.

LXXXIV. (LXIV.) Quaecumque *y.* animal pariunt, in capita gignunt circumacto sub enixum fetu: [2] alias in vtero porrecto. Quadrupedes *z.* gestantur extensis ad longitudinem cruribus, et ad aluum suam applicatis: homo *a.* in semet conglobatus, inter duo genua naribus sitis. Molas, de quibus ante diximus *b.*, gigni putant, vbi mulier non ex mare, verum ex semetipsa *c.* tantum conceperit:

1. *Sic et Ch. educatos. Mirum est quadr. Gr. et Al.*
2. *alia in vtero porrecta. Ch.*

t. Quadrupedum praegnantes) Notum est, quod Macrobius refert Saturn. L. II. c. 5. p. 341. quid Populia M. filia responderit: *miranti cuidam quid esset quapropter aliae bestiae numquam marem desiderarent, nisi quum praegnantes fieri vellent:* sed pudet referre. H.

u. Praeter equam etc.) Arist. H. A. L. VII. c. 5. p. 823 Equam tamen Absyrtus non excipit in Geopon. Affirmat enim, si praegnans sit, Venerem arcere. H.

x. Sed superfetant dasypus, etc.) Mures quoque superfetare pro certo habetur. *Dal.*

Sed superfetant) Caussam cur superfetant animalia, quae numerosos fetus edunt, Albert. explicat, L. XVIII. de anim. tr. 2. c. 4. p. 519. H.

y. Quaecumque) Hoc multo expressius Philosophus H. A. L. VII. c. 10. p. 836. *Omnia,* inquit, *animalia caput primum superne habent: aucta autem et exiturientia deorsum obuertuntur: Natura enim suapte omnia in caput exeunt: obliqua autem, aut in pedes praeter naturam.* Vide et Alb. de anim. L. VIII. c. 7. p. 295. H.

z. Quadrupedes) Arist. p. 835. H.

a. Homo) Arist. l. c. H.

b. De quibus ante diximus) Cap. 15. lib. VII. *Dalec* Et sic Hard. s. 13.

c. Ex semetipsa) Etiam in virgine igitur gigni molam posse arbitratus est. Vide quae diximus L. VII. s. 13. H.

perit: ideo nec animari *d.*, quia non sit ex duobus: altricemque habere per se vitam illam, quae satis arboribusque contingat. (LXV.) Ex omnibus, quae perfectos fetus, sues *e.* tantum et numerosos edunt: item plures *f.*, contra naturam solidipedum *g.*, aut bisulcorum.

LXXXV.

d. Nec animari) Nec esse verum animal, organicis partibus instructum. H.

e. Sues etc.) Sensus ineptus et Plinio indignus. Quid enim significat, *numerosos edunt. Item plures?* Quod si verbum *plures,* ad alia animalia referri dicas, cur dixit *Sues tantum?* Re igitur curiosius pensitata, puto sic scribendum, *Ex omnibus, quae perfectos fetus, sues tantum vnum et duos edunt, item plures, etc.* Aristoteles libro de generatione animalium quarto, capite sexto, *Sola inter multipara sus parit perfectos, eaque vna euariat. Generat enim multas more multifidi generis, quum et bisulcum et solipes sit: sunt enim locis quibusdam sues solida vngula. Partus igitur numerosa est, quoniam alimentum quod in corporis magnitudinem adsumeretur, in excrementum seminale decedit. Id enim vt solipes magnitudine caret. Quin et potius quasi ambigens, quum natura solidipedum bisulcum est. Hae igitur causa, et vnum parit, et duos, et, quod plurimum, multos.* Pint.

f. Item plures) Hoc est, plures fetus, partusue. Vide N. et Em. N. LXXXV. (hic adi.) *Sues)* In MSS. legitur, *sues tantos et numerosos.* Parmensis, *vel tantos.* Vnde subiit aliquando animum coniectura, legi *sues dentatos* posse: quoniam tales nasci circa brumam Nigidius tradidit auctore Plinio, L. VIII. s. 77. Ad sues certe referri haec oportere ex Arist. constat, de gener. an. L. IV. c. 6. p. 1129. Verum defendi egregie posse receptam lectionem, interpretatio nostra euincit. Neque Pintianum esse audiendum, qui locum ita refingendum pronunciat. *Sues tantum vnum, et duos edunt, item plures:* quod sane frigidum emendandi genus nobis videtur. Aliud enim est numerosos, aliud plures fetus edere: est illud quidem multos, illud multum parere, ac saepius. H.

g. Contra naturam solidipedum) vt cap. 63. scripsit. Dalec.

Contra naturam) Nam, vti superius dictum est, s. 83. quae

LXXXV. [1]Super cuncta est murium fetus *h.*: haud sine cunctatione dicendus, quamquam [2]sub auctore Aristotele et Alexandri Magni [3]militibus. Generatio eorum lambendo constare *i.*, non coitu, dicitur: ex vna genitos cxx. tradiderunt: apud Persas *k.* vero, [4]praegnantes et in ventre parentis repertas. Et salis *l.* gustatu fieri praegnantes opinantur. Itaque *m.* desinit mirum esse, vnde vis tanta messes populetur murium agrestium: in quibus *n.* illud quoque adhuc latet, quonam modo illa multitu-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. supra Gr. et Al. In M. hinc ducitur initium huius capitis: cetera ad superius pertinent.* 2. *sub in M. d.* 3. *militibus, generatio e. l. c. n. c. dicatur. M.* 4. *praegnantes in vtero Venerem patientis parentis repertas. Parm. in praegnantis ventre parientis. Ch.*

quae solidas habent vngulas, singulos: quae bisulcas, et geminos pariunt: idque anno semel. Sues vero et bis anno pariunt, et numerus fecunditatis ad vicenos, vt animaduersum a Plinio, L. VIII. s. 77. H.

h. Supra cuncta est murium fetus) Mures salacissimos esse Aelianus lib. XII. de animalibus ostendit, citatis multis scriptorum locis. Inde Cauum murinum Epicrati de libidinosissima muliere. Martial. *Nam cum me murem, cum me tua lumina dicis.* Polit. c. 96. Miscellan. *Dal.*

i. Generatio eorum lambendo constare) Vide quod adnotatum lib. XXIX. cap. I. *Dalec.*

Generatio eorum) Arist. H. A. L. VI. c. 37. p. 786. H.

k. Apud Persas) Arist. p. 787. modestius loquutus, dissectis e matris vtero fetibus, feminei sexus, tamquam praegnantes, οἶον κύοντα, visas esse ait. H.

l. Et salis) Arist. l. c. Aelian. H. A. L. IX. c. 3. H.

m. Itaque) Arist. p. 786. Refert Childreyus Anglus, L. de mirabilibus naturae in Anglia, laudatus in Ephem. Erud. 1667. p. 113. murium infinita multitudine populatas messes in Essexia Angliae prouincia, anno 1580 iterumque anno 1648. H.

n. In quibus) Arist. p. 787. H.

titudo repente occidat. Nam nec exanimes repe-riuntur, neque exstat, qui murem hieme in agro effoderit. Plurimi [1] ita ad [2] Troadem proueniunt: et iam inde fugauerunt incolas. Prouentus eorum [3] siccitatibus *o.*: tradunt etiam obituris vermiculum in capite *p.* gigni. Aegyptiis muribus *q.* durus pi-lus, sicut herinaceis. Iidem bipedes ambulant *r.*, ceu [4] Alpini *s.* quoque. Quum [5] diuersi generis coiuere animalia, ita demum generant, si tempus nascendi par habent. Quadrupedum oua gignen-tium

1. *Itaque. M.* 2. *Troada. Ch.* 3. *sic et Pint. M. sic-citatibus tradunt et iam Gr. et Al.* 4. *sic et Ch. seu Alpini Gr. et Al. omisso quoque.* 5. *diuersi quaeque M. quoque. V.*

o. Prouentus eorum siccita-tibus, etc.) Theophr. περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων ζώων. *Dal.*

Prouentus eorum) Theophr. in fragmm. de anim. quae repente apparent: *squalido, inquit, aere potius, quam pluuio mures in aruis nascun-tur: laeduntur enim imbribus:* ἐν τοῖς αὐχμοῖς μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς ἐπομβρίαις· πολέμια γὰρ αὐτοῖς τὰ ὕδατα. H.

p. Vermiculum in capite) Theophr. l. c. Τίκτεται γὰρ καὶ τούτων ἐν τῇ κεφαλῇ σκώληξ, καὶ φθείρονται, etc. H.

q. Aegyptiis muribus) Ari-stoteles sub finem libri VI. Histor. *Dal.*

Aegyptiis) Arist. H. A. L. VI. c. 37. p. 788. H.

r. Bipedes ambulant) Μυω-ξοὺς vocat Epiphanius libro Anchorato et contra Orige-nem, et Galenus lib. III. Ali-ment. *Dal.*

Iidem bipedes) Scilicet Ae-gyptii, vt Theophr. monet l. c. ὅτι ἐν Αἰγύπτῳ δίποδας φασι μῦας γίνεσθαι, etc. Bipedum in Libya mu-rium meminit Herod., Mel-pom. L. IV. p. 286. H.

s. Alpini) De certo mu-rium Africanorum genere id scribit Herodotus. *Dal.*

Ceu Alpini) Georg. Hieron. Velschius, Tom. I. Misc. Cur. siue Ephem. Germ. Obs. 160. p. 338. ait se murem Alpinum aluisse domi anno 1660. adeo cicurem, vt in pedes posteriores erectus ad mensam staret, cibumque ex manibus caperet. De-mortui anatomen eo loci ac-curate describit. H.

tium [1] lacertas ore parere (vt creditur vulgo) Aristoteles negat *t.*: neque incubant eaedem, oblitae quo sint in loco enixae, quoniam huic animali nulla memoria. Itaque [2] per se *u.* catuli erumpunt.

LXXXVI. (LXVI.) Anguem ex *x.* medulla [hominis spinae gigni, [3] accipimus a multis. Pleraque enim occulta et coeca origine proueniunt, etiam in quadrupedum genere: (LXVII.) sicut salamandra, animal lacerti figura *y.*, stellatum, numquam, nisi magnis imbribus, proueniens, et serenitate [4] deficiens. *z.* Huic tantus rigor *a.*, vt ignem

1. *Lacertam Gr.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. consentit Ch. catuli per sese erumpunt Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. accepimus Gr. et Al.* 4. *desinens. M. et Ch.*

t. Aristoteles negat) Diximus, f. 83. H.

u. Itaque per se) Quoniam in terram lacertae pariunt, ex ouis sponte in terra fetus excluditur, inquit Philosophus, H. A. L. V. c. 28. p. 635. H.

x. Anguem ex.) Fabulae proximum id esse putat Aelianus, H. A. L. I. c. 51. Ouid. Metam. L. XV. v. 389. vt Plinius ex aliorum tantum relatu prodit; *Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulcro, Mutari credunt humanas angue medullas.* H.

y. Lacerti figura) Vel minoris crocodili, vt ait Scholiast. Nicandri in Theriac. p. 38. a quo accurate describitur: ζῶον ὅμοιον σαύρᾳ, τετράπεν, βραχύκερκον - - οἱ δὲ, ὡς ἐςὶ ζῶον τετράπεν, μήτε δέρμα, μήτε λέπιδας ἔχον, βραχὺ δὲ ὂν ὡς ἡ σαῦρα· ἔοικε δὲ τῷ χερσαίῳ κροκοδείλῳ. Theophr. L. de sign. pluviar. p. 418. inter alia signa id ponit, si lacerta, quam Salamandram vocant, appareat: ἡ σαῦρα φαινομένη, ἣν καλᾶσι Σαλάμανδραν. H.

z. Deficiens) In MSS. *desinens.* H.

a. Huic tantus rigor vt ignem tactum exstinguat) Id quidem Aristoteles scribit cap. 19. lib. V. Histor. sed Dioscorides refragatur. Theophrastus lib. de igne, vbi de Salamandra, quae ignem exstinguere dicitur: Ψυχρὸν γὰρ τῇ φύσει τὸ ζῶον, καὶ ἡ ἀπορρέουσα ὑγρότης

ignem *b.* [1] tactu restinguat, non alio modo, quam gla-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. tactum exstinguit. Gr. et Al.*

της γλισχρὰ, καὶ ἅμα χύλον τιν' ἔχουσα τὸν αὐτὸν, ὥστε διϊκνεῖσθαι πορρωτέρω. σημεῖον δὲ καὶ τὰ ὕδατα ὀλέθρια γένεσθαι, καὶ τοὺς καρποὺς ἐὰν καταμιχθῇ, καὶ μᾶλλον τεθνεώσης. ἔτι δὲ καὶ τὸ νωθὲς τῆς πορείας συνεργεῖ, πλεῖον γὰρ χρόνον ἐπίμενον μᾶλλον σβέννυσιν, ἡ δὲ σβέσις οὐκ ἐᾷ ὁποσονοῦν ἦν τὸ πῦρ, ἀλλ' ἐὰν σύμμετρον πρὸς τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν. Id est, vt Turnebus vertit, *nam bestia frigida est sua natura humore, qui effluit, lento, eumque habente succum, qui penitus peruadat. Argumento est letales reddi aquas et fructus, si misceatur, magisque ea mortuo. Sed et incessus quoque languor confert, diutius morante, magisque restinguente, nec ignem quantumcumque restinguit, sed pro naturae viriumque modo.* Et ad eumdem sensum Franciscus Rabelesius medicus ait ignem quidem ex palea leuem et infirmum id animal non laedere, sed ignem validum id consumere. Vide Doctissimi *Jacobi Palmerii* Exercit. pag. 613. vbi diuersas Doctorum de Salamandra opiniones recenset.

b. Vt ignem) Arist. H. A. L. IV. c. 18. p. 604. Nicand. in Ther. p. 59. Aelian. H. A. L. II. c. 31. Negat autem Sextius Niger id esse verum ap. Plin. L. XXIX. s. 23. Aetius media incedit via, serm. 13. c. 52. p. 263. *Salamandra, inquit, animal simile est stellioni, asperius, et scabrum magis quam lacerta venenata. Penetrat autem hoc animal per ignem ardentem, nihilque laeditur dissecta et discedente ab ipso flamma. Si vero per tempus aliquod in igne immoretur, consumpto frigido in eo humore, exuritur.* Visa Romae dicitur anno 1667. salamandra aduecta ex India, quae coniecta in flammas, repente in tumorem inflata, saliuae vim magnam euomuit, quam lacteam saniem Plinius hic appellat: ea sanie vicinos carbones exstinctos, in quos se illa receperat: qui vbi rursum concipiebant ignem, eiusdem iterum saliuae vomitu exstinguebantur. Quod quum saepius, toto duarum horarum spatio, ea fecisset, extracta demum ab illo discrimine est, ac nouem deinde menses amplius superstes fuit. De ea plura in Ephem. Erud.

glacies. Eiusdem sanie, quae lactea ore vomitur, quacumque parte *c.* corporis humani contacta, toti defluunt *d.* pili: idque quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat.

LXXXVII. (LXVIII.) Quaedam [1] vero gignuntur ex non genitis, et sine vlla simili origine, vt supra dicta: et [2] quaecumque tempus anni *e.* generant. Ex iis quaedam nihil gignunt, vt salamandrae *f.* Neque est iis genus masculinum femininum-

1. *Ergo.* *Cb.* 2. *quaecumque anni tempus*, *lego*, *tepor generat.* *Pint. ex Tol.* *et quaecumque aestas aut ver, tempusque anni statum.* *Gr. et Al.*

Erud. anni 1667. p. 94. Sed quae eius facies esset ac forma, haud ibi expressum. Vnde Cassiodorus acceperit, esse *subtile ac paruum animal, lumbricis associum, flauo colore vestitum*, Varr. L. III. ep. 47. fatemur adhuc nobis latere. H.

c. *Quacumque parte)* Scribo, *Totius defluunt pili*, hoc est, totius corporis. Plinius libro XXIX. capite quarto: *Quippe quum saliua eius, quacumque parte corporis, vel in pede imo resperfa, omnis in toto c o r p o r e defluat pilus.* Pint.

d. *Toti defluunt)* Hoc est ex toto corpore. De ea re dicetur opportuniore loco, L. XXIX. s. 23. H.

e. *Quaecumque tempus anni)* Quid ea loquendi forma valeat, *tempus anni*, diximus in Not. et Em. ad L. IX. s. 79. N. CXXXV. Vide N. et Em. N. LXXXVI. (hic adi.) *Quaec.)* In editis hactenus, *quaecumque aestas*, *aut ver*, *statumque tempus anni generant.* Nos voces intermedias, quas nulli MSS. agnoscunt, ceu suppositirias erasimus. H.

f. *Vt Salamandrae)* Grauida Salamandra mense Martio pede et baculo elisa, lactea sanies ex omnibus corporis partibus, capite, dorso, aluo, cauda, pedibus exsiliit, non aliter quam ex papilla vberis, digitis compressa: tum etiam ex dirupto ventre plus quam triginta fetus adhuc palpitantes et in aqua nantes, ac plus quam triginta oua prodierunt. Ego quidem feminam dissecui praegnantem, tum ouis tum catulis plenam, aliis inchoatis tantum, aliis iam perfectis, gradientibus, et in aqua natantibus:

numue: ſicut neque *g.* in anguillis, omnibuſque, quae nec animal, nec ouum ex ſeſe generant. Neutrum eſt *h.* et oſtreis genus, et ceteris adhaerentibus vado vel ſaxo. Quae autem per ſe generantur *i.*, ſi in mares ac feminas deſcripta ſunt, generant quidem aliquid [1] coitu, ſed imperfectum [2] et diſſimile, et ex quo nihil amplius gignatur, vt vermiculos muſcae. *k.* Id magis [3] declarauit natura eorum,

1. *Ea coitu Parm.* 2. *ac. Ch.* 3. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. declarauit naturae Gr. et Al.*

bus: vt falſum eſſe, quod tradit Plinius, nihil ea gignere, manifeſtum ſit. *Dal.*

Vt Salamandrae) Salamandram non eſſe id lacerti genus, quod Galli *Muronem* et *Surdum*, *Blandam* Narbonenſes vocitant, vel hoc argumento, ceu validiſſimo telo efficitur. Nam et Murones noſtros parere, et in iis mares, feminaſque notari Bellonius, Dalecampius, Bochartus, et Aldrouandus, qui in contraria ſunt haereſi, ipſi confitentur. Accedit eo, quod nec ſtellatus muro ſit, ſed taeniis oblongis virgatus: nec ſerenitate plane deſinat: nec ea vi veneni ſit, quanta ſalamandram eſſe Plinius prodidit, L. XXIX. ſ. 23. Sed et Indici orbis ſolique, adeo peculiaris ea ſalamandra fuit, quam Romae viſam diximus, vt ducere ſpiritum, niſi humo ex India ſimul aſportatae inſideret, non potuerit: vbi in ſolum deiecta eſt Italum, exſpirarit. Plane vt iam in orbe noſtro ſolicitius indagandum minime videatur, quae ſalamandra ſit: niſi forte in Pamphylia, Ciliciaeque montuoſis, vbi exſtitiſſe quondam Plinius aſſeverat, Libro ſubſequente ſ. 116. H.

g. Sicut neque) Ariſt. H. A. L. IV. c. 11. p. 508. H.

h. Neutrum eſt) Ariſt. l. c. H.

i. Per ſe generantur) Ex putri materia. Ariſtot. c. 1. lib. V. Hiſtor. *Dal.*

Quae autem per ſe) Hoc eſt, ſponte, ἀπὸ τȣ̃ αὐτομάτȣ, non ex coitu, ſed ex putri materia. Ariſt. H. A. L. V. c. 1. p. 518. H.

k. Vt vermiculos muſcae) Atque vt pediculi lendes, inquit Philoſophus l. c. ex quibus neque parentum genus inſtauratur, neque animal. Sed falſum id videtur: nam

eorum, quae insecta dicuntur, arduae explanationis omnia, et priuatim dicato opere narranda. *l.* Quapropter [1] ingenium praedictorum, et reliqua subtexetur [2] dissertatio. *m.*

LXXXVIII. (LXIX.) Ex sensibus ante cetera homini tactus, dein gustatus: reliquis superatur a multis. Aquilae clarius cernunt: vultures sagacius odorantur: liquidius audiunt talpae obrutae terra, tam denso atque surdo naturae elemento. Praeterea [3] voce omnium in sublime tendente sermonem exaudiunt: et si de iis loquare, intelligere etiam dicuntur, et profugere. Auditus cui *n.* hominum primo negatus est, huic et sermonis vsus ablatus: nec sunt naturaliter surdi, vt non iidem sint et muti. In marinis *o.* ostreis auditum esse, non est verisimile: sed ad sonum mergere se dicuntur [4] solenes. *p.* Ideo et silentium in mari piscantibus.

 LXXXIX.

1. *Vt ing. pr. ita et r. subtexet. V.* 2. *edissertatio. Ch.*
3. *voce hominum. V. Voce omni, etc. tendentes. Ch.*
4. *dicuntur solere. Ch. dicuntur. Solent ideo. Pint. mergere se solent Gr. et Al.*

nam pediculi gignuntur ex lendibus. H.

l. Priuatim dicato opere narranda) Libro sequenti. *Dalec.*

Dicato opere) Libro sequente. H.

m. Dissertatio) In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. *edissertatio.* H.

n. Auditus cui) Totidem verbis Arist. H. A. L. IV. c. 9. p. 496. Causam Albertus inquirit, de anim. L. V. tr. 2. c. 2. p. 171. H.

o. In marinis) Hoc de neritis, quod concharum genus esse diximus, Arist. iisdem verbis, H. A. L. IV. c. 8. p. 485. H.

p. Dicuntur solenes) Σωλῆνες, qui et vngues, et digiti marini vocantur. Vide N. et Em. N. LXXXVII. (hic adi.) *Dicuntur*) Erat hic locus in libris hactenus editis corruptissimus. *Sed ad sonum mergere se solent.* In R. 1. 2. Par. Tolet. *mergere se dicuntur solent.* In Chiffl. *mergere se dicuntur solere.* Nos *solenes* rescripsimus ex Arist.

LXXXIX. (LXX.) Pifces quidem *q.* auditus nec membra habent nec foramina: audire tamen eos palam eft: [1] vt patet, quum plaufu congregari feros ad cibum [2] affuetudine in quibufdam viuariis fpectetur: et in pifcinis Caefaris *r.* genera pifcium ad nomen venire *s.*, [3] quofdamque fingulos. Itaque *t.* pro-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. vt paret cum, etc. affuetudine fpectetur. M. vtpote quum Gr. et Al.* 2. *fic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Affuetum. Tol. confuetudine Gr. et Al.* 3. *fic ex MSS. em. Hard. conf. Tol. et Ch. quofdam fingulos Gr. et Al.*

Arift. H. A. L. IV. c. 8. p. 435. Δοκοῦσι δὲ οἵ δε σωλῆνες, ἄν τις ψοφήσῃ, καταδύεσθαι καὶ φεύγειν κατωτέρω etc. *Videntur tamen digiti marini, fiue folenes, et fubire, et penitus fugere, vbi fenferint ferrum admoueri.* De horum folenum fenfu iterum Plinius, L. XI. f. 52. *Et folenes fugiunt admota ferramenta.* H.

q. Pifces quidem) Arift. H. A. L. IV. c. 8. p. 479. H.

r. In pifcinis Caefaris) Huc pertinet illud Martialis, L. IV. ep. 30. cui titulus, *Ad pifcatorem, vt fugiat facros pifces Baianos: Sacris pifcibus hae natantur vndae, Qui norunt dominum, manumque lambunt Illam, qua nihil eft in orbe maius. Quid quod nomen habent, et ad magiftri Vocem quifque fui venit citatus?* Et L. X. ep. 30. *Pifcina rhombum pafcit, et lupos vernas. Natat ad magiftrum delicata muraena: Nomenculator mugilem citat notum, Et adeffe iuffi prodeunt fenes mulli.* Lupulum quidem marinum in Caroli IX. Regis Chriftianiffimi pifcina iuxta Regiam Luparae nutritum, ad vocem *Lupule, Lupule,* clamantium, et ad eorum manus, qui panis fruftula proiicerent, accurrere folitum, vidiffe fe teftatur Fed. Morellus, in Nott. ad Hom. 7. Bafil. in Hexaem. H.

s. Genera pifcium ad nomen venire) Lucianus in oratione de Syria Dea, οὗτοι δὲ καὶ ὀνόματα ἔχουσι καὶ ἔρχονται κεκλημένοι. *Noftri principes*, inquit Cic. epift. ad Attic. *digito caelum fe putant attingere, fi muli barbati in pifcinis fint, qui ad manum accedant.* Dalec.

t. Itaque produntur) Quatuor hic pifces nominantur, qui clariffime audiunt: quum tamen

produntur etiam clariſſime audire, mugil, lupus, ſalpa, chromis, et ideo in vado *u.* viuere.

XC. Olfactum *x.* iis eſſe manifeſte patet: quippe non omnes eadem *y.* eſca capiuntur: et prius, quam appetant, odorantur. Quoſdam et ſpeluncis latentes, ſalſamento illitis faucibus *z.* ſcopuli piſcator expellit, [1] veluti ſui cadaueris [2] agnitionem fugientes, *a.* Conueniuntque ex alto etiam ad quoſ-

1. *Velut.* *Ch.* 2. *agnitione.* *Pint.*

tamen apud Ariſtotelem quinque ſint libro quarto, capite octauo, his verbis: *Sunt vero qui liquidius inter piſces audiant, Mugilis, Chremps, Lupus, Salpa, Chromis: cetera piſcium genera minus audiunt, quam ob rem imis gurgitibus verſari potius ſolent.* Sic habetur in Graecis Ariſtotelis exemplaribus. In tralatione vero Theodori et *Minus* pro *Imis*, et *chremps piſcis*, ſicuti apud Plinium, deſideratur. Expendendus igitur hic locus accuratius, nihilque temere ſtatuendum. Athenaeus ſeptimo, *cremyos* piſcis meminit, qui lapidem in capite habeat, citatque Ariſtotelem, apud quem tamen *Chromis* eſt, non *cremys.* Pint.

Itaque produntur) Ariſt. p. 479. ex eoque totidem verbis Aelian. H. A. L. IX. c. 7. H.

u. In vado) Quo metu capti, fugatique ſtrepitu, ſecedunt. H.

x. Olfactum) Haec de olfactu piſcium etiam tradit Ariſt. H. A. L. IV. c. 8. p. 481. H.

y. Non omnes eadem) Sed familiare quiſque alimentum habet, ad quod aduatat: ſalpa ad ſtercus et porrum, polypus ad oleam, etc. Vide Rondelet. L. IV. c. 10. H.

z. Salſamento illitis faucibus, etc.) Imo vero captos odore, ad eſcam ſalſamentorum obiectam allectos, ac libenter prodeuntes. Ariſt. IV. de hiſtor. animal. ἔτι δὲ πολλοὶ τῶν ἰχθύων διατρίβουσιν ἐν σπηλαίοις· οὓς ἐπειδὰν βούλωνται προσκαλέσασθαι εἰς ἄγραν οἱ ἁλιεῖς, τὸ στόμα τοῦ σπηλαίου περιαλείφουσι ταριχηραῖς ὀσμαῖς, πρὸς ἃς ἐξέρχονται ταχέως. Victorius c. I. lib. IX. *Dal.*

a. Fugientes) E ſpeluncis videlicet: vnde accidit, vt in piſcatorum retia facile incidant, in ipſis ſpelaei faucibus praedam exſpectantium.

dam odores, vt sepiam vstam, et polypum: quae ideo [1] coniiciuntur in nassas. *b.* Sentinae quidem nauium odorem procul fugiunt: maxime tamen piscium sanguinem. Non potest *c.* petris auelli polypus: idem [2] cunila admota *d.*, ab [3] odore protinus resilit. Purpurae *e.* quoque fetidis capiuntur. Nam de reliquo animalium genere quis dubitat? Cornus ceruini odore serpentes [4] fugantur *f.*, sed maxi-

1. *Coguntur in massas. M. coguntur in nassas. V. Lego congeruntur.* 2. *cunicula. Ch.* 3. *ab odore in M. desunt.* 4. *fugantur. Sed maxime styracis, origani. Parm. Apud Aristot. styracis et calcis non leguntur.*

tium. Eodem plane sensu, totidemque ferme verbis allici eo salsamento pisces dixit Arist. l. c. Plinium falso criminatur Hippolytus Salvian. L. de aquatil. p. 66. et post eum Dalecampius. H.

b. Coniiciuntur in nassas) In retia immittuntur ob nidoris caussam, Arist. τὰς δὲ πολύπυς φασὶν ὀπτήσαντας εἰς τὰς κύρτυς ἐντιθέναι, ἐδενὸς ἄλλυ χάριν, ἢ τῆς κνίσσης. Polypos assatos *aiunt se in retia non ob aliam, quam nidoris caussam, indere.* H.

c. Non potest) Arist. p. 483. H.

d. Cunila admota) Eo cunilae genere, quod Arist. κόνυζαν, pharmacii barbare, vt solent, *pollicariam*, pro *pulicaria*, quod pulices necat, vt dicetur, L. XX. s. 64. H.

e. Purpurae) Arist. p. 484. H.

f. Cornus ceruini odore serpentes fugantur) Fugari serpentes incenso ceruino cornu, res est exploratissima, a Plinio supra tradita libro octauo, capite trigesimo secundo, et Dioscoride secundo, Varrone tertio, Columella octauo, pluribusque aliis Graecis iuxta Latinisque scriptoribus. Verum hic haud dubie non *Serpentes* legendum, sed *Insecta.* Ostendit liquido id Aristoteles, cuius fulgor tamquam clarissimi sideris in emetiendo hoc Pliniano gurgite subinde prospectari debet. Is libro quarto, capite octauo sic scribit, *Sulfuris item odore genera insectorum multa intereunt. Ad haec formicae origani sulphurisque puluisculo insperso suas relinquunt cauernas, alioque migrant. Cornus praeterea ceruini facto incensu plurima insectorum pars fugiunt.* Pint. Serpen-

maxime ſtyracis: origani *g.*, aut calcis, aut ſulphuris formicae necantur. Culices acida petunt: ad dulcia non aduolant. (LXXI.) Tactus [1] ſenſus *h.* omnibus eſt, etiam quibus nullus alius: nam et oſtreis, et [2] terreſtrium, vermibus quoque.

XCI. Exiſtimauerim omnibus ſenſum et guſtatus eſſe: cur enim alios alia ſapores [3] appetant? in quo vel praecipua naturae [4] architectae vis. *i.* Alia dentibus praedantur, alia vnguibus, alia roſtri aduncitate carpunt, alia latitudine [5] ruunt *k.*, alia acumine excauant, alia ſugunt, alia lambunt, ſorbent, mandunt, vorant. Nec minor varietas in pedum miniſterio, vt rapiant, diſtrahant, teneant, premant, [6] pendeant *l.*, tellurem ſcabere non ceſſent.

XCII.

1. *Alius oſtreis. Nam et terreſtrium vermibus quoque exiſtimauerim. M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. terreſtribus Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. Ch. appetunt Gr. et Al.* 4. *architectique vis M. architectatio. Quidam natura architectio Gr. et Al.* 5. *eruunt. V.* 6. *pendant. V. prendant. Pint. lego ſuſpendant.*

Serpentes) Ita MSS omnes: Verum nec ſerpentes modo, vt iam dictum eſt ſuperius, L. VIII. ſ. 50. ſed et maxima pars inſectorum, vt recte admonet Ariſt. l. c. p. 483. H.

g. Origani etc.) Reliqua habet et Ariſt. p. 483. H.

h. Tactus ſenſus) Ariſt. p. 484. H.

i. Architectae vis) Opificis naturae ſolertia. Ita reſcripſimus ex MSS. R. 1. 2. Par. Prius, *architectio*, barbare. H.

k. Ruunt) Roſtri latitudine eruunt, fodiunt, vt anates, et e quadrupedibus limum caenumque ruunt ſues. Vide L. XI. ſ. 60. H.

l. Pendeant) Vt galguli, de quibus ſ. 50. qui pedibus dependentes ſomnum capere dicuntur: et aper, quarum examen pedibus per mutua nexis, ramo frondente pendet, vt Maro cecinit, L. VII. Aen. v. 66. H.

XCII. (LXXII.) Venenis capreae *m.*, et coturnices (vt diximus *n.*) pinguescunt, placidissima animalia: at serpentes ouis, spectanda quidem draconum arte: aut enim solida hauriunt *o.*, si iam fauces capiunt, quae deinde in semet conuoluti frangunt intus, atque ita putamina [1] extussiunt *p.*: aut si tenerior est [2] catulis adhuc aetas, orbe *q.* apprehensa spirae, ita sensim vehementerque praestringunt, vt amputata parte, ceu ferro *r.*, [3] reliquam quae amplexu tenetur sorbeant. Simili modo *s.* auibus deuoratis solidis, [4] contentione *t.* plumam excitam *u.* reuomunt.

XCIII.

1. Sic et Ch. Quidam, non recte, eiiciunt. Gr. et Al. excutiunt. 2. est catulis adhuc aetas. Ch. 3. reliqua. Ch. 4. contritione plumas et cetera ossa. V. contione pluri, et cita, et ossa, M. praue. Lego, coctione perfecta plumas et ossa Gr. et Al. danti plumas et ossa reuomunt.

m. Venenis capreae) De capris Lucret. L. IV. v. 642. *Praeterea nobis veratrum est acre venenum: At capris adipes, et coturnicibus auget.* H.

n. Vt diximus) Sub finem cap. 23. huius libri. *Dalec.* *Vt diximus*) Nempe de coturnicibus, huius libri f. 33. H.

o. Aut enim solida hauriunt) Sumptum ouum serpens iterum atque iterum sibi admouet, quoad summam partem rectam statuat, et tum parum contractum se colligit, vt distento corpore haustum ouum deorsum labatur. Arist. cap. 3. VIII. Hist. Plin. hoc aliter. *Dal.*

p. Extussiunt) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Minus sincere editi, *excutiunt.* H.

q. Orbe) Oua quae circumuoluto in spiram corpore apprehenderunt. H.

r. Ceu ferro) Ita solerter, vt ferro siue cultro amputatam oui partem existimes. Haec prodit etiam Arist. H. A. L. VIII. c. 8. p. 898. H.

s. Simili modo) Arist. l. c. H.

t. Contentione) Lego, *Contentione plumam excitam et ossa reuomunt:* ex vtroque antiquo exemplari, quamquam in Salmanticensi non *Contentione*, sed *Certione* habeatur: praecedente vacua

XCIII. Scorpiones terra viuunt. Serpentes *uu.*, quum occasio est, vinum praecipue appetunt, quum alioqui exiguo indigeant potu. [1]Eaedem minimo et paene nullo cibo *x.*, quum adseruantur inclusae: sicut aranei quoque, alioqui suctu viuentes. [2] Ideoque nullum interit fame aut siti venenatum. Nam neque [3]calor his, neque sanguis, neque sudor, quae auiditatem [4]naturali sale *y.* augent. In quo genere *z.* omnia magis exitialia, si suum genus edere,

1. *Edunt. M. Eaedem minimi, et paene nullius cibi. V.* 2. *Ideo Gr.* 3. *caloris vim, neque sanguinis, neque sudoris. M.* 4. *naturali sale. V. Alii, naturalem sola. Ego nihil muto, naturalique incitamento interpretor, et tamquam auiditatis stimulo, non arte quaesito, sed fame sponte oblato condimento.*

cua areola, vt coniiciam *Excreatione* legendum. Item in Toletano duo illa verba, *et ossa*, desunt. *Pint.*

Contentione) *Magna contentione plumam e gutture aut ingluuie* reuocatam vomunt. H.

u. Plumam excitam) Vide N. et Em. N. LXXXVIII. (hic adi.) *Content.*) Nos ita rescribendum censuimus, ex vestigiis codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. in quibus *pluma* et *cita* legitur: vulgo editi libri, *plumas et ossa.* Parm. *et cetera ossa.* H.

uu. Serpentes) Quamobrem viperas quidam sic venantur, inquit Philosophus Hist. L. VIII. c. 8. p. 897. imposito nimirum in sepibus vino: ebriae enim capiuntur. Iuven. Sat. 6. v. 429. *Tamquam alta in dolia longus Deciderit serpens, bibit, et vomit.* H.

x. Eadem minimo et paene nullo cibo) Theophr. cap. 4. libro IV. Histor. *Dalec.*

Eaedem minimo) Arist. l. c. ad verbum. H.

y. Naturali sale) Ita MSS. omnes. Naturale incitamentum, et quasi stimulum auiditatis, hac loquendi formula intelligit. H.

z. In quo genere) Sic Arist. H. A. L. IX. c. 33. p. 988. et Alb. M. de anim. L. VII. tr. 2. c. 5. p. 236. morsum animalis tum maxime docent perniciosum fore, si aliud pariter venenatum prius vorauerit, vt si vipera scorpionem. Auct. Libri de mirab. ausc. Τὰς ἐν Νάξῳ σφῆκάς φασιν

edere, antequam noceant. Condit in thesauros maxillarum cibum sphingiorum *a.* et satyrorum genus: mox inde sensim ad mandendum manibus [1] expromit: et quod formicis in annum solenne est, [2] his in dies vel horas. (LXXIII.) Vnum animal digitos habentium herba alitur, [3] lepus; sed et fruge: solidipedes, et e bisulcis *b.* sues *c.* omni cibatu *d.* et radicibus. Solidipedum volutatio propria. Serratorum *e.* dentium carniuora sunt omnia. Vrsi et fruge *f.*, fronde, vindemia, pomis viuunt, et apibus, cancris etiam, [4] ac formicis. Lupi, vt diximus *g.*, et terra in fame. Pecus potu *h.* pinguescit: ideo sal *i.* illis [5] aptissimus: item veterina *k.*, quam-

1. *Exprimit. M. praue. sic tamen. Ch.* 2. *his dies vel hora. M.* 3. *lepus: herba, et f. s. et bisulci. V.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. et Gr. et Al.* 5. *aptissimum. M.*

φασιν, ὅταν φάγωσι τῦ ἐχέως (προσφιλὴς δ' αὐτοῖς ἡ σάρξ, ὡς ἔοικεν, ἐςίν) ἐπειδάν τινα κεντήσωσι, περιωδύνȣς ὅτως ποιεῖν, ὥςε χαλεπωτέραν φαίνεσθαι τῆς πληγῆς τῶν ἐχέων. H.

a. Sphingiorum) De his L. VIII. f. 30. de Satyris, eodem libro, f. 80. H.

b. Et e bisulcis) Arist. c. 9. p. 903. Etiam cicuta, quae homini venenum est, ali sues docet Aelianus, H. A. L. IV. c. 23. H.

c. Sues) Sues quomodo saginandi et naturam earum, vide supra c. 51. lib. VIII. *Dal.*

d. Omni cibatu) Et quauis colluuie: vnde Festo *Colluviares porci.* Aluntur tamen fere in pistrinis furfuribus: vnde pistores *scrophipascos* Plautus appellat in Captiuis. *Colluuiares* Varro lib. VI. de ling. Lat. vocat et *volutares*: Appion Grammaticus χαμευνάδας. *Scalig.* Vide quae notata sunt c. 51. lib. VIII. *Dalec.*

e. Serratorum) Arist. l. c. p. 900. H.

f. Vrsi et fruge) Arist. l. c. H.

g. Lupi, vt diximus) L. VIII. f. 43. H. Dalecampius iisdem verbis.

h. Pecus potu) Arist. H. A. L. VIII. c. 11. p. 997. H.

i. Ideo sal) Quo siti collecta

quamquam et fruge et herba: ſed vt bibere, [1] ſic edunt. *l.* Ruminant *m.* praeter iam dicta, ſilueſtrium cerui, quum a nobis aluntur *n.*: omnia autem iacentia potius quam ſtantia, et hieme magis quam aeſtate, ſeptenis fere menſibus. Pontici quoque mures *o.* ſimili modo remandunt.

XCIV. [2] In potu autem *p.*, quibus ſerrati dentes, lambunt; et mures hi vulgares, quamuis ex alio genere *q.* ſint. Quibus continui *r.* dentes, ſorbent

1. *Ita ex Ariſt. lib. et c. VIII. et ſic Ch. ſecedunt Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. In potu, quibus Gr. et Al. omiſſo autem.*

lecta plus bibant, inquit Philoſoph. Hiſt. L. VIII. c. 13. p. 909. H.

k. Idem veterina) Ariſt. p. 907. H.

l. Sic edunt) Modus aquae, inquit, et qualitas efficit, vt et libentius edant, et plus proficiant; adeo vt paſtiones ipſis ſint inutiles, niſi potus fuerit accommodatus. Vide N. et Em. N. LXXXIX. (hic poſ.) *Sed vt*) Nullo plane ſenſu prius legebatur, *ſecedunt.* Nos R. 1. et Chiffl. ſequuti ſumus, maxime vero Ariſtotelis verba: μάλιςα δὲ, inquit, H. A. L. VIII. c. 11. p. 907. παίνεται τῷ πότῳ· ὡς γὰρ ἂν πίνῃ τὰ ὑποζύγια τὸ ὕδωρ, ὅτω καὶ πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν ἔχειν τῆς τροφῆς. Hoc eſt, *potu maxime pingueſcunt, et vt cuiuſque aquae vſus obtingerit, ita iumenta ad fruendum pabulo afficiuntur.* H.

m. Ruminant) Ariſt. H. A. L. IX. c. 80. p. 1177. totidem verbis: et Alb. M. de anim. L. VIII. tr. 5. c. 4. p. 279. H.

n. Quum a nobis aluntur) Domi ſcilicet, diutius ruminant: quum aluntur foris, multo minus: herba enim tenerior quam fenum, quo duriore paſtu domi aluntur. H.

o. Pontici quoque mures) Vulgo, *Roſereaux*, *Hermines*, *Menus verds.* Dal.

Pontici quoque) Ariſt. l. c. H.

p. In potu autem) Ariſt. H. A. L. VIII. c. 9. p. 902. H.

q. Quamuis ex alio genere) Hoc eſt, quamuis non iis ſint dentes ſerrati. Ariſt. p. 902. Ἔνια δὲ τῶν καὶ μὴ καρχαροδόντων, οἷον οἱ μῦες. H.

r. Quibus continui) Ariſt. p. 902. H.

bent vt equi, boues. Neutrum vrſi, ſed aquam quoque morſu vorant. *s.* In Africa *t.* maior pars ferarum aeſtate non bibunt inopia imbrium: quam ob cauſam *u.* capti mures Libyci, ſi [1] bibere, moriuntur. Orygem *x.* perpetuo [2] ſitientia Africae generant, et natura loci potu carentem, et mirabili modo ad remedia ſitientium. Namque Gaetuli latrones [3] eo durant *y.* auxilio, repertis in corpore [4] eorum ſaluberrimi liquoris veſicis. [5] Inſidunt in eadem Africa pardi condenſa arbore, occultatique earum ramis, in praetereuntia deſiliunt, atque e volucrum ſede *z.* graſſantur. Feles quidem quo ſilentio, quam [6] leuibus veſtigiis obrepunt auibus! quam [7] occulte ſpeculatae in muſculos exſiliunt! Excrementa ſua effoſſa obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe.

XCV.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. biberini Gr. et Al.* 2. *ſitientem Africa generat, ex natura loco potu carente. V. et M. niſi quod hic habet, ex naturali loco potu.* 3. *cum eo. M.* 4. *earum. V.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. arbore oc. eius. M. arbore oc. earum. Ch. incidunt — arborum Gr. et Al.* 6. *lenibus. V.* 7. *ſic et Ch. occulto ſpeculatu Gr. et Al.*

s. Morſu vorant) Ariſt. mordent, vel mandunt. Nam κάπτειν mordere eſt, qua voce is vtitur: ſicut κάμπτειν vorare. H.

t. In Africa) Ἡ μὴ ὑομένη τῆς Λιβύης. Theophr. c. 4. lib. IV. *Dal.*

u. Quam ob cauſam) Quoniam bibere non aſſueti, propter τὸ ἀσύνηθες, veniunt in vitae diſcrimen. Ariſt. Hiſt. L. VIII. c. 33. p. 985. Alb. M. de anim. L. VII. tr. 2. c. 4. p. 235. *Mus etiam Libyae, quando bibit aquam, moritur: eo quod bibere non conſueuit.* H.

x. Orygem) De eo L. VIII. ſ. 79. H.

y. Durant) Sitim vtcumque leuant. H.

z. Atque e volucrum ſede) Ex arboribus, in quibus ſunt nidi auium. H.

XCV. (LXXIV.) Ergo et alios quosdam sensus esse, quam supra dictos, haud difficulter apparet. Sunt enim quaedam *a.* his bella amicitiaeque, vnde et affectus, praeter illa, quae de quibusque eorum suis diximus locis. Dissident olores et aquilae *b.*: [1] coruus et chloreus *c.*, noctu inuicem oua exquirentes.

1. Pipra et chloreus. Turn. ex Aristot. choreus. Ch. Cornus et Chlorio Gr. et Al.

a. Sunt enim quaedam) Arist. H. A. L. IX. c. 2. p. 1007. H.

b. Olores et aquilae) Atque ita quidem, vt e pugna victor saepe discedat olor, *κρατεῖ δ' ὁ κύκνος πολλάκις.* Arist. l. c. Describit hanc pugnam Papinius, Thebaid. L. III. v. 525. H.

c. Coruus et Chlorio) Aristoteles auem pipram vocat libro nono, capite primo. Hanc Plinius soricem, vt paulo post constabit, Theodorus piponem vertit. Quare hic non *ceruus* sed *sorex* forte legendum ex Aristotele loco ante dicto: *Et Sorex*, inquit, *et Chloreus, nam oua sibi ad inuicem deuorant.* Pint.

Coruus et Chloreus) Vide N. et Em. N. XC. (hic consp.) *Coru.*) Frobenius, spreta omnium codicum fide, editionumque vetustarum auctoritate, Parm. Ven. Brix. etc. *Chlorio* reposuit, quam diuersam esse auem alibi notauimus. Ab hac aue, quae χλωρεὺς dicitur, turturem interfici Arist. significat, H. A. L. IX c. 2. p. 1002. Τρυγὼν καὶ χλωρεὺς, inquit, ἀποκτείνει γὰρ τὴν τρυγόνα ὁ χλωρεύς. Et apud Philen, p. 72. τὴν τρύγονα χλωρεὺς adesse dicitur. Quae testimonia impulere aliquando animum, vt, duo suspicarer; alterum, magnam esse auem oportere, quae turturem interficiat: eamque esse fortasse, de qua Scaliger in eum Philosophi locum: quam in Taurinis Liguribus reperiri ait, vulgo *Clorin*, appellari, celeri adeo volatu, vt eam assequi aegre falco possit. Alteram non *Coruus et Chloreus*, sed *turtur et chloreus* hic legendum esse. Verum, quum omnes plane refragentur codices, alibique Philosophus, nempe p. 999. inimicitias exercere scribat aues duas, quae πίπρα et χλωρεὺς appellentur, quaeque inuicem oua edant, τὰ γὰρ ὠὰ κατεσθιέσιν ἀλλήλων, nihil ausus sum immutare, veritus ne πίπραν, vndecumque acceperit, corui nomi-

rentes. *d.* Simili modo coruus et miluus *e.*, illo *f.* praeripiente huic cibos: cornices [1] atque noctua *g.*: aquilae *h.* et [2] trochilus *i.*, si credimus, quoniam rex *k.* appellatur auium: noctuae *l.*, [3] et ceterae minores

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. cornices et noctua Gr. et Al.* 2. *orchilus in quibusdam Aristot. codic. Turn.* 3. *atque. M.*

nomine iure Plinius reddendam putarit, quum nobis ea prorsus, vel ipsa quoque appellatione, ignota sit: nam, *Pipo* Gaza addere maluit: fortassis quoniam ardeae genus est πιπῶ apud Hesychium, et pugnax auis. Πιπῶ, inquit, ὄρνεον πολεμικὸν, ὥς τινες ἐρώδιος. H.

d. Noctu inuicem oua exquirentes) Mirum, quum aues illae noctu non volent. *Dal.*

e. Coruus et miluus) Cicero de N. D. L. II. p. 101. *Miluo est quoddam bellum naturale cum coruo: ergo alter alterius, vbicumque nactus est, oua frangit.* H.

f. Illo) Miluo scilicet, qui quum valentior et vnguibus et volatu sit, subtrahit a corvo, quidquid tenet. Arist. p. 1001. H.

g. Cornices atque noctua) Arist. p. 999. Phile, p. 72. Aelian. H. A. L. III. c. 9. Quod enim interdiu minus acute cernit noctua, cornix meridie arrepta eius oua devorat: contra noctua noctu illius: nam cornix interdiu, noctua valentior noctu est. Hinc natum adagium apud Suidam, et Apostolium, Ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο κορώνη· ἐπὶ τῶν ἀλλήλοις μὴ συμφωνέντων. *Aliud noctua, aliud cornix sonat: de iis quibus inter se minus recte convenit.* H.

h. Aquilae et trochilus) Arist. p. 1005. Καὶ τροχίλος αἰετῷ πολέμιος. H.

i. Trochilus) Trochilum Aristot. cum noctua inimicitias gerere tradit. *Dal.*

k. Quoniam rex) Sic trochilum ostendit esse eam auem, quam *Regulum* vulgus vocat, *le Roitelet*, eique aquilam inimicam esse, ex zelotypia, quia rex auium dicitur. Quasi vero aquila id sciat? quis porro eam doctrinae hanc particulam docuit? Caute igitur ac dubia fide Plinius praefatur, *si credimus.* Regaliolum Suetonius vocat in Iulio, c. 81. *Regauiolum.* Βασιλίσκον Glossarium vetus, quasi regem auium. H.

l. Noctuae) Arist. p. 1000. vt

nores aues. Rursus cum terrestribus, mustela et cornix *m.*: turtur *n.* et pyralis, [1] ichneumones vespae *o.* et phalangia aranei. [2] Aquaticae *p.*, et gauiae. *q.* Harpe et triorches accipiter. *r.* Sorices *s.* et

O 2

1. *Ichn. et vesp. phal. et ar. Parm. ichn. vespae, phal. et ar. M. Nihil muto accipioque vespas dictas ichneumonas et araneos vocatos phalangia.* 2. *aquaticae, anates et gauiae Gr. et Al.*

vt interdiu auiculae noctuam circumuolent, vellicentque ac morsicent, egregie describit. H.

m. Mustela et cornix) Quod huius oua et pullos mustela vorat. Arist. p. 1000. Sane mustelam omnibus auibus inimicam esse scimus. H.

n. Turtur etc.) Arist. p. 1001. τρυγὼν καὶ πυραλίς. Quae sit autem pyralis, nondum compertum. Qui igniariam, incendiariamue nuncupant, non intelligunt ea augurum, artisque nomina, non generis aut formae auium esse, vt ante monuimus, s. 17. Dein e terrestrium esse genere, non volucrum, hanc pyralim, Plinius haud obscure significat, scribens: *Rursus cum terrestribus mustela et cornix, turtur et pyralis* etc. quae terrestria volucribus bellum indicant recensere nunc videtur, non quae aues auibus inimicae. Vox haec πυραλὶς ad vermem aequiuoca est, et ad papilionem. H.

o. Ichneumones vespae) De his opportunius L. XI. s. 24. H.

p. Aquaticae) Scribo; *Aquaticae anates, gauiae et Harpe, Triorches accipiter.* Aristoteles lib. IX. cap. 1. *Inimica sunt etiam sibi mutuo quae in aquis degunt, vt Anas, Gauia, Harpe.* Quod autem sequitur de Triorche, hoc est Buteone, locus est (vt censeo) mutilatus, multaque hic verba librarii indiligentia omissa videntur. Nam Aristoteles Buteonem aduersari ait ranis, rubetis, anguibus: deuorat enim ea. Triorche igitur praemisso, consequens erat vt animalia subtexeret quibuscum bellum ei est. *Pintianus.*

q. Et gauiae) Quae de mari cibum petunt: diffidere inter se Philosophus ait, p. 1001. ὡς βρένθος καὶ λάρος, *vt diffident brenthus et gauia.* Vide N. et Em. N. XCI. (hic adi.) *Aquaticae)* In editis, *aquaticae, anates et gauiae.* Sed vocem, *anates,* nulli omnino MSS. agnoscunt.

et ardeolae, inuicem fetibus insidiantes. Aegithus *t.* auis minima cum asino. [1] Spinetis enim se scabendi causa atterens, nidos eius dissipat: quod adeo pauet, vt voce omnino rudentis audita, oua eiiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur aduolans hulcera eius

1. Spinis. M.

scunt. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. Aristoteles, vt diximus in prioribus notis, ait, aues eas quae e mari cibum petunt, diffidere inter se: ὡς βρένθος καὶ λάρος, *vt diffident brenthus et gauia.* Ex hoc interpolato Plinii loco Gaza βρένθον interpretatur *anatem.* At Hesychius κόσσυφον *merulam.* H.

r. Harpe et triorches accipiter) Aristoteles dicit Harpam et Triorchen: (lego *Brenthum)* Rubetam et Serpentem, Piponem (in Aristotel. exemplaribus legitur ἴππιν) et Ardeam mutuis se odiis prosequi. *Dalec.*

Harpe) Qui miluus ἰκτῖνος, Tzetzae, vt diximus, s. 3. huius libri. At miluum Plinius ab harpe secernit sect. sq. Aristotelis locum vitio laborare praeposterae interpunctionis, ex Plinii contextu intelligimus. H.

s. Sorices) Arist. p. 1003. ἵππον καὶ ἐρῴδιον ait inter se diffidere: illum ardeolae oua, fetusque absumere. Quid ἵππος ille sit, incompertum. H.

t. Aegithus) Arist. p. 1003. Phile pariter, p. 72. καὶ τοὺς ὄνους αἴγιθος ἐχθροὺς ἂν κρίνοι. Vnde N. et Em. N. XCII. (hic consp.) *Aegithus)* Perperam apud Aelian. H. A. L. V. c. 48 αἰγίθαλος, quae parus est, scribitur. Ἀκανθὶς alii nullis idoneis coniecturis ducti reponunt, nam de ipsa posterius. Interim aegithi faciem, formamque, nec vllo in loco Philosophus describit, nec Plinius; magno rei litterariae detrimento: quare solo nomine cognita auis est. Ridendi sunt qui nullis, vt saepe, coniecturis ducti, eam esse Aegithum contendunt, quam Galli *Linotte* vocant: quum tamen αἴγιθος claudus sit, χωλὸς, teste Philosopho, L. IX. c. 22. p. 1052. Horum tamen coniectorum aciem ducit Bellonius, L. VII. c. 16. Cur salum Gaza αἴγιθον verterit, vnde ei errandi causa oblata, superius diximus in his ipsis Notis, N. LXV. H

eius roſtro excauat. Vulpes [1] et niſi *u.*: angues *x.*, muſtelae, et ſues. Aeſalon vocatur [2] parua auis *y.*, oua corui frangens, cuius pulli *z.* infeſtantur a vulpibus. Inuicem haec catulos eius ipſamque vellit. Quod vbi viderunt corui, contra auxiliantur, vel- O 3 vt

1. *et niſi (ſic circos vocat angues,) muſtelae et ſues. Turn. ex Ariſt. milui, angues et mu. V. et Mili angues. Cb. vulpes et Nili Gr. et Al.* 2. *praua. Quidam, vide ſupra cap. 8.*

u. Vulpes et niſi) Niſus eſt, qui Graecis κίρκος vocatur, vt ex hoc Plinii loco liquido apparet: nam κίρκον Philoſophus appellat. Eſt autem κίρκος Euſtathio p. 1126. εἶδος ἱέρακος, accipitris genus: noſtri, vt quidem arbitror, hac tempeſtate *Eprevier* nuncupant: marem peculiari appellatione, *Mouchet.* Vide N. et Em. N. XCIII. (hic. poſ.) *Vulpes)* Litterulae vnius immutatione integram huic loci ſanationem attulimus: ſic enim prius legebatur. *Vulpes et Nili angues, muſtelae et ſues.* Verum de Niſo ſiue circo loquutum eſſe Plinium, Ariſtotelica plane ſimilia verba demonſtrant, ex H. A. L. IX. c. 2. p. 1003. vbi quum vulpem et circum bellum gerere inuicem dixit, mox ſubdit, muſtelae ac ſuillo genere cum ſerpente inimicitias eſſe: καὶ ἀλώπηξ δὲ καὶ κίρκος. Et p. 1006. ὄφις δὲ γαλῇ καὶ οἱ πολέμιον Phile quoque p. 72. Πάλιν ἀλώπηξ δυσμενῆ κίρκον κρίνει. Et Aelian. H. A. L. V. c. 48. H.

x. Angues) Angues odere, inquit, muſtelae et ſues. Ariſt. p. 1006. H.

y. Aeſalon vocatur parua auis) Falſum hoc. Aeſalon enim vel Suida et Geſnero teſtibus, accipitris genus, quod nos vocamus *Emerillon*, ideoque paruam auem a Plinio dictam putat Geſnerus. *Dal.*

Aeſalon) Quae parua auis dicitur, eademque coruo minor ex Pliniana oratione intelligitur, ea eſſe non poteſt, quae a noſtris aucupibus *Emerillon* appellatur, vt Dalecampio viſum, Scaligero et Bocharto. Haec porro de aeſalonis et corui, vulpiſque inimicitiis, totidem verbis Philoſophus l. c. p. 1007. et ex eo Aelian. H. A. L. II. c. 51. H.

z. Cuius pulli) Aeſalonis videlicet, non corui: nam coruus et vulpes amici. H.

vt aduerſus communem hoſtem. Et acanthis *a.* in ſpinis viuit: idcirco aſinos et ipſa odit, flores ſpinae deuorantes. Aegithum vero [1] anthus *b.* in tantum, vt ſanguinem eorum credant non coire, multiſque [2] ob id veneficiis infament. Diſſident thoës ac leones Et minima aeque *c.* ac maxima. Formicoſam *d.* arborem [3] ſorices cauent. *e.* Librat araneus ſe filo in caput [4] ſerpentis *d.* porrectae ſub vmbra arboris ſuae, tantaque vi morſu cerebrum apprehendit, vt ſtridens ſubinde, ac vertigine rotata, ne filum quidem deſuper pendentis rumpere, adeo non fugere queat: nec finis ante mortem eſt.

XCVI.

1. *Acanthis.* 2. *ideo. M.* 3. *vrucae. M. et V. et Ch.* 4. *lacertae. Ariſt. c. 30. lib. IX. Hiſt.*

a. Et acanthis) Ariſtot. p. 1008. Carduelis eſt, *le Chardonneret.* H.

b. Aegithum vero anthus, etc.) Plutarchus Περὶ Φθόνου. πολεμοῦσι δ' ἀετοὶ καὶ δράκοντες, κορῶναι καὶ γλαῦκος, αἰγιθαλλοὶ καὶ ἀκανθυλλίδες, ὥστε τούτων γε φασὶ μηδὲ τὸ αἷμα κίρνασθαι σφαττομένον, ἀλλὰ κ' ἂν μίξῃς, ἰδίᾳ πάλιν ἀποῤῥεῖ διακρινόμενον. *Dal.*

Aegithum vero) Ariſt. p. 1008. Καὶ ἄνθος καὶ αἴγιθος πολέμιοι. Λέγεται δὲ ὅτι αἰγίθου καὶ ἄνθου αἷμα οὐ συμμίσγεται. *Aiunt aegithi et anthi ſanguinem non commiſceri.* Fortaſſis quia ſanguis alterius pinguioris ſit naturae. H.

c. Et minima aeque) Nec maxima ſolum animalium, inquit, inter ſe diſſident: ſed et aeque minima, vt formicae et ſorices. Corrumpit huius lectionis venuſtatem, vetuſtamque auctoritatem Bochart. de anim. P. I. p. 846. dum legit, *et minima quaeque.* H.

d. Formicoſam) Vbi formicae nidulantur. H.

e. Sorices cauent.) Sic libri quidem impreſſi: at MSS. omnes, *vrucae cauent,* forte pro *erucae*, vel *vricae*, vti dicemus in Nott. et Em. ad L. XI. N. XXXVIII. H.

d. In caput ſerpentis) Quam mira celeritate os pariter filo impediat lacertularum, ac deinde mordeat, deſcribit Philoſophus H. A. L. IX. c. 63. p. 1106. Vt ſtelliones viciſſim araneas vorent, dicetur L. XI. ſ. 31. H.

XCVI. Rurſus amici pauones *e.* et columbae: turtures et pſittaci, merulae [1] et turtures *f.*: cornix *g.* et ardeolae; contra vulpium genus communibus inimicitiis. Harpe et miluus contra [2] triorchem. [3] Quid, et non affectus indicia ſunt etiam in ſerpentibus, immitiſſimo animalium genere? Dicta ſunt *h.*, quae Arcadia narrat de domino a dracone ſeruato, [4] et agnito voce draconi. *i.* De aſpide *k.*

O 4 mira-

1. *Sic et Ch. merulae et turdi Gr. et Al.* 2. *triorchim. M.* 3. *quin et effectus indicia. M.* 4. *et agnita voce draconis. Ch. agnita voce hominis Gr. et Al.*

e. Amici pauones) Id quoque Sappho apud Ouid. Heroid. ep. 21. v. 37. *Et variis albae iunguntur ſaepe columbae, Et niger a viridi turtur amatur aue.* Variam auem pauonem appellat: pſittacum, viridem. De turturis et pſittaci concordia rurſus idem Ouid. Eleg. VI. in mortem pſittaci: *Omnes quae liquido libratis in aere curſus, Tu tamen ante alias, turtur amice, dole. Plena fuit vobis, omni concordia vita etc.* H.

f. Merulae et turdi) Ariſtot. hiſtor. animal. lib. IX. cap. 1. ſic habet: φίλοι κόττυφος καὶ τρυγών. Vnde et hic legendum videtur *Merulae et Turtures.* Adde ex Oppiano in Halieuticis non ſolum Merulas et Turtures aues mutuo ſe amare, ſed etiam piſces iiſdem nominibus. *Dalec.*

Merulae et turtures) Vide N. et Em. N. XCIV. (hic adi) *Mer.)* In libris editis, *merulae et turdi.* Verum R. 1. Par. et Chiffl. *merulae et turtures:* quod multo eſt certius, ipſemet Ariſt. loco proxime cit. p. 1008. κόττυφος inquit, καὶ τρυγών. H.

g. Cornix) Ariſt. p. 1008. Aelian. H. A. L. V. c. 48. H.

h. Dicta ſunt) L. VIII. ſ. 27. H. Dalecampius etiam ita.

i. Agnito voce draconi) Hoc eſt, de domino voce agnito a dracone. Vide N. et Em. N. XCV. (hic adi.) *Agn.)* Ex fide MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. locum hunc reſtituimus: in his enim legitur, *agnito voce draconis:* quod quum primi Plinii editores haud ſatis intelligerent, *agnita voce hominis* reſcripſerunt. Errorem detegit Plinius ipſe eo loco, quem nunc reſpicit L. VIII. ſ. 22. vbi draconem

miraculum [1]Phylarcho *l.* reddatur: is enim auctor est, quum ad mensam cuiusdam veniens in Aegypto aleretur assidue, enixam catulos, quorum ab vno filium hospitis interemptum: illam reuersam ad consuetudinem cibi, intellexisse culpam, et necem intulisse catulo: nec postea in tectum [2]id reversam.

XCVII. (LXXV.) Somni quaestio non obscuram coniectationem habet. In terrestribus, omnia [3]quae conniueant *m.*, dormire manifestum est. Aquatilia *n.* quoque exiguum quidem, etiam qui de ceteris dubitant, dormire tamen [4]existimant: non oculorum argumento, quia non habent genas *o.*: verum

1. *a Philarcho traditur. V. Philarcho quoque Gr.* 2. *id, in V. del.* 3. *quae contuentur. M. quae cor habent. V. priori lectioni adstipulatur quod sequitur, non oculorum argumento.* 4. *aestimant. M.*

nem ait domino suo, *circumuento latronum insidiis, agnitoque voce, subuenisse.* H.

k. De aspide) Vult Plinius fidem rei quam narrat, penes auctorem Philarchum esse. *Gelen.*

l. Phylarcho) Penes auctorem Phylarchum, inquit, sit huius miraculi fides. H.

m. Quae conniueant) Arist. H. A. L. IV. c. 10. p. 499. Vide N. et Em. N. XCVI. (hic coll.) *Quae)* Dalecampio magis placet, *quae contuentur*: ingenti sane errore, codicumque probatiorum contemtu. Aristoteles certe receptam lectionem egregie tuetur. Sic enim ille H. A. L. IV. c. 10. p. 499. Ὅτι ὅσα πεζὰ καὶ ἔναιμα, πάντα καθεύδει καὶ ἐγρηγορεῖ, φανερὸν ποιοῦσι, κατὰ τὴν αἴσθησιν· πάντα γὰρ ὅσα ἔχει βλεφαρίδας, μύοντα ποιεῖται τὸν ὕπνον. *Quae humi degunt, et sanguine concreta sunt, haec omnia dormire ac vigilare sensu ipso manifestum est. Quaecumque enim palpebris praedita sunt, ea conniuent omnia, dum somnum capiunt.* H.

n. Aquatilia) Arist. p. 500. H.

o. Genas) Hoc est, palpebras, βλέφαρα, quibus conniuemus. Vide quae dicturi sumus Libro sq. §. 57. et 58. H.

verum [1] ipſa quiete cernuntur placida, [2] ceu ſoporata, neque [3] aliud quam caudas *p.* mouentia, et ad tumultum aliquem [4] expaueſcentia. De thynnis *q.* confidentius affirmatur: iuxta ripas enim aut petras dormiunt. Plani autem *r.* piſcium in vado, vt manu ſaepe tollantur. Nam Delphini *s.*, balaenaeque ſtertentes etiam audiuntur. Inſecta quoque *t.* dormire ſilentio apparet, quia ne luminibus quidem admotis excitentur.

XCVIII. Homo genitus premitur ſomno per aliquot menſes: deinde longior in dies vigilia. Somniat ſtatim infans *u.*: nam et pauore expergiſcitur,

1. *In ipſa. V.* 2. *ſeu Gr.* 3. *alio quam caudis ſe mou. V. in vulgata lectione legitur, caudis. Ch.* 4. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. M. et Ch. expauentia Gr. et Al.*

p. Quam caudas) In MSS. *caudis.* Forte, *caudis ſe mouentia.* H.

q. De thynnis) Ariſt. p. 502. *Thynnorum ſpeculatores*, inquit, *retibus cingunt dormientes, quod vident capi poſſe per quietem, quum albuginem oculorum ſemiapertam oſtendunt.* Igitur id vel aliqua oculorum nictatione fit, aut verſatione orbium. H.

r. Plani autem) Ariſt. p. 502. H.

s. Delphini etc.) Ariſt. p. 504. dormire hos ait fiſtula ab aquis exſtante, per quam et reſpirent, δι' ἧς καὶ ἀναπνέουσι. H.

t. Inſecta quoque) Ariſt. p. 504. apes in exemplum affert. H.

u. Somniat ſtatim infans) Infantes non ſtatim ſomniare, auctor eſt Ariſtoteles libro de inſomniis, capite tertio: et libro de animalium hiſtoria quarto, capite decimo. Idem tamen libro ſeptimo, ſomniare aſſerit. At rurſus negat libro de diuinatione per inſomnium. Familiare hoc Ariſtoteli, vt ſaepenumero repugnantia ſibi loquatur. Quod qui ignorat, parum ſe in eius lectione verſatum oſtendit. Non quod ſua ipſius placita Ariſtoteles refellat, reſcindatue, ſed quod varia et interdum diffidentia diuerſorum auctorum dogmata literis mandare, vtile et e republica literaria eſſe duxerit. *Pint.*

tur, et fuctum imitatur. Quidam vero numquam *x.* quibus *y.* mortiferum fuiſſe ſignum contra conſuetudi-

Pint. Somniat ſtatim infans) Negat hoc Ariſtoteles lib. IV. de Hiſt. Anim. *Nuper*, inquit, *in lucem editi, et infantes ante quartum aut quintum aetatis annum fere non ſomniant.* Sed cur pauore expergiſcuntur et ſuctum imitantur? Reſpondet de Animal. gen. lib. V. *Infantes*, inquit, *dum vigilant non rident: quum dormiunt, et rident et flent quandoque.* Numquid ergo ſomniare dici poſſunt, qui ea dormientes faciunt, quae numquam fecere vigilantes? Igitur ſomnia, inquit, non ſunt quaecumque dormiendo aguntur, ſed praeter ſomnia: vt iis qui dormientes reſurgunt, ambulant et loquuntur ridentque, inquit, eodem modo, quo qui vigilant, accidunt haec, et obſeruantur quidem penitus, ſed non vt ſomnia. Idem tamen auctor lib. VII. *Infantes*, inquit, *ſomniant, ſed ſero meminiſſe poſſunt imaginum.* Quid igitur; contradicit ipſe ſibi Ariſtoteles? minime: ſed hoc ſentit, quod infantes, ſi minus proprie loquendum ſit, ſomniant: ſi proprie, non ſomniant. Sed haec alibi fuſius ediſſerenda ſunt. *Hermolaus Barbarus.*

Somniat ſtatim) Negat Ariſt. l. c. p. 505. infantum ante quartum quintumue annum inſomnia efficere. Affirmat diſertis verbis idem, Hiſt. L. VII. c. 13. p. 845. de infantibus ante XL. diem, quos et ridere et flere inter dormiendum ait, vti experientia quotidiana comprobatum abunde eſt. Negat idem alibi, rurſus, ſub finem libri de inſomniis, p. 696. ſed fruſtra negat. Suctu enim per quietem ſe ipſos imitantur, et rident, vix dum anniculi. H.

x. Quidam vero numquam) Ex humorum craſſitudine, hebetudine, immobilitate, quibus ſpiritus non offeruntur. H.

y. Quibus, etc.) Exemplar Salmanticenſe, *Contra conſuetudinem ſomniorum.* Lego, *Contra conſuetudinem ſomniare.* Poteſt tamen legi *Somnium*, idemque eſt ſenſus; nec aliter apographum Toletanum legit, ſed neſcio qua ratione implet magis animum *ſomniare.* Pint. *Quibus mortiferum, etc.)* Vt Cleon ex Daulia, et Thraſymedes. Plutarch. lib. de oraculis. Rhodig. cap. 16. XXVII. Tertullianus lib. de anima.

tudinem z. [1] somnium, inuenimus exempla. *a.* Magnus hic *b.* [2] inuitat locus, et diuersis refertus documentis, vtrumne sint aliqua praescita animi quiescentis: qua fiant ratione, an fortuita res sit, vt pleraque. Et si exemplis agatur, profecto paria fiant. [3] A vino *c.* et a cibis proxima, atque in [4] redormitatione *d.* vana esse visa, prope conuenit. Est autem

1. *Somnum.* *Ch.* 2. *in vita.* *Ch.* 3. *Autumno.* *Ch.* 4. *redormitione.* *M.* *et Ch.*

anima. Leopardus cap. 2. VIII. *Dalec.*

z. *Contra consuetudinem)* Neronem numquam somniare solitum, tradit Suetonius, sub extremum vitae tempus euidentibus portentis somniorum territum fuisse. *Dal.*

Contra consuetudinem) Qui enim numquam somniarunt, deinde praeter consuetudinem somniant, valetudinem in iis fuisse mutatam vel ad morbum vel ad mortem, ait Arist. l. c. H.

a. Exempla) Suet. in Nerone de eius vita, c. 46. *Tenebatur ad haec euidentibus portentis somniorum — — numquam antea somniare solitus.* Tertullianus L. de anima; hoc ipsum de Nerone ex Suetonio: de Thrasymede, ex Theopompo recitat. De Thrasymede eodem, et de Cleone, Plutarch. de def. orac. p. 437. H.

b. Magnus hic) Habet in eam rem multa eleganter ac erudite Lactantius, L. de opif. Dei c. 18. p. 580. quae tu, si vacat, consule. De toto hoc argumento Macrobium vide in Somn. Scip. L. I. c. 3. p. 10. cui capiti lemma, *Quinque esse genera somniandi.* Aristotelem quoque Lib. de diuin. per somn. c. 1. p. 697. et 698. H.

c. A vino) Vide N. et Em. N. XCVII. (hic adi.) *A vino)* In quibusdam MSS. legitur *autumno:* sed plane, vt quidem videtur, contra scriptoris mentem; qui L. XXVIII. s. 14. ex Aristotele et Fabiano tradit, circa ver et autumnum plurimum somniari. H.

d. In redormitatione) Horat. *Atque ego cum Graecos facerem, natus mare citra. Versiculos, vetuit me tali voce Quirinus, Post mediam noctem visus, cum somnia vera.* Dal.

autem ſomnus *e.* nihil aliud, quam animi in medium ſeſe receſſus. Praeter hominem *f.* ſomniare, equos, canes, boues *g.*, pecora *h.*, capras, palam eſt. Ob hoc creditur [1] et in omnibus, quae animal pariant. *i.* De iis, quae oua gignunt, incertum eſt: ſed dormire ea, certum. Verum ad inſecta [2] tranſeamus: [3] haec namque *k.* reſtant immenſae ſubtilitatis animalia: quando aliqui ea neque ſpirare, et [4] ſanguine etiam carere prodiderunt.

1. *Et omnia.* V. 2. *tranſeamus. Haec namque reſtant.* M. 3. *Voces hae namque non ſunt ap.* Gr. 4. *ſic ex MSS. em. Hard. M. conſ. et ſine ſanguine eſſe etiam prodiderunt.* Gr. et Al.

e. Eſt autem ſomnus) Lucret. L. IV. v. 914. ſomni cauſas ſcrutatus, ita cecinit: *Principio ſomnus fit, vbi eſt diſtracta per artus Vis animae, partimque foras eiecta receſſit, Et partim contruſa magis conceſſit in altum. Diſſoluuntur enim tum demum membra, fluuntque. Nam dubium non eſt, animai quin opera ſit Senſus hic in nobis: quem quum ſopor impedit eſſe, Tum nobis animam perturbatam eſſe putandum eſt, Eiectamque foras: non omnem: namque iaceret Aeterno corpus perfuſum frigore leti. Quippe vbi nulla latens animai pars remaneret In membris, cinere vt male latet obrutus ignis, Vnde reconflari ſenſus per membra repente Poſſit vt ex igni coeco conſurgere flammam, etc.* H.

f. Praeter hominem) Ariſt. iisdem verbis H. A. L. IV. c. 10. p. 500. H.

g. Equos, canes, boues) Stantes: vnde feſtiue Plautus in Menaech. *Certe haec mulier cantherino ritu adſtans ſomniat.* Dalec.

h. Pecora) Oues, πρόβατα. H.

i. Quae animal pariant) Et quae ſint quadrupeda, πᾶν τὸ τῶν ζωοτόκων, καὶ τετραπόδων γένος. Ariſt. l. c. H.

k. Haec namque etc.) Haec verba vſque ad finem referuntur in editione Gronouii ad initium ſequentis libri, ita tamen vt minuſculis literis capitis primi praefigantur principio, vnde colligere licet, editorem dubium fuiſſe num genuina ſint. Verum quum in MSS. codd. Harduini reperiantur, omnis dubitatio euaneſcit protinus.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XI.

I. (I.) Multa haec et [1] multigenera *a.*, terreſtrium *b.* [2] volucrumque [3] vita. Alia pennata, vt apes: alia vtroque modo *c.*, vt formicae: aliqua et pennis

1. *Sic et Turn. M. et Ch. multigena Gr. et Al.* 2. *ſic et M. atque. Ch. volucrium Gr. et Al.* 3. *vita. Alia pedibus gradiuntur, vt aſelli: alia pennata.*

a. Multigenera) Vide N. et Em. N. I. (paulo poſt) Inſ cta porro hoc loco ſubintellige, ex vltima ſuperioris libri ſententia. Sunt enim haec apta inter ſe, et connexa. *Multigenera*) Libri editi *multigena*, verbo quidem ſatis bono, et quod culpare nemo iure poſſit. Verum iſtud emendatorum tantum iudicio, illud chirographorum, R. 1. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. vet. Dal. aliorumque auctoritate nititur: quod qui minus probauerit, illud etiam Plautinum improbet, in Capt. Act. I. Sc. 1. v. 56. *Multis et multigeneribus opus eſt tibi Militibus.* Similiter *bigenera* Feſtus, ſed alio ſignificatu dixit, *Bigenera dicuntur animalia ex diuerſo genere nata, vt leopardus ex leone et panthera, mulus ex equo et aſina.* Eorumdem codicum fide mox legimus. *Non tota inciſura eam ambiente ruga, ſed in aluo - - imbricatis flexili vertebris:* quoniam libri reconditi, *eam ambiente*, et *flexili*, conſtanter fideliterque exhibent: non vt editi, *eas ambiente rugas, et flexilibus:* quod ante nos, et Turnebus in libris ſuis vidit, ipſo prodente Aduu. L. X c. 5. p. 288. H.

b. Terreſtrium) Quoniam alia terreſtrium ritu, pedibus gradiuntur, vt iulus, et centipeda: alia volucrum more, alata ſunt, vt apes et veſpa, Ariſt. H. A. L. IV. c. 1. p. 401. H.

c. Vtroque modo) Idem quoque genus, inquit, et alatum eſt, et alis caret, vt formicae: namque ex his quaedam volant, quaedam alas nullas habent. Ariſt l. c. Locuſtae idem, quaedam alas habent, quaedam nullas. H.

pennis et pedibus carentia *d.*: iure omnia inſecta *e.* appellata ab inciſuris *f.*, quae nunc ceruicum loco, nunc pectorum atque alui, [1] praecincta ſeparant membra, tenui modo *g.* fiſtula *h.* cohaerentia. Aliquibus vero non [2] tota inciſura, [3] eam ambiente ruga: ſed in aluo, aut ſuperne tantum, imbricatis [4] flexili *i* vertebris, nuſquam alibi ſpectatiore naturae rerum artificio. (II.) In magnis ſiquidem corporibus, aut certe maioribus, facilis officina *k.* ſequaci materia fuit. [5] In his tam paruis, atque tam nullis, quae ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio? vbi tot ſenſus collocauit in culice? et ſunt alia dictu minora. Sed vbi viſum in eo praeten-

1. *Praecinctu*, ὑποζώματι διαιρεῖσι. *Ariſt. de cicadis.* 2. *tota inciſura eorum. V.* 3. *ſic et Turn. et Ch. eas ambiente rugas, Gr. et Al.* 4. *ſic et Turnebus. imbricatis flexilibus vertebris Gr. et Al.* 5. *In his vero tam. M.*

d. Pennis et pedibus carentia) Vt lumbrici. *Dalec.*

Aliqua et pennis) Vt terreni vermes. H.

e. Inſecta) Graecis ἔντομα. *Dal.*

f. Inciſuris) Secturis, ſegmentis, commiſſuris, quibus inſectorum partes aptae ſunt inter ſe, et cohaerent. Ἐντομὰς Philoſophus appellauit, l. c. H.

g. Tenui modo) Tenui tantum et fiſtuloſo cibi ac ſpiritus meatu inter ſe cohaerentia, ſiue tenui tantum fiſtula cohaerentia. Aliquibus vero non abſoluta *in orbem* inciſura eſt, quoniam ambit eam *ex parte* cutis rugoſa: ſed in aluo tantum, aut ſuperne in dorſo flexilis eſt ea ruga, *conſtatque* vertebris imbricum more poſitis. H.

h. Fiſtula) Meatu fiſtuloſo cibi et ſpiritus. *Dal.*

i. Imbricatis flexili) Inciſura videlicet flexili, vertebris ſiue commiſſuris imbricum modo inuicem inſidentibus. H.

k. Facilis officina, etc.) Animalium procreatio ac effectio, perfectio, vt paulo poſt. *Dal.*

Officina) Molitio, fabricatio. H.

tendit? vbi guſtatum applicauit? vbi odoratum inſeruit? vbi vero truculentam illam et portione maximam vocem ingenerauit? qua ſubtilitate [1] pennas annexuit? praelongauit pedum crura *l.*? diſpoſuit ieiunam caueam, vti aluum? auidam ſanguinis, et potiſſimum humani, ſitim accendit? Telum vero perfodiendo tergori *m.*, quo ſpiculauit ingenio? Atque vt in capaci *n.*, quum cerni non poſſit exilitas, ita reciproca *o.* [2] geminauit arte *p.*, vt fodiendo acuminatum pariter, ſorbendoque fiſtuloſum eſſet. Quos teredini *q.* ad perforanda robora cum ſono teſte dentes affixit, potiſſimumque e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros, taurorumque colla, et truces in ſublime iactus *r.*: tigrium rapinas, leonum iubas, quum rerum natura nuſquam magis, quam in minimis, tota ſit. Quapropter quaeſo, [3] ne noſtra, quo-

1. *Pinnas adnexit. Cb.* 2. *generauit. M. et Cb. reciprocam geminauit. Dal.* 3. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. M. ne haec legentes Gr. et Al.*

l. Praelongauit pedum crura) Obſerua. *Dalec.*

m. Tergori) Cuti, corio. H.

n. Vt in capaci) Nec minore ſolertia, (quamquam id telum, ob exilitatem, cerni oculis vix poteſt,) quam ſi in capaciore materia naturae induſtria ſe exercuiſſet, ad geminos vſus illud natura fabricata eſt. Culex, *vn moucheron.* H.

o. Reciproca geminauit arte) Duplici, mutuo ſibi conſentiente. *Dal.*

Reciproca) Gemina vi inſtruxit, gemina dote. H.

p. Geminauit arte) MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Par. etc. *Generauit.* H.

q. Quos teredini) De teredine dicemus, L. XVI. ſ. 80. H.

r. In ſublime iactus) Quam vim prae ſe ferant, dum vi quaedam arrepta in ſublime iaciunt, illi promuſcide, hi cornibus. H.

quoniam ex his *s.* [1] spernunt multa, etiam relata fastidio damnent, quum in contemplatione naturae nihil possit videri superuacuum.

II. (III.) Insecta multi *t.* negarunt spirare, idque [2] ratione persuadentes, quoniam in [3] viscera interiora nexus spirabilis non inesset. *u.* Itaque viuere vt fruges, arboresque: sed plurimum interesse, spiret [4] aliquid, an viuat. Eadem de causa nec sanguinem iis esse, qui sit [5] nullis *x.* carentibus corde atque iecore. Sic nec spirare *y.* ea, quibus pulmo desit.

1. *Spernuntur. V.* 2. *ea ratione. M.* 3. *per viscera interiora nexus. M. viscera interiora nexus Ch. visceri interior nexus. V. visceri interiori nexus Gr. et Al.* 4. *aliquis. M.* 5. *nullus. M.*

s. Ex his) Ex insectis, multi vero multa spernunt: ne tamen etiam ea, quae *de iis* narrantur, fastidiose damnent. H.

t. Insecta multi) Arist. sane negat H. A. L. IV. c. 9. p. 488. οὐδὲν γὰρ ἀναπνεῖ τῶν ἐντόμων. H.

u. Nexus spirabilis non inesset) Arteriae, per quam spiramus, connexus ac contextus. *Dal.*

Nexus spirabilis) Arteria ad pulmonem pertinens, quod vnicum vocis edendae, quae proprie vox sit, instrumentum est. Vide N. et Em. N. II. (hic pos.) *Nexus*) A MSS. exemplarium fide emendatores desciuere, qui sic ediderunt: *quoniam visceri interiori nexus*, etc. Ea enim *viscera interiora* constanter exhibent: nos in *viscera* restituimus, repetita vocula *in*, quae temere librariis excidit, propterea quod vltimae superioris vocis syllabae, *quoniam*, adhaerescere videbatur. Arteriam, vt diximus, intelligit, quae ad pulmonem pertinet. At Philosophus scribit H. A. L. II. c. 18. p. 245. quodcumque aeris receptione spirat, id gulam arteriamque, atque etiam pulmonem habere: ὅλως δὲ πάντα ὅσα τὸν ἀέρα δεχόμενα, ἀναπνεῖ καὶ ἐκπνεῖ, πάντ᾽ ἔχει πνεύμονα, καὶ ἀρτηρίαν, καὶ στόμαχον. H.

x. Qui sit nullis) Aristotelis quoque haec placita sunt, H. A. L. II. c. 18. p. 246 et 247. H.

y. Sic nec spirare) Arist. p. 245. H.

desit. Vnde numerosa quaestionum *z*. series exoritur. Iidem enim et vocem *a*. esse his negant, in tanto [1] murmure apium, cicadarum sono, et aliis quae suis aestimabuntur locis. [2] Nam mihi contuenti se persuasit *b*. rerum natura, nihil incredibile existimare de ea. Nec video *c*., cur [3] magis possint non trahere animam talia, et viuere, quam spirare sine visceribus: quod etiam in marinis docuimus *d*., quam-

1. Sic ex MSS. em. Hard. apum Gr. et Al. 2. nam contuenti semper suasit. M. 3. magis non possint trahere animam talia, et spirare quam viuere. Dal.

z. Vnde numerosa quaestionum, etc.) Aristotelem tacite carpit cap. 4. lib. IV. Histor. *Dal.*

a. Iidem enim et vocem) Philosophus subtili admodum disputatione, H. A. L. IV. c. 9. p. 486. vocem a sono differre statuit: sermonem ab vtroque: sonum et vocem aere eliso fieri, nec differre nisi instrumentis: quoniam ore tantum fit vox: sonum in insectis, ab attritu membrorum: sermonem, articulatione vocis. Negat deinde alia parte, quam gutture, vocem edi: quamobrem, quae pulmone carent, atque adeo gutture siue arteria, carere eadem pariter omni voce. H.

b. Se persuasit) MSS. omnes, *semper suasit*. H.

c. Nec video) Nec video, inquit, intelligi posse expeditius quidquam, quod spiritum aeremque non trahat, viuere: quam spirare aliquid, quod visceribus hisce careat. Nam sine internorum viscerum pulmone spirare marina docuimus: Libro nempe IX. s. 6. *quoniam et pulmonum vice aliis possunt alia spirabilia inesse viscera, ita volente natura: sicut et pro sanguine est multis alius humor. etc.* Vide N. et Em. N. III. (hic adi.) *Nec video*) Locum hunc siue praepostera emendatione, siue peruersa interpretatione Dalecampius deprauauit, in margine editionis suae ita rescribens: *Nec video cur magis non possint trahere animam talia, et spirare, quam viuere.* Nec minus temere paulo post, adiectis vocibus nonnullis, Plinianum contextum interpolat; *Et quamuis non sint membra, velut marinis, quae sensus;* etc. H.

d. Docuimus) Capite 7. lib. IX. *Dalec.*

quamuis *e.* arcente [1] ſpiratum *f.* denſitate et altitudine humoris. Volare quidem aliqua, et animatu carere [2] in ipſo *g.* ſpiritu viuentia, habere ſenſum victus, generationis, operis, atque etiam de futuro curam: et quamuis non ſint [3] membra, quae velut carina ſenſus inuehant, eſſe tamen his auditum *h.*, olfactum, guſtatum, eximia praeterea naturae dona, ſolertiam, animum, artem, quis facile crediderit? Sanguinem non eſſe his fateor, ſicut ne terreſtribus quidem cunctis, verum ſimile quiddam. Vt [4] Sepiae *i.* in mari ſanguinis [5] vicem *k.* atramentum obtinet, purpurarum generi infector ille ſuccus: ſic et inſectis quiſquis eſt vitalis humor, hic erit et [6] ſanguis. Donec *l.* aeſtimatio ſua cuique

1. *Sic M. et Tol. ſpiritum Gr. et Al.* 2. *ſine ipſo. D. et in ipſo. Ch.* 3. *membra, velut marinis, quae ſenſus. D.* 4. *ſepia. i. m. ſ. vice. V.* 5. *vires. M. et Ch.* 6. *Sanguis. Sed. V.*

e. Quamuis) Quamuis prohibeat ſpirandi facultatem denſitas et altitudo maris. H.

f. Spiratum) Sic MSS. omnes, non *ſpiritum.* Sic Tullius *reſpiratum*, quod idem eſt, pro ſpiratione, ſeu reſpiratione dixit, de N. D. L. II. H.

g. Animatu carere in ipſo, etc.) Obſeruatione dignum. *Dal.*

Et animatu) Quis credat ſpirandi facultate carere ea quae in medio ſpiritu, hoc eſt, in medio aere viuunt? quibus ineſt auditus, olfactus, guſtatus, quamquam iis ea membra deſunt, quibus in ceteris animantibus, ceu carina aliqua, ſenſus inuehuntur? H.

h. Eſſe tamen his auditum, etc.) Hos ſenſus inſectis Ariſtoteles tribuit cap. 7. lib. IV. Hiſt. *Dal.*

Eſſe tamen his) Ariſt. H. A. L. IV. c. 8. p. 483. H.

i. Vt ſepiae) Vide quae diximus L. IX. ſ. 45. de ſepia: de purpura eodem libro, ſ. 60. H.

k. Sanguinis vicem) MSS. omnes, *Sanguinis vires.* H.

l. Donec) Dum erit fas vnicuique, vt libuerit, rem aeſtimare. H.

que ſit, nobis propoſitum eſt, naturas rerum manifeſtas indicare, non cauſas [1] iudicare dubias. *m.*

III. (IV.) Inſecta, vt intelligi poſſit, non videntur neruos habere, nec oſſa, nec ſpinas, nec cartilaginem, nec pinguia *n.*, nec carnes, [2] ne cruſtam quidem fragilem, vt quaedam marina *o.*, [3] nec quae iure *p.* dicatur cutis: ſed mediae cuiuſdam inter omnia haec naturae corpus, arenti ſimile, neruo mollius, in reliquis partibus *q.* ſiccius [4] vere *r.*, quam durius. Et hoc ſolum [5] his eſt, nec praeterea aliud. [6] Nihil intus *s.*, niſi admodum paucis inteſtinum implicatum. Itaque diuulſis *t.* praecipua viuacitas, et

1. *Indagare. M.* 2. *nec. M.* 3. *neque iure dicetur. M.* 4. *fere. Turn. vero. Ch. verius Gr. et Al.* 5. *in his eſt. M.* 6. *Legendum videtur, Nihil intus, niſi inteſtinum, admodum paucis replicatum, ex Ariſt. l. IV. animal. c. 7.*

m. Iudicare dubias) Rectius vt in R. 2. Par. et vet. Dalecampii *indagare.* H.

n. Nec pinguia) Nec adipem, ἐδὲ πιμελὴν, quia carent ſanguine nimirum, quae adipis materia eſt. Ariſt. H. A. L. IV. c. 6. p. 470. H.

o. Vt quaedam marina) Vt locuſtae, et cancri, de quibus L. IX. ſ. 50. H.

p. Nec quae iure) Ariſt. δέρμα δ᾽ ἔχουσι μὲν, πάμπαν δὲ τοῦτο λεπτόν. *Cutem quidem, ſed praetenuem habent.* H.

q. In reliquis partibus) Iis nimirum, quae vulgo extra corpus cenſentur: cuiuſmodi ſunt tauri et ſcarabaei cornua: ſunt enim haec multo, quam ſint cruſtae cochlearum, duriores, vt quidam loquuntur: ſiue, vt Plinius maūult, ſicciores. H.

r. Siccius vere) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Editi perperam, *verius.* H.

s. Nihil intus) Neque alia intus viſcera, praeter inteſtinum, quod in paucis admodum eſt implicatum, ſiue inflexum. Ariſt. p. 471. ἔντερόν ἐστι, τοῖς μὲν πλείστοις εὐθὺ, καὶ ἁπλοῦν, μέχρι τῆς ἐξόδου ἐστὶν, ὀλίγοις δ᾽ ἑλιγμὸν ἔχει. Sic enim ex Plinio liquet legi oportere non ὀλίγον, vt vulgo habetur in editis. H.

t. Itaque diuulſis) Inſecta omnia

et partium ſingularum palpitatio. Quia quaecumque eſt ratio vitalis, illa non certis ineſt membris, ſed toto in corpore, minime tamen [1] capite *u.*, ſolumque non mouetur, niſi cum pectore auulſum. In nullo genere plures ſunt pedes. Et quibus ex his plurimi, diutius viuunt diuulſa, vt in ſcolopendris videmus. Habent autem oculos, [2] praeterque *x.* e ſenſibus tactum atque guſtatum: aliqua et odoratum, pauca et auditum.

IV. (V.) Sed inter omnia ea principatus apibus, et iure praecipua admiratio, ſolis ex eo genere hominum cauſa genitis. Mella contrahunt, ſuccumque dulciſſimum atque ſubtiliſſimum, ac ſaluberrimum. [3] Fauos confingunt et [4] ceras, mille ad vſus *y.* vitae:

1. Caput, ſolumque. M. 2. *praeterque ſenſus. Parm.* 3 *Alias ſic: Fauos confingunt et ceras, illae ad vſus vitae. Laborem tolerant, etc. ſic et Ch.* 4. *ceras. Illae ad vſus Gr. et Al.*

omnia, etiam praeciſa, vitam retinent. Reliquum fere caput, exſtat totidem fere verbis ap. Ariſt. H. A. L. IV. c. 6. p. 466. H.

u. Minime tamen capite) Siue, *in capite.* Facit hoc contra Galenum, qui ruditer nimis putauit in cerebro ſedem eſſe primariam animae, non in corde; quum tamen etiam anguillarum, et ſerpentium caput praeciſum non viuat: ceterum corpus viuat diu: ſine pectore autem, ἄνευ δὲ τούτου, inquit Philoſophus l. c. de inſectis agens, ἡ δὲ κεφαλὴ οὐ ζῇ, *non viuit caput.* H.

x. Praeterque) Praetereaque. Haec ſunt et apud Ariſtotelem, H. A. L. IV. c. 8. p. 477. H.

y. Mille ad vſus) Vide N. et Em. N. IV. (paulo poſt) Interim huic Plinianae diſputationi de apibus, ſi quis Gallicam diſſertationem D. Maraldi adiunxerit, quae eſt, in Hiſt. Acad. Reg. Scient. anni 1712. a p. 299. ad p. 335. plurimum ex ea lectione eruditionis colliget et voluptatis *Fauos*) Sic R. 2. Par. et Chiffl. At R. 1. *et cetera ſimile*, mendoſe. Editi, *et ceras. Illae ad vſus*, haud paulo corruptius. H.

vitae: laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, consilia priuatim ac duces gregatim; et quod maxime mirum sit, mores habent. Praeterea, quum sint *z.* neque mansueti generis, neque feri *a.*: [1] tamen tanta est natura rerum, vt prope ex vmbra *b.* [2] minimi animalis, incomparabile effecerit quiddam. Quos efficaciae industriaeque tantae comparemus neruos? quas vires? [3] quos rationi *c.* medius fidius viros? hoc certe praestantioribus, quo nihil nouere, nisi commune. *d.* Non sit de anima quaestio: constet et de sanguine, quantulum tamen esse in tantulis potest? Aestimemus postea ingenium.

V. (VI.) Hieme conduntur. *e.*: vnde enim ad pruinas niuesque, et Aquilonum flatus perferendos vires?

1. Tamen, in M. d. tantum natura ver. Ch. *2. minima animalis, incorporabile. Tol. non recte.* *3. ratione. Ch.*

z. Quum sint etc.) Apum feram esse naturam Iustinianus in Instit. *tit. de rerum diuisione*, et Caius *l. V. ff. de acquirendo rer. dom.* Auctor posthac cap. 18. eas distinguit in rusticas siue sylvestres et vrbanas: Varro in feras et cicures. Aristoteles sex earum genera recenset. Apes feras nouit Paulus in *l. Si apes. ff. de furtis.* Magius cap. 3. lib. 1. *Dalec.*

a. Neque feri) Ea de re diximus, L. VIII. s. 82. H.

b. Vt prope ex vmbra) In vmbratili, vt ita dicam, animali, summa quaedam industriae, solertiae, virium argumenta atque indicia natura conclusit. H.

c Quos rationi) Quos rationi, *qua vti videntur apes*, medius filius, comparemus viros? H.

d. Nisi commune) Omnia in commune conferunt, consuluntque. Virg. Georg. L. IV. v. 153. *Solae communes natos, consortia tecta Vrbis habent, magnisque agitant sub legibus aeuum, Et patriam solae, et certos nouere penates.* Et mox: *Et in medium quaesita reponunt.* H.

e. Hieme conduntur) Arist. H. A. L. VIII. c. 18. p. 928. H.

vires? Sane et insecta *f.* omnia: sed minus diu: quae parietibus nostris occultata, mature tepesiunt. Circa apes aut temporum locorumue ratio mutata est, aut errauerunt priores. Conduntur *g.* a Vergiliarum occasu, sed latent vltra exortum *h.*: adeo non ad veris initium *i.*, vt dixere *k.*, [1] nec quisquam *l.* in Italia

1. *Nec quisquam in It. de eis aliter (de aliis. Ch.) exist. Turn. nec vt quisquam in Italia de alueis Gr. et Al.*

f. Sane et insecta) Arist. l. c. Τὰ δ᾽ ἔντομα σχεδὸν ἅπαντα φωλεῖ, πλὴν εἴ τι ἐν ταῖς οἰκήσεσι συνανθρωπεύεται αὐτῶν. *Insecta paene omnia latent, nisi si qua ex ipsis in domiciliis nobiscum agitant:* nam ea scilicet tepore aedium muniunt se aduersus gelu. H.

g. Conduntur) Arist. p. 929. Incidit porro Vergiliarum occasus in diem XLIV. post aequinoctium auctumnale, vt alias monuimus. H.

h. Vltra exortum) Qui incidit in diem XLVIII. post aequinoctium vernum, vti dicetur, L. XVIII. s. 59. hoc est, circa diem quintum Idus Maias, ait Columella, L. IX. c. 14. H.

i. Non ad veris initium) Quod Homerus ἔαρ νέον χεομένας μελίττας, veris tempus innui significarique Porphyrius censet, quo ad opus laboremque apes exeunt: νέον enim τὸ ἔαρ dixerunt. Pythagoras autem hiemem πατέρα τῶν καιρῶν vocat. Rhodig. capite 35. XXIII. *Dalec.*

k. Vt dixere) Aristot. metam latendi ad ver vsque p. 929. μέχρι τοῦ ἔαρος, a Vergiliarum occasu definiit. Sed, vt est rite Plinius antea praefatus, locorum ratio potest esse diuersa: potest id quod Aristoteles pronuntiauit, in Graecia verum esse: in Italia, quod Plinius.

l. Nec quisquam) Nemo, inquit, in Italia ita de aluis, hoc est, de aluearibus existimat, vt veris initio putet, aut ante Vergiliarum exortum, apes ad opus et laborem exire, aut soboli procreandae vacare. Tum enim Hyginus apud Columellam, l. c. incipere ait examina viribus et numero augeri, etc. Et Virgil. Georg. L. IV. v. 51. *Cum Sol caelum aestiua luce reclusit, Illae continuo saltus syluasque peragrant, Purpureosque metunt flores*, quos certe non ver statim primum emittit, sed adultum iam, et affectum. H.

Italia [1] de aluis existimat. Ante fabas *m.* florentes [2] exeunt ad opera et labores, nullusque, quum per caelum licuit, otio perit dies. Primum fauos *n.* construunt, ceram fingunt, hoc est, domos cellasque faciunt. Deinde sobolem, postea mella, ceram ex floribus, melliginem *o.* e lacrymis arborum, quae glutinum *p.* pariunt, salicis, vlmi, arundinis, succo, gummi, resina. His primum *q.* alueum *r.* ipsum

P 4 intus

1. *De aliis. M. lego, de illis.* 2. *sic et M. neque legitur non in Ch. sed neque Turneb. agnoscit. florentes non exeunt Gr. et Al.*

m. Ante fabas) Ante Idus Maias. Vide N. et Em. N. V. (hic pos.) *Ante f.*) Non solis exemplaribus manu exaratis, sed et experientiae aduersantur ii, qui negationem huic sententiae hactenus adiecerunt: *Ante fabas florentes non exeunt.* Plinio quoque ipsi refragantur, qui prioris fauorum ac mellis vindemiae assignant diem tricesimum ab educto examine, s. 14. peragique fere mense Majo censet. H.

n. Primum fauos) Quae deinceps, reliqua sectione hac continentur, habet etiam Arist. H. A. L. IX. c. 64. p. 1108. H.

o. Melliginem) Materiam e qua fit Commosis, Pissoceras, Propolis. Vide aliam melliginis significationem cap. 27. lib. XII. *Dal.*

Melliginem) Melligo vocatur primum veluti tectorium, quo solum apes obliniunt, contra bestiolarum incursus. H.

p. Quae glutinum) Quae sunt quoque modo glutinosae; quae succum exsudant gummi vel resinae modo. De salicis succo L. XXIV. s. 37. arundinis, s. 50. H.

q. His primum alueum ipsum, etc.) Primum tectorium κόμμωσις est, gummitio. Materia ex qua fit, amara et glutinosa, Aristot. μίτυς, Varroni lib. III. Erithace, Plinio Melligo. Colligitur ea ex succo gummi, resinae, salicis, vlmi, arundinis: Aristoteli quasi cerae excrementum, valde nigra, acris odoris, ad plagas et suppurationes vtilis, et longe Pissocero valentior. *Dal.*

His primum) Arist. p. 1109. H.

r. Alueum) *Aluum* MSS. omnes vbique exhibent: et aluum pro alueo, seu aluea-ri veteres passim dixere. H.

intus [1] totum, vt quodam tectorio, illinunt, et aliis amarioribus succis contra aliarum bestiolarum auiditates: id se facturas consciae, quod concupisci possit. His deinde fores s. quoque latiores [2] circumstruunt. t.

VI. (VII.) Prima fundamenta, [3] commosin vocant periti u., secunda pissoceron x., tertia propolin,

1. *Totum, ac etiam pauimentum. Arist. c. 4. lib. IX. Hist.* 2 *circum obstruunt e Varrone et loc. cit. Arist.* 3. *Mityn. V.*

s. *His deinde fores quoque latiores circumstruunt)* Verbum *His* superfluit, ex exemplari Toletano: et videtur mihi aptiorem *Arctiores*, quam *Latiores*. Pint. Aristoteles: καὶ τὰς εἰσόδους περιοικοδομοῦσιν ἐὰν εὐρεῖαι ὦσιν.

t. *Circumstruunt)* Hoc est, accessionem materiae adiungunt ostiis, si latiora sunt. Καὶ τὰς εἰσόδους δὲ περιοικοδομοῦσιν, ἐὰν εὐρεῖαι ὦσιν. Arist. Alb. iterum, ex Philosopho, vt apparet, de anim. L. VIII. tr. 4. c. 3. p. 267. *Et si foramina, per quae sunt introitus, forte fiunt minus ampla, huiusmodi florum illinitionibus strictos eos faciunt.* H.

u. *Commosin vocant periti)* Corium primum. Quidam legunt κόνησιν vel κωνίασιν nimirum tectorium, et illitionem, quae fauorum primum fundamentum est, καλοῦσι δὲ οἱ μελιττουργοὶ τοῦτο κώνησιν, inquit Aristot. μίτυς Aristot. commosi Plinii respondere videtur, nempe illitus quidam praeter imum tectorium. Hesychio tamen κόμμωσις est, ὁ τοῦ σώματος ὡραισμὸς, καὶ ὑπὸ τῶν μελιττουργῶν ἡ τοῦ σμήνους διάχρισις. Turneb. cap. 12. lib. XXIII. Aduers. κόμμωσιν Graeci ἀπὸ τοῦ κόμμεως gummosi et glutinosi succi illitum. *Dalec.* — *Commosin)* Vide N. et Em. N. VI. (hic adi.) *Commosin)* Ita Colb. 1. 2. Par. librique impressi post Frobenium. R. 1. 2. *Commisin.* Parm. editio, diminuto vocabulo, *mityn.* Arist. H. A. L. IX. c. 64. p. 1109. κώνησιν vel κώνυσιν. Καλοῦσι δὲ μελιττουργοὶ τοῦτο κώνυσιν. Commosim tamen retineo, tum priorum codicum, tum Hesychii auctoritate adductus: Κόμμωσις, inquit, p. 546. ὑπὸ τῶν μελισσουργῶν ἡ τοῦ σμήνους διάχρισις. Commosin

lin *y.*, inter coria [1] cerasque *z.*: magni ad medicamina *a.* vsus. [2] Commosis crusta est prima, saporis amari. *b.* Pissoceros *c.* super eam venit, picantium *d.* modo,

1. *Ceramque. D.* 2. *Metys. V. Mitys. Arist.*

sin appellant apiarii, quae apes prima fauis ponunt fundamina, vt cum Virgilio loquar. H.

x. Pissoceron) Corium secundum. *Dal.*

y. Propolin) Vide cap. 24. libro XXII. *Dal.*

z. Inter coria cerasque, etc.) Inter crustas duas priores et fauorum ceram. *Dal.* *Inter coria)* Inter priora duo velut tectoria, commosin nempe, pissoceronque, et fauorum ceram. In aedificiis crustas et linamenta calcis aut arenae, lutiue, Latini coria nuncupant: nostrates, *des couches.* Inde ducta metaphora. H.

a. Ad medicamenta) De his agemus, L. XXII. f. 50. H.

b. Saporis amari) Μίτυς quoque; quae commosi ex parte aliqua similis est, quod ea aluearii ostium in ipso primo aditu oblinitur, odore pariter acri est, τὴν ὀσμὴν δριμὺ, nempe ad deterrendas ab ingressu saporis grauitate bestiolas. H.

c. Pissoceros etc.) Scribendum puto, *Picatus*, non *Picantium* et *dilutioris cerae* casu patrio potius quam *Dilutior cera*, in recto. Nam quum praeierit verbum *Venit*, commodius redditur nomen *Picatus*, quam participium *Picantium*, praecipue quum verbalibus quartae inflexionis libentissime Plinius vtatur, vt sunt *luctatus*, *cogitatus*, *vocatus*, *spiratus*, *gustatus*, et id genus aliis. Verba autem illa, *seu dilutioris cerae* etymologiam compositionemque dictionis, *Pissoceros* monstrant. *Pint.*

Pissoceros) Πισσόκηρος, quod Latine *ceropiceum linimentum*, possis appellare. Nomen habet a πίσσα *pix*, et κηρὸς, *cera*. Hoc illud est *glutinum*, quo rimis domorum oblinendis apes vti cecinit Virgil. Georg. L. IV. v. 40. *Collectumque haec ipsa ad munera gluten, Et visco, et Phrygiae seruant pice lentius Idae.* Albert. de anim. L. VIII. tr. 4. c. 3. p. 267. ait esse pingue oleum instar cerae pice admixtae. H.

d. Picantium modo) Perinde quasi apes ipsae eo fauos picare velint: qui enim picant vasa, picem diluere solent, vt liquidior inhaerescat lateribus vasorum: laiter, caduca. Picare *vernir.* H.

modo, [1] ceu dilutior cera. *e.* E vitium populorumque *f.* mitiore gummi propolis *g.*, crassioris iam materiae *h.*, additis floribus *i.*, nondum tamen cera,

1. *Seu dilutior: cerae initium plerumque e mitiore gummi. Propolis Gr. et Al.*

e. Cerae initium plerumque e mitiore gummi) Scribo, *E vitium populorumque mitiore gummi.* ex vtroque exemp. Nam qua ratione tolerari potest, *cerae initium?* quum de tertia crusta quae in opere mellificii propolis dicitur, sequatur paulo post, *Nondum tamen cera.* Legendum vero esse, vt dixi, *Picaetum* non *Picantium*, Theodori etiam tralatio confirmat. *Pissoceron* enim vertit, *cereum picatum*, libro nono, capite 40. *Pint.*

f. E vitium populorumque) Vide N. et Em. N. VII. (hic app.) *Ceu dilutior*) Miras offudit huic loco tenebras indiligentia editorum, qui hactenus ita scripserunt: *Ceu dilutior, cerae initium plerumque e mitiore gummi. Propolis, crassioris iam materiae.* Nos partim ex coniectura, partim ex librorum subsidio ita locum interpungendo et emendando sanavimus: *ceu dilutior cera.* Deinde, vt esset alterius sententiae initium, *E vitium populorumque mitiore gummi propolis, crassioris iam* etc. Nam *vitium populorumque*, constanter ac fidelissime exhibent R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Tol. et Salm. teste Pintiano, *De lacryma vitium, quae veluti gummi est.* Plin. L. XXIII. s. 8. Denique idem, L. XXIV. s. 32. *Populi ferunt*, inquit, *et foliis guttam, ex qua apes propolim faciunt.* H.

g. Propolis) Cap. 8. lib. XXIV. e gutta, quam in foliis populi ferunt, Propolin apes faciunt. *Dalec.*

h. Crassioris iam materiae) Libentius multo agnouerim *crassiori*, subintelligens ex superioribus, *venis*: vt sit sententia, spissiori iam materiae, quippe quae ex duplici corio tectorioue constet, corium aduenire ac superaddi tertium, propolim nimirum: adiici etiam flores. etc. H.

i. Additis floribus) Euripides in Iphigenia: Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόῤῥυτον γάνος Ξανθῆς μελίσσης ἐς πῦρ ἐμβαλῶ σέθεν. Cap. 8. lib. XXIV. e gutta, quam in foliis populi ferunt, Propolin apes faciunt. *Dal.*

Addi-

rak., sed fauorum stabilimentum, [1] qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obstruuntur, odore et ipsa l. etiamnum graui m., vt qua plerique pro galbano vtantur.

VII. Praeter haec conuehitur erithacen., quam aliqui sandaracam o., alii cerinthum p. vocant. Hic erit

1. *Qua aditus iniuriae frigoris omnes obstruuntur. Alii.*

Additis floribus) Succo florum. *Fuco et floribus*, inquit Virg. v. 39. H.

k. *Nondum tamen cera*) Sed cerae tamen similis, κηροειδὴς, inquit Diosc. L. II. c. 106. H.

l. *Odore et ipsa etiamnum graui*) Dioscorides Propolin esse vult iucundi odoris, et ad styracen accedentis, quod Plinio repugnat. Qui vero pro Galbano vtuntur, facultatem eius tantum, non odorem spectant, id quod Plinium fefellit. *Dal.*

m. *Etiamnum graui*) Vehementi non tamen acerbo, aut iniucundo. Diosc. l. c. εὐώδη καὶ συρακίζουσαν, odoratam et styraci affinem esse ait. H.

n. *Erithace*) Ἐριθάκη Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 614. et Varroni de R. R. L. III. c. 16. p. 109. H.

o. *Sandaracam*) Arist. H. A. L. IX. c. 64. p. 1124. ait esse quiddam cerae duritia simile, apium cibum, quem quidam nominant σανδαράκην. Nihil habet haec sandaraca mellea et ceraginosa, praeter nomen, affinitatis aut similitudinis cum ea, quam inter pigmenta Plinius commemorat, L. XXXV. s. 55. H.

p. *Cerinthum*) Arist. l. c. p. 1108. Ἔςι δὲ αὐταῖς καὶ ἄλλη τροφὴ, ἣν καλοῦσί τινες κήρινθον· ἐςὶ δὲ τοῦτο ὑποδεέςερον, καὶ γλυκύτητα συκώδη ἔχον. Κομίζουσι δὲ τοῦτο τοῖς σκέλεσι, καθάπερ καὶ τὸν κηρόν. *Est et alius apibus cibus, quem cerinthum vocant. Est hoc deterius, dulcedinem tamen fici habens: gerunt hoc cruribus, quemadmodum et ceram:* Vtriusque appellationis meminit Hesychius, p. 525. Κήρινθος, ἡ λεγομένη ἐριθάκη· ἔςι δὲ τροφὴ, ἣν παρατίθενται ἑαυταῖς αἱ μέλισσαι. Est aliud porro cerinthae ignobile gramen, de quo Virg. Georg. L. IV. v. 63. aliud cerinthus; illud herbae genus, de quo L. XXI. s. 41. istud medium quiddam inter mel et ceram: praestantius cera quidem

erit [1]apium, dum operantur, cibus, qui saepe invenitur in fauorum inanitatibus sepositus, et ipse amari [2]saporis. Gignitur autem rore verno *q.*, et arborum succo, gummium modo, Africi minor, Austri flatu nigrior, Aquilonibus melior et rubens, plurimus [3]in Graecis nucibus. *r.* [4]Menecrates florem *s.* esse dicit, sed nemo praeter eum. *t.*

VIII.

1. *Sic ex MSS. em. Hard apum Gr. et Al.* 2. *saporis cibus. M. saporis, sed plenus humoris cibus. V.* 3. *ex. D.* 4. *Menecrates florem esse dicit futurae messis initium: sed nemo Gr. et Al.*

dem ad cibatum idem melle inferius. H.

q. Gignitur autem rore verno) Mel gigni rore verno, non Erithacem, Aristoteles, Plinius et alii aceruatim auctores produnt. Quapropter verior hic erit lectio, *Rore marino*, quam *Rore verno.* Nam inter arbusculas, quae conseri debent circa apiarium, ros marinus memoratur a Columella libro nono, cap. quinto. Item Varro libro tertio, capite sexto decimo, ex alia materia aliud mel fieri tradit, liquidum ex siseris flore, e contrario spissum e rore marino. et Plinius infra capite 16. *Marino e rore spissum.* Pint.

r. Graecis nucibus) Amygdalis. *Dal.*

s. Menecrates florem) Vide N. et Em. N. VIII. (paulo post.) Deceptum Menecratem apparet, qui cerinthum a cerintha, vt diximus, non satis apte seiunxerit: ac cerinthum florem esse arbitratus sit: quod de cerintha alii merito praedicarunt. *Menecrates etc.*) His vocibus libri omnes impressi statim subiungunt istas, *futurae messis indicium*, quas parum sane huic loco opportuna eruditorum coniectura obtrusit: quorsum enim de futurae messis indiciis modo sermo, quum de apibus agitur? Venit illis nimirum in mentem, pronunciatum olim illud placitum a Virgilio, Georg. L. I. p. 187. *Contemplator item, quum se nux plurima siluis Induet in florem, et ramos curuabit olentes: si superant fetus, pariter frumenta sequuntur*, etc. Inde in Plinii contextum *futurae messis indicium* conuexerunt: quarum vocum ne vestigium quidem vllum apicemque exhibent R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. aut alii demum MSS.

VIII. (VIII.) Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice *u.* [1]et echinopode. *x.* Herbarum haec genera. *y.* Falso excipitur et *z.* spartum *a.*: quippe quum in Hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiant. Falso et oleas excipi arbitror *b.*, quippe olivae

1. Sic et M. et Ch. et chenopode Gr. et Al.

MSS. Ac siquidem ad futurae messis indicia Plinius respexisset, quod ab hoc loco maxime foret alienum, certe non Menecratem, solum dixisse id pronunciasset, qui Virgilium vt digitos suos nouit, et saepe laudat. H.

t. Sed nemo praeter eum) Decepit Menecraten ambiguus Cerinthi significatus, quo nunc herbam floremque intelligimus, nunc vel apum cibum, vel gluten, quo fauorum obturant foramina. *Dalec.*

u. Rumice) De rumice, seu lapatho, L. XIX. s. 60. et L. XX. s. 85. De echinopode, (sic enim ex MSS. R. 1. 2. Par. Chiffl. et vet. Dalec. sequuti Turnebum Aduu. L. XXIII. c. 12. p. 759. pro *chenopode* legimus:) mentio habetur in epigrammate vetere, quod ex Plutarcho idem Turnebus refert. Vide et Constantini Lexicon. H.

x. Chenopode) Echinopode. Quidam Tribulum interpretantur, alii Echion, alii spinae genus. Eius mentio fit in veteri disticho: Ὡς ἀν᾽ ἐχινόποδας, καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωσιν φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων. Turnebus c. 12. lib. XXIII. Aduers. *Dal.*

y Herbarum haec genera) In multas deinde species sese spargentia. Lapathi quidem species locis proxime citatis refert. Echinopodis, quo nomine nihil aliud quam tribulos intellexisse arbitror, L. XXI. s. 58. H.

z. Et spartum) De sparto, L. XIX. s. 7. Columella, L. IX. c. 4. p. 321. *Ex omnibus*, inquit, *deterrimae notae mel habetur nemorense, quod ex sparto atque arbuto prouenit, etc.* H.

a. Spartum) Non quidem iuncus sterilis, et flore fructuque priuatus descriptus c. 2. XIX. sed genista, iisdem locis, quibus et ille nascens, flore apibus iucundissimo. Vide quae notata sunt in eum locum. *Dal.*

b. Falso et oleas excipi arbitror) Verumtamen id esse affirmat

vae *c.* prouentu plurima examina gigni certum eſt. Fructibus nullis nocetur. Mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus inſidunt. Operantur intra [1] ſexaginta paſſus: et ſubinde conſumptis in proximo floribus, ſpeculatores ad pabula vlteriora mittunt. Noctu deprehenſae in expeditione excubant ſupinae, vt alas a rore protegant.

IX. (IX.) Ne quis miretur amore earum captos, Ariſtomachum *d.* Solenſem duodeſexaginta annis nihil aliud egiſſe: Philiſcum vero Thaſium in deſertis apes colentem Agrium cognominatum: qui ambo ſcripſere de his.

X. (X.) Ratio operis. [2] Interdiu *e.* ſtatio ad portas more caſtrorum, noctu quies *f.* in matutinum, donec vna excitet gemino aut triplici bombo,

1. *Quadraginta. M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. operis, Haec interdiu Gr. et Al.*

affirmat cap. 12. libro XXI. *Dalec.*

Falſo et oleas) Ex olea apes ceram carpere, Varro docet de R. R. L. III. c. 16. p. 110. poſt Ariſt. Hiſt. L. IX. c. 64. p. 114. Non ex flore quidem, vt Plinius recte obſeruat, L. XXI. ſ. 41. ſed ex frondium partibus, quae quum craſſiores ſint quam florum, cerae fingendae videntur eſſe accommodatiores. Id a ſe viſum obſeruatumque ſaepius ſcribit Albert. de anim. L. VIII. tr. 4. c. 3. p. 268. H.

c. *Quippe oliuae*) Ariſt. H. A. L. V. c. 19. p. 608. H.

d. *Ariſtomachum*) Ariſtodemum perperam, vt opinor, appellat Auctor Sermonis XV. ad fratres in Eremo, inter opera Auguſtini. *Philoſophus*, inquit, *Ariſtodemus annis multis inſudauit naturam apis inueſtigare, nec finaliter potuit.* H.

e. *Interdiu*) Virg. Georg. L. IV. v. 165. *Sunt quibus ad portam c e c i d i t cuſtodia ſorti.* H.

f. *Noctu quies*) Ariſt. H. A. L. IX. c. 64. p. 1133. De bombo apum: Feſtus: *Bombitatio eſt ſonus apum, ab ipſo ſonitu dictus: ſicut mugitus boum, hinnitus equorum.* Graeca vox βόμβος eſt. H.

bo, vt buccino aliquo. Tunc vniuerſae *g.* prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. Praediuinant *h.* enim ventos imbreſque, et [1] ſe continent tectis. Itaque temperie caeli, (et hoc inter praeſcita habent:) quum agmen ad opera proceſſit, aliae flores aggerunt pedibus, aliae aquam ore, guttaſque lanugine totius corporis. [2] Quibus eſt *i.* earum adoleſcentia, ad opera exeunt *k.*, et ſupradicta conuehunt: ſeniores intus *l.* operantur. Quae flores comportant, prioribus pedibus femina onerant, propter id natura [3] ſcabra, pedes priores roſtro: totaeque onuſtae remeant ſarcina pandatae. *m.* Excipiunt *n.* eas ternae, [4] quaternaeque, et exonerant. Sunt

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Pint. et in ſe Ch. 2. Quarum adoleſcentiores ad op. M. Adoleſcentiores ad op. Sal. Pint. lego, Harum adoleſcentiores. 3. ſcabri pedes priores vicini roſtro. M. 4. ſic ex MSS. em. Hard. conſent. Ch. aut quaternae atque exonerant Gr. et Al.

g. Tunc vniuerſae) Ariſt. l. c. H.

h. Praediuinant) Ariſt. p. 1136. Theophr. L. de ſignis temp. p. 125. et Aelian. H. A. L. I. c. 11. Virgil. Georg. L. IV. v. 191. *Nec vero a ſtabulis pluuia impendente recedunt Longius, aut credunt caelo aduentantibus Euris: Sed circum tutae ſub moenibus vrbis aquantur, Excurſuſque breues tentant.* H.

i. Quibus eſt) Ariſt. p. 1128. H.

k. Ad opera exeunt) Ex operariis apibus alias dici σειρῆνας, alias ἐργοφόρους, alias ἡγεμόνας, alias πλάστιδας, Aelianus adnotauit: κηφῆνας vero nunc apes maſculas ἀπράκτους, nunc ἀκέντρους, et ſteriles, interpretantur. Rhodig. c. vlt. XXIII. *Dalec.*

l. Seniores intus) Virg. v. 178. — *Grandaeuis oppida curae, Et munire fauos, et Daedala fingere tecta.* H.

m. Pandatae) Incuruatae ſub onere. Id vero fabulam ſapere Gaſſendus arbitratur, eſſeque contra naturam volatus, p. 118. in Laert. H.

n. Excipiunt) Ariſt. p. 1113. Virgil. *Aut onera accipiunt venientum.* H.

Sunt enim [1]intus quoque officia diuiſa. Aliae ſtruvnt, aliae poliunt, aliae ſuggerunt, aliae cibum comparant ex eo, quod allatum eſt. Neque enim ſeparatim veſcuntur, ne inaequalitas [2] operis [3] et cibi fiat et temporis. [4]Struunt orſae o. a concameratio-

1. in iis. M. 2. temporis et cibi operis quoque fiat. D. 3. aut cibi. V. 4. Alii Struunt orſus. Turnebus vero ſtruunt orſae a concameratione aluei, textumque velis ad ſumma tela. Lego, textumque velis vſque ad imum ſolum deducunt. ex Ariſt. Sruunt orſa ea Gr. et Al.

o. Struunt orſa ea concameratione aluei, textumque vel vſque ad ſumma tecta perducunt) Scribendum videtur, *Struunt orſae a concamerhtione aluei, textuque vel vſque ad ima telas deducunt.* Nam et in Salmanticenſi exemplari, *Tela* legitur, non *Tecta*. Ariſtoteles libro nono, capite 40. *Exordium operis a tecto aluei, textuſque ad pauimentum perpetuo ſtabilimento agitur, pluresque ad pauimentum telae deducuntur.* Pint.

Struunt orſae) Initium favorum a camera, ſeu tecto alueorum ducitur. Vide N. et Em. N. IX. (hic conſp.) *Struunt*) Hic libri editi eam conſarcinarunt ſcripturam, non quam auctor ipſe prodidit: *Struunt orſa ea concameratione aluei, textumque vel vſque ad ſumma tecta deducunt.* Fideliſſime vero et conſtanter MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et Salmant. teſte Pintiano, *textumque vel iſta ſumma tela,* ſcribunt: vnde nos, iiſdem fere literarum apicibus retentis, locum ita refinximus: *ſtruunt orſae a concameratione aluei, textumque velut a ſumma tela deducunt.* Adſtruit enim hanc ſcripturam, falſique condemnat receptam illam priorem Philoſophus, H. A. L. IX. cap. 64. p. 1110. Ἄρχονται δὲ τῶν ἱςῶν ἀπὸ τῆς ὀροφῆς τοῦ σμήνους, καὶ κάτω συνήφεις ποιοῦσιν ἕως τοῦ ἐδάφους ἱςοὺς πολλούς. *Ordiuntur ab aluei camera, tectoque telas ſuas, quas ad ima vſque contexunt, et pauimento tenus multas deducunt.* Turnebus Adua. L. XXII. c. 13. p. 759. legit, *textumque velis a ſumma tela*, quod minus arridet. Eidem tamen aſſentiunt, quum paulo poſt, *circa ſingulos actus* legit: ſic enim codd. antea memorati et Chiffl. non *arcus*, vt impreſſi, exhibent. Hic porro Ariſtotelis locus eſt, ex H. A. L.

ratione aluei, textumque *p.* [1] velut a ſumma tela deducunt, limitibus binis circa ſingulos [2] actus *q.*, vt

1. Vel vſque ad ſumma Gr. et Al. 2. ſic et M. Turn. Ch. arcus Gr. et Al.

A. L. IX. c. 19. p. 1110. quem neque omnino Turnebus Latine reddidit, nec Scaliger intellexit: illuſtrari autem a nobis obiter operae pretium fuerit. Αἱ δὲ θυρίδες καὶ αἱ τοῦ μέλιτος καὶ αἱ τῶν σχαδόνων, ἀμφίστομοι περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο θυρίδες εἰσὶν, ὥσπερ ἡ τῶν ἀμφικυπέλλων ἡ μὲν ἐντὸς, ἡ δὲ ἐκτός. *Cellulae tam mellis quam fetuum gemino conſtans oſtio. Vnam enim ſemitam vtrimque circumſtant ſingulae, ſicut in geminis calicibus: altera intus, altera foris.* Ita Scaliger. At rectius aliquanto Gaza: *Cellae autem et mellariae et ſobolariae geminae omnes ſunt: vno enim eodemque interſepto duae ſibi iunguntur cellae, modo poculi gemini, altera intus, foris altera.* Nam quum ſit gemini ſignificatus vox ea βάσις, non ſemitam hoc loco, vt Scaliger, aut *binos* Plinii *limites*, vt Turnebus et Conſtantinus, verbo ἀμφικύπελλον, exiſtimarunt: ſed baſim ſonat, mediumque interſeptum, quo cellae geminae inter ſe aduerſae nectuntur: quale in vaſis ἀμφικυπέλλοις, ſiue quae geminas cupas habent, ſpatium eſt, quantum fere manus aut digiti capiunt, quo vtraque cupa haeret. Vtuntur eo vaſorum genere apud nos feminae, quae vaporatam e vino aquam diuendunt. Eſt autem id ſeptum intermedium cellarum peruium, in tubuli morem. Sed aliud Plinii conſilium, hoc loco, vt diximus, aliud Philoſophi fuit. Iſte cellarum figuram, ordinem ille deſcribit operis: iſte binas coniunctim cerni cellas, ille geminam apibus viam eſſe ſeu ſemitam in alueari admonet, ne occurſu mutuo perturbentur: alteram qua ingrediantur, alteram qua exeant. H.

p. Textumque) Et quaſi telam texunt, a ſummo tecto ſuum opus deducunt, gemina via circa ſingulos actus relicta, etc. H.

q. Limitibus binis circa ſingulos arcus) Ariſtoteles ſcribit fauos conſtrui ſimilitudine poculorum geminos habentium fundos, et in diuerſa patentium, quae Martialis hoc verſu deſignat: *Hi duo cenſentur longaeuo Neſtore fundi.* Graeci vocant

vt aliis intrent, aliis exeant. Faui ſuperiore parte affixi *r.*, et paulum etiam lateribus ſimul haerent, et pendent vna. Alueum *s.* non contingunt, nunc obli-

cant *ἀμφικύπελλα.* Eius verba ſunt *περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο θυρίδες εἰσὶν, ὥσπερ ἡ τῶν ἀμφικυπέλλων. Dalec.*

Circa ſingulos actus) Actus eſt, inquit, Plin L. XVIII. ſ. 3. *in quo boues aguntur cum aratro, vno impetu iuſto. Hic duplicatus in longitudinem iugerum facit.* Hinc ducta metaphora ab opere boum ad apum labores, vt iugerum, ſic pariter alueum, in quo ſe iſtae exercent, in plures actus, ſeu partes, Plinius diuidit, vt actus vocetur in aluei aedificatione, id quod opere iuſto in diem apes efficiunt. H.

r. Faui ſuperiore parte affixi) Mel olei craſſitudine, abſque fauis, in Cappadocia confici ab apibus traditur. Apud Medos ab arboribus mel ſtillare Euripides in Bacchis ſcribit. Apud Ciceronem defluere dulces e armis guttas memoriae proditum, ſicut et Thracia mel in arboribus naſci et in Hyrcaniae pagis fortunatis. Diodoro iiſdem in locis *ἀνθηδὼν* ape minor aliquanto, in ſaxorum rimis aut arborum cauis fauos ſtruit, et mellificat. In Mycone apes nullae ſunt, et ſi quae inferantur, emori certum eſt. Rhodig. cap. vlt. lib. XXIII.

Faui ſuperiore) Columella, L. IX. c. 15. *Sed omnes faui ſemper cauearum*, (hoc eſt, alueorum) *tectis*, et *paululum lateribus adhaerentes, dependent; ita ne ſolum contingant, quoniam id praebet examinibus iter.* Fauos appellat orbes illos, ſeu panes, in quibus ſunt cellae apium ſexangulae complures. Virgil. *crates fauorum.* Et Varro de R. R. L. III. c. 16. *Fauus eſt, quem fingunt apes multicauatum e terra, quum ſingula caua ſena latera habeant.* H.

s. Alueum) Siue, vt MSS. et paſſim Varro et Columella, *aluum.* Fauorum, inquit, forma ac diſpoſitio huiuſmodi eſt, qualis figura alueorum, et modus, qui modo quadrati fiunt, modo teretes ac rotundi. Columella, l. c. *Ceterum figura cerarum talis, qualis et habitus domicilii: nam et quadrata et rotunda ſpatia: nec minus longa, ſuam ſpeciem, velut formae quaedam, fauis praebent: ideoque non ſemper eiuſdem figurae reperiuntur faui. H.*

obliqui *t.*, nunc rotundi, qualiter [1] poposcit alueus: aliquando et duorum generum: quum duo examina concordibus populis dissimiles habuere [2] ritus. *u.* Ruentes ceras fulciunt *x.*, [3] pilarum [4] intergerinis *y.* sic a solo [5] fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. Primi fere *z.* tres versus inanes struuntur, ne promptum

1. *Poscit. V.* 2. *Situs. D.* 3 *pilarum instar interg. V.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. intergerinis a solo Gr. et Al.* 5. *formatis. M. praue.*

t. *Nunc obliqui*) Legendum puto, *nunc oblongi, nunc rotundi, qualiter poscit alveus.* Nam quae vicinitas comparatiue est, inter obliquum et rotundum. Columella libro nono, capite 15. *Ceterum figura cerarum talis est, qualis et habitus domicilii. Nam et quadrata et rotunda spatia, nec minus longa suam speciem velut formae quaedam fauis praebent.* Pint.

u. *Habuere ritus*) Vide N. et Em. N. X. (hic adi.) *Quum duo*) Emendat Dalecampius, *habuere situs:* refragantibus videlicet libris omnibus, ipsoque Columella: sic enim ille L. IX. c. 15. *Vbi potestas facta est liberius inspiciendi, fere, si duo sunt examina, duo genera quoque fauorum inueniuntur. Nam etiam in concordia suum quaeque plebs morem figurandi ceras, fingendique obseruat.* H.

x. *Ruentes ceras fulciunt*) Fauos cadentes erigunt, fulturam subiicientes, sic vt subire possint. Aristot. *Dalec.*

x. *Ruentes ceras*) Arist. Hist. c. 64. Καὶ τὰ πίπτοντα δὲ τῶν κηρίων ὀρθοῦσιν αἱ μέλιτται, καὶ ὑφιστᾶσιν ἐρείσματα etc. *Collabentes etiam fauos erigunt apes, fulturasque seu pilas substituunt, vt subire queant,* etc. H.

y. *Intergerinis*) Qui sint intergerini parietes notatur cap. 12. lib. XIII. *Dal.*

Pilarum) Pilas ab imo solo in fornicum similitudinem exstruunt, certis interuallis discretas, quae ceras gerant, ac sustineant, vnde intergerinae appellatae. Sumpta metaphora ab intergerinis, siue, vt alii malunt, intergeriuis parietibus, quibus id nomen factum, auctore Festo, *quod inter confines struuntur, et quasi intergeruntur.* H.

z. *Primi fere*) Arist. p. IIII. Ὅσον ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς στίχους κύκλῳ, βραχεῖαι καὶ κεναὶ

ptum ſit quod inuitet furantem. Nouiſſimi maxime implentur melle: ideoque [1] auerſa aluo *a.* faui eximuntur. Gerulae *b.* ſecundos flatus captant. Si cooriatur *c.* procella, [2] apprehenſi ponduſculo lapilli ſe librant. *d.* Quidam in humeros eum imponi tradunt. Iuxta vero terram volant in aduerſo flatu vepribus [3] euitatis. *e.* Mira obſeruatio operis. Ceſſantium *f.* inertiam notant, [4] caſtigant mox, et puniunt morte. Mira munditia. [5] Amoliuntur *g.* omnia e medio, nullaeque inter opera ſpurcitiae iacent. Quin et excrementa *h.* operantium intus, ne longius recedant, vnum congeſta in locum *i.*, turbi-

1. Sic ex MSS. em. Hard. inuerſo. D. ideo auerſa aluo. Ch. auerſo alueo Gr. et Al. 2. adprehenſis ponduſculo lapillis librant. Ch. 3. ſic ex MSS. emend. Hard. euacuatis. M. hebetatis. Ch. lego, euitatis. vepribus hebetato Gr. et Al. 4. caſtigant, mox et. Ch. 5. emoliuntur. Ch.

κεναὶ μέλιτος, ordines duo aut tres in orbem breues ſunt, et melle vacui. H.

a. Auerſa aluo) Auerſo alueari, hoc eſt, vt Columella loquitur, L. IX. c. 15. a poſteriore parte aluearis. H.

b. Gerulae) Quae flores comportant domum. H.

c. Si cooriatur) Ariſt. p. 1129. Virg. Georg. L. IV. v. 194. —— *Et ſaepe lapillos, Vt cymbae inſtabiles fluctu iactante ſaburram Tollunt: his ſeſe per inania nubila librant.* H.

d. Ponduſculo lapilli ſe librant) Idem Aelianus. *Dal.*

e. Vepribus euitatis) Quoniam ab iis aegre ſeſe admodum explicant, vt et ab ouium lanis: quemadmodum dicetur ſ. 19. Vide N. et Em. N. XI. (hic adi.) *Vepribus)* In editis, *hebetato.* In MSS. *euauatis.* In Pariſ. *euitatis*, quod anteponendum cenſuimus. H.

f. Ceſſantium) Ariſt. p. 1133. H.

g. Amoliuntur) Ariſt. p. 1126. H.

h. Quin et excrementa) Ariſt. p. 1132. Aelian. H. A. L. V. c. 11. Albert. de anim. L. VIII. tr. 4. c. 4. p. 271. H.

i. Vnum congeſta in locum) In faui ſemotam partem. *Dalec.*

turbidis diebus et operis otio egerunt. Quum advefperafcit *k.*, in alueo ftrepunt minus ac minus, donec vna circumuolet eodem, quo excitauit, bombo, [1] ceu quietem capere imperans: et hoc caftrorum more. [2] Tunc repente omnes conticefcunt. (XI.) Domos primum [3] plebei *l.* exaedificant *m.*, deinde regibus. Si fperatur *n.* [4] largior prouentus, adiiciuntur [5] contubernia et fucis. *o.* [6] Hae cellarum *p.* minimae, fed [7] ipfi maiores apibus.

1. *Seu Gr.* 2. *Tum. Ch.* 3. *Plebeis Gr.* 4. *longior. Ch.* 5. *contubernio. et fuci. Dal.* 6. *Hae. Ch.* 7. *ipfis. D.*

k. Quum aduefperafcit) Arift. p. 1133. et Aelian. l. c. Virg. Georg. L. IV. v. 186. *Vefper vbi e paftu tandem decedere campis Admonuit: tum tecta petunt, tum corpora curant. Fit fonitus, muffantque oras et limina circum. Poft, vbi iam thalamis fe compofuere, filetur In noctem, feffofque fopor fuus occupat artus.* H.

l. Plebei) Vetere fcriptura, pro *plebi.* H.

m. Exaedificant) Apes nimirum, non fuci: quod indicandum fuit, ne quem forte in fraudem impelleret lemma olim capiti praefixum, *De fucis*, quod ab hac fententia Plinii editores inconfulte admodum ducere hactenus initium voluerunt. H.

n. Si fperatur) Haec totidem verbis Arift. H. A. L. IX. c. 64. p. 1109. *Apes,* inquit, *primum fauos conftruunt, in quibus ipfae oriri confueuerunt: deinde regios, quum fetura largior futura eft: Fucarios denique, quum mellis abundantiam fignificant.* Πλάττουσι δὲ κηρία, πρῶτον ἐν οἷς αὐταὶ γίνονται· εἶτ᾽ ἐν οἷς οἱ καλούμενοι βασιλεῖς — — ὅταν ᾖ πολυγονία· τὰ δὲ κηφήνια ἐὰν μέλιτος ἀφθονίαν ἐπισημαίνῃ. H.

o. Et fucis) Bourdons, κηφῆνες. H.

p. Hae cellarum) Vide N. et Em. N. XII. (hic adi.) *Contubernia*) Frobenius, neglecta MSS. auctoritate, ac vetuftarum editionum fide, refcripfit: *His cellarum minimae.* Dalecampius paulo poft, *fed ipfis maiores apibus.* Nihil mutari oportere, tum ipfa loci fententia per fe admonet, tum Arift. H. A. L. IX. c. 64. p. 1110. vbi cellulas fucorum minores ait effe

XI. Sunt autem fuci *q.*, fine aculeo *r.*, velut imperfectae apes, [1] nouiſſimaeque, a feſſis et iam emeritis inchoatae, ſerotinus fetus, et quaſi ſeruitia verarum apium: quamobrem imperant iis, primosque in opera expellunt, tardantes *s.* ſine clementia puniunt. Neque in opere tantum, ſed in [2] fetu *t.* quoque adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba. Certe quo maior [3] eorum fuit multitudo, hoc maior fiet examinum prouentus. Quum mella *u.* ceperunt matureſcere, abigunt eos: multaeque ſingulos aggreſſae trucidant. Nec id genus, niſi vere, conſpicitur. Fucus ademptis *x.* alis in alueum reiectus, ipſe ceteris adimit.

XII.

1. Nouiſſime. Alii. 2. fetu coadiuuant. Parm. 3. fuerit multitudo eorum. Tol. eorum fuit mult. eo maior. vulgg. maior fuerit multitudo Gr. et Al.

eſſe quam ſint apum cellulae, propterea ſcilicet quod non mellificant ipſi; ἐλάττω δ᾽ ἐϛι ταῦτα τῶν μελιττίων, quamquam fuci apibus mole praeſtant. H.

q. Sunt autem fuci) Phaedr. L. III. fab. 13. de fucis: *Non inconueniens corpus, et par eſt color*, etc. H.

r. Sine aculeo) Κόθȣροι, ϰέντρον ȣ̓κ ἔχοντες — Κόθȣροι, ȣ̓ρὰν κεύθοντες. Heſiodus: Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἀνέρες ὅσκεν ἀεργὸς, Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθȣ́ροις ἴκελος ὀρμὴν, Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχȣσιν ἀεργοὶ Ἔσθοντες. *Dal.*

s. Tardantes) Aelian. H. A. L. I. c. 9. H.

t. Sed in fetu) Columella, L. IX. c. 15. p. 341. *Verumtamen ad procreationem ſobolis conferre aliquid hi fuci videntur, inſidentes ſeminibus quibus apes figurantur: itaque ad fouendam et educandam nouam prolem familiarius admittuntur. Excluſis deinde pullis, extra tecta proturbantur.* H.

u. Quum mella) Columella, l. c. *Mellis maturitas intelligitur, quum animaduertimus fucos ab apibus expelli ac fugari, quod eſt genus amplioris incrementi, ſimillimum api. Et vt ait Virgilius, ignauum fucos pecus, et ſine induſtria fauis aſſidens: nam neque alimenta congerit, et ab aliis inuecta conſumit.* Palladius quoque in Iunio, tit. 7. H.

x. Fucus ademptis) Vide N. et

XII. Regias y. imperatoribus futuris [1] in ima parte z. aluei exſtruunt amplas, magnificas, ſeparatas, tuber-

1. *In vna Gr. et Alii.*

N. et Em. N. XIII. (hic poſ.) *Fucus)* Ex Pliniana oratione, quae planiſſima eſt, lucem accepit Ariſtotelica, quae paulo intricatior: Κἂν κηφῆνος, inquit H. A. L. V. c. 19. p. 616. τὸ πτερὸν ἀποκνίσας ἀφῇ τις, τῶν λοιπῶν αὐταὶ τὰ πτερὰ ἀπεσθίουσι. *Si fucum ademptis alis emiſeris, aliorum ille erodet alas.* Nam τὸ αὐταὶ, non ad apes, vt videri cuipiam poſſet, ſed ad fucum ipſum pertinet: etſi mutato, vt fit interdum, numero. H.

y. *Regias)* Videtur Columell. ſequi libro IX. cap. 11. ita ſcribendum, *Tum denique cerae, quae ſemina pullorum continet, partem recidere, in qua regii generis proles animatur. Eſt autem facilis conſpectu, quoniam fere ipſo, etc.* Haec Columella. Cuius verbis illis *Fere ipſo fine cerarum*, ductus forte Plinius, non *Vna parte*, ſed *Ima parte*, vt coniecturare licet, ſcriptum reliquit. Ceterum, quum dixit, Columella: *Ipſo fine cerarum*, non intellexiſſe imam partem aluei, ſed extremum fauorum circuitum, monſtrant Celſi et Hyginii opiniones, quas ſtatim refert: *Celſus etc.* Pint. Vide Senecam c. 19. lib. I. de Clementia.

z. *In ima parte)* Vide N. et Em. N. XIV. (hic adi.) *In)* Sic emendauimus tum ex R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Par. tum ex Columella, ſic enim ille, L. IX. c. 11. *Fere*, inquit, *in ipſo fine cerarum velut papilla vberis apparet eminentior, et laxioris fiſtulae, quam ſint reliqua foramina, quibus popularis notae pulli detinentur. Celſus quidem affirmat in extremis fauis tranſuerſas fiſtulas eſſe, quae contineant regios pullos: Hyginius quoque etc.* Huic emendationi et Pintianus fauet. Prius legebatur, *in vna parte aluei.* Sequitur deinde in contextu Pliniano: *Tuberculo eminentes: quod ſi exprimatur, non gignuntur ſoboles.* Quod eo nempe tubere ſoboles includitur, id ſi prematur, certa ſoboli nex ea et pernicies eſt, quorum capita vna premi neceſſe eſt. Lucem huic rei Palladii locus affert, in Iunio tit. 7. *Eſt hoc*, inquit, *futuri regis ſignum. Inter cetera foramina, quae pullos continent, vnum maius ac longius velut tuber apparet. Sed tunc tranſ-ferendi*

tuberculo eminentes: quod ſi exprimatur, non gignuntur ſoboles. *a.* Sexangulae *b.* omnes cellae, [1] ſingulorum [2] eae pedum operae. Nihil horum *c.* ſtato tempore, ſed rapiunt *d.* diebus ſerenis munia. Et melle vno alteroue *e.* ad ſummum die cellas replent. (XII.) Venit hoc ex aëre *f.*, et maxime ſiderum

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. a ſingulorum Gr. et Al. 2. *eae, in Tol. d.*

ferendi ſunt: quando eroſis cooperculis ad naſcendum maturi capita nituntur exſerere, etc. H.

a. Quod ſi exprimatur, non gignuntur ſ o b o l e s) Scribo, *Eximatur*, non *Exprimatur.* Ariſtoteles libro quinto cap. 21. *Sunt qui fucorum quidem feturam comportari ab aliquo ex his quae modo dixi arbitrentur, ſed apum generi ortum, praeſtari a ducibus.* Et mox: *Argumento referunt, quod fucorum fetus editur etiam ſine duce, apum numquam.* Pint.

Quod ſi) Quod tuberculum ſi prematur. Vide N. et Em. Num. citato. H.

b. Sexangulae) Quum ſint cellae omnes ſexangulae, *totidemque apibus pedes*, ſinguli pedes *ſingulos cellarum angulos* elaborant. Varro de R. R. L. III. c. 16. *Non in fauo ſexangulis cella, totidem quod habet apis ipſa pedes? Quod geometrae ἑξάγωνον etc.* Et rurſum: *Fauus eſt, quem fingunt apes multicauatum e cera, quum ſingula caua ſena latera habeant, quot ſingulis pedes dedit natura.* H.

c. Nihil horum) Ariſt. H. A. L. IX. c. 64. p. 1122. H.

d. Sed rapiunt) Obeunt ſine cunctatione. Silius, L. XIII. *Rapiunt ſibi quiſque laborem.* H.

e. Et melle vno a l t e r o u e, etc.) Sic legenda et cum ſequenti capite continuanda: *At melle vno alteroue die cellas replent. Venit hoc aere, et maxime ſiderum exortu, praecipueque ipſa Iri impendente. Nec fit omnino prius Vergiliarum exortu. Sublucanis temporibus itaque, quum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur.* Vide Salmaſ. p. 1020. b.

f. Ex aere) Seneca ep. 85. *Quibuſdam p l a c e t,* inquit, *non faciendi mellis ſcientiam apibus eſſe, ſed colligendi. Hinc mel aerium Virgilio, quod ex rore aeris factum: Protinus aerei mellis caeleſtia dona.* H.

derum exortu *g.*, praecipueque ipso Sirio *h.* [1] exsplendescente fit, nec omnino prius Vergiliarum *i.*

Q 5 exor-

1. *Explendescit.* Ch.

g. Siderum exortu) Exortu sideris cuiuscumque, sed nobilium, maxime, vt idem ait, l. 14. H.

h. Ipso Sirio) Canicula. Vide N. et Em. N. XV. (hic adi.) *Praecipueque)* Salmas. p. 1020. in Solin. legit: *Iri impendente*, quoniam in quibusdam MSS. legi testatur, *ipso irio exsplendescit*. Addit et Arist. locum ex H. A. L. V. c. 19. p. 612. Κήρωσιν δὲ Φέρεσιν ἀπὸ τε̃ δακρύε τῶν δένδρων, μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τε̃ ἀέρος, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψη ἡ Ἶρις. Hoc est: *Melliginem vero conficiunt ex arborum lacryma: mel autem ex aere cadit praesertim siderum exortu, atque vbi incubuerit Iris.* Scio iactitatum a viris doctis legi in Vaticano codice, ὅταν κατασκήψη Σείριος, *quum Sirius incubuerit:* quod si verum esset, rueret iam Salmasii coniectura. Sed pace illorum dixerim, suspecta ea mihi admodum scriptura est: tum quod vsitata numquam alias Aristoteli de Sirio loquenti, de arcu caelesti familiaris, vt sect. 2. pr. 3. p. 746. εἰς ἅπερ ἂν Ἶρις κατασκήψη. Tum quia de Sirio satis aperte significauit, iis verbis: ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς. Ἄστρον enim apud optimos quosque auctores, non pro Vergiliis, vt Scaliger existimauit in priorem illum Aristotelis locum: neque pro quocumque sidere, vt Salmasius arbitratus est; sed pro aestiuo illo sidere sumitur. Quae sit autem hac parte vis iridis, seu arcus caelestis, dicere Plinius distulit in l. 14. vbi et hac loquendi formula, *Sirio exsplendescente*, ne quis aut in Latina lingua insolentiorem, aut temere immutandam putet, rursum abutitur. H.

i. Vergiliarum exortu) Oriuntur octauo Calend. Aprilis, id est, 23. Martii, in octaua parte Arietis, Columel. cap. 14. lib. IX. *Dalec.*

Vergiliarum) Circa quintum Idus Maias, vt diximus sect. 5. Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 612. ὅλως δ' ἐ γίνεται μέλι πρὸ Πλειάδος ἐπιτολῆς. Vide Not. et Em. N. XVI. (hic adi.) *Verg.)* Has Columella, L. IX. c 14. oriri post *duodequinquaginta dies ab aequinoctio primo, quod mense Martio circa octavum Calendas Aprilis conficitur.*

exortu, ſublucanis temporibus. *k.* Itaque [1] tum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur: ac ſi qui matutino ſub dio fuere, vnctas liquore veſtes, capillumque concretum ſentiunt. Siue ille eſt caeli ſudor, ſiue quaedam ſiderum ſaliva, ſiue purgantis ſe aëris [2] ſuccus, vtinamque eſſet *l.* et purus ac liquidus, et ſuae naturae *m.*, qualis defluit primo: nunc vero e tanta cadens altitudine, multumque dum venit, ſordeſcens, et obvio terrae halitu infectus; [3] praeterea e fronde ac pabulis potus, et in vterculos *n.* congeſtus apum (ore [4] enim *o.* eum vomunt:) ad [5] haec ſucco florum corru-

1. *Cum. Parm.* 2. *ſuccus, ſiue aquae, purus. M. ſiue aquae eſt, et purus. Parm. ſuccus. Ecqui eſſet purus, etc. primo? Pint. ex Vet.* 3. *praeterea fronde ac pab. epotus. V. Alii, fronde, apumque pab. epotus.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. ore enim vomunt Gr. et Al.* 5. *hoc. Ch.*

tur. Quem locum Dalecampius quum properanter curſimque legeret, ipſas Vergilias oriri dixit, in notis ad haec Plinii verba, octauo Calendas Aprilis, Columella ipſo in partes vocato: quum aequinoctii ipſius hoc initium ſit. H.

k. Sublucanis temporibus) Apud Athenaeum pag. 321. verſu 36. Mel Alcman. vocat ὀπώραν κηρίναν, cerae, vel cereum fructum. Epicharmus vero πόντον ὄρθριον, matutinum mare, quod diluculo, ſublucano tempore ex aëre fluat. *Dal.*

l. Vtinamque eſſet) MSS. *ſiue quae eſt.* Parm. *ſiue aquae eſt.* Haud ita recte. H.

m. Suae Naturae) Vide quae adnotata ſunt ad cap. 24. lib. XLII. *Dal.*

n. In vterculos) MSS. omnes, *vtriculo.* Forte, *ventriculo.* H.

o. Ore enim) Ariſt. p. 614. Τὸ μέλι δὲ ἐμεῖ εἰς τὸν κύτταρον, *mel ore vomunt in cellas.* Sunt qui exiſtiment mel eſſe apum excrementum. Ait Gaſſendus in Laert. p. 1118. credibile eſſe, id quidquid eſt liquoris, quod ab apibus ex floribus colligitur, a propoſcidula exſugi, tranſmitti in ſtomachum,

corruptus, et alueis maceratus, totiesque mutatus, magnam tamen caelestis naturae *p.* voluptatem affert.

XIII. (XIII.) Ibi [1] optimus semper, vbi optimorum *q.* [2] doliolis florum conditur. Atticae regionis *r.* [3] hoc, et Siculae, [4] Hymetto, et Hybla, ab locis: mox [5] Calydna *s.* insula. Est autem *t.* initio mel,

1. *Optimum. M.* 2. *caliculis. D.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. sub mel. Atticae reg. hic Gr. et Al.* 4. *Hymetti et Hyblae editis locis. D.* 5. *Calidna. Gr.*

chum, et parte eius in alimentum versa, reliquam in parte idonea aliqua absolui, vertique in mel, perinde atque in vberibus animalium lactescentium, id quod est ex alimento residuum, in lac transformatur: idque intra ipsa aluearia diebus singulis exonerari. An vero ore vomatur, an alia parte egeratur, difficillimum esse obseruatu: probabilius parte alia egeri, siquidem conficitur, non factum affertur. H.

p. Caelestis naturae, etc.) Alludit ad id Virgilianum: *Protinus aerii mellis caelestia dona.* Dalec.

q. Vbi optimorum) Vbi optimorum florum calyculis exceptus reconditur. Atticae regionis haec propria dos, ac Siculae, ex bonitate soli. Vbi suauissimorum florum calyculis, ceu doliolis quibusdam, e caelo decidens excipitur, ac veluti reconditus seruatur. Et sane obseruamus apes non tam ipsis florum foliolis insistere, quam proboscidulas immittere in ipsa florum veluti centra, siue quasi vmbilicos, quibus ros ille melleus instillatur, vbi melleum quiddam, vt plurimum substernitur: quod in narcissis in primis perspicuum est. Iterum ea voce, *doliolis*, eadem sententia posterius abutitur Plinius, s. 15. H.

r. Atticae regionis hoc) De Hymetto et Hybla, *illo Atticae*, isto Siculo regionis monte, diximus in Geographicis. Eadem ac Plinius tradit etiam Diophanes, cuius verba recitantur in Geop. L. XV. c. 7. p. 417. H.

s. Calydna) De qua Plinius, L. IV. s. 24. Strabo, Geogr. L. X. p. 489. ad calcem libri, quum de Calydnis insulis egisset, ita concludit: *Totum quidem mel* quod

mel, vt aqua, dilutum, et primis diebus feruet, vt [1] musta, seque purgat: vicesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana *u.*, quae feruoris ipsius spuma concrescit. [2] Sorbetur optimum, et minime fronde infectum, e quercus, tiliae, arundinum foliis.

XIV. (XIV.) Summa quidem [3] bonitatis natione constat, (vt supra *x.* diximus) pluribus modis: Aliubi [4] enim faui cera spectabiles gignuntur, vt in Pelignis, Sicilia: aliubi mellis copia, vt in Creta *y.*, Cypro, Africa: aliubi magnitudine, vt in septemtrionalibus, viso iam in Germania octo pedum longitudinis fauo, in caua parte nigro. In quocumque tamen tractu terna sunt mellis genera. Vernum *z.* ex floribus *a.* [5] constructo fauo, quod ideo voca-

1. Sic et Ch. mustum. Gr. 2. Seruatur. Pint. 3. nationis bonitate. Tol. Pint. bonitas. V. 4. enim cerae. M. 5. collectum a Fauonio, quod.

quod in insulis fit, plerumque egregium, et Attico quod certare possit: excellit autem, et reliquis insularibus Calymnium anteit: μάλιϛα δὲ τὸ Καλύμνιον. H.

t. Est autem) Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 612. H.

u. Tenui membrana) Exteriore crusta, qualem in pulte cernimus vi caloris concrescere. H.

x. Vt supra) Proxime superiore sectione. H.

y. In Creta) Virgil. de apibus, Georg. L. IV. v. 152. vbi tamen Curetes sunt ii, de quibus L. IV. s. 2. *Curetum sonitus, crepitantiaque aera sequutae, Dictaeo caeli regem pauere sub antro.* Hoc est, Iouem: quem melle Cretico pastum fuisse fabulae finxere, vt significarent, temperatissimum esse Creticum caelum, aeris ibi adspirationem esse suauem. Nam Iouem pro caelo, hoc est, pro aere dixere: vt *sub Ioue frigido.* H.

z. Vernum) Vergiliarum exortu, Varro. *Dal.*

a. Ex floribus) Hyginus similiter: qui apud Colum. L. IX. c. 14. ait *ex floribus ceras fieri: ex matutino rore mella, quae tanto meliorem qualitatem capiunt, quanto iucundio-*

vocatur anthinum. *b.* Hoc quidam attingi vetant, vt largo alimento valida exeat soboles. Alii ex nullo minus apibus relinquunt, quoniam magna sequatur vbertas, magnorum siderum exortu. *c.* Praeterea [1] solstitio *d.*, quum thymum et vua florere incipiunt, praecipua cellarum materia. Est autem in eximendis fauis *e.* necessaria dispensatio, quoniam inopia cibi desperant, moriunturque, aut [2] diffugiunt: contra copia ignauiam affert: ac iam melle, non erithace pascuntur. *f.* Ergo diligentiores ex hac vindemia [3] duodecimam partem *g.* apibus relinquunt.

1. *Quidam legunt, soliti. vocem mellis subaudientes. quod non probo: Turn. tamen sic legitur in Ch.* 2. *diffugiunt. M.* 3. XV. *Ch.* X. *Fulu. Vrsin. not. ad Varr. de re rust. lib. III. c. 13.*

cundiore sit materia cera confecta. H.

b. Anthinum) Ἄνθινον floridum. H.

c. Magnorum siderum exortu.) Sirii, Caniculi, Arcturi, quae magnam in caelo et vniuerso rerum statu mutationem efficiunt. *Dal.*

Magnorum siderum) Vergiliarium, Arcturi, Caniculae. Colum. L. IX. c. 14. H.

d. Solstitio) Vide N. et Em. N. XVII. (hic adi.) *Praeterea*) Ita R. 2. librique omnes publici. In R. tamen 1. Colb. 2. et Chiffl. *Paeterea soliti.* Sed vitium huius lectionis, atque adeo receptae scripturae sinceritatem detegit Plinius ipsemet, L. XXI. f. 31. vbi de thymo. *Floret autem*, inquit, *circa solstitia, quum et apes decerpunt, et augurium mellis est. Prouentum enim sperant apiarii large florescente eo.* H.

e. In eximendis fauis) Siue in castrandis aluis, vt loquitur Columella, L. IX. c. 15. Dispensationem hanc Graeci οἰκονομίαν vocant. H.

f. Ac iam melle non erithace pasci) Hoc est, si copia mellis adsit, fastidiri erithacen in cibo ab apibus. *Gelen.*

Ac iam melle) Fastidiri in cibo erithace incipit, si copia mellis adest. H.

g. Duodecimam partem) Vide N. et Em. N. XVIII. *XII. partem*) Sic libri omnes publi-

quunt. Dies ſtatus *h.* inchoandae, [1] vt quadam lege naturae, ſi ſcire aut obſeruare homines velint, triceſimus ab educto examine: fereque Maio *i.* menſe includitur haec vindemia. Alterum genus eſt mellis aeſtiui, quod ideo vocatur ὡραῖον, a tempeſtiuitate praecipua, ipſo Sirio exſplendeſcente *k.* poſt ſolſtitium diebus tricenis fere. *l.* Immenſa circa hoc [2] ſubtilitas naturae mortalibus patefacta eſt, niſi fraus hominum cuncta pernicie corrumperet. Namque ab exortu ſideris cuiuſcumque *m.*, ſed nobilium

1. *Et. D.* 2. *ſublimitas. M.*

publici, et e conditiuis R. 1. Colb. 1. 2. et Par. At R. 2. et Chiffl. *quintam decimam partem*, quod et Fulu. Vrſinus probat in ſuis ad Varronem notis. Sed vt vt eſt, appoſite Columella, L. IX. c. 15. *Hic modus*, inquit, *non eſt in omnibus regionibus certus: quoniam pro multitudine florum, et vbertate pabuli, apibus conſulendum eſt.* Sequitur mox in Pliniano contextu, *Dies ſtatus inchoandae*, nempe vindemiae: ita enim reſcripſimus omnium exemplarium fidem ſequuti. Libri impreſſi, *inchoandi*, habent. H.

h. Dies ſtatus) Certus eſt, inquit, et ratus, inchoandae huius vindemiae dies: triceſimus nempe, poſtquam *Emiſſum caueis ad ſidera caeli Nare per aeſtatem liquidam ſuſpexeris agmen.* Vide Not. et Emend. N. XVIII. H. Conf. obſeruat. anteced.

i. Fereque Maio) Didymus in Geop. L. XV. c. 5. p. 415. ipſo Vergiliarum exortu, Maio ineunte, in Graecia ſcilicet. H.

k. Ipſo Sirio exſplendeſcente) Aeſtate acta, priuſquam totus Arcturus oriatur. *Dal.*

l. Poſt ſolſtitium diebus XXX. fere) Sub vigeſimum tertium Iulii. *Dal.*

m. Namque ab exortu ſideris, cuiuſcumque) Leg. *Namque ab exortu ſideris cuiuſcumque, ſed nobilium maxime, aut caeleſti arcu ſi non ſequantur imbres, ſed ros tepeſcat ſolis radiis, medicamenta non mella gignuntur oculis, vlceribus, etc.* Atqui *Exortus* de ſideribus, non de caeleſti arcu dicitur. At *caeleſti arcu* ſignificat, quum caeleſtis arcus apparet. Inter omnes porro ferme conuenit mel apum ex illo roſcido humore, qui venit ex aëre, confici. Vide *Salmaſ.* pag. 1020. b.

bilium

bilium maxime, aut caelestis arcus *n.*, si non sequantur imbres, sed ros tepescat Solis radiis, [1] medicamenta, non mella, gignuntur: oculis, hulceribus *o.*, internisque visceribus, dona caelestia. Quod si seruetur hoc *p.* Sirio exoriente, casuque congruat in eumdem diem, vt saepe, Veneris, aut Iovis, Mercuriiue exortus, non alia suauitas, [2] visque mortalium malis a morte vocandis, quam divini nectaris, fiat.

XV. (XV.) Mel plenilunio vberius capitur, serena die pinguius. In omni melle *q.*, quod per se [3] fluxit, vt mustum [4] oleumque, appellaturque acetum.

1. *Medicata mella. D.* 2. *visque in malis mortalibus a morte vindicandis, quam. D. pro vindic. alii legunt reuocandis.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. per se fluit Gr. et Al.* 4. *oleumque appellatur acetum. Turn. et Ch.*

n. Aut caelestis arcus) Ita Codd. omnes MSS. Rectius forsan, *aut caelesti arcu.* Vim hanc caelestis arcus Plinius ipse explicat L. XII. s. 53. neque se tamen celebratae in vulgus opinionis sponsorem facit. *Tradunt*, inquit, *in quocumque frutice curuetur arcus caelestis, eamdem, quae sit aspalatho, suauitatem odoris exsistere: sed in aspalatho inenarrabilem quamdam.* H.

o. Oculis, hulceribus, etc.) De melle albo, quod e sincero thymo confectum non est, id Arist. scribit. *Dalec.*

p. Quod si seruetur hoc) Hoc mel aestiuum. H.

q. In omni melle, etc.) Lege: *In omni melle quod per se fluxit vt mustum oleumque appellatur Acetum. Maxime laudabile est aestiuum omne rutilum, vt vlceribus aptissimum. In aestimatu est e thymo coloris aurei, saporis gratissimi. Sic in nota viuunt*, qui in ignominia vitam agunt. Graeci quoque dicunt ἐν ὀνείδει. Vide *Salmas.* pag. 1008. Lege: *In omni melle quod per se fluxit, vt mustum oleumque appellatur acetum. Maxime laudabile est etiam omne rutilum.* Gronov. Observ. lib. II. cap. 16. *Dal.*

tum. r. [1] Maxime laudabile est [2] etiam omne rutilum, vel sic auribus s. aptissimum. t. [3] In aestimatu est

1. *Maximeque.* D. 2. *Etiam omne rutilum vt vlceribus aptissimum, in aestimatu est e thymo. ex Arist. et cap. sequenti, Manuscr. etiam adstipulante. Maxime laudabile est. Aestiuum omne rutilum, vt diebus confectum siccioribus. Aptissimum existimatur e thymo. Gr. et Al.* 3. *existimamus e thymo eximii coloris. Pint. habet et V. coloris eximii.*

r. *Aceton*) Ex Graeco ἀκητόν. Alii, sed meo iudicio perperam, *Atticum*. Ἀκητὸν, id est, κράτιστον Ἀκηδὸν dicebant quod citra operam hominum fluxisset sponte, voce composita, ex α particula priuatiua et κήδομαι. Quidam legunt ἄκοιτον, sic dici putantes, quod statim fluxisset, nec diu iacuisset in vinaceis, fracibus, fauo. Κοιτὴν enim in oleo amurcam, in vino sic faecem dici volunt, quasi purioris succi lectum stratum, cubile: hinc ἄκοιτον, defecatum, purum excrementi ac sedimenti expers. Ego vero legendum puto vel *acedes*, ἀκηδὲς vel *acedeston*, ἀκήδεστον, curioso studiosoque nullo labore confectum. Sic et horti, *acedaria*, dicuntur cap. 4. lib. XIII. Pintianus quidem legit, *acedon*. Dalec.

Appellatur acetum) Ita MSS. omnes. Mel praestantissimum optimumque Graeca haec vox sonat. Hesych. Ἀκητὸν, κράτιστον. Confirmatque hanc interpretationem id quod statim subiungitur: *Maxime laudabile est etiam.* Palladius, in Iunio, tit. 7. *Mella*, inquit, *conficimus expressis diligenter fauis, Mel recens paucis diebus apertis vasculis habendum est, atque in summitate purgandum, donec refrigerato calore musti more deferueat: Nobilius mel erit, quod ante expressionem secundam velut sponte profluxerit.* H.

s. *Vel sic auribus*) Vide N. et Em. N. XIX. (hic coll.) *Appellatur*) Quantum in hoc loco restituendo nostra profecerit industria, is liquido intelliget, qui paulo attentius perspexerit quam foede in eo deprauando, contra MSS. fidem priorum corectorum grassata sit emendandi libido. Sic igitur libri publici; *Acoeton, maxime laudabile est. Aestiuum omne rutilum, vt diebus confectum siccioribus. Aptissimum existimatur e thymo etc.* Chirographi, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc.

est e thymo, coloris aurei *u.*, saporis gratissimi. Quod fit palam *x.* [1] doliolis *y.*: pingue; [2] marino e rore

1. Lego foliolis. Vide Annot. 2. *matutino e rore. Alii.*

etc. *Acetum. Maxime laudabile est etiam omne rutilum, vt siccioribus aptissimum in aestimatus, ethimo etc.* Sic illi egregii coniectores primum mutatis interpunctioribus sententiam perturbarunt. Deinde *est etiam* in *aestiuum* verterunt. Postea voce ea *siccioribus*, vehementer perculsi, vt sententiam absoluerent, addiderunt de suo, quoniam de aestiuo melle agi putarent, non de quocumque, *diebus confectum siccioribus.* Denique *in aestimatu*, visa loquendi forma insolentior, carbone digna. Felicior paulo in coniiciendo Dalecampius, legendum putauit, *etiam omne rutilum vt hulceribus aptissimum, in aestimatu est e thymo.* Sed et ipse praepostera interpunctione corrumpit sententiam, et quum ex his vocibus, *vt siccioribus*, conflari recte *hulceribus* putat, nimium indulget coniecturae suae, idemque ductibus literarum, quae MSS. libris continentur, parum sane tribuit. Denique quum huius emendationis sponsorem Aristotelem facit, causam ipse prodit suam: neque enim is rutilo melli, sed albo, hanc vim sanandorum hulcerum Philosophus attribuit, H. A. L. IX. c. 64. p. 1131. τὸ δὲ λευκὸν, ἀγαθὸν πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ ἕλκη. Dalecampii tamen emendationi Salmasius adstipulatur, p. 1008. in Solin. Nos ex ea voce, *vt siccioribus*, dum aliquid commodius occurrat: nihil excudi sanius posse arbitrati sumus, quam *vel sic auribus:* vt esset ea ipsa sententia, quam Plinius ipse paulo aliter expressit L. XXII. s. 50. *Mel auribus instillatur*, etc. Forte etiam cuipiam magis arriserit, *vesicae et auribus aptissimum.* H.

t. Aptissimum existimatur) Vide c. 10. lib. XXI. *Dal.*

u. Coloris aurei) Arist. H. A. L. IX. c. 64. p. 1131. ἔστι δὲ καλὸν χρυσοειδές. Galen. de Antid. L. I. c. 2. p. 868. ὠχρὸν pallidum anteponit. Forte, vt sacer Vates, *in pallore auri.* Et Catullus, epigr. 76. *Statua inaurata pallidior.* H.

x. Quod fit palam doliolis) Nam vt mel θυμῶδες esse monstrarent, Thymi folia miscebant, quod etiam astu et fraude fieri solitum ab impostoribus Galenus meminit *Dalec.*

rore spissum. z. Quod concrescit a. autem, [1] minime

1. Sic et *M.* autem hoc minime *Gr.* et *Al.*

Quod fit) Quod fieri cernimus ex florum calyculis, pingue est: quod e rosmarino, spissum. H.

y. *Doliolis*) Supra §. 13. *Ibi optimus semper*, vbi *optimorum doliolis florum conditur*. Vide N. et Em. N. XX. (hic adi.) *In aestimatu*) In libris hactenus editis, neglecta interpunctione, confusa omnia ac perturbata, in hunc modum: *saporis gratissimi, quod fit palam doliolis, pingue, marino e rore spissum.* Quin etiam *foliolis* perperam reponere Dalecampius nititur: adiicitque idem nihilominus, imis doliolis, in quibus mel Hymettium asseruabatur, thymum olim recondere solitos esse institores, vt acrimoniam ex eo mel contraheret, teste Galeno, credo, de antid. L. I. c. 4. p. 873. Temporis enim progressu, thymum in superficie mellis erumpere ac fluitare, quo degustato deciperentur ignari: mellis vero genus laudatissimum acrimoniam quidem thymi resipere per se: odorem non item referre. Haec vero quam sint aliena hoc loco, vel ex emendata sic a nobis Pliniana oratione, et ex adhibita interpretatione, constare cuiuis facile potest. Accedit ipsa Plinii auctoritas, §. 13. monentis ibi mel esse optimum, vbi *caeli sudor, succusue aeris*, ex quo mel apes efficiunt, *optimorum florum doliolis conditur*, vt in prioribus Notis diximus: nam vtraque hac lectione eamdem vim subesse huic voci, *doliolis*, palam est: vtrobique mel indicari, quod e florum calyculis apes colligunt: vt antecellere ei intelligatur, quod e fronde et foliis sorbetur, nam vti dictum est §. 13. fronde plerumque sorbetur infectum, praeterquam e quercu, tilia, arundine. H.

z. *Marino e rore spissum*) Vel ex Rosmarino herba, ex qua mel apes colligunt vt e Thymo, vel afflatu et halitu maris. Quod enim fit in locis marinis, praestantius mel est. Alii legunt, apposite, *matutino e rore*. Rosmarinum prope aluearia seri, Varro praecipit. *Dal.*

Marino e rore) De rore marino dicemus L. XXIV. §. 59. Caue hic rorem marinum pro rore dici existimes, qui decidat in maritimo tractu: nam quae Romanae ferant aures, vel marini roris eo sensu, vel mediter-

nime laudatur. Thymoſum *b.* non coit, et tactu praetenuia fila mittit: quod primum [1] grauitatis argumentum eſt. Abrumpi *c.* ſtatim et reſilire guttas, vilitatis indicium habetur. Sequens *d.* probatio, vt ſit odoratum, [2] et ex dulci acre, glutinoſum, perlucidum. Aeſtiua mellatione decimam partem *e.* [3] Caſſio Dionyſio *f.* apibus relinqui placet,

1. *Nobilitatis. V. vt opponatur* τὸ *vilitatis, quod ſequitur. Leuitatis. Pint.* 2. *et deeſt ap. Gr.* 3. *Thaſio Dionyſio. Gr. et Al.*

diterranei ſimiliter roris fieri mentionem? H.

a. Quod concreſcit) Quod grumoſum eſt, nimiſue craſſum, παχὺ καὶ θρομβῶδες, inquit Galen. l. c. H.

b. Thymoſum) Liquidum illud eſt, tactu laeue, ac ſi digito trahatur, ſibi cohaerens, et continuum manet: ſublatum in ſublime, ſenſim ac lente defluit, in tenuia fila deſinens. Haec totidem verbis Diophanes in Geopon. L. XV. c. 7. p. 417. H.

c. Abrumpi) Si cum digito id attollis, ac fluere ſinis, non ſit viſcoſum; nec, vt diximus in fila tenuia diſtendatur; ſed diuellatur, abrumpaturque, διασπώμενον καὶ ἀποῤῥηγνύμενον, improbatur. Galenus, l. c. H.

d. Sequens) Alterum probandi mellis experimentum eſt. Totidem verbis Dioſcor. L. II. c. 101. Ἐστὶ δὲ δοκιμώτερον τὸ γλυκύτερον καὶ δριμὺ, εὐωδέστερον, ὑπόξανθον, οὐχ ὑγρὸν, ὄλκιμον δὲ καὶ εὔτονον, etc. H.

e. Decimam partem Thaſio Dionyſio) Legendum, non *Thaſio*, ſed *Caſſio*: tum ex vetere lectione, tum etiam ex M. Varrone in praefatione librorum de Re ruſtica: *Hos nobilitatos Mago Carthaginienſis praeteriit Poenica lingua, quod res diſperſas comprehendit libris duodetriginta, quos Caſſius Dionyſius Vticenſis vertit libris viginti Graeca lingua, quos Sextilio praetori miſit.* Dionyſium vero hunc, eum eſſe qui Magonem tranſtulit, ex indice etiam apparet. Meminit et Columella libro primo. *Pint.*

Decimam partem) Sic Didymus in Geop. L. XV. c. 5. p. 416. H.

f. Caſſio Dionyſio) Vide N. et Em. N. XXI. (hic adi.) *Caſſ. D.*) Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Editi mendoſe, *Thaſio*,

si [1] plenae fuerint alui: si minus, pro rata portione: aut si inanes, omnino non attingi. Huic vindemiae Attici signum [2] dedere initium [3] caprifici *g.*: alii *h.* diem Vulcano sacrum. (XVI.) Tertium genus mellis, minime probatum, siluestre, quod ericaeum *i.* vocant. Conuehitur post primos autumni imbres,

1. *Sic et Cb. si pleni fuerint aluei Gr. et Al.* 2. *dedere initium Africi, alii diem Vulcano sacrum. Turn. initii dedere. Caprificialem, id est, nonas Iulii. Dalec. dedere initium Caprificialem diem Gr. et Al.* 3. *Caprificiorum diem Iunoni. Girald. Caprifici. alii Vulc. etc. Cb.*

sio, Is est Dionysius Cassius, qui Magonem transtulit, de quo plura nos in Auctorum syllabo diximus. H.

g. Caprificialem diem Vulcano sacrum) Nonas Iulii, quas et Caprotinas et vulgi fugam vocabant, quibus Romulus e vita excessit. Primus is dies est ab exortu Caniculae. Vide Plutarchum, Alex. ab Alex. cap. 4. Lil. Gyraldum. *Dalec.*

Initium caprifici) Tempus illud quo fieri caprificatio incipit, hoc est, mense Iunio, circa solstitia, vt scribit Palladius in Iunio, tit. V. Nos de caprificatione suo loco dicturi sumus, L. XV. s. 21. Vide N. et Em. N. XXII. (hic coll.) *Signum)* Miras offudit huic loco tenebras editorum licentia, quae eum hactenus ita publicauit: *Signum dedere initium Caprificialem diem Vulcano sacrum:* quibus in verbis nec structura orationis vlla constat, nec sententia. Quid enim illud portenti est, *dare signum initium diem?* Quid denique Caprificialis Vulcano sacro? At plana est et aperta scriptura codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. quam exhibemus. Neque erat opus sibi crucem figere Turnebum Aduu. L. X. c. 5. p. 290. vt *initium Africi* substitueret: nec Gyraldum, vt *Caprificiorum diem Iunoni.* H.

h. Alii) Itali scilicet, apud quos serius, quam in Attica, opera haec rustica perfici solent. Diem Vulcano sacrum Kalendarium vetus Rusticum apud Gruterum, p. 139. Augusto mensi assignat: alterum, p. 133. decimo Kal. Septb. H.

i. Ericaeum) Ἐρεικαῖον, vel ἐρικαῖον, ab ἐρείκη vel ἐρίκη,

imbres, quum erice sola floret in siluis, ob id arenoso *k.* simile. Gignitur id maxime [1] Arcturi exortu ex ante pridie *l.* Idus Septembris. Quidam aestiuam *m.* mellationem ad Arcturi exortum proferunt, quoniam ad aequinoctium autumni *n.* ab eo [2] supersint dies [3] XIV. *o.*: et ab aequinoctio ad Vergiliarum

1. *Ab Arcturi exortu, pridie. D. exortu a pridie Idus Gr. et Al.* 2. *semper sint. M.* 3. XII. *Pint. Ego,* XIII.

ἐρίκη, de qua Diosc. L. I. c. 117. Ἐρείκη, inquit, fruticosa est arbor, myricae similis, at longe minor, cuius flore dum vtuntur apes, minime probatum mel efficiunt: ἐκ τῷ ἄνθει μέλιτται χρώμεναι, μέλι ἐργάζονται ἐ σπεδαῖον. Dicemus nos de ea plura L. XXIV. f. 39. H.

k. Ob id harenoso) Arenoso simile est, quia humilis Ericae flos harena, quam imber cadens excitat, conspergitur. *Dal.*

l. Ex ante pridie) Ita MSS. Perperam editi, *a pridie.* Compendiosa loquutio est familiaris veteribus, pro *ante diem, qui pridie Idus est, finitum atque exactum.* Arcturum vero hoc ipso die oriri, Plinius ipse auctor est, L. XVIII f. 74. H.

m. Quidam aestiuam) Siue secundam. Hos sequitur Varro, de R. R. L. III. c. 16. p. 112 *Eximendorum fauorum,* inquit, *primum putant esse tempus Vergiliarum exortu. Secundum, aestate acta, antequam totus exoriatur Arcturus. Tertium post Vergiliarum occasum.* Et Colum. L. IX. c. 14. *Post Arcturi exortum, circa aequinoctium Librae, fauorum secunda est exemtio.* H.

n. Quoniam ad aequinoctium autumni ab eo supersunt dies XIIII.) Lego *dies* XII. non XIIII. Nam Arcturus exoritur pridie Septembris, hoc est duodecimo Septembris die, vt hoc loco tradit Plinius, et repetit libro decimo octauo: aequinoctium vero autumnale, vt eodem libro prodit, fit octauo Calendas Octobris, id est, 24 die Septembris, a duodecimo igitur Septembris ad 24 eiusdem mensis, dies intersunt duodecim. *Dal.*

o. Dies XIV.) Numeratis scilicet extremis duobus, et eo qui Idus antecedit, et octauo Kalendas Octobris, quem in diem aequinoctium cadit. H.

liarum occaſum diebus XLVIII. plurima [1] ſit [2] erice. *p.* Athenienſes [3] tetralicem appellant *q.*, Euboea [4] ſiſaram, quam putant apibus eſſe gratiſſimam, fortaſſis [5] quia tunc nulla alia [6] ſit copia. Haec ergo *r.* mellatio, fine vindemiae et Vergiliarum *s.* occaſu, Idibus Nouembris fere includitur. Relinqui ex ea *t.* duas partes apibus ratio perſuadet, et ſemper eas partes fauorum, quae habeant erithacen. A bruma *u.* ad Arcturi exortum diebus [7] LX. *x.* ſomno aluntur ſine vllo cibo. Ab Arcturi exortu ad aequinoctium vernum tepidiore tractu iam vigilant: ſed

1. *Floret. D.* 2. *erithace. Ch.* 3. *eam tetr. Ch.* 4. *ſyſyrum. Ch.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. quia nulla tunc alia Gr. et Al.* 6. *ſic florum copia. D. quia nullius tunc alius ſit copia. Alii.* 7. *nonaginta. D.*

p. Plurima ſit erice) Vti ex erice Plinius, ſic ex tamaricis floribus Columella, (qui frutex ericae ſimilis, ſed paulo maior eſt) apes mella cibariis hiemis repoſuere ſcribit l. c. H.

q. Tetralicem appellant) Alia eſt ſpinoſa et aculeatis foliis pungens *tetralix* Theophraſto c. 4. lib. VI. hiſtor. memorata ab auctore c. 16. lib. XXI. *Dalec.*

Tetralicem) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic adi.) *Athen.)* In magno igitur verborum ambitu eſt haec ἐρείκη. Sed merito mendi ſuſpecta haec ſunt vocabula: nam MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *tam terradicem*, vel *eam tetradicem*: et mox, *ſyſyrum*, non *ſiſaram* legunt. Forte *tamaricem* priore loco ſcribi fuerit. H.

r. Haec ergo) Tertia nempe, ſiue autumnalis, vt ex Varrone modo diximus. H.

s. Et Vergiliarum) Ita fere Didymus in Geop. L. XV. c. 5. p. 415. H.

t. Relinqui ex ea) Ita Didymus, l. c. p. 416. H.

u. A bruma) Columella, L. IX. c. 14. *Poſt confectam brumam, diebus fere XL. quidquid eſt repoſiti mellis conſumunt: et ſaepe etiam vacuatis ceris vſque in ortum Arcturi, qui eſt ab Idibus Februarii, ieiunae fauis accubantes, torpent more ſerpentum, etc.* H.

x. Diebus LX.) Quantum dierum a bruma ad Idus Februar. H.

ſed etiam tunc alueo ſe continent, ſeruatoſque in id tempus cibos repetunt. In Italia vero hoc idem a Vergiliarum exortu faciunt *y.*: [1]in eum dormiunt. [2]Aluos quidam in eximendo melle expendunt, ita [3]diribentes *z.* quantum relinquant. Aequitas *a.* ſiquidem etiam in eis obſtringitur: feruntque ſocietate fraudata [4]aluos mori. In primis ergo *b.* praecipitur, vt loti purique eximant mella. Et furem *c.* mulierumque *d.* menſes odere. Quum eximuntur mella, apes abigi fumo *e.* vtiliſſimum, ne iraſcantur, aut ipſae auide vorent. Fumo [5]crebriore etiam ignauia earum excitatur ad opera. [1]Nam

1. Sic ex MSS. em. Hard. Et in eum dormiunt Gr. et Al. 2. *Alueos Gr.* 3. *dirimentes. M. dimetientes. V.* 4. *alueos Gr.* 5. *rariore. Pint.*

y. Faciunt) Hoc eſt, cibos tum repetunt: nam vſque ad Vergiliarum exortum dormiunt, circiter Idus Maias. H.

z. Ita diribentes) R. 1. Colb. 1. 2. et Par. *dirimentes.* R. 2. *diripientes.* Sententia eſt, quoſdam aequis partibus fauos diuidere, vt tantum eximant, quantum relinquant. H.

a. Aequitas) Seruari quaſdam, inquit, leges aequitatis volunt ab hominibus, quorum vtilitatibus laborant: iis neglectis, alui moriuntur. H.

b. In primis ergo) Columella, L. IX. c. 14. *Maxime cuſtodiendum*, inquit, *curatori qui apes nutrit, quum aluos tractare debebit, vti pridie caſtus ſit a rebus Venereis, neue temulentus, nec niſi lotus ad eas accedat: abſtineatque fere ab omnibus redolentibus eſculentis, vt ſunt ſalſamenta,* etc. Eadem repetit Palladius, in Martio, tit. 15. H.

c. Et furem) Quoniam furto ſubtractae peſſime fauificare creduntur, Plinio ipſo teſte, L. XIX. ſ. 37. H.

d. Mulierumque) Affine eſt, quod ait Florentinus, in Geopon. L. XV. c. 2. p. 410. de apibus: *καὶ γυναιξὶ δὲ ἐπέρχονται, μάλιστα ταῖς ἀφροδισιαζομέναις.* H.

e. Abigi fumo) Quem ex galbano vſto, aridoue fimo bubulo excitari iubent Palladius in Iunio, tit. 7. et Colum. L. IX. c. 15. H.

[1] Nam nisi incubauere *f.* fauos liuidos faciunt. Rursus *g.* nimio fumo [2] inficiuntur *h.*: quarum iniuriam celerrime sentiunt mella, vel minimo contactu [3] roris *i.* acescentia. Et ob id inter genera seruatur, quod acapnon *k.* vocant. [4]

XVI.

1. Nam vbi. V. Lego, Sed si incub. 2. *afficiuntur V.* 3. *oris. Pint.* 4. *In editt. Gronouii et vulgg. inseruntur haec. Album mel non fit quod bithymum est, sed oculis et hulceribus aptissimum existimatur. Fetus, Sed haec periodus in antiquis exempl. non reperitur. Pint. quod e mero thymo est. V. Lego, quod e thymo est. nam mel e thymo luteum potius spectatur.*

f. Nam nisi incubauere) Columella, L. IX. ad calcem, c. 13. H.

g. Rursus) Etsi crebrior fumus prosit, at nimius nocet. Tunc et ipsae mella vorant apes, θυμιώμεναι γὰρ, καὶ σφόδρα πονῦσαι ὑπὸ τῦ καπνῦ, τότε μάλιστα τὸ μέλι ἐσθίυσιν. Arist. H. A. L. IX. c. 64. p. 1107. H.

h. Nimio fumo inficiuntur) Σφόδρα πονῦσι, vehementer offenduntur. Arist. c. 40. IX. hist. *Dalec.*

i. Contactu roris) Sic libri omnes. Rorem pro fumo dixit, qui quum rei cuipiam adhaerescit, in rorem fere soluitur. Non intellexit hoc Pintianus, qui *oris*, libris inuitis reponit. H.

k. Quod acapnon) Ἄκαπνον, sine fumo: vel vt Strabo vocat, L. IX. p. 400. ἀκάπνιστον, quo nomine Atticum mel appellari scribit, quod fiebat citra fumum. In vita S. Iohannis Eleemos. die XXIII. Ian. apud Bolland. c. 4. inscripta laguncula, *Mel optimum, mel sine fumo.* Vide N. et Em. N. XXIV. (hic consp.) *Quod*) Subiungunt his vocibus statim libri impressi, periodum integram: *Album mel non fit, quod bithymum est, sed oculis et hulceribus aptissimum existimatur.* Cuius sententiae ne apex quidem vnus exstat in MSS. R. 1. 2. Par. Chiffl. aliisue: quamobrem eam ceu spuriam, suppositiamque induximus. Philosophus H. A. L. IX. c. 64 p. 1131. Τὸ δὲ λευκὸν, ὐκ ἐκ θύμυ εἰλικρινῦς· ἀγαθὸν δὲ πρὸς ὀφθαλμὺς καὶ ἕλκη. *Album mel non fit ex thymo sincero: sed commendatur ad oculos et hulcera.* H.

XVI. Fetus quonam *l.* modo progenerarent, magna inter eruditos et ſubtilis quaeſtio fuit. Apium enim coitus viſus eſt numquam. Plures *m.* exiſtimauere [1] oportere confici floribus compoſitis apte atque vtiliter. Aliqui coitu *n.* vnius, qui rex in quoque appellatur examine. Hunc eſſe ſolum marem, praecipua magnitudine, ne fatiſcat. Ideo fetum ſine eo non edi: apeſque reliquas, tamquam marem feminas comitari, non tamquam ducem: quam probabilem alias ſententiam fucorum prouentus coarguit. Quae enim ratio, vt idem coitus alios perfectos, imperfectos generet alios? Propior vero prior exiſtimatio *o.* fieret, ni rurſus alia difficultas occurreret. Quippe naſcuntur *p.* aliquando in extremis fauis apes grandiores, quae ceteras fugant. Oeſtrus *q.* vocatur hoc malum: quonam modo

R 5

1. *Procreari. V. apportari. Alii. V. Lego ex Ariſt. exiſtimauere confici ex apportatis floribus cerinthi, ſalicis. Alii. Alii Oleae.*

l. Fetus quonam) Sunt haec totidem plane verbis apud Ariſt. H. A. L. V. c. 19. p. 608. H.

m. Plures) Ariſt. l. c. Hos inter poetice Virgilius ludit, Georg. L. IV. v. 197. *Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem, Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes In Venerem ſoluunt, aut fetus nixibus edunt: Verum ipſae foliis natos, et ſuauibus herbis Ore legunt: ipſe regem, paruoſque Quirites Sufficiunt, aulaſque et cerea regna refigunt.* H.

n. Aliqui coitu) Ariſt. l. c. H.

o. Prior exiſtimatio) Virgiliana ſententia, quam retulimus. H.

p. Quippe naſcuntur) Columella, L. IX. c. 14. p. 337. vbi de examinum incremento agit. *Eodemque tempore,* inquit, *progenerantur in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis fetus, quam ſint ceterarum apum: eoſque nonnulli putant eſſe reges. Verum quidam Graecorum auctores οἴςρους appellant, ab eo quod exagitent, neque patiantur examina conquieſcere: Itaque praecipiunt eos enecari.* H.

q. Oeſtrus) Aſilus hic Virgilia-

modo nascens, [1] si ipsae fingunt? Quod certum est *r.*, gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est, primum [2] vermiculus videtur candidus, iacens transuersus, adhaerensque ita vt [3] pars cerae *s.* videa-

1. *Si ipsi se. Arist. si ipsae se. V.* 2. *vermiculus est, qui paruus transuersim in fauo iacet, deinde sua vi sese erigens cibum capit, sed fauo ita adhaerens, vt retineri videatur. Arist. Lego, transuersus, erectus, deinde ita pascitur vt adhaerescere videatur.* 3. *Ita vt pascere videatur Gr. et Al. pro pascere retineri, ex Arist. c. 22. lib. V. Pint. legit, pendere.*

gilianus est: quem, vt ille ait, *Oestrum Graeci vertere vocantes.* Diuersus a tabano, origine, forma, nomine. Oestrus enim in extremis fauis nascitur: in ligno tabanus, vt dicetur l. 38. Oestrus rufus est, et minor: tabanus niger, maiorque. Οἶστρος Graecis est, qui Latinis asilus: tabanus Latinis, qui Graecis μύωψ. Vtrumque genus hominem rarius petit: frequentius armenta. Οἶστρον et μύωπα secernit Philosophus, H. A. L. I. p. 49. Galli appellatione non distinguunt, sed communi insigniunt, *vt Taon:* siue, vt vulgo efferunt, *vn Ton.* H.

r. Quod certum est) Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 614. Apes ex fetu fieri, fetum esse folliculum ouo simillimum, hunc matres incubare gallinarum more, obseruatum est. H.

s. Ita vt pars cerae videatur) Vide N. et Em. N. XXV. (hic adi.) *Vermiculus etc.)* Libri omnes hactenus editi, et manu exarati, *ita vt pascere videatur.* Quod quum Pintiano merito displiceret, substituit, *ita vt retineri videatur.* Dalecampius multo liberalius, *ita pascitur, vt adhaerescere videatur.* Hoc vero est, non Plinii textum refingere, sed nouum cudere. Aristotele porro in consilium vocato, occurrerunt ea nobis, quibus simillima dicere Plinius hoc loco, visus est, Hist. Anim. L. V. c. 19. p. 615. Ἐν δὲ τῷ κηρίῳ τὸ σκωλήκιον, μικρὸν μὲν ὄν, κεῖται πλάγιον - - καὶ πρὸς τῷ κηρίῳ ἔχεται, ὥστε καὶ ἀντειλῆφθαι. *In fauo igitur vermiculus pusillus transuersus iacens . . . Haeret autem favo ita, vt retineatur.* Ita Scaliger vertit et Gaza, sed frigide. Quid enim aliud est, amabo, haerere ita vt retineatur, quam haerere ita,

videatur. Rex statim *t.* mellei coloris, vt [1]electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger. Cetera turba *u.* quum formam capere cepit, nymphae vocantur: [2]vt fuci *x.*, sirenes,

1. *Vt ex elec. fl. in omni. D.* 2. *Lego, vt fuci, quos cephenas vocant, Seirenes.*

ita, vt haereat? At multiplex est huius vocis ἀντειλῆφθαι vis ac potestas: atque inter ceteras haec haud postrema, vt ἀντιλαμβάνεσθαι sit rem vnam pro altera, seu in locum alterius accipi: quo sensu familiaris esse Thucydidi, Philoni, aliisque noscitur. Itaque recte Plinius ita haerere apem fauo scripsit, vt pro ipsa cera, seu parte aliqua cerae accipi posse videatur. Hoc porro certior haec emendatio videbitur eruditis, quod, vti post biennium quam haec a nobis edita typis nota fuit, quum Themistium ederemus, serius licet intelleximus, quod ea inquam suffragatorem habeat Petauium, τὸν μακαρίτην, qui ex mera ingenii coniectura vidit legi ita oportere: quum neque ei tamen, aut alteri ante nos quidquam de hoc eximio Aristotelis loco suboleverit, quo ea mirifice atque adeo vnice stabilitur. Exstat haec Petauii animaduersio in altera Themistianarum orationum editione: eademque casu nescio quo excidit in postrema, quae superiore anno accurantibus nobis in lucem prodiit. Sic ille ibi: (*Postremus nobis ex Pliniana historia prometur, L. XI. c. 16. vbi de apum ortu disputans.* Id quod exclusum est, *ait,* primum vermiculus videtur candidus, iacens transuersus, adhaerensque ita vt pascere videatur: *Quae postrema verba intellexit, opinor, nemo. Corrigo itaque,* vt pars cerae videatur.) Nec plura omnino Petauius. H.

t. Rex statim) Arist. l. c. p. 615. Inter apum et regum oua, discrimen: Regio melleus color, apum candidus. H.

u. Cetera turba) Apum plebeiarum. Arist. l. c. p. 598. H.

x. Vt fuci, sirenes, aut cephenes) Alii legunt, *vt Sirenes fuci, quos cephenas vocant.* (ἀπὸ τοῦ σείρεσθαι) quod intra membranam contracti et curuati iaceant. Nymphae sunt apum, vesparum, crabronum, Sirenes fucorum. *Dal.*

Vt fuci) Inter apum et fucorum oua, discrimen primo nullum: sed quum formam

nes, aut cephenes. Si quis alterutris *y.* capita demat, priusquam pennas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus. Tempore procedente instillant cibos, atque incubant, maxime murmurantes, caloris (vt putant) faciendi gratia, necessarii excludendis pullis, donec ruptis membranis *z.*, quae singulos cingunt ouorum modo, vniuersum agmen emergat. Spectatum hoc Romae Consularis cuiusdam suburbano, alueis cornu laternae translucido factis. Fetus intra XLV. diem peragitur. Fit in fauis *a.* quibusdam, qui vocatur [1] clauus *b.*, ama-

1. *Sclerus. Ch. clerus Gr. et Al.*

formam capere genus vtrumque cepit, est inter ea differentia nominis: apes enim iuniores, nymphae, fuci: σειρῆνες aut κηφῆνες vocantur, qui quum adultiores sunt, fuci cognominantur. Σειρὴν Aeliano, H. A. L. IV. c. 5. μελίσσης ὄνομα. Κηφήνιον fuci fetus Arist. passim, vt κηφὴν fucus. H.

y. Si quis alterutris) Seu nymphis, seu sirenibus. Arist. l. c. c. 19. p 616. H.

z. Membranis) Arist. p. 615. Tubera et coopercula Palladius vocat, in Iunio, tit. 7. H.

a. Fit in fauis) Lege *Scelerus*, non *Clerus*: sic enim Graeci durum appellant: quam lectionem Plinius agnoscere videtur, subiungens, *Amarae duritia cerae.* Item particula *Quum*, per maiorem literam scribenda est, vt sit initium alterius sensus: et quod consequitur pronomen *Hic*, cum minore, et annectendum superioribus, vt intelligantur duo esse morbi *Scelerus* et *abortus apum*, non vnus tantum. Aristoteles libro nono, capite 40. *Morbo examina valentiora potissimum infestantur, Sclero: sic enim vocant vermiculos, qui in pauimento nascuntur, e quibus crescentibus velut aranea alueo toti obducitur, et faui carie pereunt.* De abortu ibidem, *Incubant apes suis fauis et concoquunt: quod nisi fecerint, vitiari ex aranea fauos aiunt. Quod si de cetero se continere potuerint, vt incubitu perseuerent, partis quasi abortus fit: sin minus, toti pereunt faui.* Nec me fugit superiorem morbum *Cleron* ab eodem Aristotele vocari libro VIII. cap. 27. Plinius etiam infra duos

amarae duritia cerae, quum fetum inde non eduxere, morbo, aut ignauia, aut infecunditate naturali. Hic eſt abortus [1] apium. Protinus autem educti operantur quadam diſciplina cum matribus: regemque iuuenem aequalis turba comitatur. Reges plures *c.* inchoantur, [2] ne deſint. Poſtea *d.* ex his ſoboles quum adulta eſſe [3] cepit, concordi ſuffragio deterrimos necant, ne diſtrahant agmina. Duo autem genera eorum: [4] melior niger *e.* va-

1. *Apum. Gr.* 2. *nec deſunt. Cb.* 3. *ceperit c. ſ. teterrimos. M.* 4. *melior variuſque omnibus. Forma, etc. Cb. quam nigro varius. V. melior rufus quam n. Gr. et Al.*

duos facit morbos capite decimo nono, *Sunt,* inquit, *et operis morbi, quum fauos non explent, Cleron vocant: iidem blapſigoniam: ſi fetum non peragunt.* Quod ſi admittimus, dicendum erit, vocari vtroque modo et *Scleron* et *cleron*: vt *Smicros, micros,* et pleraque alia Graece. *Pint.*

b. Qui vocatur clauus) Clavus, inquit, dicitur, quum folliculus ille, quem et ouo ſimilem, et fetum auium eſſe diximus, ſeu matrum ignauia, ſeu morbo aliquo neglectus, cerae inſtar induruit, et amarorem ſimul quemdam refert. Hic eſt abortus apum. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic adi.) *Qui v.)* Ita correximus ad monitu codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. quum prius perperam legeretur, *qui vocatur clerus:* quae vox quam vim haberet, nemo hactenus intellexit. Clauus certe multo expreſſius morbi genus declarat, folliculi nimirum, ſeu oui fetuſque duritiam, inſtar cerae. Neque nos fugit κλῆρε ab Ariſtotele fieri mentionem, H. A. L. IX. c. 64. p. 1128. ſed vermiculus nimirum is eſt, quo creſcente alueus totus quaſi araneis obducitur, faviique putreſcunt. Morbi id genus a clauo diuerſum: de quo diximus, ſect. 21. H.

c. Reges plures) Ariſt. Hiſt. L. IX. c. 64. p. 1118. H.

d. Poſtea) Ariſt. totidem verbis, l. c. H.

e. Melior niger) Vide N. et Em. N. XXVII. (paulo poſt) Nigrum appellat, variumque, illum ipſum, qui Virgilio rutilis clarus ſquamis, et maculis inſignis aureis appellatur. *Melior)* Adſtipulari ſane prima facie videtur

variusque. Omnibus *f.* forma semper egregia, et duplo quam ceteris maior, pennae breuiores, crura [1] recta, ingressus celsior, in fronte macula quodam diademate candicans. Multum etiam nitore a vulgo differunt.

XVII. (XVII.) Quaerat nunc aliquis, vnusne Hercules fuerit, et [2] quot Liberi Patres *g.*, et reliqua

1. *Erecta. V.* 2. *quot Liberi patres, sep. M. quo liberi patres sep. Ch. et quod Liberi patris sepulcrum, et rel. Gr. et Al.*

detur lectioni, quam libri omnes publici, post Hermolaum, prae se ferunt, *melior rufus quam niger variusque*, vnanimis planeque conspirans veterum consensus. E Graecis enim Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 608. Τῶν δὲ ἡγεμόνων, inquit ἐςὶ γένη δύο· ὁ μὲν βελτίων, πυῤῥός· ὁ δ' ἕτερος, μέλας καὶ ποικιλώτερος. *Duo sunt regum genera: melior rufus, alter niger et varius.* Quae rursum ille totidem verbis repetit, L. IX. c. 64. p. 1115. Florentinus in Geoponicis, L. XV. c. 2. p. 409. Τῶν δὲ βασιλέων οἱ μὲν ἄριςοί εἰσι τῇ χροιᾷ ξανθοὶ, μέγεθος ἡμιόλιον μελίσσης· οἱ δὲ δεύτεροι ποικίλοι, ὀλίγον ὑπομελαίνοντες, μέγεθος διαπλάσιον. E Latinis, Columella, L. IX. c. 10. p. 330. carmen illud Virgilii recitans: *Namque duae regum facies, duo corpora gentis: Alter erit maculis auro squalentibus ardens, Et rutilis clarus squamis, insignis et ore. Atque hinc maxime probatur*, pergit Columella, *qui est melior: nam deterior sordido sputo similis, tam foedus est, Quam puluere ab alto Cum venit, et sicco terram spuit ore viator* etc. Verum vt ita se habeant, a codicum tamen vetustiorum, priorumque editionum sanctissima auctoritate discedere graue piaculum ducimus: reuocant enim ac veluti reprehendunt manu R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Parmensis etiam, Ven. 1. 2. in quibus aliud occurrit nihil, quam quod a nobis editum est *melior niger variusque*: atque his verbis probabilem subesse sententiam interpretatione nostra planum factum est. H.

f. Omnibus) Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 608. H.

g. Et quot Liberi Patres) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic

qua vetustatis situ obruta? Ecce in re parua, villisque nostris annexa, cuius assidua copia est, non constat inter auctores: rex nullumne solus habeat aculeum *h.*, maiestate tantum armatus: an dederit eum quidem natura, sed vsum eius illi [1] tantum negauerit. Illud constat *i.*, imperatorem aculeo non vti. Mira plebei circa eum obedientia. Quum procedit *k.*, vna est totum examen, circa eum [2] globatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore, quum populus in labore est, ipse opera intus circuit, similis exhortanti, solus immunis. Circa eum satellites quidam lictoresque, [3] assidui

1. *Tamen. V.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. conglobatur Gr. et Al.* 3. *assidua custodientes auctoritate. V.*

(hic consp.) *Et quot)* Libri omnes excusi, *et quod Liberi patris sepulcrum.* Sed abest a MSS. omnibus vox haec *sepulcrum:* quam eradendam idcirco censuimus. Vt mota in scholis Grammaticorum controuersia fuit, vnusne Hercules, an plures exstiterint: ita de Libero patre disputatum significat. Et sane Hygin. fab. 155. duos agnoscit Liberos Patres Iouis filios, ex Proserpina alterum, alterum ex Semele genitum. H.

h. Rex nullumne solus habeat aculeum) Seneca cap. 19. lib. I. de Clementia: *Iracundissimae ac pro corporis captu pugnacissimae sunt apes, et aculeos in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est.* Basilius Homil. ἡ ἐςὶ μὲν κέντρον τῷ βασιλεῖ, ἀλλ᾽ ἐ χρῆται τέτῳ πρὸς ἄμμιαν. Brod. c. 10. IV. *Dalec.*

Rex nullumne) Seneca de Clem. L. I. c. 19 p. 627. *Rex ipse sine aculeo est*, etc. H.

i. Illud constat) Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 610. Basil. in Hexaem. hom. 8. p. 102. H.

k. Quum procedit) Virg. Georg. L. IV. v. 215. *Ille operum custos, illum admirantur, et omnes Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes, Et saepe attollunt humeris, et corpora bello Obiectant, pulcramque petunt per vulnera mortem.* H.

dui custodes auctoritatis. Procedit foras *l.* non nisi migraturo examine. Id multo *m.* intelligitur ante, aliquot diebus murmure intus strepente, apparatus [1] indice diem tempestiuum eligentium. Si quis alam ei detruncet *n*, non fugiet examen. Quum processere, se quaeque proximam illi cupit esse, et in officio conspici gaudet. *o.* Fessum *p.* humeris subleuant: validius fatigatum ex toto portant. Si qua lassata *q.* deficit, aut forte aberrauit *r.*, odore perse-

1. *Indicio. V.* 2. *Si qua lassatus. V.*

l. Procedit foras) Arist. H. A. L. IX. c. 64. p. 1121. H.

m. Id multo) Arist. l. c. Columella, L. IX. c. 9. p. 329. *Fere ante triduum quam eruptionem facturae sint; velut militaria signa mouentium tumultus ac murmur exoritur: ex quo vt verissime dicit Virgilius, Corda licet vulgi praescifcere: namque morantes Martius ille aeris rauci canor increpat, et vox Auditur fractos sonitus imitata tubarum.* H.

n. Si quis alam ei detruncet) Vel alarum extrema infringat, λαβὼν ἡρέμα τὸν βασιλέα, inquit Didymus in Geopon. L. XV. c. 4. p. 414. τῶν πτερῶν θρίζον αὐτοῦ τὰ ἄκρα. Virgil. l. c. v. 106. — *Tu regibus alas Eripe: non illis quisquam cunctantibus altum Ire iter, aut castris audebit vellere signa.* Columella item, L. IX. c. 10. H.

o. In officio conspici gaudet) Id est, quod ait Homerus, βοτρυδὸν πέτασθαι. Rhod. cap. vit. lib XIII. *Dal.*

p. Fessum) Arist. l. c. p. 1112. Aelian. H. A. L. V. c. 11. H.

q. Si qua lassata) Si qua ex plebeiis apibus, ex agmine et satellitio regis. Vide N. et Em. N. XXIX. (hic pos.) *Si qua*) Dalecampius admonet legi posse, *si qua lassatus*, vt ad regem defatigatio illa, errorque pertineat: quem deinde sic aberrantem odore subditae inuestigent ac persequantur. Sed refragantur codices omnes tum impressi, tum manu exarati, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. Refragatur etiam Albert. de anim. L. VIII. tr. 4. c. 3. p. 267. *Dicunt autem aliqui, quod quando pulli apum iuuenes aliquando amittuntur, et auolant sine rege, rex tunc quaerit eos, et cognoscit eos inuentos ex odore.* Dalecampii tamen coniecturae, aut quisquis est alius, ne

perſequitur. Vbicumque ille conſedit, ibi cunctarum caſtra ſunt.

XVIII. Tunc oſtenta faciunt priuata ac publica, [1] vua dependentes *s*. in domibus templisue *t*., ſaepe expiata *u*. magnis euentibus. Sedere in ore [2] infantis tum etiam Platonis *x*., ſuauitatem illam praedulcis eloquii portendentes. Sedere in caſtris Druſi Imperatoris *y*., quum proſperrime pugnatum apud

1. *Vua dependentes*. Ch. 2. *infantis Platonis tum etiam*. M.

ne quid diſſimulem, Ariſtoteles ſuffragatur, H. A. L. IX. c. 64. p. 1112. Φασὶ δὲ ἢν ἀποπλανηθῇ ὁ ἀφεσμὸς, ἀνιχνευσάσας μεταθεῖν, ἕως ἂν εὕρωσι τὸν ἡγεμόνα τῇ ὀσμῇ. *Ferunt etiam ſi ab rege aberrauerint, veſtigantes recurrere, vſque dum odoratu ducem inuenerint*. Ariſtotelem, vt ſolet, imitatur Aelian. H. A. L. V. c. 10. H.

r. *Aut forte aberrauit*) Si ab examine Rex aberrauit, veſtigantes excurrunt, quoad odore inuenerit. Ariſt. l. IX. *Dal*.

s. *Vua dependente*) Quum in vuae vnius ſpeciem totum examen dependeret, e templis, caſtris, domibuſue priuatis. Id quoque refert inter oſtenta Satyricus vates, Sat. 13. v. 68. Si, inquit, inter alia, *Examenque apium longa conſederit vua Culmine delubri*. H.

t. *Domibus templiſue*) Secundo bello Punico Q. Fabio Max. quartum, M. Claudio Marcello tertium Coss. apum examen in foro viſum, Liuius lib. IV. Decad. 3. *Dal*.

u. *Saepe expiata*) Supplicationibus decretis, inſtituto carmine, etc. Vide Iul. Obſeq. c. 103. p. 54. H.

x. *In ore infantis tum etiam Platonis*) Valerius cap. 6. lib. I. Sic in ore Steſichori luſcinia. Supra cap. 29. lib. X. Aluiſſe Pindarum apes domo patria eiectum, ſcribit Aelianus cap. 45. XII. Hiſt. Dionyſio vero portendiſſe regnum c. 46. lib. eiuſdem. *Dalec*.

Sedere in ore) Hoc ipſum referunt Cicero, de Diuin. L. I. p. 189. Val. Max. L. I. c. 6. p. 30. et e Graecis prolixe Aelian. V. H. L. X. c. 21. qui et idem de Pindaro narrat. De D. Ambroſio, Paulinus in eius vita. H.

y. *Sedere in caſtris Druſi Imperatoris*) Dion. lib. LIV. Druſum ait imprudentibus hoſtibus regionem peragraſſe,

pud Arbalonem z. est, haud quaquam perpetua aruspicum coniectura, qui dirum id *a.* ostentum [1] existi-

se, Visurgim etiam transiturum, nisi alimentorum inopia, hiemis propinquitas et visum in castris apum examen deterruisset. Idem scribit Iulius Obsequens, qui et infeliciter pugnatum scribit. Tacitus lib. I. tradit, Germanicum ad aras barbaras contra Germanos prospere dimicasse. Quamobrem quidam legunt, *In castris Germanici Imper. cum prosp. pugnatum apud Aras barbaras est, etc.* Quidam Arbalonem Salam Germaniae fluuium esse putant, ad quem Drusus Augusti priuignus insignem cladem accepit, auctore Munstero cap. de Westphalia lib. III. Quidam *Arfeld* Westphaliae oppidum, quod magis placet ob nominis vicinitatem, quidam *Arusberg*, vrbem eiusdem prouinciae. *Dal.*

z. *Apud Arbalonem*) Locus est incerti hodie situs in Chattis, vel in Cheruscis. Fuit hic Nero Claudius Drusus Germanici Imperatoris Tiberii Imp. frater, a quo aduersus Sicambros feliciter esse pugnatum, auctor est Dio, L. LIV. p. 544. Simile tamen prodigium alterum, quamquam euentu dispari, eidem Druso contigisse, hoc ipso bello Germanico, sed diuerso fortassis praelio, scribit Iulius Obs. c. 132. p. 73. *Paulo Fabio*, inquit, *Q. Aelio Coss. in Germania, in castris Drusi, examen apum in tabernaculo Hostilii Rutilii Praefecti castrorum consedit. — Multitudo Romanorum per insidias subiecta est.* H.

a. Qui dirum id) Iul. Obseq. c. 130. *In castris Cassii*, inquit, *examen apum consedit: locus aruspicum iussu interclusus interius ducto vallo.* Similia exempla similesque metus vide apud Dionem, L. XLVII. p. 328. et 351. Libro item 74. p. 842. in Seuero, Appian. Bell. ciu. L. IV. p. 668. Iul. Obseq. c. 95. et 113. Cicero, orat. de arusp. responsis: *Si examen apum ludis in scenam venisset, aruspices acciendos ex Etruria putaremus: atque in apum fortasse examine nos ex Etruscorum scriptis aruspices, vt a seruitio caueremus, monerent.* Bene certe ominatus est vates ille de Summo Pontifice Vrbano VIII. cuius insigne gentilitium tres apes fuere, hoc carmine: *Vrbani imperium vis dicam quale futurum? Dum dominantur apes, copia mellis erit.* H.

[1] existimant semper. Duce prehenso totum tenetur agmen: amisso *b.* dilabitur, migratque ad alios. Esse vtique sine rege non possunt. Inuitae *c.* autem interimunt eos, quum plures fuere, potiusque nascentium domos diruunt, si prouentus *d.* desperatur: tunc et fucos abigunt. *e.* Quamquam de iis video dubitari, propriumque iis genus esse aliquos existimare *f.*, sicut furibus *g.*, grandissimis inter illas, sed nigris, lataque aluo: ita appellatis, quia furtim deuorent mella. Certum est, ab apibus fucos interfici. Vtique regem non habent. *h.* [2] Sed quomodo sine aculeo nascantur, in quaestione est.

S 2 Hu-

1. *Existimant. Semper duce prenso.* Ch. 2. *Hi.* M.

b. Amisso) Illud Virgilianum habuit tum ob oculos, Georg. L. IV. v. 212. *Rege incolumi, mens omnibus vna est: Amisso, rupere fidem: constructaque mella Diripuere ipsae, et crates soluere fauorum.* H.

c. Inuitae) Alb. M. de anim. L. VIII. tr. 4. c. 3. p. 268. H.

d. Si prouentus) Si mellis inopiam futuram praesentiant: ὅταν δ' ὑπολίπῃ τὸ μέλι, τὰς κηφῆνας ἐκβάλλουσι. Arist. L. IX. c. 64. p. 1128. H.

e. Tunc et fucos abigunt) Si mellis inopiam futuram praesciant, aut ad prolis incubatum eorum auxilio prospiciant non futurum opus. *Dal.*

f. Aliquos existimare) Sic Aristot. tum L. V. c. 19. p. 610. de hist. animal. tum L. IX. c. 64. p. 1116. quatuor apum genera distinguit. Primum, quod antecellit ceteris, paruum, rotundum, varium: Alterum, oblongum, et vespae simile: Tertium, furem appellatum, ὁ φὼρ καλέμενος, nigrum, aluo lata. Quartum, fucum, omnium maximum, sine aculeo, ignauum. Miror nonnullos apud Varronem, furem fucumque confundere: *Fur*, inquit, *qui vocatur ab aliis fucus.* H.

g. Sicut furibus, etc.) φῶρας Arist. vocat cap. 40. Histor. *Dal.*

h. Regem non habent) Fuci nimirum. Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 609. H.

Humido vere *i.* melior fetus, ſicco, mel copioſius. Quod [1] ſi defecerit aliquas aluos *k.* cibus, impetum in proximas faciunt rapinae propoſito. At illae contra dirigunt aciem: et ſi cuſtos *l.* adſit, alterutra pars, quae [2] ſibi fauere ſentit, non appetit eum. Ex aliis quoque ſaepe dimicant cauſis, [3] eaſque acies contrarias duo imperatores inſtruunt, maxime rixà *m.* in conuehendis floribus exorta, et ſuos quibuſque euocantibus: quae dimicatio *n.* iniectu pulveris,

1. *Sic et Ch. quod ſi defecerit alicuius aluei cibus Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. ſibi fauere ſenſit Ch. ſuis fauere Gr. et Al.* 3. *duraſque. M.*

i. Humido vere) Ariſt. p. 611. de apibus: αὐχμοῦ μὲν ὄντος, μέλι ἐργάζονται μᾶλλον· ἐπομβρίας δὲ, γόνον. *Sicco tempore plus mellis operantur: pluuio, feturae ſtudent.* H.

k. Aliquas aluos) Vide N. et Em. N. XXX. (hic adi.) *Quod ſi etc.*) Generis, vt aiunt, feminini haec vox, licet apud idoneos Latinitatis auctores crebrius vſurpata pro alueari, offendit tamen ita Plinii editores, vt barbari ſermonis vitio laborare Plinianam orationem maluerint, quam vocis huius nouitatem ferre. Itaque ſcripſere, *quod ſi defecerit alicuius aluei cibus.* A quo flagitio deterreri debuerunt verbis proxime ſequentibus, *impetum in proximas faciunt,* nempe *aluos proximas,* vt cuique palam eſt. Et ſane haec omnium codicum conſtans ſcriptura eſt, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. H.

l. Si cuſtos) Cuſtos apium, curator aluearis. Albertus. M. id etiam refert, de anim. L. VIII. tr. 4. c. 4. p. 270. H.

m. Maxime rixa in conuehendis floribus exorta et ſuos quibuſque euocantibus, etc.) Numquam mihi haec lectio ſatisfecit, neque viſa eſt digna Pliniano lepore, aptior videtur, *Maxima rixa in convehendis floribus exhortantibus ſuos quibuſque euocantibuſque. Dimicatio iniectu pulueris, etc.* Pint.

n. Quae dimicatio) Columella, L. IX. c. 9. p. 329. *Pugna quidem vel vnius inter ſe diſſidentis, vel duorum examinum diſcordantium, facile compeſcitur. Nam vt Virgilius, ait, Hi motus animorum, atque haec certamina tanta Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent, aut mulſo,*

veriso., aut fumo p. tota discutitur. [1]Reconciliatur q. vero lacte vel aqua mulsa.

XIX. (XVIII.) Apes sunt et rusticae siluestresque, horridae aspectu r., multo iracundiores s., sed opere ac labore praestantes. Vrbanarum t. duo genera: optimae breues, variaeque, et in rotunditatem compactiles: deteriores longae, et quibus similitudo vesparum: etiamnum [2]deterrimae ex iis pilosae. u. In Ponto x. sunt quaedam albae, quae

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. reconciliantur Gr. et Al.* 2. *teterrimae. M.*

so, passoue, aut alio quouis liquore simili respersо, etc. H.

o. *Iniectu pulueris, etc.)* Virgil. *Pulueris exigui iactu compressa quiescit.* Dalec.

p. *Aut fumo)* Nam vt Virgilius cecinit, Aeneid. L. XII. quum pastor *Vestigauit apes, fumoque impleuit amaro: Illae intus trepidae rerum, per cerea castra Discurrunt, etc.* H.

q. *Reconciliatur)* Varro de R. R. L. III. c. 16. p. 112. *Quae crebrius inter se pugnabunt, aspergi eas oportet aqua mulsa; quo facto non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes; eo magis si mulso sunt aspersae, quo propter odorem auidius applicant se, atque obstupescunt potantes.* Sic et Pallad. L. VII. in Iunio, tit. 7. p. 125. H.

r. *Horridae aspectu)* Δασύτεραι, hirsutiores, Arist. *Dal.*

Horridae aspectu) Sic eas describit Arist. H. A. L. IX. c. 64. p. 1116. δασύτεραι, καὶ ἐλάττους, καὶ ἐργαστικώτεραι, καὶ χαλεπώτεραι: *hirsutiores, minores, operatiores, acerbiores.* H.

s. *Iracundiores)* Χαλεπώτεραι, infestiores. *Dal.*

t. *Vrbanarum etc.)* Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 610. Varro, de R. R. L. III. c. 16. p. 110. *De reliquis apibus optima est parua, varia, rotunda,* etc. Colum. L. IX. c. 3. p. 319. H.

u. *Pilosae)* Nihil Aristoteles. Aut fucos significat, aut fures. *Dal.*

Pilosae) Vide N. et Em. N. XXXI. (hic pos.) *Deterrimae) De pilosis nihil Aristoteles,* inquit Dalecampius: *aut fucos significat, aut fures.* Immo vero, apes ipsas vrbanas, de quibus Varro, de R. R. L. III. c. 36. *In emendo,* inquit, *emptorem videre oportet, valeant, an sint aegrae,*

bis in menſe mella faciunt. Circa Thermodoontem *y.* autem fluuium duo genera: aliarum, quae in arboribus *z.* mellificant, aliarum, quae ſub terra, triplici cerarum *a.* ordine, vberrimi prouentus. Aculeum apibus natura dedit ventri conſertum. Ad vnum ictum *b.* hoc infixo, quidam eas ſtatim emori putant. *c.* Aliqui non niſi in tantum adacto, vt [1] inteſtini quidpiam ſequatur *d.*: ſed fucos poſtea eſſe, nec

1. *Inteſtinum. Ariſt.*

grae, - - *Minus valentium ſigna, ſi ſunt piloſae, et horridae*, etc. H.

x. In Ponto) De Ponti et Thermodoontis apibus, haec totidem verbis Ariſt. l. c. p. 617. H.

y. Circa Thermodoontem) In Themiſcyra. Ariſt. *Dal.*

z. Quae in arboribus) Rectius, quam *in alueis*, ἐν τοῖς σμήνεσι. In Sarmatia, Scythiaque ad Tanaim, quae Moſcouitis paret, arborum caua pleniſſima mellis ſunt: vbi indigenae ſaepenumero appetentibus mel vrſis inſidiantur. H.

a. Triplici cerarum) Triplices, inquit, in terra condunt fauos: ποιοῦσι τριπλᾶ κηρία ἐν τῇ γῇ. Ariſt. H.

b. Ad vnum ictum) Virg. Georg. L. IV. v. 237. — *Et ſpicula coeca relinquunt Affixae venis, animaſque in vulnere ponunt.* Ariſtotelis haec ſententia eſt, tum H. A. L. III. c. 10. p. 355. tum L. IX. c. 64. p. 1125. Lepide in eam ſententiam Seneca de Clem. L. I. c. 19. *Vtinam quidem eadem homini lex eſſet, quae apibus, et ira cum telo frangeretur, nec ſaepius liceret nocere, quam ſemel: nec alienis viribus exercere odia. Facile enim laſſaretur furor, ſi per ſe ſibi ſatiſfaceret, et mortis periculo ſi vim ſuam effunderet.* H.

c. Quidam eas ſtatim emori putant) Seneca cap. 19. lib. I. de Clement. *Vtinam quidem eadem homini lex eſſet, quae apibus, et ira cum telo frangeretur, nec ſaepius liceret nocere quam ſemel. Facile enim laſſaretur furor, ſi per ſe ſibi ſatisfaceret, et mortis periculo ſi vim ſuam effunderet.* Dalec.

d. Vt inteſtini quidpiam ſequatur) Ariſtoteli eae proferre aculeum non poſſunt, quin ſimul inteſtinum elidatur. *Dal.*

Vt inteſtini) Negat Philoſophus, p. 1125. percutientes apes poſſe aculeum ſalvo

nec mella facere, velut castratis viribus, pariterque et nocere et prodesse[1] desinere. Est in exemplis *e.*, equos ab iis occisos. Odere foedos *f.* odores, proculque fugiunt, [2] sed et fictos. *g.* Itaque vnguenta redolentes infestant *h.*, ipsae plurimorum animalium iniuriis obnoxiae. Impugnant [3] eas *i.*

S 4 natu-

1. *Diem desinere. V.* 2. *sic quoque Salm. M. et Ch. sed et infectos Gr. et Al.* 3. *sic et Ch. eos Gr.*

vo intestino recipere: intestino quippe continuatur aculeus. Ita et Albertus M. L. VIII. de anim. tr. 4. c. 4. p. 270. H.

e. Est in exemplis) Arist. p. 1126 vbi Scaliger ex patre se audisse narrat, de tirunculo Gallo in Calabria, Abello Carolino, quum mel surripuisset, iniuria affectis apibus, atque euersis aluearíis, vbi vespere equum conscendisset, potum vehens, eum pariter atque equum ab apibus interfectum. H.

f. Odere foedos) Arist. l. c. et ex eo Aelian. H. A. L. I. c. 58. Didymus in Geop. L. XV. c. 3. p. 413. Palladius, L. I. c. 37. *Sed ab apium castris longe sint omnia odoris horrendi, balneae, stabula, coquinae fusoria*, etc. H.

g. Sed et fictos) Hoc est, factos siue compositos, cuiusmodi vnguenta sunt: quae sunt reperta, vt ait Plinius, L. XIII. luxuria miscente plura simul, et e cunctis vnum odorem faciente. Vide N. et Em. N. XXXII. (hic adi.) *Odere*) Prius *infectos* legebatur, contra fidem codicum, R. 1. 2. Par. Chiffl. Salmant. etc. De vnguentis accipiendum esse vocem eam, tum series ipsa orationis ostendit, tum Aristotelis verba, ex H. A. L. IX. c. 64. p. 1126. Δυσχεραίνουσι δὲ ταῖς δυσώδεσιν ὀσμαῖς, καὶ ταῖς τῶν μύρων· διὸ καὶ τοὺς χρωμένους αὐτοῖς τύπτουσιν. H.

h. Vnguenta redolentes infestant) Aristotel. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Theophrast. cap. 4. lib. VI. de causs. plant. *Dal.*

Itaque vnguenta) Arist. et Aelian. cc. Auctor item Libri de Mirab. Auscult. p. 1152. Theophr. de Caus. L. VI. c. 4. p. 357. Πολεμοῦσι δὲ σφόδρα δὲ καὶ αἱ μέλιτται τοῖς μεμυρισμένοις. H.

i. Impugnant eas) Arist. p. 1124. Aelianus, H. A. L. V. c. 11. Virg. Georg. L. IV. v. 245.

naturae eiusdem degeneres vespae, vtque crabrones: [1] etiam e culicum genere, qui vocantur muliones *k.*: populantur hirundines *l.*, et quaedam aliae *m.* aues. Insidiantur aquantibus [2] ranae *n.*, quae maxima *o.* earum est operatio tum, quum sobolem faciunt. Nec hae tantum [3] quae stagna et riuos obsident, verum et rubetae *p.* veniunt vltro, adrepentesque foribus per eas [4] sufflant *q.*: ad hoc provolant,

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et e culicum Gr. et Al. 2. ranaeque. Maxima. Ch. 3. quae stagna rivosque Gr. et Al. 4. inflantur et prouolantes eas confestim abripiunt. Arist. per eas afflat, ac hoc spatio prouolantes confestim abrip. M. opertas sufflant, ab hoc spatio prouolant, et confestim abrip. V. sufflant, ab hoc spatio prouolant. Ch.

v. 245. *Aut asper crabro imparibus sese immiscuit armis.* Colum. L. IX. c. 14. p. 338. H.

k. Muliones) Ἐμπίδες Aristot. c. 19. lib. V. histor. qui onustos in via mulos aestatis tempore vexant. *Dal.*

Muliones) Οἱ κνῖπες Aristoteli H. A. L. IV. c. 8. p. 483. non ἐμπίδες, vt Dalecampius et alii arbitrantur. Ἐμπίδα culicem Plinius vbique vertit. Mulio e culicum genere est. Muliones dici videntur, quod mulos in via aestate vexant. H.

l. Hirundines) Virg. Georg. L. IV. v. 13. *Absint et picti squalentia terga lacerti Pinguibus a stabulis, meropesque, aliaeque volucres, Et manibus Progne pectus signata cruentis. Omnia nam late vastant, etc.* H.

m. Et quaedam aliae) Merops, et aegithalus. Arist. L. IX. p. 1124. et Aelian. H. A. L. I. c. 58. H.

n. Ranae) Arist. p. 1124. et Aelian. l. c. Albert. M. de anim. L. VIII. tr. 4. c. 4. p. 27. *Quando apes*, inquit, *veniunt ad aquam volentes bibere, superueniunt eis ranae, et araneae aquaticae, et interficiunt eas, et deuorantur a ranis.* H.

o. Quae maxima) Aquatio nimirum. *Nam sine aqua*, inquit Columella, L. IX. c. 5. *neque faui, neque mella, neque pulli denique figurantur.* H.

p. Verum et rubetae, etc.) Arist. p. 1127. H.

q. Sufflant) Vt ea nouitate ac pernicie excitae apes exeant: Sunt enim rubetae venenatae, et apium auidae. H.

volant, confeſtimque abripiuntur. Nec ſentire *r.* ictus apum ranae traduntur. Inimicae et oues *s.*, difficile ſe a lanis earum explicantibus. Cancrorum *t.* etiam odore, ſi quis iuxta coquat, exanimantur.

XX. Quin et morbos *u.* ſuapte natura ſentiunt. Index eorum triſtitia torpens, et quum ante fores in [1] teporem Solis promotis aliae cibos miniſtrant, quum defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exſequias. Rege [2] ea peſte *x.* conſumpto moeret plebs ignauo dolore: non cibos *y.* [3] convehens, non procedens, triſti tantum murmure glomeratur circa corpus eius. Subtrahitur itaque [4] diducta *z.* multitudine: alias ſpectantes exanimem, luctum non minuunt. Tunc quoque ni ſubueniatur, fame moriuntur. Hilaritate *a.* igitur et nitore

 ſanitas

1. *Tepore. M.* 2. *a peſte. M. hac peſte. V. ea d ap. Gr.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. conuehunt, non procedunt, tr. m. glomerantur. M. non cibos conuehit, non procedit Gr. et Al.* 4. *ſic ex MSS em. Hard. diductae. Sal. diducta multitudine. M. diductae multitudine. Ch. deductae multitudini Gr. et Al.*

r. Nec ſentire) Ariſt. l. c. H.

s. Et oues) Ariſt. p. 1135. H.

t. Cancrorum) Virg. Georg. L. IV. v. 47. — *Neue rubentes, Vre foco cancros.* Palladius item L. I. c. 37. *Videtur odor coeni, et cancer aduſtus etc.* H.

u. Quin et morbos) Accepta haec a Virg. Georg. L. IV. v. 251. *Si vero, quoniam caſus apibus quoque noſtros Vita tulit; triſti languebunt corpora morbo: Quod iam non dubiis poteris cognoſcere ſignis: Continuo eſt aegris alius color: horrida vultum Deformat macies: tum corpora luce carentum Exportant tectis, et triſtia funera ducunt, etc.* H.

x. Rege ea peſte) Ariſt. H. A. L. IX. c. 64. p. 1112. H.

y. Non cibos) Mella non fieri, μέλι ὀυκ ἐγγίνεσθαι. Ariſt. H.

z. Diducta) Summota prius, ac diſſipata. H.

a. Hilaritate) Varro de R. R. L. III. c. 16. p. 110. H.

ſanitas aeſtimatur. (XIX.) Sunt et operis morbi: [1]quum fauos explent *b.*, [2]cleron vocant. *c.* Item blapſigoniam *d.*, ſi fetum non [3]peragunt.

XXI.

1. *Quum fauos non explent Gr. et Al.* 2. *ſcleron, vt ſupra cap. 16.* 3. *ſic ex MSS. cm. Hard. conſ. M. peragant Gr. et Al.*

b. Quum fauos explent) Hoc eſt, minuunt, non replent. Vide Not. et Em. N. XXXIII. (hic adi.) *Quum f.*) Ita R. I. 2. Colb. I. 2. Par. Editi vero, *non explent.* At explere quandoque minuere eſt, vt Seruius admonet in illud Virg. L. VI. *Diſcedam, explebo numerum, reddarque tenebris.* Nec tamen receptam ſcripturam prorſus damnandam autumo: quum vſus obtinuerit, vt *explere* plerumque pro *implere* diceretur. H.

c. Cleron vacant) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic adi.) *Cleron*) R. I. 2. Par. etc. *claron* haud dubie mendoſe. Sed adhuc deterius Dalecampius legendum *ſcleron* admonet vt ſ. 16. quum neque idem genus morbi, vtrobique deſcribatur, neque ibi quoque *ſclerus*, vel *clerus* locum habere poſſit, vt diximus. Vt-vt eſt de nomine morbi, quod corruptum eſſe ſuſpicor, de genere certe paulo prolixius Columella, L. IX. c. 13. p. 335. vbi φαγέδαιναν a Graecis vocari ait: quam merito, haud vacat, nunc expenderet. *Saepe etiam vitio,* inquit, *quod Graeci* φαγέδαιναν *vocant, intereunt* apes. *Siquidem quum ſit haec apium conſuetudo, vt prius tantum cerarum confingant, quantum putant explere ſe poſſe: nonnumquam euenit, conſummatis operibus cereis vt examen conquirendi mellis cauſa longius euagatum ſubditis imbribus aut turbinibus in ſilvis opprimatur, et maiorem partem plebis amittat. Quod vbi factum eſt, reliqua paucitas fauis complendis non ſufficiat: tuncque vacuae cerarum partes computreſcant, et vitiis paulatim ſerpentibus corrupto melle ipſae quoque apes intereant.* H.

d. Blapſigoniam) Βλαψιγονίαν, quaſi partus laeſionem a βλάπτω quod *laedo,* et γονὴ quod fetum ſonat. Explicat id morbi genus Columella, L. IX. c. 13. p. 335. *Eſt et illa cauſa interitus,* inquit, *quod interdum continuis annis plurimi flores proueniunt, et apes magis mellificiis, quam fetibus ſtudent. Itaque nonnulli, quibus eſt minor harum rerum ſcientia, magnis fru-*

ctibus

XXI. Inimica eſt et echo *e.* reſultanti ſono, qui pauidas alterno [1] pulſet ictu: inimica et nebula. Aranei quoque *f.* vel maxime hoſtiles: quum praeualuere vt intexant *g.*, enecant alueos. Papilio *h.* etiam [2] ignauus et inhonoratus, luminibus accenſis aduolitans, peſtifer, nec vno modo. Nam et ipſe ceras depaſcitur, et relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur: [3] fila etiam araneoſa, quacumque [4] inceſſit, alarum maxime lanugine *i.* obtexit. Naſcuntur [5] et in ipſo ligno *k.* teredines, quae

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. pulſat Gr. et Al.* 2. *hic ign. Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. filis etiam Gr. et Al.* 4. *inceſſerit. V.* 5. *et in ipſis alueis erucae, teredines vocatae, quae. Ariſt.*

ctibus delectantur, ignorantes exitium apibus imminere, etc. H.

e. Et echo) Collocanda negat aluearia Virgilius, Georg. L. IV. v. 50. — *Vbi concaua pulſu Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat imago.* Columella, L. IX. c. 5. p. 322. *Nec minus vitentur cauae rupes, aut valles argutae, quas Graeci ἤχους vocant.* Palladius quoque L. I. c. 37. p. 33. H.

f. Aranei quoque) Qui primo vermiculi, κλῆροι nuncupati, poſt aranei, telamque texunt, et fauos populantur. Ariſt. H. A. L. VIII. c. 32. p. 978. et Alb. M. de anim. L. VIII. tr. 4. c. 3. p. 268. Virgil. Georg. L. IV. v. 246. de iis quae apibus ſunt infeſta: — *aut inuiſa Mineruae In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.* H.

g. Vt intexant) Vel intra alueum, vel in eius aditu. Nouellas enim apes intercipiunt et occidunt. *Dalec.*

h. Papilio) Ὁ ἠπίολος, Lanuginem quamdam reſpiratu is gignit, nec ab apibus gignitur, fumoque tantum fugatur. Ariſt. *Dal.*

Papilio) Ariſtot. l. c. totidem verbis. Eſt ille autem non vulgaris noſter papilio, ſed ei ſimilis, οἷον ὁ ἠπίολος, luminibus accenſis pariter aduolitans: papilionis genus appellat Columella, L. IX. c. 7. H.

i. Alarum maxime lanugine obtexit) Quae alae veluti puluerulentae ſunt. *Dal.*

k. Et in ipſo ligno) Τερηδόνες Ariſt. l. c. nominantur: Virgilio Georg. L. IV. v. 246.

quae ceras praecipue appetunt. Infeſtat et auiditas *l.* paſtus nimia florum ſatietate, verno maxime tempore: aluo cita. *m.* Oleo quidem *n.* non apes tantum, ſed omnia inſecta exanimantur, praecipue ſi capite vncto in Sole ponantur. Aliquando et ipſae contrahunt mortis ſibi cauſas, quum ſenſere eximi mella *o.*, auide vorantes. Cetero praeparcae, et quae [1] alioqui prodigas atque edaces, non ſecus ac pigras atque ignauas proturbent. Nocent et ſua mella ipſis, illitaeque ab [2] aduerſa *p.* parte moriuntur. Tot hoſtibus, tot caſibus, (et [3] quotam portionem

1. *Alioquin Gr.* 2. *auerſa. Pint. prona.* 3. *Ita quoque Ch. et quota portione eorum commemorata Gr. et Al.*

v. 246. *Durum tineae genus:* Gallis, *Harde*, referente Scaligero, in eum Ariſt. locum p. 979. Neque in ligno tantum, ſed et in alueis, ἐν τοῖς σμήνεσιν naſci Philoſophus tradit. H.

l. Et auiditas) Columella, L. IX. c. 13. p. 333. *Initio veris*, inquit, *quo tithymali floret frutex, et quo ſameram vlmi promunt: ſicut nouis pomis: ita his primitiuis floribus illectae auide veſcuntur poſt hibernam famem, nihil alioqui citra ſatietatem tali nocente cibo: quo quum ſe affatim repleuerint, profluuio alui, niſi celeriter ſuccurritur, intereunt. Nam et tithymalus maiorum quoque animalium ventrem ſoluit, et proprie vlmus apium.* Palladius item, L. IV. in Martio, tit. 15. p. 106. H.

m. Aluo cita) Praeſertim cum vlmi Samera, aut Tithymali flore veſcuntur. Columel. *Dal.*

n. Oleo quidem) Totidem verbis Ariſt. H. A. L. VIII. c. 32. p. 979. Sext. Empir. Pyrrh. Hypot. L. I. c. 14. p. 12. et Albertus, de anim. L. VII. tr. 2. c. 3. p. 234. H.

o. Eximi mella) Alueos caſtrari. H.

p. Illitaeque ab aduerſa, etc.) Alis vt viſco implicatis, et fiſtula, quae oris loco eſt, obturata, ademptoque cibi ac ſpiritus vſu, eo impedimento. *Dalec.*

Ab aduerſa parte) A fronte et proboſcide. Non placet Pintiani emendatio, *ab auerſa*, libris omnibus refragantibus. H.

tionem eorum commemoro?) tam munificum animal expofitum eft. Remedia dicemus fuis locis *q.*: nunc enim fermo de natura eft.

XXII. (XX.) Gaudent plaufu atque tinnitu [1] aeris, eoque conuocantur *r.* Quo [2] manifeftum *s.* eft, auditus quoque ineffe fenfum. Effecto opere, educto fetu, [3] functae munere *t.* omni exercitationem [4] tum folemnem habent: fpatiataeque in aperto, et in altum [5] datae, gyris volatu editis, tum demum [6] ad cibum redeunt. Vita eis longiffima, vt profpere inimica ac fortuita [7] cedant, feptenis annis *u.* vniuerfa. [8] Aluos numquam vltra decem *x.* annos

1. *Aeris et fictilium. Arift. conf. Ch. verbum eft abeft a Gron. et vulgg.* 2. *fic ex MSS. em. Hard.* 3. *functo Ch.* 4. *tamen. V.* 5. *elatae.* 6. *ad cibum, in M. del.* 7. *fic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. cadant Gr. et Al.* 8. *alueos Gr.*

q. Suis locis) L. XXI. f. 42. H.

r. Eoque conuocantur) Varro de R. R. L. III. c. 16. p. 109. quod cymbalis et plaufibus reuocentur, Mufarum volucres ait appellari Virg. Georg. L. IV. v. 64. *Tinnitufque cie, et matris quate cymbala circum: Ipfae confident medicatis fedibus, ipfae Intima more fuo fefe in cunabula condent.* H.

s. Quo manifeftum) Confidentior fane Plinius, quam Philofophus, qui H. A. L. IX. c. 64. p. 1132 apes quidem v i d e r i ait delectari plaufu, teftarum ftrepitu ac fonitu congregari in alueum: haud conftare tamen, audiant, nec ne: atque vtrum hoc prae voluptate, an prae metu faciant: ἐςὶ μέν τοι ἄδηλον ὅλως, εἴτε ἀκούουσιν, εἴτε μὴ, etc. H.

t. Functae munere) MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *functo*, quod obferuatu dignum. H.

u. Septenis annis) Sic Arift. H. A. L. V. c. 19. p. 616. Et Virg. Georg. L. IV. v. 206. *Ergo ipfas quamuis anguftus terminus aeui Excipiat (neque enim plus feptima ducitur aeftas:) Et genus immortale m a n e t, multofque per annos Stat fortuna domus, et aui numerantur auorum.* H.

x. Vltra decem) Columella, L. IX. c. 3. p. 319. *Durant*

annos durasse proditur. Sunt qui mortuas *y.*, si intra tectum hieme seruentur, deinde Sole verno torreantur, ac ficulneo cinere [1] toto die foueantur, putent reuiuiscere.

XXIII. In totum vero amissas reparari ventribus bubulis *z.* recentibus cum fimo obrutis: Virgilius *a.* iuuencorum corpore exanimato *b.*, sicut equorum vespas *c.* atque crabrones, sicut asinorum

1. Totidem tepide. Ch. *rant apes, si diligenter excultae sint, in annos decem: nec vllum examen banc aetatem potest excedere, quamuis in demortuarum locum quotannis pullos substituant* etc. H.

y. Sunt qui mortuas) Hyginus apud Columel. *Dal.*

Sunt qui mortuas) Varro haec totidem verbis, de R. R. L. III. c. 16. ad calcem. Columella, L. IX. c. 13. p. 333. scribit Hyginum id prodidisse, maiores sequutum auctores: se vero, non expertum, asseuerare nihil audere. H.

z. Ventribus bubulis) Modum prolixe docet Florentinus, in Geop. L. XV. c. 2. p. 410. 411. et Aelian. H. A. L. II. c. vlt. H.

a. Virgilius) Georg. L. IV. v. 284. Nec iuuencorum modo, sed etiam taurorum corpore apes gigni docet Kiranus vulgo appellatus, p. 93. et Nicander mox citandus. H.

b. Iuuencorum corpore exanimato) Inde βεγενεῖς apud Varron. Callimach. Ἀεμενὰ παρ' Δαναῶ γῆς ἐπὶ βεγενέων. *Dal.*

c. Equorum vespas, etc.) Nicander in Theriacis: Ἵπποι δὴ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν. Marc. Varr. lib. III. de re rust. versum eum tribuit Archelao Lib. I. Epigrammatôn ex Pallada citatur. Philo in compositione Philonii versibus descripti, mel vocat νάματα θυγατέρων ταύρων, liquorem filiarum taurorum. *Dal.*

Equorum vespas) Recitat Archelai eam in rem epigramma Varro, de R. R. L. III. c. 16. Ἵππων μὲν σφῆκες γενεὰ μόσχων δὲ μέλισσαι. Nicander quoque in Theriacis, p. 52. Ἵπποι δὴ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν. *Crabroni ortus equi: apibus primordia tauri.* Ouid. Metam. L. XV. v. 358. *Presso humo bellator equus crabronis origo.* Sunt autem vespae, crabronesque congeneres. H.

rum *d.* scarabaeos, mutante natura ex aliis quaedam in alia. Sed horum *e.* omnium coitus cernuntur. Et tamen in fetu *f.* eadem prope natura, quae apibus.

XXIV. (XXI.) Vespae in sublimi *g.* e luto nidos

d. Sicut asinorum) Scarabaeorum plura sunt genera, de quibus dicemus, §. 34. Ex asinorum corpore putrido non quodlibet gignitur, sed quod μηλολόνθης Aristoteli dicitur, H. A. L. V. c. 18. p. 682. Gaza scarabaeum viridem interpretatur: nos rutilum, de quo dicemus, §. 34. H.

e. Sed horum) Vesparum, crabronum, et scarabaeorum. De vesparum quidem et scarabaeorum coitu, Arist. de gener. anim. L. I. c. 16. p. 1056. Illarum, vt sui generis animal pariant: istorum, vt vermiculos tantum. De vesparum rursus coitu, crabronumque simul, idem de gener. anim. L. III. c. 10. p. 1110. ὀχευόμεναι δὲ γεννῶσιν ὑπ᾽ ἀλλήλων· ὦπται γὰρ πολλάκις ὁ συνδυασμὸς αὐτῶν. H.

f. Et tamen in fetu) In educando fetu, quoniam crabrones vespaeque fauos exaedificant pallis suis, inquit Philos. Hist. L. V. c. 19. p. 617. Αἱ δὲ ἀνθρῆναι καὶ σφῆκες ποιοῦσι κηρία τῷ γόνῳ. H.

g. Vespae in sublimi) Quae vespa Latinis, Graecis ἀνθρήνη, Gallis, *vne Guespe.* Vide N. et Em. N. XXXV. (hic adi.) *Vespae)* Quae vespae Latinis, eae Graecis ἀνθρῆναι sunt, non σφῆκες, vt Gazae et Scaligero visum: cuius rei locuples testis esse debet, idoneus Latinitatis auctor Plinius, qui quae ταῖς ἀνθρήναις attribuit Graecus scriptor, tum H. A. L. V. c. 19. p. 617. tum L. IX. c. 65. et 66 haec Latinus vespis: ille τοῖς σφηξί, quae noster crabronibus. Vt illud est inprimis, vnde de iis dicendi sumit exordium. Simile enim illud Aristotelis est, Hist. L. V. c. 19. p. 617. Αἱ μὲν ἀνθρῆναι, ἐπὶ μετεώρε τινός· οἱ δὲ σφῆκες, ἐν τρώγλῃ (ποιοῦσι κηρία.) ὅταν δ᾽ ἔχωσιν ἡγεμόνας ὑπὸ γῆν· *Vespae quidem in sublimi loco aliquo: crabrones in cauernis fauos faciunt: qui vero ducem habent, sub terra.* Eam ob causam et L. XXIX. §. 27. genus phalangii quoddam agnoscit a crabrone penna tantum differens, quod σφηκεῖον Nicander vocat. H.

dos faciunt *h.*, et [1]in his ceras: crabrones *i.* in cavernis, [2] aut ſub terra. Et horum omnium ſexangulae cellae. Cera autem [3] corticea et araneoſa *k.* Fetus ipſe inaequalis vt barbaris *l.*: alius euolat,

1. *In iis. Gr.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. ac ſub Gr. et ſub. vulgg.* 3. *cortice manent. Ch. cetera autem e cortice et arena. Fetus Gr. et Al.*

h. E luto nidos faciunt) In columnas, vel aliquid aliud quod formam habeat, ibique pariunt. Dal.

i. Crabrones) Graecis σφῆκες, Gallis, des *Frelons.* H.

k. Cetera autem e cortice et haerena) Archetypum Toletanum, *Caerae autem cortice araneoſo.* Scribo, *Cerae autem cortice araneoſiſue.* Ariſtoteles libro quinto, capite 23. *Cellis ſexangulis fauos exſtruunt omnes vt apes, ſed ex materia corticea quadam et araneoſa.* Et mox paulo: *Verum non in omnibus cellis ineſt aequalis fetus, ſed aliis tam grandiuſculus, vt vel queat volare, aliis in nympha eſt, aliis in vermiculo.* Haec Ariſtoteles: quae omnia hoc modo legis apud Plinium fere ad literam, vt culpam effugere nequeant, qui pro *Araneis Harena* ſubſtituerunt. *Pintian.*

Corticea et araneoſa) Ex corticea araneoſaque materia. Vide Not. et Em. N. XXXVI. (hic adi.) *Cera)* Parm. editio, *Cetera autem cortice araneis.* Frobenius, inſigni confidentia, quam ceteri tamen editores deinceps ſequuti ſunt, *cetera autem e cortice et arena.* Verum longe aliter MSS. R. 1. *Cera autem cortice araneos.* R. 2. *Cerae autem cortice araneoſae,* etc. Nos horum exemplarium admonitu, magiſque Philoſophi auctoritate permoti, ſcripſimus intrepide, *Cera autem corticea et araneoſa.* Graeca illius ſunt H. A. L. V. c. 1. p. 617. Ἑξάγωνα μὲν ȣ̃ν πάντα ἐςὶ κηρία τȣ́των, ὥσπερ καὶ τὰ τῶν μελιττῶν. Σύγκειται δὲ ȣ̓κ ἐκ κηρȣ̃, ἀλλ᾽ ἐκ Φλοιώδȣς ὕλης τὸ κηρίον. *Crabronum,* inquit, *veſparumque faui ſunt item ſexanguli, quemadmodum et apum: compoſiti non e cera, ſed ex corticea materia, atque arenoſa.* H.

l. Vt barbaris) Vt ab apum nobilitate ac diſciplina longe deficientibus; ȣ̓ γὰρ ἔχȣσιν ȣ̓δὲν θεῖον, ὥσπερ τὸ γένος τὸ τῶν μελιττῶν, inquit Philoſophus, de gener. anim. L. III. c. 10. p. 1110. MSS. tamen omnes, *et barbarus.* H.

lat *m.*, alius in nympha est, alius in vermiculo. Et autumno, [1] non verno *n.*, omnia ea. Plenilunio *o.* maxime crescunt. Vespae, quae ichneumones *p.* vocantur, (sunt autem minores, quam aliae,) vnum genus ex araneis perimunt, phalangium appellatum, et in nidos suos ferunt, [2] deinde illinunt, et ex iis *q.* incubando suum genus procreant. Praeterea omnes *r.* carne [3] vescuntur, contra quam apes, quae nullum corpus attingunt. Sed vespae muscas *s.* gran-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. non verno. Omnia ea plenilunio. M. et Ch. non vere omnia Gr. et Al.* 2. *deinde luto illinunt, et ibi pariunt. Praeterea, etc. Aristot.* 3. *vescuntur. Contraque apes nullum. M.*

m. Alius euolat) Alius, inquit, perfectus est, et volat: alius formam primum induit; et tunc nymphae nomen habet, vt apes iuniores: alius tantum in vermiculo, quum primum ab incubatu excluditur. H.

n. Non verno) Ita MSS. omnes: libri publici, *non vere.* Apes, inquit, vere; vespae et crabrones, autumno fetificant. Arist. H. A. L. V. c. 19. p. 618. H.

o. Plenilunio) Arist. l. c. H.

p. Ichneumones) Οἱ ἰχνεύμονες καλέμενοι σφῆκες, inquit Philosophus, H. A. L. V. c. 18. p. 606. Crabrones ichneumones appellati, sed reliquo crabronum genere multo minores. Mirari subit, cur vespas appellet modo, qui alias semper crabrones appellarit, quos apud Aristotelem quidem σφῆκας legimus. H.

q. Et ex iis) Ex phalangiis nido suo illitis, cum luto. Arist. l. c. Τὰ φαλάγγια ἀποκτείναντες, φέρεσι πρὸς τειχίον, ἤ τι τοιῦτον τρώγλην, ἔχον· καὶ πηλῷ καταχρίσαντες, ἐντίκτεσιν ἐνταῦθα· καὶ γίνονται ἐξ αὐτῶν οἱ σφῆκες οἱ ἰχνεύμονες. *Abs se interfecta phalangia ferunt ad parietinas, aut alio, vbi foramen sit: lutoque oblito ibi pariunt, et ex iis suum genus procreant.* H.

r. Praeterea omnes) Vespae, crabronesque. Arist. H. A. L. IX. c. 66. p. 1145. Apes nihil ex carne attingunt: Vespae nihil ex floribus; crabronesque, ab vtrisque. H.

s. Sed vespae muscas, etc.) De crabronibus id Arist. *Dal.* *Sed*

grandiores venantur: et amputato iis capite, reliquum corpus auferunt. Crabronum filuestres *t.* in arborum cauernis degunt: hieme *u.*, vt cetera insecta, conduntur: vita bimatum non transit. *x.* Ictus eorum haud temere sine febri est. Auctores sunt, ter nouenis punctis interfici hominem. [1] Aliorum *y.*, qui mitiores videntur, duo genera: opifices, minores corpore, qui moriuntur hieme *z.*: matres, quae biennio durant: ii et clementes. Nidos [2] vere faciunt *a.*, fere quadrifores *b.*, in quibus opifi-

1. *Vesparum, quae. ex Arist.* 2. *vero. M.*

Sed vespae) Arist. l. c. Αἱ δ' ἀνθρῆναι . . . θηρεύουσιν τὰς μεγάλας μύας· καὶ ὅταν καταλάβωσιν, ἀφελοῦσι τὴν κεφαλὴν, etc. H.

t. Crabronum filuestres.) Crabrones terra egesta alveos construunt. Verum amisso duce, aut si forte ab alueo aberrauerint, ad aliquam arborem se colligunt, et fauos ibi construunt. Aristot. cap. 42. lib. IX. Hist. 23. lib. V. *Dal.*

Crabronum) Arist. H. A. L. IX. c. 65. p. 1137. τῶν σφηκῶν genus filuestre seu ferum, quod ait esse rarum, in montibus gigni docet, neque sub terram parere, sed in quercubus, ἀλλ' ἐν ταῖς δρυσί. H.

u. Hieme) Arist. p. 1138. de iisdem crabronibus, περὶ σφηκῶν. Ζῶσι δὲ φωλοῦντες τὸν χειμῶνα. H.

x. Vita bimatum non transit.) De vespis matribus id Aristot. *Dal.*

Vita bimatum) Arist. ibidem de iis ipsis: οὗτοι μὲν οὖν διετίζουσι. *Crabrones annum transeunt:* igitur biennio vitam finiunt. H.

y. Aliorum) Crabronum scilicet, τῶν ἡμέρων σφηκῶν δύο γένη etc. Aristot. totidem verbis, p. 1139. H.

z. Moriuntur hieme) Νεκύδαλον Gaza *inualidum* vertit. Ego vero *sepultum*, *et tamquam emortuum:* ὑποκοριστικῶς, οἷον νέκυν. *Dal.*

a. Nidos vere faciunt) Favos, et veluti vesparia, κηρία καὶ οἷον σφηκωνεῖς. Arist. *Dal.*

Nidos vere) Ineunte aestate, ἐπιόντος τοῦ θέρους. Arist. p. 1139. H.

b. Quadrifores) Τετραθύρους, quaternis ostiolis. H.

opifices generentur. Iis eductis *c.*, alios deinde nidos maiores fingunt, in quibus matres futuras producant. Iam tum opifices funguntur munere, et pascunt eas. Latior matrum *d.* species: dubiumque *e.* an habeant aculeos, quia non [1] egrediuntur. *f.* Et his sui fuci. *g.* Quidam *h.* opinantur omnibus his ad hiemem *i.* decidere aculeos. Nec crabronum autem *k.*, nec vesparum generi [2] reges, aut exami-

1. *exeruntur. Vide Annot.* 2. *reges plures, aut exam. ex Aristot. c. 42. lib. IX. Hist.*

c. Iis eductis) Τέτων αὐξηθέντων. H.

d. Latior matrum) Inter crabrones, inquit, quibus est matrum nomen, latae graues, crassiores, grandioresue sunt, quam alii crabrones: ἔςι δὲ ἡ μήτρα πλατὺ καὶ βαρὺ, καὶ παχύτερον, καὶ μεῖζον τῆ σφηκός. Arist. p. 1141. H.

e. Dubiumque) Dubitatur an illae matres aculeatae sint, nec ne; videntur tamen veluti greges apum esse; verum neque exire, neque ferire; ἐοίκασι δ' ὥσπερ ἡ τῶν μελιττῶν ἡγεμόνες, ἔχειν μὲν, ἐκ ἐξιέναι δὲ, ἐδὲ βάλλειν. Arist. p. 1141. vbi τὸ ἐξιέναι, Pliniique τὸ *egrediuntur*, ad aculeum referri oportere, dicique pro *exseruntur*, manifestum est. Albertus M. de anim. L. VIII. tr. 4. c. 6. p. 273. putat iis esse breuem aculeum: et nobis quidem ita quoque videtur. Qui locis praeruptis capiuntur, iis esse aculeum Philosophus ait, p. 1145. H.

f. Non egrediuntur) Videntur vt apum reges, habere aculeos, sed nec exstringere, nec ferire. Arist. vt hic *exeruntur*, quemadmodum monuimus, videatur legendum. *Dalec.*

g. Et his sui fuci) Vesparum quaedam carent aculeo, et fuci. Arist. *Dal.*

Et his sui fuci) Sunt, inquit, et inter crabrones, qui carent aculeo, vt inter apes fuci; sed ii minores, et imbecilliores. Arist. p. 1132. τῶν δὲ σφηκῶν οἱ μὲν ἄκεντροί εἰσιν, ὥσπερ κηφῆνες, etc. H.

h. Quidam) Arist. l. c. H.

i. Omnibus his ad hiemem, etc.) Plerisque ex iis quae habent. Arist. *Dal.*

k. Nec crabronum autem) Duces et reges tum vespis esse, tum crabronibus, Aristoteles

examina: ſed ſubinde renouatur *l.* multitudo ſobole.

XXV. (XXII.) Quartum inter haec *m.* genus eſt bombycum *n.*, in Aſſyria proueniens, maius quam ſupra dicta. Nidos luto *o.* fingunt, [1] ſalis ſpecie, appli-

1. *Velut ſale perunctos. Ariſt.*

ſtoteles plurimis locis apertiſſime ſcribit. *Dal.*

Nec crabronum) Quamuis veſpae crabroneſque examen ſub terra ſaepe conſtituant, nec crabrones tamen, nec veſpae emittunt examina ſub rege aliquo et ductore, vt apes: ſed acceſſione facta ſobolis manent, ibi augentque alueum egeſta ſcobe: vnde fiunt vno in loco examina ſane magna: ita vt cophini interdum quatuor fauorum ex vno nido extracti ſint. Sic Ariſt. H. A. L. IX. c. 66. p. 1146. H.

l. Sed ſubinde renouatur) Subnaſcentes ſemper nouellae illic manent. *Dal.*

m. Quartum inter haec) Huic, inquit, triplici inſectorum generi, apum, veſparum, crabronumque, affine quartum eſt, ſed ipſis etiam maius, forma paene par, et opere: nam fauos ii, ceraſque fingunt. H.

n. Genus eſt bombycum) Veſparum grandiorum, quas a bombyzatione, vt eſt apud Feſtum, ſic vocarunt. Nec omnium tamen hic intelligit, ſed quorumdam tantum. Ariſtot. c. 24. lib. V. *Dal.*

Bombycum) Graecis βόμβυξ et βομβυλιός. Heſychius: Βόμβυκες, εἶδος ζώου πτερωτοῦ κατὰ σφῆκα. Item; βομβυλιὸς, ζῶον ἦχόν τινα ποιοῦν τοῦ γένους τῶν σφηκῶν, ἡ μέλισσα μεγάλη, ἡ μυῖα. Toto genere, forma, ortu, nido, opere differunt a bombycibus noſtris, ex quibus ſericum ducimus. E veſparum illi genere ſunt: Nomen a bombo, vel ſono, quem apum more ac veſparum edunt, nomen inuenere. Iſ. Tzetzes in Lycophr. p. 110. Βομβυλιός ἐστι ζωΰφιον, ὅμοιον μελίσσῃ, μέλαν δὲ τῇ χροιᾷ, ἐκ πήλου κηροπλαστοῦν. Λέγεται δὲ βομβυλιὸς, παρὰ τοῦ βομβεῖν. Eadem habet et Suidas, p. 563. et Harpocration, p. 63. H.

o. Nidos luto) Ariſt. H. A. L. V. c. 19. p. 618. Ἔνια δὲ τῶν βομβυκίων πρὸς λίθῳ, ἢ τοιούτῳ τινὶ ποιοῦσι πήλινον ὀξὺ, καὶ ὥσπερ οἱ ἅλες καταλείφονται· τοῦτο δὲ σφόδρα παχὺ καὶ σκληρόν.

applicatos lapidi, tanta duritie, vt ſpiculis perforari vix poſſint. In iis et ceras *p.* [1] largius, quam apes, faciunt: deinde maiorem vermiculum.

XXVI. Et alia horum origo *q.*: [2] e grandiore vermicu-

T 3

1. *Pallidiores. Ariſt.* 2. *alii ex Ariſt. lib. V. Hiſt. c. 19. legunt, E grandiore vermiculo, gemina protendente cornua, ſui generis. Hinc erucae fiunt, etc. Cui lectioni adſtipulari videtur. Ch. in quo legitur, cornuum vricas ſit. Dein, etc.*

ρόν· λόγχη γὰρ μόλις διαιρεῖσιν. *Quaedam ex bombycum genere, ad lapidem, aut tale quid conſtruunt e luto metae figuram, ſale quaſi oblitam. Craſſum hoc durumque: lancea enim vix diuidi poteſt.* H.

p. In iis et ceras) Ariſt. l. c. Vide N. et Em. N. XXXVII. (hic conſp.) *In iis)* Ita MSS. quos vidi, omnes, et vt arbitror, quos non vidi. Neque enim eos audio, qui *cellas* alicubi legi aiunt. Ariſtoteles certe de iis agens, H. A. L. V. c. 19. p. 618. ἐν τῷ πηλῷ γίνεται κηρός: Tzetzes, Suidas, aliique βομβύλιον vocant, ζωΰφιον κηροπλαςῦν. Ariſtophanes, in Veſpis, p. 438. Ὥσπερ μελίττ' ἢ βομβυλιὸς εἰσέρχεται Ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ἀναπεπλασμένος. Vbi Scholiaſtes vetus: Βομβυλιὸς ζῶον μελίττῃ ὅμοιον, καὶ ὅτι κηρὸν ποιεῖ. *Bombylius animal api ſimile, quod et ceram facit.* H.

q. Et alia horum origo) Lege: *et alia horum origo: e grandiore vermiculo gemina ſui generis protendente cornua vrica fit, dein quod vocatur bombylius, ex ea necydalus.* *Vrica* ab vrendo ſic dicta. Bombyx igitur et bombylius tunc vocitatur, quum teſta ſua, ſiue ſepulcro textili incluſa eſt, nec mouens ſeſe nec ſonans, ita a bombo vel ſono dicta videri non queat, vt bombyx veſpa; certe a figura ſic appellata eſt. *Salmaſ.*

Et alia horum) Alii, inquit, bombyces Aſſyrii ſunt, quorum origo a ſuperioribus admodum diſſimilis. Vide N. et Em. N. XXXVIII. (hic coll.) *Et alia)* Alterius iam originis generiſque, bombyces deſcribit, quos ſub diuerſo quoque lemmate diſtribuit in Indice, hoc modo: *De Bombyce Aſſyrio. De Bombyliis necydalis.* Genus hoc non ceras, vt prius memoratum, ſed fila ducit. Haec duo genera, tam diverſa, tamque diſparia, in vnum conflat nihilominus Scaliger, in Comment. ad Ariſt.

miculo *r.*, gemina [1] protendente sui generis cornua, [2] primum eruca fit *s.*: deinde, quod vocatur *t.* bombylius;

1. *Sic ex MSS. em. Hard. protendens Gr. et Al.* 2. *Hi erucae sunt: Fit deinde Gr. et Al.*

Arist. Hist. de anim. p. 1148. quamquam Philosophus ea et descriptione, ortuque, ostendit esse dissimilia, et oratione ipsa seiungit: nam de priore agit Hist. L. V. c. 19. p. 618. de posteriore c. 18. p. 599. Ea confundi quoque a Plinio, quoniam communi bombycum nomine ambo censentur, falso Salmasius credidit, in Tertull. de pallio, p. 85. H.

r. E grandiore vermiculo) Aristotel. cap. 19. V. Hist. ἐκ δὲ τινος σκώληκος μεγάλȣ, ὃ ἔχει οἷον κέρατα. καὶ διαφέρει τῶν ἄλλων, γίνεται πρῶτον μὲν μεταβαλόντος τȣ̃ σκώληκος κάμπη, ἔπειτα βομβύλιος, ἐκ δὲ τȣ́τȣ νεκύδαλος, ἐν δ᾽ ἓξ μησὶ μεταβάλλει ταύτας τὰς μορφὰς πάσας, ἐκ δὲ τȣ́τȣ τȣ̃ ζώȣ καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύȣσι τῶν γυναικῶν τινὲς ἀναπηνιζόμεναι, κἄπειτα ὑφαίνȣσι. πρώτη δὲ λέγεται ὑφᾶναι ἐν Κῷ Παμφίλη Λατῳ̃ς θυγάτηρ. *Ex quodam magno verme qui cornua habet, et ab aliis differt, primum quidem, quum is mutatus est nascitur Eruca, deinde Bombylius, atque ex illo Necydalus. Sex porro mensibus in has omnes formas mutatur. Ex hoc animali bombycia mulieres quaedam carminando resolvunt, ac texunt. In Co prima texuisse Pamphilia dicitur, Latoi filia.* Lego κάμπη ἔπειτα νεκύδαλος, ἐκ δὲ τȣ́τȣ βομβύλιος, et prorsus ille ordo est. *Dal.*

E grandiore) Ἐκ σκώληκός τινος μεγάλȣ, ὃς ἔχει οἷον κέρατα, καὶ διαφέρει τῶν ἄλλων. Arist. H. A. L. V. c. 18. p. 599. Tamquam cornua habet, quibus ab aliis differt. Describitur hic vermiculus a Basilio in Hexaem. hom. 8. H.

s. Primum eruca fit) *Vel vrica* Vide N. et Em. N. XXXIX. (hic adi.) *Primum eruca*) Vel *vrica*, vt monuimus. Nam in MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et Chiffl. *vmuricas fit*: vnde nos, *Primum vrica*, vel *eruca fit* expressimus, priores litteras numerales esse notas rati, pro *primum*: adstipulante Philosopho, apud quem haec totidem verbis leguntur, vt mox dicemus. *Vricam* certe vel *vrucam* pro *eruca* dictum olim, non veteres modo testantur libri, sed et Columella in Horto, siue L. X.

— *Ser-*

bylius *u.*: ex eo necydalus *x.*: ex hoc in ſex menſibus bombyx. *y.* Telas araneorum *z.* modo texunt ad

— *Serpitque vrica per hortos, Quos ſuper ingrediens exurit ſemina morſu.* etc. Alii tamen, ſed recenter cuſi codices, *eruca* legunt. Gloſſ. vett. *Vruca*, *κάμπη.* H.

t. Deinde quod vocatur) Ex vermiculo, inquit, fit primum eruca: quae poſt paulum temporis tumulum ſeu nidum forte condens, vt noſtri bombyces faciunt, filis multis contextum, in eo veluti ſepulta iacet. Tum vero bombylius appellatur. Poſtea ex bombylio, perforata teſta, qua incluſus erat, necydalus vocatur: idem adultus, bombyx. Haec omnia ſex menſium ſpatio perficiuntur. Vide Not. et Em. N. XL. (hic adi.) *Deinde)* Quamuis libri omnes publici et conditiui conſentiant, iuuertit hic tamen verborum vices Dalecampius, et Dalecampium ſequutus Aldrouandus de inſect. L. II. c. 3. p. 362. *Deinde quod vocatur necydalus, ex eo bombylius.* Verum vterque non Plinio modo aduerſatur, ſed et Philoſopho, H. A. L. V. c. 18. p. 599. Γίνεται δὲ πρῶτον μὲν, μεταβαλόντος τοῦ σκώληκος, κάμπη· ἔπειτα, βομβύλιος· ἐκ δὲ τούτου νεκύδαλος· ἐν ἓξ δὲ μησὶ μεταβάλλει ταύτας τὰς μορφὰς πάσας. Habet his paria Heſychius quoque: Νεκύδαλος, τὸ ἐκ τοῦ βόμβυκος ζῶον. Clemens item Alex. Paedag. L. II. p. 200. H.

u. Bombylius.) Theophr. cap. 8. lib. I. cauſſ. νεκύδαλον vocat χρυσαλλίδα, a colore tegminis et velleris; Bombylium vero ſiue Bombycem, τὴν ψυχὴν, Papilionem. *Dalec.*

x. Necydalus) Νεκύδαλος. Forte ita dictus, quod e bombylio mortuo quaſi renaſcatur ipſe. Νέκυς enim Graecis eſt *mortuus.* H.

y. Bombyx.) Bombycas a Graecis *Seras* vocari tradit Pauſan. in Eliac. ſed eorum ortum ac naturam inſcite narrat. *Dal.*

z. Araneorum.) Aranearum. Araneae retia ſunt, quibus muſcae captantur, Aranei vero illorum textores. Cum araneis comparantur illae telae, raritate texturae, et macularum peruia latitudine, nobis *Crepe*, et *Crepiline.*

Araneorum modo texunt) Hi nempe bombyces, quorum origo alia a priorum origine, vt aranei ſuas araneas, ſic telas ſuas et fila bom-

ad vestem luxumque feminarum, quae bombycina *a.* appellatur. Prima eas *b.* [1] redordiri, rursusque texere

1. *Retorquere. M.*

bombyces in longum stamen ducunt. Σκώληκες, inquit Iul. Pollux, L. VII. c. 17. p. 547. εἰσὶν οἱ βόμβυκες, ἀφ' ὧν τὰ νήματα ἀνύεται, ὥσπερ ὁ ἀράχνης. *Bombyces vermiculi sunt, a quibus fila ducuntur, aranei more.* Expressius aliquanto Clem. Al. Paedag. L. II. p. 200. Οἱ δὲ νεκύδαλον αὐτὸ καλοῦσιν· ἐξ οὗ μακρὸς τίκτεται στήμων, καθάπερ ἐκ τῆς ἀράχνης ὁ τῆς ἀράχνης μίτος. *Bombylium nonnulli Graece appellant necydalum, ex quo longum stamen nascitur, quemadmodum ex araneo tela araneae.* Quae longi staminis forma vel vna per se satis declarat quam sint et hi alteri bombyces Assyrii a nostris diuersi. H.

a. Quae bombycina) Duplex igitur fuit bombycini texti genus: Primum, ex Assyria bombyce, ad vsum feminarum: alterum ex Coa, vnde vestes vsurpare nec viros ipsos puduit. Quamquam et illud prius Coum ab aliis scriptoribus appellatur, quod in Co, vel Ceo potius insula, nema ex Assyriis allatum retorqueretur. Aliud ab vtroque isto bombycino, serici genus fuit, de quo Plinius, L. VI. s. 20. quod ex arborum canitie texebatur: nam et apud Indos hodieque ex arborum eiusmodi, herbarumque lanugine, texta fiunt. Priora duo serici seu bombycini antiqui genera, ignota hodie, vt et alia quam plurima. H.

b. Prima eas) Telas videlicet. Vide N. et Em. N. XLI. (hic adi.) *Prima etc.*) Telas, vt dixi, non vestes, quemadmodum Salmasius putauit, in Solin. p. 144. id enim esset actum agere: vestes retexere scilicet, vt rursum texerentur de nouo. Deinde, si de vestibus Plinius ageret, non *eas* dixisset, sed *eam*: antecedit enim proxime, *texunt ad vestem*. Denique Philosophi verba de telis accipienda sunt: Ἐκ δὲ τούτου τοῦ ζώου, inquit H. A. L. V. c. 18. p. 599. καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινες ἀναπηνιζόμεναι· κἄπειτα ὑφαίνουσι. *Ex hoc animali bombycia mulieres quaedam exsoluunt deglomerantes, atque inde texunt.* Neque enim βομβύκια dicit ἀντὶ τῶν βομβυκίνων, vt Salmasius arbitratur: sed ipsa sunt bombycum fila βομβύκια, vti ἀράχνια araneorum. Hoc lanicium mulieres fuso resoluebant: ex reso-

xere inuenit [1] in Ceo *c*. mulier Pamphila, [2] Latoi filia *d*., non fraudanda gloria excogitatae rationis, vt denudet feminas [3] vestis. *e*.

T 5 XXVII.

1. *In Coo. M. et Ch.* 2. Λατῶς ϑυγάτηρ. *Arist. Platis vertit Gaza. Platae. Ch.* 3. *vestis bombyca, et in Co inf. M.*

resoluto telam tum primum texebant. H.

c. In Ceo) Ἐν Κῶ. Arist. Unde *Coa vestis*. Tibullus: *Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa Texerat.* Ouidius: *Siue erit in Cois, Coa decere putat.* Erat autem pellucida, sub qua fere corpus transpareret. Tales Spartianis virginibus φανομηρίδες, quas δωριαζέσας induebant, dum saltarent et exercerentur. Vide στηρικὸν in Diction. Constant. et supra cap. 17. lib. VI. *Dal.*

In Ceo) Vide N. et Em. N. XLII. *In C.*) MSS. fere omnes, *in Coo*, sed mendose, pro *Ceo*. Alia Cos est Hippocratis patria, alia Ceos siue Cea, auulsa Euboeae, de qua L. XII. f. 20. De vtraque in Geographicis egimus. De Ceo nunc scripsisse Plinium ipse admonet, tum l. c. scribens: *Ex hac* (nempe Cea Insula) *profectam delicatiorem feminas vestem auctor est Varro*: tum hoc ipso loco, in quo illlustrando versamur, statim subiungens, *Bombycas et in insula Co nasci tradunt*, diuersis bnmbycibus, diuersum natale solum assignans. Quamquam non sum nescius apud Aristot. loco proxime appellabo scribi, ἐν Κῷ. Sed Graeci etiam εἰς τὴν Κῶ dicunt, de Ceo: vt Diodorus Siculus, Bibl. L. IV. p. 281. vbi de Aristaeo, quem Ceam insulam tenuisse, tum ex aliis scriptoribus, tum ex Virgilio scimus, Georg. L. I. v. 15. — *Cultor nemorum, cui pinguia Ceae Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci.* Sic Heraclides Ponticus τὴν Κὼ, ἐν τῇ Κῴων, (lego Κείων) πολιτείᾳ, vti de Aristaeo multa, et de Ceae cognomine *Hydrussa*, de quo egimus in libris Geographicis. Sed vice versa ipsam Con insulam *Ceon* vocitatam esse, Κέως et Κῶς auctor est Eustathius, in Iliad. β' p. 319. H.

d. Latoi filia) Παμφίλη Λατῶε ϑυγάτηρ, Arist. Hist. L. V. c. 18. p. 599. H.

e. Vt denudet feminas vestis.) Ac si dicat, nihil absurdius fieri posse, quam quum vestis, ad tegendum partes, quibus pudor debetur,

XXVII. (XXIII.) Bombycas et in Co insula *f.* nasci tradunt, cupressi, terrebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terrae halitu *g.* animante.

tur, inventa, eadem ad nudandum eas adhibeatur pellucida. *Gelen.*

Vt denudet) Seneca in eam rem eleganter, ep. 90. p. 397. *Quid si contigisset videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur: in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est?* Vestem quamlibet eius tenuitatis nebulam prisci vocabant: quod transluceret sub illa corpus, vti caelum sub nebula. Fulgentius, Mythol. L. I. *Astiterant itaque syrmate nebuloso lucidae ternae viragines,* etc. Fragm. Petronii, *Palam prostare nudam in nebula linea:* sic enim legendum, non *lanae*, Du-Cangius admonet, in Glossario, verbo, *Nebula.* Vide quae diximus. L. VI. s. 20. H.

f. Bombycas et in Co insula, etc.) Bombycum naturam et lanificii solertiam strictim indicavit Alexand. ab Alex. c. 9. lib. IV. *Dalec.*

Bombycas) Tertia haec est bombycini generis species, necdum tamen ea est, ex qua nostri hodie opifices sericum ducunt: quam vetustioribus illis seculis, ante Iustiniani tempora, incognitam fuisse in orbe Romano, quo ex Seribus aduecta a Monachis Indis est, scriptis tradidit Procopius, bell. Goth. L. IV. c. 17. p. 613. Fama tamen aliquid et auditione accepisse de his bombycibus nostrae tempestatis Iul. Pollux videtur, qui quum egisset de bombycibus iis, quos araneorum more diximus telas texere, haec subiicit: ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς Σῆρας ἀπὸ τοιούτων ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα. *Sunt etiam nonnulli qui Seres tradant colligere telas suas ab aliis quibusdam animalibus huiuscemodi.* Notum Hieronymi Vidae de bombyce carmen. H.

g. Terrae halitu) Ex corruptis harum arborum floribus nasci hos bombycas Coos significat. Igitur nostris longe dissimiles, quantumlibet Salmasius refragetur, in Tertull. de pallio, p. 191. Bombyx enim nostrae tempestatis vermiculus est, ex ouo minutissimo candido, quod ex congenere verme nascitur. Id ouum aut in Sole, aut in sinu fouent. Exclusum vermiculum imponunt foliis mori albae, vt cuiuis notum est. H.

mante. Fieri autem primo [1] papiliones paruos, nudosque *h.*: mox frigorum impatientia villis *i.* inhorrescere, et aduersum hiemem tunicas sibi [2] instaurare densas, pedum asperitate radentes foliorum *k.* [3] lanuginem vellere. *l.* Hanc ab his [4] cogi *m.* vnguium carminatione, mox trahi [5] inter ramos, [6] tenuari [7] ceu pectine. Postea [8] apprehensam corpori inuolui nido volubili. *n.* Tum ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore et furfurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas *o.*, quibus vestitos ad alia pensa dimitti. *p.* Quae vero [9] cepta *q.* sint

1. *Vermes paruos: deinde erucas nudas, mox frig. etc.* D. 2. *Comparare. Quidam.* 3. *lanuginem in vellere* Gr. et Al. 4. *sic ex MSS. em. Hard. cogi subigique vnguium etc.* Gr. et Al. 5. *in terram.* Tol. *non probo:* 6. *tenuarique.* V. 7. *seu* Gr. 8. *apprehensa nidum inuolui corpori aduolutum.* D. 9. *capta.* V.

h. Nudosque) Nullo plane villo pilone cute obtecta: nullis quoque alis vestita. H.

i. Villis) Erucarum more. Harum, aut similium certe erucarum magnus esse dicitur apud Sinenses prouentus: at bombyces nostri non ita villosi pilosiue sunt. H.

k. Radentes foliorum, etc.) Lege: *foliorum lanuginem vellere, hanc ab his cogi, vnguium carminatione mox trahi, inter ramos tenuari seu pectine, postea adprehensa inuolvi nido corpori volubili.* Vide *Salm.* in Tert. pall. p. 233. *Radentes foliorum lanuginem*) Fallicitur Plinius. Lanuginem enim tenuem et subtilem, qua nidus obuoluitur, Papilio non e foliis radit, quibus insidet, sed ex aluo sua promit. *Dalec.*

l. Vellere) Vellicare. H.

m. Hanc ab his cogi) Vide N. et Em. N. XLIII. (hic adi.) *Hanc*) Addunt libri editi, *subigique:* quam vocem MSS. nulli agnoscunt. Proxime quoque prius, *lanuginem vellere*, ex iisdem, non in *vellera* scripsimus. H.

n. Volubili) Tereti, oblongo, ouato. *Dalec.*

Nido volubili) Lanugo corpori inuoluta nidum ouatum, siue folliculum repraesentat similem ei, quo se nostri bombyces includunt. H.

o. Plumas) Alas. H.

p. Ad alia pensa dimitti.) Vt

ſint lanificia, humore lenteſcere *r.*, mox in fila tenuari iunceo fuſo. *s.* Nec puduit[1] has veſtes *t.* vſurpare

1. *Has veſtes etiam viros leuitate vſurpare propter onera aeſtiua. V. lenitate. Parm.*

Vt eodem ordine vermiculos gignat, vnde fiant erucae, quae neant alia vellera. *Dal.*

Ad alia penſa) Ad arborum lanuginem rurſum radendam, carminandam, tenuandam, ſuo denique corpori inuoluendam, vt prius. H.

q. Quae vero cepta ſint lanificia) Lege: *Quae vero capta ſit lanitia humore lenteſcere. Lanitiam* dixit lanitium, lanitiam quae capta eſt, vocat lanuginem illam hirſutam et hiſpidam bombycis, quae adhaeret cortici bombycini folliculi, quaeque ſic implexa et implicita eſt, vt euolvi expedirique nequeat, niſi prius humore lenteſcat. Vide *Salmaſ.* in Tertull. Pall.

Quae vero cepta) Suſcepta, inſtituta. In MSS. R. 1. 2. *capta.* Colb. 1. 2. aliique, *cepta.* H.

r. Humore lenteſcere) Aquae tepentis. *Dalec.*

Humore) Aqua tepente, vt quidem exiſtimo. Sic enim in tepida aqua inditos folliculos noſtrorum quoque bombycum deglomerant, captantes capita filorum. H.

s. Mox in fila tenuari iunceo fuſo) Lege: *Mox in fila tenuari iuncto foco.* Inhaerens igitur et implexa bombycis lanugo primum aqua adſpergebatur, vt lenteſceret, vt facilior lentiorque fieret ad euoluendum, deinde etiam adiuncto et adhibito foco tenuabatur in fila. Vid *Salmaſ.* in Tertull. Pall. p. 138

Iunceo fuſo) In fila, inquit, lanificia haec deducuntur, ac tenuantur, ſimulque iunceo fuſo inuoluuntur. Vide N. et Em. N. XLIV. (hic adi.) *Iunceo*) Salm. et Tertull. de Pall. *iunceum fuſum* meras nugas eſſe pronunciat: itaque reponit, *iuncto foco.* An illudne aut Plinianum, aut omnino Latinum quiſquam agnoſcat, pro *igne adhibito?* Num breuius dixiſſet, *tepido humore*, vel *aqua tepente*, vel *humore* ſolum, qua voce ſcimus tepidam aquam abunde exprimi? H.

t. Nec puduit has veſtes, etc.) Seneca epiſt. 123. *Nonne videntur tibi contra naturam viuere, qui commutant cum feminis veſtem? etc.* Idem epiſt. 115. veſtem eam *pellucentem* vocat. Plura de hac re

pare etiam viros, leuitatem *u.* propter aestiuam. In tantum a lorica gerenda [1] discessere mores, [2] vt oneri sit etiam vestis. Assyria tamen bombyce adhuc feminis cedimus.

XXVIII. (XXIV.) Araneorum his non absurde *x.* iungatur natura, digna vel [3] praecipue admiratione. Plura autem sunt genera, nec dictu necessaria in tanta notitia. Phalangia *y.* ex his appellantur, quorum

1. *Decessere mores, vt onere sit etiam vestis. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. vt oneri sint etiam vestes Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. praecipua Gr. et Al.*

re Clemens Alexand. c. 3. lib. III. Paedag. εἰς τὰς καλλωπιζομένας. Apud Tacit. lib. III. Annal. Tiberius accusat promiscuas virorum et feminarum vestes *Dalec.* *Nec puduit, etc. leuitatem propter aestiuam)* Primum feminarum lasciuia his vsa est, quae gauderent nuditatem suam per eas adspectari. Deinde viri quoque vsurpare ceperunt, ob delicatam leuitatem aestati conuenientem. *Gelen.* *Nec puduit, etc.)* Lege: *Nec puduit has vestes vsurpare etiam viros, leuitate propterea aestiua. In tantumque a lorica, etc.* De bombyce Coa ita scribit cap. 22. eiusdem libri: *telas araneorum modo texunt ad vestem luxumque feminarum quae bombycina appellatur. Prima eas retorqueri rursusque texere inuenit in Coo mulier Pamphile Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatae rationis, vt denudet feminas vestis.* Vide *Salmas.* in Tertull. Pall. p. 226. 227.

u. Leuitatem) MSS. fere omnes, *leuitate propterea aestiua.* Sensus est, vsurpatas a viris quoque vestes eas esse, ob delicatam leuitatem aestati conuenientem. H.

x. Araneorum his non absurde, etc.) Arist. Hist. cap. 39. lib. IX. *Dalec.*

y. Phalangia) Phalangiorum genera exactius distinguuntur cap. 39. lib. IX. *Dal.*

Phalangia) Arist. H. A. L. IX. c. 63. p. 1101. sed de his multo accuratius Plinius, L. XXIX. s. 27. Phalangia Graeci vocant araneas mordaces ac venenatas. Non esse *Tarantulam* docebimus, L. XXIX. sect. cit. H.

rum noxii morſus z., corpus exiguum, varium, acuminatum a., aſſultim [1] ingredientium. b. Altera eorum ſpecies c., nigri, prioribus cruribus longiſſimis. Omnibus internodia terna in cruribus. Luporum d. [2] minimi, non texunt. Maiores [3] internae e. et cauernis exigua veſtibula praepandunt. Tertium

1. *Ingredientia.* D. 2. *ſic M. Ch. et Turn. Luporum nomine minimi Gr. et Al.* 3. *in terra cauernarum. V. internae cauernae. Turn. interna et cauernis exig. Ch. in terra et ſepibus. Ariſt. maiores in terra cauernis Gr. et Al.*

z. *Noxii morſus)* Δηκτικά. *Dalec.*

a. *Acuminatum)* Ὀξὺ Ariſtoteli, quod alii viuidum et agile malunt interpretari. H.

b. *Aſſultim ingredientium)* Πηδητικά. *Dal.*

Aſſultim) Ariſt. πηδητικὸν, quod vbi vult, ſaltat,: ſaltax, ſi fas eſt ita dicere. H.

c. *Altera eorum ſpecies)* Phalangiorum alterum hoc genus eſt, morſu non infeſtum. Ariſtot. *Dal.*

Altera eorum) Nempe phalangiorum. Ariſt. p. 1102. Τὸ δ' ἕτερον, μεῖζον, τὸ μὲν χρῶμα μέλαν, τὰ δὲ σκέλη τὰ πρόσθια μακρὰ ἔχον, καὶ τῇ κινήσει νωθρόν, etc. Alterum maius colore nigro, anterioribus cruribus longis, motu pigrum, etc. H.

d. *Luporum)* Alterum hoc eſt araneorum genus: cuius gemina ſpecies eſt, maiorum ac minorum ex Ariſt. l. c. Et hoc phalangion a Graecis quibuſdam vocari auctor eſt Plinius, L. XXIX. ſ. 27. H.

e. *Maiores interna)* Maiores, inquit, exigua in cavorum ſuorum oſtiolis, ſiue rimis ac foraminibus veſtibula telarum praepandunt, quorum orditus ad interiora ac penitiora rimae illius, in qua latent, loca pertineat. Vide N. et Em. N. XLV. (hic adi.) *Maiores)* In editis libris, *Maiores in terra cauernis.* At R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *Maiores interna et cauernis:* quod Ariſtotelis auctoritas approbat, ita ſcribentis, Hiſt. L. IX. c. 63. p. 1102. Ἐπὶ τοῖς ϛομίοις δ' ἀεὶ ποιεῖ τὸ ἀράχνιον, καὶ ἔνδον ἔχον τὰς ἀρχὰς τηρεῖ, ἕως ἂν ἐμπεσόν τι κινηθῇ. *In rimis autem ſemper araneus ponit intus orditus: vbi moratur, dum aliquid*

tium eorumdem genus erudita *f.* operatione conspicuum. Orditur telas, tantique operis materiae vterus ipsius sufficit: siue ita corrupta *g.* alui natura stato tempore, vt Democrito *h.* placet: siue est quaedam intus lanigera fertilitas: tam moderato vngue, tam tereti filo, et tam aequali deducit stamina, ipso se pondere *i.* vsus. Texere a medio incipit, circinato orbe *k.* subtegmina annectens *l.*: maculasque *m.* paribus semper interuallis, sed subinde

aliquid incidens moueat. Turnebus, Aduu. L. V. c. 14. p. 144. legebat, *internae cauernae.* Eiusdem auctoritate permoti, et supra dictorum codicum, paulo ante scripsimus, *Luporum minimi*: quum editi prius, *Luporum nomine minimi*, exhiberent: intermedia illa voce, ceu spuria, expuncta. H.

f. Tertium eorumdem genus erudita, etc.) Σοφώτατον Arist. vocat. Est et alterum Araneorum genus morsu non infestum. *Dal.*

Tertium eorumdem) Araneorum videlicet. Hi sunt aranei nostri vulgares, qui ad domuum fenestras, laqueariaque texunt. H.

g. Siue ita corrupta) Eam Democriti opinionem Aristoteles improbat, araneamque non ex interiore corpore reddi putat tamquam excrementum, sed exteriore velut corticem quemdam, qui in filum tenuatus netur. *Dal.*

h. Vt Democrito) Existimauit is telae materiam esse κόπρον excrementum alui. Improbat hanc sententiam Philosophus, H. A. L. IX c. 63. p. 1105 Improbat et Albert. M de anim. L. VIII. tr. 4. c. 1. p. 265. H.

i. Ipse se pondere) Se ipse librans, filo haerens atque suspensus. H.

k. Circinato orbe, etc.) Circinatum vocat tam absolutum, vt circino ductus videri possit. *Gelen.*

Circinato) Tam absoluto orbe, vt circino ductus videri possit. H.

l. Subtegmina annectens) Quae stamina subtus tegunt κρόκας, tramam Aristot. *Dal.*

Subtegmina) MSS. omnes, *subtemina.* Arist. *κρόκας tramam* vocat, l. c. p. 1103. H.

m. Maculasque) Cancellos. Sic in reti foramina, siue plagas, maculas appellamus: et maculis distincta retia dicimus. Cicero in Verr. VII. *Reticulumque ad nares*

inde crescentibus, ex angusto *n.* dilatans indissolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas, scutulato *o.* [1] rete grassantes? quam non ad hoc videtur pertinere *p.* [2] crebratae *q.* pexitas telae, et quadam politurae arte, ipsa per se tenax ratio tramae *r.* ? quam

1. *Rete ad capiendas muscas, circa grassantes V. circumcursantes. Pint. quod non placet. Alii, crassescentes. Alii, crescentes, et rectius.* 2. *cribr. plexitas t. et q. politura artis i. p. s. t. r. textrinae. V. Cribratae pexitas telae Gr. et Al.*

nares sibi admouebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae. H.

n. Ex angusto) Maculis ima sui parte angustioribus, sensim dilatantibus sese. H.

o. Scutulato) Vide quod annotatum est ad cap. 48. lib. VIII. *Dalec.*

Scutulato rete grassantes) Quanta arte celat in *tela retis in morem* scutulata grassantes occulte laqueos? Quam non ad insidias videtur apta, densa ac paene villosa tela, etc. De scutulato textu diximus, L. VIII. s. 73. H.

p. Quam non ad hoc videtur pertinere) Lege: *Quam non ad hoc videtur pertinere crebratae pexitas telae, etc. Crebrata* tela est dense texta, et multo subtemine farta, quae res pexitatem floccorum facit *Salmas.* 391. a.

q. Crebratae) Quam parum apta videtur, inquit, ad has insidias tela tam dense texta, vt pexa seu villosa interdum existimari possit? Crebratam appellat vestem, quam L. VIII. s. 74. crebram dixit, *Crebrae papa eratae*, etc. vbi vide quae de ea scripsimus. Vide N. et Em. N. XLVI. (hic pos.) *Crebr.) Crebratae* pro cribratae rescripsimus, admonitu codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par.. Et mox, *Derelicta lasso praetendi summa parte arbitrere licia: at illa difficile cernuntur.* quum prius legeretur: *licia vt arbitrari licet, illa quae difficile cernuntur.* Quae verba Vlitius in Nott. ad Cyneg. vt intelligat, ita deprauat: *Derelicta laxe praetendit summa parte, vt arbitrari liceat: illaque de facili cernuntur, etc.* In codice Toletano Pintiani, *vt arbitrere licia.* H.

r. Ipsa per se tenax ratio tramae?) Id est villosa et lanuginosa filorum natura. Turneb. densitas. Panni enim quum pexi sunt, tractis lanae filis densiores fiunt ac tectiores. Ad araneos domesti-

quam laxus *s.* ad flatus, [1] ac non respuenda *t.* quae veniant, sinus? Derelicta [2] lasso praetendi *u.* summa parte arbitrere licia: at illa difficile cernuntur, atque vt in plagis lineae offensae, praecipitant in sinum *x.*. Specus [3] ipsa qua concameratur architectura? et contra frigora quanto villosior? quam remotus a medio, aliudque [4] agentis similis? inclusus

1. *Sic et M. et Ch. flatus, non ad respuenda Gr. et Al.* 2. *laxe praetendenti summa parte, vt architectari liceat fila, quae difficile cernuntur, et quae. D. vel ex Tol. vt arbitrere licia, et fila quae, etc. lasso praetendi summa parte arbitrari liceat, illa difficile cernuntur. Turn. et Ch. praetenti summa parte, vt arbitrari licet illa quae difficile cernuntur Gr. et Al.* 3. *ipse Gr.* 4. *agentis. Ch.*

mesticos potius, quam phalangia, pertinet haec orationis splendida expositio. *Dalec.*

Tenax ratio tramae) Trama et subtemen, idem. Non tamen araneus, sicuti nos texit, tramam stamenque inuicem tegendo: vixque trama dici ea potest: quippe quae transmeare deceat inter filum et filum mutua superequitatione. H.

s. Quam laxus) Quam facile cedens e flatibus, et ventis: quam molliter ea, quae incidunt, excipiens sinus? H.

t. Non ad respuenda) Hesiodus: Τῇ γὰρ τοινεῖ νήματ' ἀεϱσιπότητος ἀϱάχνης. *Hac enim net fila in aere suspensus araneus.* Dal.

u. Derelicta lasso praetenti, etc.) Sensus erit: praetentae telae summam patrem imperfectam prae lassitudine ab araneo derelictam. *Gelen.*

Derelicta lasso) Derelicta credas ab araneo prae lassitudine licia, hoc est, fila ea quae summae telae toto ambitu praetenduntur: at sunt ea adeo tenuia, aegre vt possint conspici ab occurrentibus animalculis; quae vbi haec offendunt, vt lineas in plagis ferae, inde rapiuntur in medium sinum. Plagae dicuntur retia rariora ad capiendas feras: quod plagis, id est, foraminibus plena sint. Lineae funiculi extensi, in eosdem vsus. De his apud Lipsium plura vide, in Senec. de Clem. L. I. c. 12. H.

x. In sinum) In medium rete. H.

ſus vero ſic, vt ſit, nec ne; intus aliquis, cerni non poſſit? [1]Age, firmitas: quando rumpentibus ventis? qua puluerum mole degrauante? Latitudo telae ſaepe inter duas arbores, quum exercet artem et diſcit texere: longitudo fili a culmine, ac rurſus a terra per illud ipſum [2]velox reciprocatio: ſubitque pariter ac fila [3]deducit. Quum vero captura incidit, quam vigilans et paratus [4]ad curſum? licet extrema *y.* haereat plaga, ſemper in medium currit: [5]quia ſic maxime totum concutiendo implicat. Sciſſa protinus reficit, [6]ad polituram ſarciens. Namque et lacertarum catulos venantur: [7]os primum *z.* tela inuoluentes, et tunc demum labra vtra-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Tol. et M. Age, firmitas quanta irrumpéntibus ventis? Gr. et Al. 2. felix. Tol. velut. V. 3. reducit. Dal. 4. accurſus. Ch. 5. Ex quo ſic, etc. implicet. V 6. abolita reſarcit. Tol. 7. et ſic recte, ex Ariſt. hiſt. anim. c. 27. et Ch. niſi quod habet inuoluente. hos primum tela inuoluentes. Gr. et Al.

y. *Licet extrema*) Haec deinceps Ariſt. H. A. L. IX. c. 63. p. 1104. Semper a medio impetum facit: et quum cadauer effert, ſi interim aliquid irretiatur, non ex eo loco vbi eſt, praedam aggreditur, ſed prius medio repetito, vnde magis ſentiet motum: atque ex eo ipſo loco concutiendo telam, captiuum implicat, vſque dum ſui impetum faciat. H.

z. *Os primum*) Vide Not. et Em. N. XLVII. (hic conſp.) *Os etc.*) Non *hos primum*, vt libri vulgo impreſſi habent: ſed *os*, tum ex R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chifl. tum ex Ariſt. H. A. L. IX. c. 63. p. 1106. Περιτίθεται δὲ, inquit, καὶ περιελίττεται καὶ τοῖς μείζοσι ζώοις· ἐπεὶ καὶ ταῖς σαύραις ταῖς μικραῖς ἐπιβάλλον περὶ τὸ στόμα, περιθέον ἀφίησιν, ἕως ἂν συλλάβῃ τὸ στόμα· τότε δ᾽ ἤδη δάκνει προσελθόν. *Circumuenit etiam et obducit maiora animalia: nam minores quoque lacertulas inuadit, et ob os circumcurrens emittit filum, donec buccas comprehenderit: tum vero aggreſſus mordet.* H.

vtraque morſu apprehendentes, amphitheatrali ſpectaculo, quum contigit. Sunt ex eo et auguria. Quippe incremento amnium futuro telas ſuas altius tollunt. Iidem ſereno [1] texunt *a.*, nubilo texunt. Ideoque [2] multa aranea *b.* imbrium ſigna ſunt. Feminam putant *c.* eſſe quae texat, marem qui [3] venetur: ita paria fieri merita coniugio.

XXIX. Aranei conueniunt clunibus: pariunt vermiculos ouis ſimiles. *d.* Nam nec horum differri poteſt genitura, quoniam inſectorum vix vlla *e.* alia narratio eſt. [4] Pariunt autem oua ea in telas *f.*, ſed

1. *Retexunt. Ch. ſereno non texunt Gr. et Al.* 2. *ſic et Ch. ideoque multae araneae Gr. et Al.* 3. *venatur Al.* 4. *Pariunt autem omnia in tela (ſic Ch.) expanſa. Parm. tela. Vet.*

a. Iidem ſereno texunt) Vide N. et Em. N. XLVIII. hic conſp.) *Iid.*) Negantem voculam libri impreſſi addiderunt, *ſereno non texunt*, quam neque MSS. agnoſcunt vlli, nec veritas ipſa, experientiaque, patitur. Et Ariſt. quidem ipſe ſ. 26. probl. 64. p. 806. ἐν ταῖς εὐδίαις, quum ſerenum caelum eſt, operari araneos non ſemel aſſeuerat. H.

b. Multa aranea) Ἀραχνία, aranearum telae. Ita MSS. omnes. Libri publici, *multae araneae*. De hoc porro augurio, Theophr. L. de ſignis ventorum. H.

c. Feminam putant eſſe quae texat) Ariſtoteli femina venatur et texit, mas capturae particeps eſt. Ariſtot. *Dalec.*

Feminam putant) Immo ſi Philoſopho fides, p. 1104. mas otioſe agitat, femina exercet negotia: texit, et venatur: ἐργάζεται δὲ καὶ θηρεύει ἡ θήλεια· ὁ δ' ἄῤῥην συναπολαύει. H.

d. Pariunt vermiculos ouis ſimiles) Eos vnguento Nardino dilutos ad dentium dolorem Archigenes valde probat lib. V. κατὰ τόπους. *Dal.*

Pariunt vermiculos) Subrotundos, ἐπιστρόγγυλα σκωλήκια μικρὰ, Ariſt. H. A. L. V. c. 22. p. 620. H.

e. Vix vlla) Vix vlla alia *generationis digna relatu* narratio eſt. H.

f. Pariunt autem oua ea in telas) Alii ſubtili et breui alii craſſiore, alii in rotundo telae ſinu. Vt quiſque pullus exit pro-

ſed ſparſa, quia ſaliunt g., atque ita emittunt. [1]Phalangia h. tantum in ipſo ſpecu incubant magnum numerum: qui vt emerſit, matrem conſumit, ſaepe et patrem: adiuuat enim i. [2]incubare. Pariunt autem et [3]tricenos k., ceterae pauciores. Et incubant

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Phalangium tantum in ipſo ſpecu incubat magno numero, qui vt emerſerit Gr. et Al.* 2. *incubatum. V. incubantem. Dal.* 3. *Alii, trecenos ſiue trecentos: ex eodem Ariſt. loco iam citato.*

tinus ſalit, et filum emittit. Ariſtot. Haec Plinius peruertit. *Dal.*

g. *Quia ſaliunt*) Vide N. et Em. N. XLIX. (hic adi.) *Quia*) Philoſophi haec verba ſunt e L. V. H. A. c. 22. p. 620. Τίκτει δὲ πάντα μὲν εἰς ἀράχνιον· ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς λεπτὸν, καὶ μικρόν· τὰ δὲ, εἰς παχύ —— οὐκ ἅμα δὲ πάντα ἀράχνια γίνεται· πηδᾷ δὲ εὐθὺς, καὶ ἀφίησιν ἀράχνιον. *In tela ſua parit oua quidem omnia, ſed ſparſim: partim in tenui et breui tela, partim in craſſiore: non omnes araneoli ſimul generantur: ſtatim nati et ſaliunt, et filum emittunt.* Videtur Dalecampio Plinius id quod de excluſo fetu dicendum fuit, parentibus ipſis haud recte adſcribere, vt in pariendo ſaliant, atqne emittant. Perinde quaſi aſſultim ingredi, quod ſtatim nati faciunt, adultiores idem minus expedite valeant: aut, ſi ſparſa ſic cernuntur oua, alia eſſe cauſa poſſit vlla, quam quod ſalientes emittunt: etſi a Philoſopho id haud ita liquido ſit expreſſum. H.

h. *Phalangia*) Ariſt. p. 621. H.

i. *Adiuuat enim*) Pater in incubitu matrem, mas feminam, propter numeroſam ſobolem: quae deinde vtrumque parentem ſaepe circumſiſtit, et interficit. Ariſt. συνεπωάζει γὰρ τῇ θηλείᾳ ἐνίοτε. H.

k. *Et tricenos*) Vide N. et Em. N. L. (hic adi.) *Pariunt*) Ita libri quidem omnes, tum impreſſi, tum MSS. At *trecenos* potius, vt L. VIII. ſ. 10. hoc eſt, *trecentos*, legendum putamus, ex Ariſt. l. c. p. 621. Τὸ δὲ πλῆθος γίνεται καὶ τριακόσια περὶ ἓν φαλάγγιον. *Vni phalangio ad trecentos numero circumfuſi viſi ſunt.* H.

bant triduo. Consummantur *l.* aranei quater septenis diebus.

XXX. (XXV.) Similiter [1] his *m.* et scorpiones terrestres, vermiculos ouorum specie pariunt, similiterque [2] pereunt *n.*: pestis importuna, [3] venenio. serpentium, nisi quod grauiore supplicio lenta per triduum morte conficiunt, virginibus letali semper ictu, et feminis fere in totum: viris autem matutino, [4] exeuntes cauernis, priusquam aliquo fortuito ictu [5] ieiunum *p.* egerant venenum. Semper

V 3

1. *His*, *in M. d.* 2. *perimunt. M.* 3. *Veneno. Dal.* 4. *exeuntibus e D. cum exeunt e. V.* 5. *ieiuni. D. ieiunum. V. et Cb.*

l. Consummantur) Hoc est, iusta capiunt incrementa. Arist. p. 621. Ἐκ δὲ μικρῶν τέλειοι ἀράχναι γίγνονται περὶ τὰς ἑπτάδας τὰς τέτταρας. *Circiter quater septenis diebus, e paruis absoluti fiunt.* H.

m. Similiter his) Phalangiis, de quibus dictum est proxime. Phalangiorum, inquit, more vermiculos ouis similes magno numero et scorpiones pariunt, similiterque a sua prole interficiuntur et pereunt. Haec sunt eadem apud Arist. H. A. L. V. c. 21. p. 619. H.

n. Similiterque pereunt) A sua ipsorum prole interempti. Vide N. et Em. N. LI. (hic consp.) *Similiter*) In R. 1. et vet. Cod. Dalec. *perimunt*: sed mendose. Respicit enim Plinius ad superiora de phalangii fetu verba: *qui vt emersit*, inquit, *matrem consumit, saepe et patrem*: idemque nunc scribit scorpioni contingere, vt ab iis, quos parit, pereat: quod et Arist. docet H. A. L. V. c. 21. p. 619. Τίκτουσι δὲ καὶ οἱ σκορπίοι χερσαῖοι σκωλήκια ᾠοειδῆ πολλὰ, καὶ ἐπωάζουσιν· ὅταν δὲ τελειωθῇ, ἐκβάλλονται ὥσπερ αἱ ἀράχναι, καὶ ἀπολλύνται ἀπὸ τῶν τέκνων. *Pariunt etiam terrestres scorpiones vermiculos ouorum specie, multos, atque incubant: illi vbi sunt perfecti, parentes ab illis expelluntur: quod etiam in aranearum genere fit, et a sua ipsorum prole pereunt.* H.

o. Veneni) Ita recte MSS. omnes: pro *veneno*. Venenum illis, inquit, quale serpentibus. H.

p. Ieiunum) Priusquam fortuito casu in aliquid obvium

per cauda in ictu est *q.*: nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni. Ferit et obliquo ictu, [1] et inflexo. *r.* Venenum ab iis candidum fundi Apollodorus auctor est, in nouem genera *s.* descriptis per colores maxime: [2] superuacuo, quo-

1. *Inflexu. V. M.* 2. *sic ex MSS. emend. et interpungit Hard. per colores maxime superuacuos, Gr. et Al.*

vium ictum imprimant quasi ieiuni oris: tunc enim primo morsu egerunt venenum. H.

q. Semper cauda in ictu est) Lucilius apud Nonium in Tenta. *Muscipulae vt tentae, atque vt scorpius cauda sublata.* Dalec.

Semper cauda) Semper erecta, ceu ictum meditans, vt ad eum inferendum paratior sit. Ouid: *Scorpius elatae metuendus acumine caudae.* H.

r. Et inflexo) Praesertim quum retrocedunt, ac, vt ait Plautus in Casina recessim: *Recessim cedam ad parietem, imitabor N pam.* Dal.

Et inflexo) MSS. omnes, *et inflexu*: hoc est, retorta superne, reductaque in sublime cauda. H.

s. In nouem genera) Legendum reor, *In nouem genera descriptis per colores maxime. Superuacua, quoniam non est scire, etc.* Describit etiam in nouem genera Apollodorum, seu Apollodori sectatorem sequutus Auicenna, auctor quidem vt barbarus sane eximius, sed qui ab ipsis barbaris medicis, qui ex illo hauriunt, quique diuinis tantum non honoribus colunt, minime percipiatur, culpa tum pessimi tralatoris, tum etiam scriptorum et impressorum ignorantia, innumeris scatens erroribus, qui a doctioribus medicis, Graece et Latine peritis subinde deprehenduntur. Tradit id sectione 6. lib. IV. tractatu 5. Quod etiam fecisse videtur sequente documento, *Pennas inesse quibusdam.* Pint.

In nouem genera) Vide N. et Em. N. LII. (paulo post) Satis eleganter Tertullianus in Scorpiace, statim initio: *Tot venena, quot ingenia: tot pernicies, quot et species: tot dolores, quot et colores, Nicander scribit et pingit. In nouem*) Ita cum Pintiano correximus, quum prius legeretur, *per colores maxime superuacuos.* Sententia est, non omnia nouem genera, sed pleraque distingui coloribus. Octo ex iis refert Nicand. in Theriac. p. 55. idemque, quod Apollodorum non

quoniam non eſt ſcire, quos minime exitiales praedixerit. Geminos [1] quibuſdam *t.* aculeos eſſe: [2] maresque *u.* faeuiſſimos. Nam coitum *x.* [3] iis tribuit. Intelligi autem *y.* gracilitate et longitudine. Venenum omnibus medio die, quum incanduere *z.* So-

V 4 lis

1. *Quibuſdamque.* 2. *maribuſque.* 3. *his tribuunt. Ch.*

non feciſſe Plinius conqueritur, aperit qui minime ſint exitiales, et qui maxime: Τῶν ἤτοι λευκὸς μὲν ἀκήριος, οὐδ᾽ ἐπιλωβής, etc. Quae Gorraeus interpres ita reddidit: *I. Innocuus ſtimulis et fati candidus inſons, II. Sed flammis homines rufo ſpectabilis ore Abſumit ſubitis: ipſi ceu febribus acti Vno ſtare loco nequeunt: ſitis improba ſaeuit. III. Qui niger eſt, ciet inſtabiles in corpore motus, Et facit amentes, et riſus edit ineptos. IV. At viridis, ſi quos petiit mucrone, repente Horror, et hiberna ceu nimbi grandine denſi Corporibus crepitant, vel ſi canis ardeat aeſtu. V. Liuidus eſt alius, latum trahit belluo ventrem; Eſurit, et ſemper nulla ſatiabilis herba: Si ferit, inguinibus non euitabile vulnus, etc. VI. Cancro alius ſimilis, qui degens litore et algas Paſcitur, et pelagi quaecumque refuderit aeſtus. VII Corpore ſunt alii magno, duriſque rapaces Forcipibus, teſta ſimul aſperiore - - VIII. Adde melanchlorum, cui cauda nodus in ima Nigricat, et dorſo denſis compagibus alae Aptantur.* Nonum genus eſt Aeliano, H. A. L. VI. c. 20. eorum quos δικέντρους vocant, hoc eſt, quibus ſunt, vt Plinius ex Apollodoro ait, gemini aculei. In his colorum generibus enumerandis diſſidet a ceteris Auicenna L. IV. tr. 5. c. 2. p. 217. H.

t. Geminos quibuſdam) Qui idcirco δίκεντροι vocantur. H.

u. Mareſque) Aelian. H. A. L. VI. c. 20. H.

x. Nam coitum) Sunt tamen, inquit Aelianus, qui hos non coitu, ſed nimio tantum caeli calore procreari aſſeuerent. Vtrumque modum agnoſcit Schol. Nicandri, et ex coitu, et ex putredine. Poſteriorem Tertull. l. c. *Magnum de modico malum ſcorpios terra ſuppurat.* H.

y. Intelligi autem) Auicenna quoque L. IV. tr. 5. c. 2. p. 216. de ſcorpionibus: *Maſculus*, inquit, *extenuatus eſt, minutus: et femina pinguis, magna.* H.

z. Quum incanduere) Tertull. l. c. de ſcorpionum faevitia

lis ardoribus: itemque quum ſitiunt, [1] inexplebiles potu. Conſtat et ſeptena *a.*, caudae internodia ſaeviora eſſe: pluribus enim ſena ſunt. Hoc malum Africae volucre *b.* etiam Auſtri faciunt, [2] pandentibus brachia, vt remigia ſubleuantes. Apollodorus item, [3] plane *c.* quibuſdam ineſſe pennas tradit. Saepe Pſylli, qui reliquarum venena terrarum invehentes quaeſtus ſui cauſa peregrinis malis implevere Italiam, hos quoque *d.* importare conati ſunt: ſed viuere intra Siculi caeli regionem non potuere. Viſun-

1. *Inexplebili.* *Ch.* 2. *pandentes br. vt remigio.* *D. et vt remigio ſe ſubl.* *Alii.* 3. *plene.* *Ch.*

vitia in pungendo: *Familiare periculi tempus aeſtas.* H.

a. Conſtat et ſeptena, etc.) Diſſentit a Plinio Auicennas allegato loco, quoſdam tradens ſex habere in cauda ſpondylos, et eſſe lethales, alios vero pauciores. Sed, vt puto, menda eſt in Auicenna, legendum in eo *ſeptem*, non *ſex*. Confirmat hoc Aelianus lib. VIII. de Hiſt. animal., Nicandri quoque interpres in Theriacis ex Apollodori auctoritate *ſeptem* quibuſdam internodia eſſe ſcribit cum Plinio. *Pint.*

Conſtat et ſeptena) Strabo, L. XVII. p. 830. ſcorpiones ait in Libya ſeptem habere vertebras, ἑπτὰ σφονδύλων. Aelian. item Hiſt. L. VI. c. 20. Καὶ πȣ ἑπτὰ ἔχον σφονδύλȣς ὤφθη τις. Denique Apollodorus ipſe, quem Plinius nunc ſequi ſe profitetur, apud Scholiaſt. Nicandri in Theriac. p. 36. Τȣ̀ς γὰρ σφονδύλȣς ὁ σκορπίος ȣ̓ πλείȣς ἔχων τῶν ἑπτὰ ὁρᾶται, ἀλλὰ καὶ αὐτȣ̀ς σπανίȣς, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος. H.

b. Africae volucre) Africano ſtilo Tertull. l. c. *Auſtro*, inquit, *et Africo ſaeuitia* ſcorpionum *velificat.* H.

c. Apollodorus item plane) In MSS. *plene.* Hoc eſt, non brachia ſolum, ſed omnino pennas. Neque id Apollodorus modo, ſed et Pammenes prodidit in eo opere, quod περὶ θηρίων inſcripſit, teſte Aeliano, H. A. L. XVI. c. 42. In India pariter Megaſthenes apud Strabonem, L. XV. p. 703. E recentioribus quoque Ramuſius, Tom. I. H.

d. Hos quoque) Scorpiones alatos Libycos. H.

Visuntur tamen aliquando in Italia, sed innocui: multisque aliis in locis, vt circa Pharum *e.* in Aegypto. In Scythia interimunt etiam sues *f.*, [1]alioqui viuaciores contra venena talia *g.*: nigras quidem *h.* [2]celerius, si in aquam se immerserint. Homini

V 5

1. Alioquin Gr. 2. celerius et quosuis si in. ex Arist.

e. Vt circa Pharum) Habet similia Arist. Hist. L. VIII. c. 33. p. 986. H. Quod et Dalecampius asserit.

f. In Scythia interimunt etiam sues) Scorpionem gigni in Scythia frigidissima regione, haud simile vero est, quum etiam in Italia tanto minus aeris inclementiae obnoxia, raro (Plinio teste) visantur. Legendum igitur, *In Caria interimunt etiam sues.* Aristot. lib. VIII. c. 28. *Morsus beluarum ex locorum diversitate plurimum differunt, vt in Pharo locisque aliis scorpiones non laedunt. At in aliis et praecipue in Caria multi et magni et nocui sunt, et si vel hominem, vel quamuis bestiam percusserint, interimunt. Nec sues euadere possunt, quamquam ceteros violentos ictus minime sentiunt. Et nigri eorum potissimum interimuntur: quisque tamen celerrime interit, si ictus adierit aquam.* Haec Aristoteles, in cuius Latina tralatione non *Caria*, sed *Scythia*, vt in Plinio, legas. Ita puto de industria faciente Theodoro, quod auctoritatem Plinianorum exemplarium sequi, quam Graecorum maluerit. Sed rem non recte perspexit: nam Graecam lectionem veram esse, Latinam vero falsam, et a veritate diffidentem, et ratio et natura ipsa clamitat. *Pintian.*

In Scythia) In Caria dixit Arist. l. c. Alb. M. de animal. L. VII. tr. 3. c. 5. p. 235. in Asia, et pluribus aliis locis. H.

g. Contra venena talia) Hoc est, quamuis similes serpentium ictus vix sentiant, ob pellis adipisque crassitiem. Quin et a suibus impune salamandra manditur, vt Plinius tradit, L. XXIX. s. 23. Eaedem percussae a serpentibus, cancrorum esu sibi medentur, vt idem docet, L. XXXII. s. 19. Et alios serpentes vorant, teste Philosopho, Hist. L. IX. c. 2. p. 1006. H.

h. Nigras quidem) Sues videlicet. Albertus, l. c. *Scorpiones quidam pungentes porcos, nigros praecipue, interficiunt. Sed citius moriuntur, si statim post puncturam intrant in aquam: quia tunc aquae*

mini icto putatur esse remedio ipsorum cinis *i.* [1] potus in vino. *k.* Magnam *l.* aduersitatem oleo mersis et stellionibus *m.* putant esse: innocuis dumtaxat iis, qui et ipsi carent sanguine, lacertarum figura. Atque scorpiones in totum [2] nullis nocere, quibus non sit sanguis. Quidam et ab ipsis fetum *n.* deuorari arbitrantur. Vnum modo relinqui solertissimum, et qui se ipsius matris clunibus imponendo, tutus et a cauda et a morsu loco fiat. Hunc esse reliquorum vltorem, qui postremo genitores [3] superne *o.* conficiat. Pariuntur autem *p.* vndeni.

XXXI. (XXVI.) [4] Chamaeleonum stelliones *q.* quo-

1. *Potatus. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Dal. nulli Gr. et Al.* 3. *supremus. Dal.* 4. *Chamaeleones stellionum. Dal.*

aquae frigiditate venenum ad cor reflectitur. H.

i. Ipsorum cinis potus in vino) Constat quotidianis experimentis scorpium in oleo demersum, ac suffocatum si teratur et vulneri a scorpione illato imponatur, remedium esse praesentissimum. *Dal.*

k. Potus in vino) Hoc iterum repetit, L. XXIX. s. 29. H.

l. Magnam) Maxime inter se aduersari *scorpiones*, oleo mersos, et stelliones putant: innocuosque scorpiones esse dumtaxat iis stellionibus, qui et ipsi, *quemadmodum scorpiones* carent sanguine, et *sunt* lacertarum figura. H.

m. Stellionibus) Τοῖς ἀσκαλαβώταις, vide cap. 4. XXIX. *Dal.*

n. Ab ipsis fetum, etc.) Pelli interficique a prole tradit Aristot. *Dalec.*

o. Superne) Dorso parentum insidens, inde morsu et caudae spiculo eos conficit. H.

p. Pariuntur autem) Arist. H. A. L. V. c. 21. p. 619. H.

q. Stelliones) Stelliones dictos quidam volunt, quod eorum tergus velut stellis notatum sit. At Verrius apud Festum, quod cibo virus stillet. Tertullianus de cibis Iudaeorum: *Quis stellionem?* (repete comedit) *sed maculas exsecratur, praedam de aliena morte quaerentes?* Dal.

Stelliones) Stellio lacerti genus est, quo Galli, Germani

[1] quodammodo naturam habent *r.*; rore tantum viventes, praeterque araneis. *s.*

XXXII. Similis *t.* cicadis vita: quarum duo *u.* genera: minores *x.*, quae primae proueniunt, et [2] nouissimae pereunt; sunt autem mutae. *y.* Sequens est *z.* volatu rara. Quae [3] canunt, vocantur [4] achetae:

1. *Hi quodam. nat. Ch.* 2. *nouissime. Gr.* 3. *cantant. M.* 4. *Echetae.* *ἠχῆται. Dal.*

mani, Anglique carent: cuius proinde nomen ii nullum habent, teste Gesnero, L. de quadrup. ouip. p. 92. Graecis est ἀσκαλαβώτης, et κωλώτης, et γαλεώτης. H.

r. Naturam habent) Cap. 30. lib. V. Hist. Arist. *Dal.*

s. Araneis) Inter stellionem et araneum bellum esse scribit Aristot. cap. 1. lib. IX. Hist. *Dal.*

Praeterque araneis) Praetereaque vescuntur araneis: Bellum enim intercedit inter stellionem et araneum: deuoratque araneas stellio. Πόλεμος δὲ καὶ ἀσκαλαβώτῃ καὶ ἀράχνῃ· κατεσθίει γὰρ τὰς ἀράχνας ὁ ἀσκαλαβώτης. Arist. Hist. L. IX. c. 2. p. 1002. Sed vicissim araneus stellioni bellum indicit, quale describitur a Plinio, L. VIII. f. 95. Et lacertarum omnium catulis, vt dictum est huius libri f. 28. H.

t. Similis) Hoc est, cicadae quoque rore viuunt, vt chamaeleones, et stelliones: τῇ δρόσῳ τρέφεται μόνον, inquit Philosophus, H. A. L. IV. c. 6. p. 471. Cicada, nostris *Cigale.* H.

u. Quarum duo) Arist. H. A. L. V. c. 25. p. 623. H.

x. Minores) Alterum genus subintellige, maiorum, quae contra ac minores, posterius oriuntur, et prius pereunt. Arist. l. c. H.

y. Sunt autem mutae) Sunt autem magis mutae, et volatu rarae: sequuntur maiores quae nouissimae. Prodeunt et primae pereunt ac quum canunt vocantur Echetae, vt quae minores. Ex Arist. c. 30. lib. V. Hist. *Dal.*

z. Sequens est) Vide N. et Em. N. LIII. (hic adi.) *Seq.)* In MSS. omnibus et in ed. Parm. *sequens est volatura quae canant.* Quod si legas: *Sequens est nota earum quae canant?* Romani codices, teste Barbaro, pro his vocibus habent, *Item maiores, quae canunt.* MS. codex Lugdun. cum editis libris plane concinit. H.

tae *a.*: et quae minores *b.* [1] ex his sunt, tettigoniae *c.*: sed illae *d.* magis canorae. Mares canunt *e.* in vtroque genere *f.*: feminae silent: gentes vescuntur *g.* iis ad Orientem, etiam Parthi opibus abundantibus. Ante coitum *h.* mares praeferunt *i.*, a coitu feminas, ouis earum [2] correptis, quae sunt candida.

1. Sic et Ch. ex eis Gr. et Al. 2. corrupti. M. Ch. et Pint. id est, illecti, deliniti. Lego, eius vtero collectis.

a. Achetae) Echetae ἠχῆται. Pausaniae Echetae sunt maximae cicadae: minima vero κερκόπης, et καλαμαῖα. Grammatici quidam *Echetas* mares esse volunt, *Tettigonias* vero, vel, vt aliqui scribunt, *Titigonias*, ἀπὸ τοῦ τιτίζειν, feminas mutas. Sunt et Suidae τέττιγες ἀκανθίαι sic dictae quod in spinis viuant. Vide Rhod. c. 6. XVII. *Dal.*

Achetae) Ἀχέται, vel ἠχέται. Priore vocabulo Philosophus vsus, et Aelian. H. A. L. X. c. 44. Vtroque Hesychius: Nam p. 173. Ἀχέτης, ὁ ἄῤῥην τέττιξ, ὁ λαλίστατος. Et p. 432. Ἠχέται, ἡδύφθογγοι τέττιγες. Sonoras Latine recte dixeris, vel cum Virgilio, argutas. H.

b. Et quae minores) Nam quae canunt, e maiorum perinde atque e minorum genere sunt: modo ad praecinctum secturam habeant, quae quasi instrumentum cantionis est: ibi enim fistulam membranaceam habent. Arist. l. c. Ὁμοίως δὲ ἔν τε τοῖς μικροῖς, καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις, οἱ μὲν διῃρημένοι εἰσὶ τὸ ὑπόζωμα, οἱ ᾄδοντες· οἱ δὲ ἀδιαίρετον ἔχοντες, οὐκ ᾄδουσιν. H.

c. Tettigoniae) Τεττιγόνια Aristoteli: Scaligero, *cicadellae: cicadastrae*, Gazae. H.

d. Sed illae) Maiores videlicet. H.

e. Mares canunt etc.) Arist. l. c. p. 625. Aelian. H. A. L. I. c. 6. H.

f. In vtroque genere) Maiorum, ac minorum.

g. Gentes vescuntur) Athen. L. IV. p. 133. et L. IX. p. 372. Aelian. item H. A. L. XII. c. 6. H.

h. Ante coitum) Mares tum in cibo suauiores, a coitu feminae. Arist. p. 626. H.

i. Mares praeferunt) In cibo suauiores sunt. Aristotel. *Dal.*

da. Coitus supinis. *k.* Asperitas *l.* praeacuta in dorso, qua excauant feturae *m.* locum in terra. Fit primo *n.* vermiculus, dein ex eo, quae vocatur tettigometra, cuius cortice rupto circa solstitia euolant, noctu semper: primum nigrae atque durae. Vnum hoc *o.* ex iis quae viuunt, et sine ore est. Pro eo quiddam *p.* [1] aculeatarum, linguis *q.* simile, (et hoc

1. *Sic et Ch. aculeatorum ex Arist. Dal. aculeatum linguis Gr. et Al.*

k. Coitus supinis) Sic Arist. p. 614. Surrectas igitur ambas, et bipedes in coitu stare, inde videtur effici. H.

l. Asperitas) Mucro, quem ad clunes habent, ᾧ ἔχουσιν ὄπισθεν ὀξεῖ, inquit Philosophus p. 625. H.

m. Feturae) Fetui suo, qui mox describitur. H.

n. Fit primo vermiculus) Ex ouo vermiculus: e vermiculo, τεττιγομήτρα, non a magnitudine sic appellata, vt ortygometra: sed ab officio, quoniam ab ipsa prodit cicada: quasi *matricicada.* Haec etiam Arist. l. c. totidem plane verbis. H.

o. Vnum hoc) Arist. H. A. L. IV. c. 6. p. 471. H.

p. Pro eo quiddam, etc.) Quiddam longum, adnexum, eorum linguae simile, quae aculeum in ore habent. Arist. cap. 7. IV. Hist. *Dalec.*

Pro eo) Oris vice quiddam est simile eorum linguae, quae habent in ore aculeum. H.

q. Aculeatarum linguis) Paulo laxius nunc Plinius loquitur: nam, vt idem ait libri huius s. 65. Quibus aculeus in ore fistulosus, vt muscae, iis lingua non est proprie appellata, sed quiddam linguae simile: cuius speciem refert id, quod in cicadis pro lingua est. Tria igitur distinguenda: lingua primum, vt in homine: deinde, linguae simile est, vt in apibus: denique, quod huic simile est, vt in cicadis. Vide N. et Em. N. LIV. (hic pos.) *Aculeatarum*) Ita MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. vbi perperam editi, *aculeatum*, Arist. enim H. A. L. IV. c. 6. p. 471. στόμα οὐκ ἔχει, inquit, ἀλλ' οἷον τοῖς ἐμπροσθοκέντροις τὸ γλωττοειδές etc. *Ore caret, sed quiddam habet eius specie, quod simile linguae est in iis, quae sunt ore aculeata.* H.

hoc in pectore *r.*, quo rorem lambunt. Pectus ipſum fiſtuloſum *s.*: hoc canunt [1] achetae, vt diximus. De cetero in ventre [2] nihil *t.* eſt. Excitatae *u.* quum ſubuolant, humorem reddunt, quod ſolum argumentum eſt rore [3] eas ali. Iisdem ſolis *x.* nullum ad excrementa corporis foramen. [4] Oculi *y.* tam hebetes, vt ſi quis digitum contrahens ac remittens iis appropinquet, tranſeant velut in folia. Quidam duo alia genera faciunt earum: ſurculariam, quae ſit grandior: frumentariam, quam alii auenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus. (XXVII.) Cicadae non naſcuntur in raritate arborum: idcirco non [5] ſunt *z.* Cyrenis circa

1. *Echetae. Dal.* 2. *excrementi nihil eſt ex Ariſt.* 3. *ſic et Ch. caſdem Gr. et Al.* 4. *Oculis. V.* 5. *ſic et Ch. idcirco ſunt Cyr. Gr. et Al.*

r. Hoc in pectore) Nihil Ariſtoleles. *Dal.*

s. Pectus ipſum fiſtuloſum) Diſtinguuntur, quod Echetae infra ſuccinctum diuiſi ſunt, et conſpicuam membranam oſtendunt, non item Tettigoniae. Ariſtot. *Dal.*

Fiſtuloſum) In praecinctu ſectum, διηρημένον τὸ ὑπόζωμα, Ariſt. Fiſtulam Plinius hic vocat, membranam praetenuem, quam illae habent ſepto tranſuerſo ſubditam. Hoc ſane parte canunt cicadae: non aculeo, quem circa pectus habent. H.

t. In ventre nihil) Hoc eſt, viſcus nullum σπλάγχνον οὐδὲν ἔχει, Ariſt. p. 471. H.

u. Excitatae) Ariſt. H. A. L. V. c. 25. p. 626. H.

x. Iiſdem ſolis) At huiuſmodi foramen obſeruatum a ſe in cicadis, ait Aldrovandus, de inſect. L. II. p. 320. per quod illae humorem aquoſum eiicerent, qui in ventre continetur. H.

y. Oculi tam) Ariſt. H. A. L. V. c. 25. p. 626. Inſcendunt digitum, perinde ac ſi folium motum foret, quum ſenſim admouetur: quia obſcure vident, nec quidquam dignoſcunt. Quum Sol non nitet, nubilo die, tunc paene nihil vident. H.

z. Idcirco non ſunt) Vide N. et Em. N. LV. (paulo poſt) Eadem habet Ariſt. H. A. L.

ca oppidum *a.*: nec in campis, nec in frigidis aut vmbrosis [1] nemoribus. Est quaedam et iis locorum differentia. In Milesia regione *b.* paucis sunt locis. Sed in [2] Cephalenia *c.* amnis quidam penuriam earum et copiam dirimit. At in Rhegino *d.* agro silent omnes: vltra flumen *e.* in Locrensi canunt. Pennarum illis natura quae apibus, sed pro corpore amplior.

XXXIII.

1. *Nec nemorib. Ch.* 2. *Cephania. Ch.*

A. L. V. c. 25. p. 624. *Cicadae)* Sustulit inficialem voculam *non* Hermolaus, quam libri omnes MSS. editique agnoscunt: veritus ne a Philosopho Plinius dissideret: Sic enim ille, H. A. L. V. c. 25. Οὐ γίνονται δὲ τέττιγες ὅπȣ δένδρα μή ἐςι· διὸ καὶ ἐν Κυρήνῃ ȣ̓ γίνονται ἐν τῷ πεδίῳ· περὶ δὲ τὴν πόλιν πολλοί· μάλιςα δὲ ȣ̃ ἐλαῖαι ȣ̓ γίνονται πολύσκιοι· ἐν γὰρ τοῖς ψυχροῖς ȣ̓ γίνονται τέττιγες· διὸ ȣ̓δὲ ἐν τοῖς εὐσκίοις ἄλσεσιν. At Cyrenis aeuo Pliniano arbores forsan nullae fuerunt, quarum raritatem fugiunt cicadae: nec sunt fere circa oppida frequentiora crebrae. H.

a. Circa oppidum) Circa oppidum, sed nullae in campis. Arist. *Dal.*

b. In Milesia) Arist. H. A. L. VIII. c. 33. p. 980. quibusdam Milesiae locis nasci cicadas, quibusdam non nasci tradit. H.

c. Sed in Cephalenia) In Cephalenia fluuio disterminantur agri, vbi cicadae vel nascuntur, vel non. Arist. l. c. Aelian. H. A. L. V. c. 9. H.

d. At in Rhegino, etc.) Idem et Pausanias in Eliacis. *Dal.*

At in Rhegino) Strabo, L. VI. c. 260. Conon apud Photium in Bibl. cod. 186. p. 425. aliique. H.

e. Vltra flumen) Caecinum, quod Rheginum agrum diuidit a Locrensi. *Dal.*

Vltra flumen) Ἄληξ ποταμὸς a Strabone nominatur, l. c. Pausaniae Καίκινα, in Eliac. post. L. VI. p. 354. quo de amne diximus L. III. s. 15. Rem narrat aliter Aelian. H. A. L. V. c. 9. quum et Locrenses in Rhegino agro, et Rheginas vicissim in Locrensi ait obmutescere: quasi vtraeque in suo agro canorae essent. H. De hac fabula Meursius quoque docte disseruit in animadd. ad Antigoni Carystii historiarum mirabilium collect. c. 1.

XXXIII. (XXVIII. *.) Insectorum *f.* autem [1] quaedam binas gerunt pinnas, vt muscae: quaedam quaternas, vt apes. Membranis et cicadae volant. Quaternas habent, quae aculeis in aluo armantur. *g.* Nullum, cui telum in ore *h.*, pluribus quam binis aduolat pennis. Illis enim vltionis causa [2] datum est, his auiditatis. Nullis eorum *i.* pennae reuiviscunt auulsae. Nullum, cui aculeus *k.* in aluo, bipenne est.

XXXIV. Quibusdam *l.* pennarum tutelae crusta superuenit *m.*, vt [3] scarabaeis *n.*, quorum tenuior fragi-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. insectorum quaedam omisso autem Gr. et Al.* 2. *datum, et his Ch.* 3. *Tauris, Arist. c. 19. lib. V. Hist. scarabaeis. Quorum t. f. penna, his, etc. V.*

*. Ad inscriptionis verba haec notauit Dalecampius. *Scarabaeorum generibus*) Scarabaeorum genera sunt, Lucani, Stercorarii, κοπρίονες, Fullones. cap. 11. lib. XXX. Virides cap. vlt. lib. XXIX. Mylagrides, siue Mylabrides: Grylli: Blattae pistrinariae. Mololonthae, χρυσίζουσαι: Rutuli praegrandes: Longipedes: Tauri, eosdem cum Lucanis quidam esse putant a cornibus dictos. c. 19. lib. V. Hist. *Dal.*

f. Insectorum) Ad verbum haec Arist. H. A. L. I. c. 6. p. 49. H.

g. Quae aculeis in aluo armantur) Vt apes, vespae, fuci, crabones. *Dal.*

Quae aculeis) Vt apes, fuci, vespae, crabrones, Arist. l. c. τετράπτερα ὅσα ὀπισθόκεντρα. H.

h. Cui telum in ore) Vt musca, tabanus, asilus, culex. Arist. l. c. Τὰ δὲ δίπτερα, ἔμπροσθεν ἔχειν τὰ κέντρα, οἷον μυῖα, καὶ μύωψ, καὶ οἶστρος, καὶ ἐμπίς H.

i. Nullis eorum) Arist. H. A. L. III. c. 10. p. 355. H.

k. Nullum cui aculeus) Arist. H. A. L. I. c. 6. p. 49. et de part. anim. L. IV. c. 6. H.

l. Quibusdam) Τοῖς κολεπτέροις. *Dal.*

Quibusdam) Quibusdam *injectis* ad tutelam pennarum *fragilium* crusta adnascitur. H.

m. Crusta superuenit) Tegmen habent, ad alarum fragilium tutelam: quale cerni-

fragiliorque penna. His negatus aculeus: sed in quodam *o.* genere eorum grandi, cornua praelonga, bisulcis dentata forcipibus in cacumine, quum libuit, ad morsum coëuntibus, [1] infantium etiam reremediis *p.* ex ceruice suspenduntur. [2] Lucanos vocat *q.* hos Nigidius. Aliud rursus *r.* eorum genus, qui e fimo [3] ingentes pilas auersi pedibus *s.* [4] volutant, paruosque in iis contra rigorem *t.* hiemis vermi-

1. *Infantum.* Gr. 2. *Lucas.* Scal. 3. *fingentes.* Dal. 4. *volitant.*

cernimus in iis animalibus, quae Galli *Hannetons* vocant. Quorum alae vagina teguntur huiusmodi, κελεόπτερα Philosophus vocat, l. c. p. 48. H.

n. Vt scarabaeis) Τοῖς κὰνθάροις, quorum sunt plura genera. H.

o. Sed in quodam, etc.) Tauris: hi procreantur ex verme in arido ligno nascente, et Prasocourides gignunt. Aristot. cap. 19. lib. V. Hist. *Dal.*

Sed in quodam genere eorum) Quos ac ceruinorum cornuum similitudine Ceruos volantes, *Cerfs volans* in Galliis nominant. H.

p. Infantium etiam remediis) Heic *remedia* sunt amuleta, φυλακτήρια. *Salmas.* 439. a.

Remediis) Amuletis. H.

q. Lucanos vocat hos Nigidius) Scaliger comment. in Varr. legi posse credit, *Lucas vocat hos Nigidius, etc.* qua forma elephantos appellarunt Lucas boues, eadem vt Lucas scarabaeos nominent. *Dal.*

Lucanos) Ita MSS. omnes, cusique libri. Id nomen habuerunt, quod plurimi in Lucanis Italiae essent. Errant qui hos cum tauris confundunt, vt Gaza, Constantinus in Lexico, et Dalecampius, quos refellemus, L. XXX. s. 12. H.

r. Aliud rursus) Scarabaei pilularii dicti, quod stercus volutant: in eo condunt sese per hiemem, vermiculosque pariunt, vnde soboles prodit: Αἱ δὲ κάνθαροι ἣν κυλίουσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὴν χειμῶνα, καὶ ἐντίκτουσι σκώληκας, ἐξ ὧ γίνονται κάνθαροι. Arist. H. A. L. V. c. 18. p. 602. Gallis *Escarbots.* H.

s. Auersi pedibus) Retro gradientes. H.

t. Contra rigorem) Ipsos scarabaeos se his inuoluere pilu-

vermiculos fetus sui nidulantur. *u.* Volitant alii *x.* magno cum murmure ac mugitu. Alii *y.* focos et prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium [1] colore [2] lampyrides *z.*, nunc pennarum *a.* hiatu refulgentes, nunc vero compressu obvmbratae, non ante matura *b.* pabula, aut post defecta conspicuae. E contrario tenebrarum *c.* [3] alumna

1. *Candore. Pint. fulgore. Alii.* 2. πυγολάμπαδες. *Alii.* 3. *alumna blattis vita. Lucem eae fugiunt. V. alumnae blattae. Vitam lucemque fugiunt. Parm.*

pilulis, ibique mori, ac deinde reuiuiscere, scribit Epiphanius, in Ancor. num. 85. p. 89. H.

u. Nidulantur) Velut in nido reponunt et recondunt. *Dal.*

x. Volitant alii magno, etc.) Vide dictionem κάρβος in Diction. Constant. *Dal.*

Volitant alii) Quos Galli vocant *Hannetons.* Hos filo pedibus adalligato, dum pueri sinunt circumuolitare, ac strepero volatu interim sese exercere, iis ludicrum est. H.

y. Alii) Grylli. *Dal.*

Alii focos) Grylli sunt nigri caminorum, *Grillons.* H.

z. Lampyrides) Λαμπυρίδες, quae Latinis cicindelae dictae, vt Plinius ipse admonet, L. XVIII. f. 66. Gallis, *Vers luisans.* Arist. H. A. L. IV. c. I. p. 401. πυγολαμπίδες, a fulgore clunium. H.

a. Nunc pennarum) Nam vt in formicarum genere, sic et in cicindelis, quaedam alas habent, quaedam nullas. Arist. l. c. Καὶ ταυτὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐςὶ καὶ πτερωτὸν καὶ ἄπτερον· οἷον, μύρμηκές εἰσι καὶ πτερωτοὶ καὶ αἱ καλέμεναι πυγολαμπίδες. H.

b. Non ante matura) Plin. L. XVIII. f. 66. *Signum maturitatis hordei lucentes vespere per arua cicindelae: ita appellant rustici stellantes volatus: Graeci vero lampyridas.* H.

c. Tenebrarum alumna) Hinc Virg. Georg. L. IV. v. 243. *Lucifugis congesta cubilia blattis.* Scarabaeis haec animalcula sunt, gryllisue similia, nigra, velocia, Graecis Σίλφαι ἀρτοκοπεῖων, *blattae pistrinorum*: Gallis, *Caffars*, si Constantino credimus, in Supplemento linguae Latinae. De blattarum aliis generibus dicemus L. XXIX. f. 39. H.

mna blattis vita, lucemque fugiunt, in balineis maxime humido vapore prognatae. Fodiunt ex eodem genere *d.* rutili atque praegrandes scarabaei tellurem aridam[1], fauosque paruae ac fistulosae modo spongiae, [1] medicato melle *e.* fingunt. In Thracia iuxta *f.* Olynthum locus est paruus, in quo vnum hoc animal exanimantur, ob hoc Cantharolethrus *g.* appellatus. Pennae insectis omnibus sine scissura: nulli cauda nisi scorpioni. Hic eorum solus et brachia *h.* habet, et in cauda spiculum. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt asilo *i.*, siue *k.*

X 2 taba-

1. *E medio.* Ch.

d. Ex eodem genere) Scarabaeorum videlicet. Hi sunt quos μηλολόνθας Philosophus vocat Hist. An. L. V. c. 18. p. 602. Hesychius: Μηλολόνθη, εἶδος κανθάρων, οὓς τινὲς χρυσοκανθάρες καλοῦσι. Scholiastes item Aristophanis, in Nubibus, p. 170. μηλολόνθην ab aliis χρυσοκάνθαρον appellari dicit: ab aliis vero pro eo genere scarabaeorum accipi, quod a nostratibus *Hanneton* vocari paulo ante diximus. H.

e. Medicato melle) Hoc est *venenato*, noxia quapiam vi infecto. Sic apud Maronem, in sexto Aeneidos, *medicatis frugibus offa.* Apud Martialem, *medicata pocula.* H.

f. In Thracia iuxta, etc.) Aristotel. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dal.*

In Thracia) Haec totidem verbis auctor mirab. auscult. p. 1163. et Plutarch. L. de animi tranq. p. 473. H.

g. Cantharolethrus) Quod perniciem et letum, ὄλεθρον τοῖς κανθάροις, hic locus affert. H.

h. Et brachia) Graeci χηλὰς vocant. De scorpionum brachiis supra f. 30. H.

i. Vt asilo) Locus est apud Arist. similis. H. A. L. I. c. 6. p. 49. Ἔμπροσθεν ἔχει τὰ κέντρα, μυῖα, καὶ μύωψ, καὶ οἶστρος, καὶ ἐμπίς. De asilo siue oestro diximus, f. 16. H.

k. Siue tabanum) Hoc est, quem quibusdam tabanum dici placet, etsi minus accurato sermone: neque enim idem tabanus est, qui asilus. Vide quae diximus f. 16. Tamen μύωπα tabanum, et οἶστρον asilum, pro synonymis vsurpasse multos e veteribus, probat Bochart. de Anim. P. II. L. IV. c. 14. p. 546.

tabanum dici placet: item [1] culici *l.*, et quibusdam muscis. *m.* Omnibus autem his in ore et pro lingua sunt hi aculei. Quibusdam hebetes, neque ad punctum, sed ad suctum, vt muscarum generi, [2] in quo lingua *n.* euidens fistula est. Nec sunt talibus dentes. Aliis cornicula ante oculos praetenduntur ignaua, vt papilionibus. Quaedam insecta *o.* carent [3] pennis, [4] vt scolopendra.

XXXV. Insectorum *p.* pedes [5] quibus sunt, in obliquum mouentur. Quorumdam *q.* extremi longiores foris curuantur, vt locustis. *r.* (XXIX.) Hae pariunt,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. item culicibus Gr. et Al.* 2. *in quo loco. V.* 3. *pinnis, vt scolopendra. Ch.* 4. *sic ex MSS. emendat Hard. scolopendrae Gr. et Al.* 5. *quibus multi sunt. ex Arist. ἔντομα πολύποδα, etc. Insectorum multipedes qui sunt. Alii.*

p. 546. Et quidem, Plinii aeuo asili nomen obsoleuisse, eiusque loco tabani quoque nomen cum asilo siue oestro fuisse communicatum, haud obscure Seneca significat, ep. 58. p. 281. *Hunc quem Graeci*, inquit, *oestrum vocant, pecora peragentem, et totis saltibus dissipantem, asilum nostri vocabant: hoc Virgilio licet credas, etc.* H.

l. Item culici) Ἐμπίδι. H.

m. Et quibusdam muscis) Fortassis hic tabanum genere muscarum complectitur. H.

n. In quo lingua) Siue pro lingua. Nam vt ait idem s. 65. huius libri: *Quibus aculeus in ore fistulosus, iis nec lingua, nec dentes.* H.

o. Quaedam insecta) Quae ἄπτερα idcirco vocantur. Haec Arist. H. A. L IV. c. 1. p. 401. De scolopendra dicemus L. XXIX. s. 39. H.

p. Insectorum pedes, etc.) Vide in Dict. Constant. in voce σκολοπένδρα. *Dal.*

Insectorum pedes) Haec Arist. H. A. L. II. c. 4. p. 153. vbi multipedum, quales sunt muscae, et apes, crura monet in latus inclinata curvaturam flectere. H.

q. Quorumdam) Quorumdam postremi pedes longiores sunt quam ceteri. καμπτόμενα εἰς τὄπισθεν, Arist. H. A. L. IV. c. 6. p. 469. H.

r. Vt locustis) Gallis, *Sauterelles*; Graecis, ἀκρίδες. H.

pariunt, [1] in terram demiſſo [2] ſpinae *s.* caule, oua condenſa *t.*, autumni tempore. Ea durant *u.* hieme ſub terra. Subſequente *x.* anno exitu veris emittunt paruas, nigrantes et ſine cruribus, penniſque reptantes. Itaque vernis aquis intereunt oua: ſicco vere maior prouentus. Alii *y.* duplicem earum fetum, geminumque [3] exitum tradunt: Vergiliarum exortu *z.* parere, deinde ad Canis ortum *a.*

X 3 obire

1. *In terra. M.* 2. *ſpiculae caudae. Dal. ſpinae aculeo. Alii.* 3. *Sic et. M. et Ch. exitium Gr.*

s. Demiſſo ſpinae) *Impacta fiſtula, quam ad caudam habent ipſae:* Τίκτουσι δὲ εἰς τὴν γῆν, καταπήξασαι τὸν πρὸς τῇ κέρκῳ αὐλόν. Ariſt. H. A. L. V. c. 23. p. 623. Sane per fiſtulam eam pariunt, quam caudae ſubiectam habent. Plinius apud Scriptorem Graecum καυλὸν legit, non αὐλόν. Sed eodem demum vox vtraque recidit. H.

t. Oua condenſa) Quia ſimul cunctae pariunt, eumdemque in locum oua deponunt, ita vt quaſi fauus fiat, Ariſt. l. c. Ἀθρόως δὲ τίκτουσι, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον· ὥστε ἂν εἶναι καθαπερεὶ κηρίον. H.

u. Ea durant) Tranſigunt hiemem ſub terra: διαμένει τὰ ᾠὰ τὸν χειμῶνα ἐν τῇ γῇ. Ariſt. p. 622. H.

x. Subſequente) Ariſt. l. c. H.

y. Aliis) Ab Ariſtotele ii diſſident. H.

z. Vergiliarum exortu parere, etc.) Vergiliae exoriuntur Plinio lib. XVIII. Sexto Idus Maii, Columellae Nonas Maii. Canis ortus eſt ſeptimo Kal. Auguſti fere. Fieri igitur nequit, vt locuſtae quae Vergiliarum exortu peperere, obeant ad Canis ortum, quum Ariſtotele auctore lib. V. cap. 28. et Plinio paulo poſt, matres poſtquam fetificauere, e veſtigio exſtinguantur, et mares itidem eodem tempore; itaque puto ordine conuerſo ſic legi debere, *Vergiliarum exortu parere, deinde obire, et ad Canis ortum renaſci.* Pint.

Virgiliarum exortu) Circa Maii Nonas. H.

a. Ad Canis ortum) Circa XV. Calendas Auguſti, vt dicemus L. XVIII. ſ. 68. H.

obire, et alias renaſci. Quidam Arcturi occaſu *b.* renaſci. Mori matres *c.* quum pepererint, certum eſt, vermiculo ſtatim circa fauces enaſcente, qui eas ſtrangulat, *d.* Eodem *e.* tempore mares obeunt. Tam friuola ratione morientes, ſerpentem *f.*, quum libuit, necant ſingulae, faucibus eius apprehenſis mordicus. [1] Non naſcuntur, niſi rimoſis locis. *g.* In India ternûm pedum longitudinis eſſe traduntur, cruribus et feminibus ſerrarum vſum [2] praebere, quum inaruerint. Eſt et alius earum obitus. Gregatim ſublatae *h.* vento in maria aut ſtagna decidunt. Forte

1. *Non naſcuntur in rimoſis locis.* Ch. *niſi in planis et rimoſis locis* Gr. et Al. 2. *praebentes.* V.

b. Arcturi occaſu) Ante diem quintum Idus Maias, vt diximus, L. VIII. ſ. 72. H.

c. Mori matres) Hoc Ariſt. H. A. L. V. c. 23. p. 622. Vide Epiphan. in Ancoratu, n. 84. p. 89. H.

d. Qui eas ſtrangulat) Laxiore eſt vſus vocabulo: Exedunt enim potius, quam ſtrangulant. H.

e. Eodem) Ariſt. l. c. H.

f. Serpentem) Ariſt. H. A. L. IX. c. 9. p. 1026. Refert Simon Maiolus, Coll. 8. p. 123. olitorem ſuum ex agro venientem locuſtam conſpexiſſe, quae ſerpentem gutture apprehenderet, atque ita quidem, vt citra pugnam interemerit. H.

g. Niſi rimoſis locis) Vide N. et Em. N. LVI. (hic poſ.) *Non)* Interpolatores Plinii ſcripſere, *niſi in planis et rimoſis locis*, quum abſint hae voces *in planis* etc. in MSS. omnibus. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. etc. quamquam eas Philoſophus agnoſcit, H. A. L. V. c. 23. p. 622. Οὐ γίνονται δὲ αἱ ἀκρίδες ἐν τῇ ὀρεινῇ, - - ἀλλ᾽ ἐν τῇ πεδιάδι καὶ κατεῤῥωγυίᾳ· ἐν ταῖς ῥωγμαῖς γὰρ ἐντίκτουσι. *Locuſtae in montana non oriuntur, ſed in campeſtri, atque hiante: in rimis enim pariunt oua ſua.* H.

h. Gregatim ſublatae) Sunt eadem apud Theophr. in Fragmm. De animalibus quae repente apparent. Auguſtin. de Ciuit. Dei L. III. c. 31. *Locuſtarum*, inquit, *in Africa multitudinem prodigii ſimilem fuiſſe, — literis mandauerunt: conſumptis enim fructibus foliiſque lignorum, ingenti atque inaeſtimabili nube in mare dicunt eſſe deiectam,* etc.

Forte hoc [1] casuque cuenit, non (vt prisci existimauere) madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt: ignari etiam longinqua maria ab iis transiri, continuata plurium [2] dierum (quod maxime miremur) fame quoque, quam propter *i.* externa pabula petere sciunt. Deorum [3] irae pestis ea intelligitur. Namque et grandiores cernuntur, et tanto volant pennarum stridore, vt aliae alites credantur: Solemque [4] obumbrant, [5] sollicitis suspectantibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiunt [quippe vires: et tamquam parum sit maria transisse, immensos tractus permeant, [6] diraque messibus *k.* contegunt nube, multa contactu adurentes: omnia vero morsu erodentes, et fores quoque tectorum. Italiam ex *l.* Africa [7] maxime coortae infestant, saepe populo ad Sibyllina coacto remedia *m.* confugere,

1. *Casu cuenit. Ch.* 2. *dierum profectione. Quod maxime miremur, famem quoque quam propter externa pabula petiere, sciunt imminere: ac deorum irae. V.* 3. *mira pestis ea. M. deorum mire. Ch.* 4. *Obumbrent. V.* 5. *solicitis. M. et Ch.* 6. *diramque mess. cont. nubem. M. et Ch.* 7. *maxima cohorte. M.*

etc. Item refert Orosius L. IV. c. 11. H.

i. Quam propter) Propter quam famem. H.

k. Diraque messibus) Nam fruges populantur, vt ex Liuio mox constabit. H.

l. Italiam ex) Liu. L. XLII. p. 533. *Locustarum tantae nubes a mari vento repente in Apuliam illatae sunt, vt examinibus suis agros late operirent: Ad quam pestem frugum tollendam,* etc. Etiam in Germaniam Poloniamque inuolasse, scriptorum testimoniis compluribus probat Maiolus Coll. 5. p. 76. Quater annis singulis quinquiesue incredibili locustarum nube Teredonem Asiae oppidum agrumque circumiectum obtegi, refert Tauernerius, αὐτόπτης, Itin. T. I. L. II. p. 157. eas deinde vento in deserta loca abripi, ibique interire. H.

m. Ad Sibyllina coacto remedia)

re, inopiae metu. In Cyrenaica *n.* regione lex etiam eſt ter anno debellandi eas, [1] primo oua [2] obterendo, deinde fetum, poſtremo adultas; deſertoris poena in eum, qui ceſſauerit. Et in Lemno inſula certa menſura praefinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Gracculos *o.* quoque

1. *Prima.* *Ch.* 2. *adiicere.* *M.* *et mox qui ceſſerit. praue vtrumque.*

media) Quum inſanabilis pernicies aliqua Rempublicam inuaſiſſet, cuius nec cauſa, nec finis inueniretur, Liuii verbis vtor e L. V. p. 91. libri Sibyllini ex SC. adiri ſolebant. Quibus inſpectis, Decemuiri, quos penes horum librorum cuſtodia fuit, referebant, quae ii remedia decernerent, carmine plerumque deſcripta, quale illud fuit, quod idem recitat, L. XXIX. p. 341. *Quandocumque hoſtis alienigena terrae Italiae bellum intuliſſet, eum pelli Italia vincique poſſe, ſi Mater Idaea. Peſſinunte Romam aducta eſſet.* Sic anno primo belli Punici, Diti Patri ludi ad Tarentum ex praecepto Librorum Sibyllinorum facti, eodem referente in Epitome, L. XLIX. H.

n. In Cyrenaica) Forte peſtilentiae metu. Refert enim Iul. Obſ. c. 90. P. Plautio, M. Fuluio CoSS. locuſtarum ingentia agmina in Africa, a vento in mare deiecta, fluctibuſque eiecta, odore intolerabili Cyrenis mortifero vapore grauem peſtilentiam feciſſe pecori, hominumque DCCC millia conſumpta tabe. H.

o. Gracculos quoque) Cornicularum e genere auis eſt gracculus veterum Latinorum: nos *Choucas* vocamus, vt recte Bellonius admonet L. VI. c. 3. et 7. Vide N. et Em. N. LVII. (hic adi.) *Graec.)* Peruulgata eſt apud Phaedrum fabula tertia libri primi: *Tumens inani graccu-lus ſuperbia Pennas pauoni quae deciderant ſuſtulit, Seque exornauit,* etc. Quam fabulam perſtringens Lucianus in Apol. pro mercede conductis, p. 262. κολοιὸν dixit ἀλλοτρίοις πτεροῖς ἀγάλλεσθαι, *alienis exſultare pennis.* Horatius corniculam appellat: *Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus.* Omnino ſic ſe res habet. Gracculus Latinorum, κολοιὸς Graecorum eſt, non quem Galli *Geay* vocant, vt vul-

que ob id colunt, aduerſo volatu occurrentes, earum exitio. Necare et in Syria militari imperio *p.* coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis *q.* et hae in cibo gratae. Vox earum proficiſci ab [1] occipitio videtur. Eo loco in commiſſura ſcapularum habere quaſi dentes *r.* exiſtimantur,

X 5 eoſ-

1. *Occipitii videtur eo loco vbi commiſſura ſcapularum. Habere.* D.

vulgus interpretum arbitratur: ſed vt Bellonius admonet de auib. L. VI. c. 3. et 7. *Choucas.* Gloſſae vett. *Graçculus*, κολοιὸς ὄρνεον, igitur e cornicularum genere. Sane quem *Geay* nominamus, eſt is per ſe ſatis eximius, nec alienis indiget plumis, At gracculus veterum, ſeu parua cornicula tota nigri coloris eſt, quod inter ceteros Martialis animaduertit, L. I. ep. 116. *Sed quamdam volo nigriorem, Formica, pice, gracculo, cicada.* Et auctor vitae S. Fructuoſi Arch. Bracar. n. 8. *Nigras paruasque aues, quas vſitato nomine vulgus Gracculas vocitat, manſuetas in monaſterio habuiſſe perhibetur.* H.

p. Militari imperio) Cn. Sicinium Praetorem deſignatum, cum imperio miſſum in Apuliam, ad eas colligendas, auctor eſt Liuius L. XLII. p. 533. H.

q. Parthis) De Afris hoc idem ſcribit Dioſcor. L. II. c. 57. De Graecis quoque, vt ex Ariſtophane, in Acharnan. Act. IV. Sc. 1. et 7. colligitur. De Aethiopibus Acridophagis ex Plinio et Agatharchide diximus L. VI. ſ. 35. Deſinat igitur ineptire Grammaticorum pertinacia, de locuſtis Diui Praecurſoris Domini: de quibus fuſe Bochartus, de anim. P. II. L. IV. toto c. 7. p. 488. et ſeq. Nec Monacho ei aſſentimur, qui Iacobo de Vitriaco, Hiſt. Hieroſ. c. 53. de eo argumento ſciſcitanti, reſpondit, *quod frequenter in refectorio ſuo quaedam herba monachis ad edendum apponebatur, quam ipſi Languſtae, hoc eſt, locuſtam nominabant, cuius circa monaſterium ſuum magna habebatur copia: adiungens, quod illa eſſet quam edebat beatus Iohannes.* Nugae. H.

r. Quaſi dentes) Ariſt. cap. 9. lib. IV. Hiſtor. πηδάλια vocat, quaſi nauium clauos et gubernacula. *Dal.*

eosque inter se *s.* terendo stridorem edere, [1] circa duo aequinoctia maxime, sicut cicadae circa solstitium. *t.* Coitus *u.* locustarum, qui et insectorum omnium quae coëunt; marem portante *x.* femina, [2] in eum *y.* feminarum vltimo caudae reflexo, tardoque *z.* digressu. Minores *a.* autem in omni hoc genere feminis mares.

XXXVI. (XXX.) Plurima insectorum vermiculum gignunt. Nam et formicae *b.* similem [3] ouis vere:

1. *circa duo maxime aequinoctia. Pint.* 2. *in aluum. D.* 3. *apib. Pint. ex M.*

s. Eosque inter se) Hanc soni locustarum causam approbat Aldrouand. L. de inf. p. 420. Existimat autem Philosophus, H. A. L. IV. c. 9. p. 489. sonum hunc excitari affrictione crurum, quibus in saltum emicant. Αἱ δὲ ἀκρίδες, τοῖς πηδαλίοις τρίβουσαι, ποιοῦσι τὸν ψόφον. Πηδάλιον proprie gubernaculum est; nunc, vt ita loquar, saltaculum, crura saltatoria, παρὰ τὸ πηδᾷν. H.

t. Circa solstitium) Cantus, nonnisi aestibus, cicadis. H.

u. Coitus) Haec totidem verbis Philosophus, H. A. L. V. c. 23. p. 621. H.

x. Marem portante) Quia maiores feminae maribus: itaque mares ab ipsis facillime sustinentur. Arist. H. A. L. V. c. 18. p. 593. H.

y. In eum) In marem reflectente femina vltimum caudae suae *aculeum*, tardeque *a coitu* digrediente. *In marem inserente femina surrectum sursum meatum suum: non quemadmodum in aliis animalibus, in feminam mare.* Ἀφίησι δὲ τὸν πόρον κάτωθεν, τὸ θῆλυ εἰς τὸν ἄῤῥενα τὸν ἐπάνω· ἀλλ᾽ οὐ τὸ ἄῤῥεν εἰς τὸ θῆλυ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Arist. H. A. L. V. c. 8. p. 536. H.

z. Tardoque) Diuturna coniunctio, diuturnus coitus est. Arist. l. c. H.

a. Minores) Arist. l. c. H.

b. Et formicae) Theocritus, Μυρμάκων ὅτε πλεῦνες ἀεὶ κέχυνται μυγεόντων. Μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι. Idem: Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ. Eleganter Apuleius lib. VI. Asini, vndas populorum sepedum vocat formicarum herbam, quae sex pedibus ambulant. *Dal.*

Nam

vere: et hae communicantes laborem: [1] sed apes vtiles *c.* faciunt cibos, hae condunt. [2] Ac si quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione *d.* vires esse maiores. Gerunt ea morsu. *e.* Maiora auersae *f.* postremis pedibus, moliuntur, humeris obnixae. Et iis Reipublicae *g.* ratio, memoria, cura. Semina *h.* arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant e terra. Maiora ad introitum diuidunt. Madefacta imbre proferunt atque siccant. Operantur *i.* et noctu [3] plena Luna: Eaedem interlunio

1. *Vt apes laborem: sed apes vtiles faciunt.* V. et M. *vt apes, sed illa faciunt.* Gr. et Al. Quaedam manusc. *verba illa, laborem vt apes: sed illae, non habent.* 2. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Et si Gr. et Al. 3. *plenae Lunae.* Ch.

Nam et formicae) Haec totidem verbis Arist. H. A. L. V. c. 20. p. 619. H.

c. Sed apes vtiles) Vide Not. et Em. N. LVIII. (hic adi.) *Sed*) Non placuit Frobenio haec vetustiorum exemplarium, priorumque editionum lectio, quam sic ille interpolauit: *vt apes: sed illae, etc.* Sic paulo ante, vbi libri omnes habent, *nam et formicae similem ouis vere vermiculum gignunt*, Pintianus emendat, *similem apibus*: non modo contra fidem codicum, sed et contra scriptoris mentem, quam nobis Philosophus repraesentat, H. A. L. V. c. 20. p. 619. vbi formicas ait parere vermiculos, qui e paruis et rotundis crescendo fiunt oblongi, ἐκ μικρῶν καὶ στρογγύλων. Et sane oua pariunt cocti tritici specie, sed multo minora. H.

d. Portione) Pro portione corporum. Vsus hac voce iterum posterius, f. 46. 49. 70. et 73. H.

e. Morsu) Ore admorsa gerunt onera. H.

f. Auersae) Obiectis clunibus. H.

g. Et iis reipublicae) Vide Aelian. H. A. L. VI. c. 43. H.

h. Semina) Plutarch. vide L. de solert. anim. p. 968. et Basil. in Hexaem. Hom. 9. p. 116. H.

i. Operantur etc.) Arist. H. A. L. IX. c. 62. p. 1100. Aelian. H. A. L. IV. c. 43. H.

lunio *k.* ceſſant. Iam in opere qui labor? quae ſedulitas? Et quoniam ex diuerſo conuehunt altera alterius [1] ignara, certi dies ad recognitionem mutuam [2] nundinis dantur. Quae tunc earum concurſatio? quam diligens cum obuiis quaedam colloquutio atque percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, et in opere ſemitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid poſſit quantulacumque aſſiduitas. [3] Sepeliunt *l.* inter ſe viuentium ſolae, praeter *m.* hominem. Non ſunt in Sicilia pennatae. (XXX.) Indicae formicae cornua *n.*, Erythris

1. *Ignarae. Ch. ignara, vt ſigna inuicem recognoſcant, certi. V.* 2. *velut nundinis. D.* 3. *Sic et Ch. ſepeliuntur Gr. et Al.*

k. Interlunio) In coitu lunae, quem diem alii interlunium, inquit Plin. L. XVI. ſ. 74. alii ſilentis lunae appellant. Τῇ ἡμέρᾳ τȣ͂ μηνὸς τῇ νέᾳ, menſis primo quoque die ceſſare formicas ſcribit Aelian. H. A. L. I. c. 22. Etiam et ſabbatho Iudaeorum inſtar, feriari, ſi Tzetzae credimus, in Heſiodum ſcribendi, ἐν σαββάτῳ καὶ λʹ τȣ͂ μηνὸς τῆς σελήνης ȣ̓κ ἐργάζεται. H.

l. Sepeliunt) Ita MSS. rectius, quam *ſepeliuntur.* Sic Plautus, *inter ſe amplexari* dixit: Tullius, *inter ſe amare.* Refert hoc pariter de formicis Aelianus, H. A. L. V. c. 49. Narrat Cleanthes apud Plutarch. L. de ſolert. anim. p. 967. vidiſſe ſe exeuntes e cauo ſuo formicas obuiam alteri formicarum examini, quae mortuam efferrent: has ab illis vermem accepiſſe, ceu redemtionis elationiſque pretium. Vide et Paxamum in Geop. L. XIII. c. 10. p. 370. H.

m. Solae, praeter) Elephanto, hanc quoque religionem attribuit Aelianus, l. c. Elephanto, delphini; hirundini, api, vrſo, Tzetzes Chil. Hiſt. IV. h. 127. v. 153. H.

n. Indicae formicae cornua) Nearchus apud Strabon. lib. XV. formicae id genus pellem ſibi viſam refert, pardi pelli ſimilem. Addit poſtea Strabo, ex iis formicis quaſdam alatas eſſe. In Pephno inſula candidas eſſe tradit Pauſanias in Laconicis. *Dal.*

thris o. in aede Herculis fixa, miraculo fuere. Aurum ex cauernis *p.* egerunt terrae, in regione septemtrionalium Indorum, qui Dardae vocantur. Ipsis color [1] felium, magnitudo *q.* Aegypti [2] luporum. Erutum *r.* hoc ab iis tempore hiberno, Indi furantur aestiuo feruore *s.*, conditis propter vaporem in [3] cuniculos formicis: quae tamen odore sollicitatae prouolant, crebroque lacerant, quamuis praeuelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritasque est cum amore auri.

XXXVII. (XXXII.) Multa autem *t.* insecta et aliter nascuntur *u.*, [4] atque in primis ex rore. Insidet hic *x.* [5] raphani *y.* folio primo vere, et spissatus Sole

1. *Foedus. M.* 2. *Vulpium. Strab.* 3. *cuniculis. M.* 4. *atque asilus in primis. M papilio. Arist.* 5. *brassicae. Diosc.*

o. Erythris) Ioniae oppido, de quo L. V. c. 31. H.

p. Aurum ex cauernis) Refert hoc Strabo ex Nearcho et Megasthene L. XV. p. 706. Mela, L. III. c. 7. Cl. Alex. Paedag. L. II. p. 207. aliique. H.

q. Magnitudo) *Non minus maximas canibus* ait esse Mela l. c. Strabo, vulpibus haud minores. Ex Herodoto vterque hausit, Thalia, L. III. p. 203. Cetero species corporis formicis nostratibus simillima est. H.

r. Erutum hoc) Quae de iis deinceps narrantur, exstant ea totidem fere verbis ap. Herod. l. c. p. 204. Vaporem autem mox calorem aestiuum intellige. H.

s. Indi furantur aestiuo feruore) Et fugientes ferarum carnem huc illuc abiiciunt, quae insequentes detineat. Strabo *Dal.*

t. Multa autem) Arist. H. A. L. V. c. 18. p. 597 H.

u. Nascuntur) Quod de vniuerso quodam genere insectorum Aristoteles prodidit, Plin. hic de papilione particulatim refert. *Dal.*

x. Insidet hic) Ros nimirum. H.

y. Raphani) Graeca voce pro Latina abutitur: nam dum raphanum dicit, brassicam intelligit: μάλιςα δὲ ἐπὶ τῆς ῥαφάνε, ἣν καλẽσί τινες κράμβην, inquit Philos. l. c. Sed non brassica gignit solum erucas, verum et pomus,

Sole 1 in magnitudinem z. milii cogitur. 2 Inde porrigitur a. vermiculus paruus, et triduo 3 eruca b.: quae adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice c.: ad tactum tantum mouetur, 4 araneo d. accreta,

1. Minus milio. ex Arist. 2. Inde porro gignitur. Dal. 3. Vruca. Ch. 4. Quidam post mouetur distinctionem collocant: reliqua mutilata adnotant, vt palam fit ex Arist. de animal. lib. V. c. 19. In Ch. legitur, mouetur araneo occreta quam chrys. ap. rup. deinde eo. cort. etc. Ad tactum tantum mouetur aranei. Haec eruca, quam chrysalidem Gr. et Al.

mus, et prunus, et quercus. At neque vitis, neque salix gignit. H.

z. *In magnitudinem)* Milio minorem, ἔλαττον κέγχρε, Philosophus ait, l. c. H.

a. *Inde porrigitur)* Fit oblongior: vt de formicarum ouis dixit Arist. L. V. c. 20. p. 619. ἐκ μικρῶν καὶ στρογγύλων μακρὰ γίνονται. H.

b. *Eruca)* Eruca, quae immobilis accrescit, sed adiectis diebus, duro tecta cortice et araneis obsita, ad tactum tantum mouetur. Huius erucae, quam tum chrysalidem appellant, rupto cortice euolat papilio: ex Arist. *Dal.*

Triduo eruca) Vel *vrica*, vt in R. 1. et Parm. ed. Arist. *tertio die*, ἐν τρισὶν ἡμέραις κάμπαι μικραί: Gallis, *Chenille*. H.

c. *Duro cortice)* Net eruca circum se, bombycum modo: ibi intus obsepta turget, crusta seu folliculo duriore: σκληρὸν ἔχει τὸ κέλυφος, Arist. l. c. H.

d. *Araneo accreta)* Araneosa inuoluta *textu, quo tempore* chrysallidem eam appellant. Quum accreuerit araneoso obducta textu, araneacea tela inuoluta, tum chrysallis vocatur: καλοῦνται χρυσαλλίδες . . . ἁπτομένου δὲ κινοῦνται, περιέχονται δὲ πόροις ἀραχνιώδεσιν. Vide N. et Em. N. LIX. (hic adi.) *Ad tactum)* Hunc locum ita restituimus, summa religione ac fide vetustorum exemplarium auctoritatem sequuti, R. 1. 2. Colb. Par. Chiffl. Lugd. in quibus *araneo occreta*, vel *accreta*, legitur: interpolatorum coniectura neglecta, qui *aranei: haec eruca* frigide admodum scripserunt. Sic Plinius, f. 41. vermiculis circum se pariter folliculum texentibus: *si accreuere*, inquit, *chrysallidem* faciunt. H.

creta, quam chryſallidem appellant: rupto deinde cortice *e.* volat papilio.

XXXVIII. (XXXIII.) Sic quaedam [1] ex imbre *f.* generantur in terra: quaedam et in ligno. Nec enim coſſi *g.* tantum in eo, ſed etiam tabani *h.* ex eo naſcuntur: [2] et alibi *i.* vbicumque humor eſt nimius: ſicut intra hominem taeniae *k.* tricenûm pedum, aliquando et plurium longitudine.

XXXIX. [3] Iam in carne exanimi, et viuentium *l.* quo-

1. *Exinde. M. ex imbri. Ch.* 2. *Sic et Tol. alias. Ch. et alia Gr. et Al.* 3. *iam in carne viuentium quoque hominum, et capillo. M. capillo quidam expungunt.*

e. Cortice) Κέλυφος cruſtam vocat Ariſt. l. c. H.

f. Ex imbre) Quemadmodum ex rore papiliones, de quibus proxime dictum eſt: ita ex imbre alia. H.

g. Coſſi) Vermiculi, qui in robore gignuntur, de quibus L. XVII. ſ. 37. Noſtri *Coſſons* vocitant. H.

h. Etiam tabani) Μύωπες, de quibus ſ. 16. Ariſt. H. A. L. V. c. 18. p. 603. *Οἱ δὲ μύωπες γίνονται ἐκ τῶν ξύλον.* H.

i. Et alibi) Non in terra, inquit, tantum, et ligno, ſed et alibi vbicumque eſt humor nimius. Vide N. et Em. N. LX. (hic poſ.) *Et.)* Sic R. 2. Par. et Tol. Libri hactenus cuſi perperam, *et alia.* Tolerabilius Chiffl. cod. *et alias.* Arridet quam maxime lectio R. 1. cod. *aliubicumque.* H.

k. Taeniae) Taeniae, ſiue tineae, ventris animalia ſunt, ab aliis ſcriptoribus lumbrici appellati. Platerus, quem Sennertus laudat, Pract. L. III. P. II. c. 5. p. 417. aliquot viſos a ſe prodidit, quorum longitudo eſſet pedum quadragenûm. H.

l. Viuentium quoque hominum capillo) Poſtremum verbum, *capillo*, additum ab indocto lectore conſtantiſſime aſſeuero, ignorantia ſequentis hiſtoriae, de exitu Syllae et Alcmanis, quam et ſupra lib. VII. retulit Plinius, et ante eum Ariſtoteles lib. V. cap 31. *Accidit,* inquit, *morbus hic nonnullis hominibus prae nimio corporis humore: et quidem aliquos ea feditate obiiſſe proditum eſt, vt Alcmanem poëtam, et Pherecydem Syrium.* Pint.

Et viuentium) Pediculos intelligit, φθεῖρας, qui et in capillo naſcuntur, ἐν τῇ κεφα-

que hominum capillo *m.*: qua foeditate *n.* et Sylla Dictator *o.*, et Alcman *p.* ex clarissimis Graeciae Poetis, obiere. Hoc quidem *q.* et aues infestat: phasianas vero interimit, nisi puluerantes sese. Pilos habentium *r.* asinum tantum immunem hoc malo

κεφαλῇ ἐγγίνονται et reliquo corpore, vbi humor exuberat, sudorue, ὅταν ὑγρασία πολλὴ ἐν τῷ σώματι ᾖ. Arist. H. A. L. V. c. 26. p. 628. H.

m. Capillo) Pediculos significat siue pedes, vnde pedicosus apud Festum, Titinnio et Lucilio. Plautus in Curculione, *Item genus est lenonum inter homines meo quidem animo, Vt muscae, culices, pedesque, pulicesque, cimices. Odio, et malo, et molestiae, bono vsuique estis nulli.* Dalec.

n. Qua foeditate) Hunc locum expressit carmine Q. Serenus Sammonicus, c. 6. p. 128. *Noxia corporibus quaedam de corpore nostro Progenuit Natura, volens abrumpere somnos sensibus, et monitis vigiles intendere curas. Sed quis non paueat Pherecydis fata tragoedi, Qui nimio sudore fluens animalia tetra Eduxit, turpi miserum quae morte tulerunt? Sylla quoque infelix tali languore peresus Corruit, et foedo se vidit ab agmine vinci.* H.

o. Sylla dictator) Serenus: *Sylla quoque infelix tali languore peresus. Corruit, et foedo se vidit ab agmine vinci.* Vide cap. 43. lib. VII. *Dal.*

p. Et Alcman) Adde et Pherecydes. Aristot. cap. 31. libr. V. Histor. et Plato ipse, vt scribit Myronianus apud Laërtium. Vide Erasmum prouerb. Pediculi Platonis. *Dal.*

Et Alcman) Ἀλκμᾶνα τὸν ποιητὴν vocat Arist. l. c. Antig. Car. c. 65. ad Alcmaeonem Physicum pertinere id imprudens putauit. Id vero de Alcmane, Sylla, Pherecyde, Callisthene, Mutio Iurisconsulto, et aliis tradidit Plutarchus in Sylla, p. 474. H.

q. Hoc quidem) Pediculi nimirum. Καὶ γὰρ οἱ ὄρνιθες ἔχουσι φθεῖρας, καὶ οἱ καλούμενοι φασιανοί, etc. Arist. p. 629. Sed ii molliores sunt et oblongiores, tenuioresque, colore cinereo. Necantur puluere et aqua: vtrumque enim auibus datum est. H.

r. Pilos habentium) Arist. l. c. H.

malo credunt, [1] et oues. s. Gignuntur autem et vestis genere, praecipue lanicio t. interemptarum a lupis ouium. Aquas quoque u. quasdam, quibus lauamur, fertiliores eius generis, inuenio apud auctores. Quippe quum [2] etiam cerae x. id gignant, quod

1. *Et boues. De ouibus id falsum est.* 2. *Sic et M. et Ch. et casei vetusti. ex Aristot. ἐν τυρῷ παλαιουμένῳ, non ἐν κηρῷ. et ceterae id gignant Gr. et Al.*

s. *Et oues)* Vide N. et Em. N. LXI. (hic post) *Pilos etc.)* De ouibus id falsum esse, et *boues* potius scribi oportere Dalecampius admonet frustra: nam et exemplaria consentiunt omnia: et diserte Philosophus docet, H. A. L. V. c. 26. p. 629. oues et capras carere pediculis, non item ricinis: sed nec ricinis, nec pediculis carere boues. Καὶ τῶν ἐχόντων τρίχας, πλὴν ὄνος οὐκ ἔχει οὔτε φθεῖρας, οὔτε κρότωνας· οἱ δὲ βόες ἔχουσιν ἄμφω. Τὰ δὲ πρόβατα καὶ αἶγες κρότωνας· φθεῖρας δὲ οὐκ ἔχουσι. H.

t. *Praecipue lanicio)* Igitur viuae oues a pediculis sunt immunes: a lupo caesis lana vel maxime φθειρώδης, hos gignit. Haec Arist. Hist. An. L. IX. c. 13. p. 911. Et Plutarch. Symp. Quu. L. II. q. 9. p. 642. Διὰ τί τὰ λυκόβρωτα τῶν προβάτων, τὸ κρέας μὲν γλυκύτερον, τὸ δὲ ἔριον φθειροποιὸν ἴσχει: *Quare ouis a lupo adesae caro suauior est: lana autem pediculos generat?* Quae ex Plutarcho etiam Geoponicon auctor expressit, L. XV. c. 1. p. 403. Meminit et Phile, p. 102. et Aelian. H. A. L. I. c. 38. H.

u. *Aquas quoque)* Aliter paulo Arist. H. A. L. V. c. 26. p. 730. Γίνονται δὲ οἱ φθεῖρες μάλιστα, ὅταν μεταβάλλωσιν ὕδατα, οἷς λοῦνται, ὅσας ἔχει τῶν λουομένων φθεῖρας: *Quae animalia et lauantur, et solent pediculos generare, ea tum pluribus infestantur, quum aquas, quibus sese lauant, mutant.* H.

x. *Etiam cerae)* Quod notabile sane est: ipsae enim cerae a putredine cetera vindicant. In cera etiam vetusta, inquit Philos. H. A. L. V. c. 27. p. 631. ἐν κηρῷ παλαιουμένῳ, non secius gignitur, quam in arido ligno animal candidum, quod omnium animalium minimum videtur esse, et vocatur ἀκαρὶ propter exiguitatem, quasi quod tonderi κείρεσθαι non potest, sicuti nec punctum secari. Sunt qui existiment hoc animalculum

quod [1] animalium *xx.* minimum existimatur. Alia rursus generantur sordibus a [2] radio Solis *y.*, posteriorum lasciuia crurum [3] petauristae. *z.* Alia puluere humido in cauernis, volucria. *a.*

XL.

1. *Animal id. Ch.* 2. *a radiis solis. M. Sordibus aridi soli. Gr. et Al.* 2. *petauristis M. posterior. lasciuia crurum et auris. Ch. Crurum lasciuia petauristarum Gr. et Al.*

lum esse cossum: alii cariem putant esse: caries enim ambulat et erodit, etsi oculis nostris non mouetur. H.

xx. Quod animalium, etc.) Ἄκαρι vocat Aristot. cap. 32. lib. V. Hist. *Dal.*

y. Sordibus aridi soli) Pulices. *Dal.*

Sordibus a radio Solis) Hoc illud est, quod Philosophus aliquanto apertius loquitur, p. 632. et in aridis gigni vermiculos, si humectentur: et in humidis, si exsiccentur. Vide N. et Em. N. LXII. (hic conf) *Alia)* Sincerissima haec lectio est, quam restituimus ope codicum R. 1. Par. et vet. Dalecampii. Vi enim Solis aestiui haec animalcula, cuiusmodi sunt pulices, procreari significat. Quamobrem sect. sq. ricinum animal esse eiusdem temporis affirmat, hoc est, aestiui: vt experientia compertum est. Ac nisi eae voces *eiusdem temporis* ad has referantur, *a radio Solis*, quo illae pertineant, nemo sane intelliget. Prius legebatur, *aridi soli.* H.

z. Petauristae) Hoc est, salientibus his ipsis sordibus vbi animam accepere. Hoc verborum ambitu pulices, credo, describit. *Petaurista*, inquit Nonius Marcellus, *veteribus dicebantur, qui saltibus mouerentur*, quod ii πρὸς ἀέρα πετῶνται. Vide N. et Em. N. LXIII. (hic coll.) *Petauristae)* Id rectius visum est quam *Petauristarum*, vt Frobenius rescripsit. In MSS. omnibus *Petauris* tantum legitur. Idem Frobenius rursum paulo post, vetustorum codicum, priorumque ante se editionum auctoritate spreta, vbi de ricino agitur, *animal eiusdem turpitudinis* scripsit, quum *eiusdem temporis* libri omnes exhiberent: ipsaque series orationis ita postularet, vt interpretatione nostra planum factum est, et emendatione ea, quae hanc proxime antecessit. H.

a. Volucria) Muscae. *Dal.*

XL. (XXXIV.) Eſt animal *b.* eiuſdem [1] temporis *c.*, infixo [2] ſemper *d.* ſanguini capite viuens, atque ita intumeſcens, vnum animalium cui cibi *e.* non ſit [3] exitus: dehiſcitque nimia ſatietate, alimento ipſo moriens. [4] Numquam hoc in iumentis *f.* gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando *g.*, in quibus omnia *h.* In ouibus et in capreis hoc ſolum. *i.* [5] Aeque mira ſanguinis et hirundinum *k.* generi in paluſtri aqua ſitis. Namque et

 hae

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. turpitudinis Gr. et Al.* 2. *ſemper capite ſanguine. M.* 3. *exitus cum nimia dehiſcit. M.* 4. *Nonnunquam. Pint.* 5. *aeque eſt mira. Gr. et Al.*

b. Eſt animal eiuſdem turpitudinis) Ricinus κρότων. *Dal.*

c. Eiuſdem temporis) Aeſtiui nimirum, radio Solis efferveſcente, nam per aeſtatem gignitur. Ricinum deſcribit, quem Graeci κρότωνα, Galli *Ticque* nominant. Sunt et in homine ricini, quamquam diuerſa forma: *Morpions* noſtrates vocant: pelli haerent, neque ſaturi decidunt, vt qui in cane: hi capite infixo tantum ſanguinis exſugunt, donec excidant: excrementi enim exitum non habent: at qui in homine, et excernunt, et oua pariunt. H.

d. Infixo ſemper, etc.) Columella Rediuium vocat, quia ſuctu carnem animalium reſoluit. Rediuire, ſoluere, priſcum verbum. Vide cap. 11. lib. XXX. *Dal.*

e. Cui cibi) Vt nec cicadis potus ſui nullus exitus eſt, quemadmodum obſeruatum eſt, ſ. 32. H.

f. Numquam hoc in iumentis) Aſinis muliſque. De aſino inprimis dictum ſuperius. H.

g. Aliquando) Imo frequentiſſime, quamobrem vocant κυνοραϊστάς. Ariſt. *Dal.*

h. In quibus omnia) Pediculi, pulices, culices, ricini, κυνομυῖαι. Columella, L. VII. c. 13. H.

i. Hoc ſolum) Ricini tantum. Τὰ δὲ πρόβατα καὶ αἶγες, κρότωνας ἔχουσιν. Ariſt. H. A. L. V. c. 26. p. 629. H.

k. Hirudinum) Sanguiſugarum. Horatius de A. P. L. II. v. vlt. *Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.* H.

hae toto capite conduntur. Est et volucre *l.* canibus peculiare suum malum, aures maxime [1] lancinans *m.*, [2] quae defendi morsu non queunt.

XLI. (XXXV.) Idem puluis *n.* in lanis et veste tineas creat *o.*, praecipue si araneus vna includatur. Sitit enim, et omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. Hoc et in chartis *p.* nascitur. Est earum genus tunicas suas *q.* trahentium, quo cochleae modo. Sed harum *r.* pedes cernuntur. Spoliatae *s.* [3] exspirant. Si accreuere, faciunt *t.* chry-

1. *Lanians. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. qua Gr. et Al.* 3. *adspirant. Ch.*

l. Est et volucre) Musca canina, κυνομυῖα. Columella, L. VII. c. 12. *Fere*, inquit, *per aestatem sic muscis aures canum exhulcerantur, saepe vt totas amittant: quod ne fiat*, etc. H.

m. Lancinans) Ita MSS. omnes. Scribi forte et *lacinians* possit: quoniam id malum aures discindit in lacinias. H.

n. Idem puluis) Cuius mentio in calce sect. 39. Haec Arist. ad verbum H. A. L. V. c. 27. p. 631. Tineae Graecis σῆτες, Gallis *des Tignes.* Vide L. XX. s. 18. H.

o. Tineas creat) Aquaticarum meminit cap. 3. lib. XXXI. *Dal.*

p. Hoc et in chartis) Tinea scilicet. Et tineas sane in libris videmus, et interdum scorpionillos. H.

q. Est earum genus tunicas suas, etc.) In pellibus eae nascuntur. Xylophthoron vocat Aristot. cap. 32. lib. V. Hist. *Dal.*

Est earum genus) Aristoteli l. c. p. 632. vermiculus est, quem ξυλοφθόρον a ligno rodendo vocat. H.

r. Sed harum) Tinearum H.

s. Spoliatae) Tunica detracta moriuntur, ac perinde inutiles fiunt, atque cochleae exempta testa: ἐάν τις τὸν χιτῶνα περιέλῃ, ἀποθνήσκει etc. Arist. l. c. H.

t. Faciunt chrysallidem) Erucarum more, inquit, de quibus dictum est, s. 37. vbi accreuere, ac circum se neuere folliculum, chrysallidem re ac nomine repraesentant. Sed ex erucis ita cortice suo inuolutis, rupta testa papilio volat: ex hac vero chrysallide quid alati fiat animalis, nondum perspe-

chryſalidem. Ficarios *u.* culices caprificus generat. Cantharidas *x.* vermiculi ficorum et piri, et peuces, et [1] cynachantae, et roſae. *y.* Venenum *z.* hoc alae medicantur: quibus demptis, letale eſt. Rurſus alia genera culicum aceſcens *a.* [2] natura gignit. [3] Quippe quum et in niue *b.* candidi [4] inuenian-

Y 3

1. *Oxyacanthae. Alii. cynorrhodon intelligunt.* 2. *materia. Dal.* 3. *locus mire deprauatus et confuſus verborum ordo. Vide Ariſt. hiſtor. animal. lib. V. c. 19.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. reperiantur Gr. et Al.*

ſpectum eſt, inquit Philoſophus, l. c. H.

u. Ficarios) Ψῆνας Philoſophus vocat, p. 633. qui in fructibus caprificorum generantur. Horum tractationem latius perſequemur L. XV. ſ. 31. H.

x. Cantharidas) Cantharides, inquit Philoſophus, H. A. L. V. c. 18. p. 603. e ficariis erucis naſcuntur, aut quae in piris, pino, et canino rubo, quibus omnibus oriuntur vermes: αἱ δὲ κανθαρίδες ἐκ τῶν πρὸς ταῖς συκαῖς καμπῶν, καὶ ταῖς ἀπίοις, καὶ ταῖς πεύκαις· πρὸς πᾶσι γὰρ τούτοις γίνονται σκώληκες· καὶ ἐκ τῶν ἐν τῇ κυνακάνθῃ. H.

y. Et roſae) Non cuiuslibet, ſed caninae, hoc eſt, cynorrhodi, et albae roſae, vt dicetur L. XXIX. ſ. 30. vt nec cuiuslibet, rubi ſed canini, ſeu κυνακάνθης. H.

z. Venenum) De veneno cantharidum, et de eo quod nunc aduerſus illud affertur, remedio, dicetur L. XXIX. ſ. 30. Vide N. et Em. N. LXIV. Interpolatores voculas hic addidere, quas vt ſuppoſitias eraſimus; nulli enim codd. eas habent: *Venenum hoc remedia ſecum habet, alae medentur, etc.* In R. 1. 2. etc. hoc tantum: *Venenum hoc remediantur, pro alae medicantur.* H.

a. Aceſcens natura) Acetum intelligit, cuius e faece naſci vermiculos, e vermiculis culices Philoſophus docet, H. A. L. V. c. 18. p. 604. Οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. Adhuc enim in iis animalibus recenſendis habitat, quae ex humore gignuntur: ad ea mox inde tranſiturus, quae ex igne. H.

b. Quippe quum in niue candidi, etc.) Locus miris modis confuſus, et Cimmeriis (vt aiunt) inuolutus tenebris. Cuius reſtitutio (ſi modo reſtitutus eſt) magno nobis labo-

niantur, et vetuſtiore *c.* vermiculi: in media quidem altitudine rutili, (nam et ipſa nix *d.* vetuſtate [1] rubeſcit): hirti pilis, grandiores, torpenteſque.

XLII. (XXXVI.) Gignit [2] aliqua et contrarium naturae *e.* elementum. Siquidem *f.* in Cypri aerariis

1. *rufeſcit.* *Ch.* 2. *aliquando contrarium natura.* *M.*

labore conſtitit. Hoc igitur pacto ſcribendum cenſemus: *Quippe quum in niue vetuſtiore vermiculi reperiantur rutili (nam et ipſa nix vetuſtate rubeſcit) et hirti pilis. In media quidem candidi et grandiores, torpenteſque.* Ariſtotel. Hiſt. An. lib. V. cap. 19. *Quin etiam in his quae putredinem nullam poſſe recipere exiſtimantur, naſci animalia nouimus, vt vermes in niue vetuſtiore, qui hirti ſunt pilis et rubidi, quoniam et ipſa nix vetuſtate rubeſcit. Sed in niue mediae terrae candidi et grandiores inueniuntur. Torpent omnes ac difficulter mouentur.* Pint. Leg. *Quippe quum et in media niue candidi inueniantur vermiculi, et vetuſtiore quidem rutili; nam et ipſa nix vetuſtate rubeſcit, hirti pilis grandiores torpenteſque.* Vide Ariſt. lib. V. cap. 19. de Hiſt. animal. *Salmaſ.* pag. 177. b.

c. Et vetuſtiore) Etiam in vetuſtiore, quamuis ea minus habeat humoris, quam quae recens decidit. Haec iiſdem ferme verbis Philoſophus, l. c. *In vetuſta niue,* inquit, *vermes, qui propterea et rubri ſunt, et hirſuti: quia nix vetus quoque rubra eſt: et caelo tepido, in niue ſunt candidi, et grandes: omnes autem tepidiores.* Ἐν χιόνι τῇ παλαιᾷ σκώληκες· γίνεται δὲ ἡ παλαιὰ ἐρυθροτέρα· διὸ καὶ οἱ σκώληκες τοιοῦτοι, καὶ δασεῖς· οἱ δὲ ἐκ τῆς ἐν εὐδίᾳ χιόνος, μεγάλοι καὶ λευκοί· δυσκίνητοι δὲ πάντες. Hunc Plinii locum Salmaſius p. 177. in Solinum Pintianum imitatus, vt intelligat, peruertit, ſpreta omnium librorum auctoritate et conſenſu. H.

d. Et ipſa nix) Huius rei cauſam Conimbricenſes inueſtigant, in Meteorol. Ariſt. tr. 7. c. 5. H.

e. Et contrarium naturae) Ignis. H.

f. In Cypri aerariis, etc.) Lege, *In Cypri aerarii fornacibus et medio ignium maioris muſca magnitudinis, etc.* Salmaſ. 177.

Siquidem in Cypri) Ad verbum id Ariſt. H. A. L. V. c. 18. p. 604. Seneca Nat. Quu. c. 6. *Eſt ergo aliquid in aqua vitale. De aqua dico? Ignis qui omnia conſumit, quaedam etiam creat: et quod videri*

riis fornacibus,[1] et medio igni, maioris muscae magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, a quibusdam [2] pyrausta. Quamdiu *g.* est in igne, viuit: quum euasit longiore paulo [3] volatu, emoritur.

XLIII. Hypanis *h.* fluuius in Ponto, circa solstitium defert acinorum *i.* effigie tenues membranas: quibus erumpit volucre quadrupes [4] supradicti modo, nec vltra vnum diem viuit: [5] vnde hemerobion *k.* vocatur. Reliquis *l.* talium ab initio ad fi-

 nem

1. *Sic ex MSS. em. Hard. ex medici. Gr. et Al.* 2. *Pyrotus. Alii. Pyrato. Ch. Vide Senecam c. 6. lib. V. quaest. natur.* 3. *volatu, tunc moritur. M.* 4. *volucres quadrupedes supradictae. Man. volucre quadrupedes supradictae. Ch.* 5. *vnde Ephemeron. Arist.*

ri non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur. Accuratius tamen veriusque putem Aristotelem esse loquutum, qui ἐν τῷ πυρὶ *in igne* generari dixit, quam Senecam, qui ex igne, ἐκ τοῦ πυρός. Ouidius: *Nataque de flamma corpora nulla vides.* H.

g. Quamdiu est) Iisdem verbis Philosophus l. c. Phile, L. de propr. anim. p. 56. Aelian. H. A. L. II. c. 2. H.

h. Hypanis) Arist. p. 605. et Cicero Tusc. Quu. L. I. p. 327. *Apud Hypanim fluuium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae vnum diem viuant. Ex his igitur hora octaua quae mortua est, prouecta aetate mortua est: quae vero occidente Sole, decrepita: eo magis, si etiam solstitiali die.* Dalecampius ad Ararim, Scaliger ad Garumnam. Tarnemque, frequentes ait has bestiolas conspici, vbi vulgo *Manna* vocantur: quoniam aiunt eas copiosum piscium prouentum portendere: piscibus eas auidissime consectantibus. H.

i. Acinorum) Folliculos acino maiores, inquit Philosophus, l. c. Οἷον θύλακοι μείζους ῥαγῶν. H.

k. Hemerobion vocatur) Vide in Diction. Const. vocem ἐφήμερος. Tali tempore id culicum genus in Arari nascitur, eodemque die mortuum aquis innatat, piscibus auidissime consectantibus. Lugdunenses piscatores vocant *de la Manne.* Dalec.

Heme-

nem septenarii sunt numeris: culici et vermiculo ter *m.* septeni: [1] corpus parientibus, quater septeni. Mutationes *n.*, et in alias figuras transitus, trinis aut quadrinis diebus. Cetera ex his pennata, autumno fere *o.* moriuntur: [2] tabani quidem *p.* etiam coecitate. *q.* Muscis humore exanimatis, si cinere *r.* condantur, redit vita.

XLIV. (XXXII.) [3] Nunc per singulas corporis partes, praeter iam dicta, membratim tractetur historia. Caput habent *s.* cuncta, quae sanguinem. In

1. *Oua par. Arist. c. 20. l. V. hist.* 2. *tabani etiam quidam. Pint.* 3. *itaque nunc per singulas corporum. M. legit, et corporum. Ch.*

Hemerobion) Ἡμερόβιον. Arist. Ἐφήμερον. Aelian. H. A. L. V. c. 43. Μονήμερον, quasi *Diale animal*, vt Cicero iocatus olim, qui *Consulem dialem* dixit. H.

l. Reliquis talium) Insecta, inquit, reliqua, praeter hemerobia, similiaque, septenario numero dierum perficiuntur, ab initio sui ortus ad consummationem vsque: nimirum culices, vermiculique, diebus ter septenis: ouum enim addit hebdomadam, qua post coitum concrescit: reliquis ter septenis diebus incubatur, et excluditur. Haec Arist. l. c. p. 606. H.

m. Et vermiculo ter septeni) Et plurimis vermium speciem habentibus τοῖς σκωληκοειδέσι Aristot. *Dal.*

n. Mutationes) Quales quum e vermiculo fit eruca: ex eruca deinde chrysallis; ex chrysallide demum papilio: vti dictum est, f. 37. Haec Arist. pariter, p. 607. H.

o. Autumno fere) Arist. l. c. H.

p. Tabani quidem etiam coecitate) Oculis aqua tumentibus, et inflatis: Aristot. ὀμμάτων ἐξυδρωπιόντων. *Dal.*

q. Coecitate) Oculis aqua suffusa exturbatis, αἱ δὲ μύωπες, καὶ τῶν ὀμμάτων ἐξυδρωπιώντων. H.

r. Si cinere) Addit Aelian. H. A. L. II. c. 29. si et ad Solem exponatur, εἰ τέφραν ἐμπάσαις, καὶ καταθήσοις ἐν ἡλίῳ αὐγῇ. Phile Plinio assentitur de propr, anim. p. 76. H.

s. Caput habent) Arist. de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1032. H.

In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices, diuersi quidem generis: Phoenici plumarum *t.* serie, e medio eo *u.* exeunte alio: pauonibus, crinitis arbusculis: [1] stymphalidi *x.*, cirro *y.*: [2] phasianae,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. stymphalides Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. phasianis V.*

t. Phoenici plumarum serie e medio eo exeunte alio) Lege *alia.* Dicit in capite paucis auium, et diuersi quidem generis apices esse: Phoenici esse plumarum serie alia exeunte e medio eo, id est, e medio capite. caput ergo pluma coopertum phoenice, vt ceteris auibus, e medio eo alia plumarum series exit, quae apicem facit. Et legend. sequentia: *Stymphalidi, cirro: phasianae, corniculis: praeterea paruae aui quae ab illo galerita appellata quondam, etc.* dicit cornicula apicem phasianae facere, et praeterea paruae volucri, quae ab illo apice corniculato Galerita quondam appellata, postea dicta alauda Gallico vocabulo, etiam legioni nomen dederit. Phasianae Colchicae, *geminas ex pluma aures submittunt surriguntque;* vt idem ait lib. X. cap. 48. has plumeas aures siue apices, heic vocat *cornicula.* ita et galeritae auis λόφον siue apicem, quod instar si corniculi atque inde dicta *galerita* ἡ κορυδαλίς, a corniculis scilicet galeae. *Salmas.* pag. 547. b.

u. E medio eo) E medio apice inferiore, altero emicante apice. H.

x. Stymphalides cirro) Stymphalides Arabiae peculiares, ibi similes, gruum magnitudine, rostro validiore, sed non adunco, venatores inuadunt, et plerumque interimunt, perforatis etiamnum ferreis, aeneisque loricis. Remedium, corticeum thoracem obiicere, in quo defixum rostrum haereat. Eas Herculem sagittis quidem impetiuisse, Pisander Camireus tradit, sed non occidisse. Plura de his Rhodig. cap. 11. XVI. Stymphalidem esse putant nonnulli visam plurimis annis auem in aula Maximiliani Imperatoris, Philippi generi, et Caroli nepotis, quem Germani vocauerunt, *Vogel Hain.* Dalec.

Stymphalidi) Auis fuit Arcadica, gruibus magnitudine haud inferior, si fabulae fides. De ea Pausanias in Arcad. H.

nae, corniculis. *z.* Praeterea [1] paruae aui *a.* quae ab illo *b.* galerita *bb.* appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo *c.* etiam legioni *d.* nomen [2] dederat alaudae. Diximus *e.* et [3] cui plicatilem criſtam dediſſet

1. Paro, atque ab illo galeritae appellatae quondam, quae. V. paro, et aui quae. M. parra et quae. M. aliud praeterea paruae, quae Gr. et Al. 2. *dedit. M. et V.* 3. *Cuidam pl. cv: dediſſe naturam M. non probo.*

y. Cirro) Pilos praetenues, inſtar capillorum, ex quibus apex ille capitis conflatur, cirrum vocat. H.

z. Corniculis) Hoc eſt, ceu cornicula duo, geminas ex pluma aures ſubmittunt ſubriguntque phaſianae aues, vt ipſe ſuperius dixit, L. X. ſ. 67. H.

a. Paruae aui) Ita reſcripſimus ex R. 1. 2. et Par. in quibus *paruae aut* ſcribitur. Voſſius in Etymol. verbo *Galerita,* paulo audacius, *paro, et quae.* H.

b. Quae ab illo) Ab apice, quem geſtat in capite, nomen inuenit: ſiue Latinum *galeritae*, ſiue Graecum *κορυδαλὸς*, a galea quae *κόρυς* Graece nominatur. Gallis *Aloüette hupée: cochevis.* H.

bb. Galerita) Κορυδαλὶς Graecis. Theocritus *εἰδυλ.* 3. *ἐδ᾽ ἐπὶ τυμβίδος κορυδάλιδες ἠλαίνονται.* Cauſam eius nominis reddit in Auibus Ariſtophanes. Meminit et Galenus IX. Simplicium. *Dal.*

c. Gallico vocabulo) De hoc veterum Gallorum vocabulo *alauda*, multa Goropius Becanus, Hieroglyph. L. VIII. p. 116. et Gallicor. L. I. p. 13. vbi ea voce ſignificari *Veteranos omnes* affirmat. Sed falſo: Ipſius auis id nomen, vt nunc eſt, olim fuit. *Auis galerita,* inquit Marcell. Empir. c. 39. p. 202. *quae Gallice alauda dicitur.* Et Gregor. Turon. L. IV. *In Eccleſia Aruerna — in quadam feſtiuitate, auis corydalus, quam Alaudam vocamus, ingreſſa eſt.* H.

d. Etiam legioni) Cuius legionis Cicero meminit, ad Attic. L. XVI. ep. 8. p. 502. *Antonium cum legione Alaudarum ad Vrbem pergere, etc.* Suet. in Iul. c. 24. Vetus inſcriptio apud Reineſ. p. 410. et ap. Gruter. p. 403. 544. 559. etc. LEG. V. ALAVD. Id legioni factum ex dicterio nomen videtur, quod inſtar auis alaudae inſignis eſſet criſtis galearum. H.

e. Diximus et cui plicatilem) Numidicam gallinam intelli-

diſlet natura: per medium caput *f.* a roſtro reſidentem, et fulicarum generi dedit: [1] cirros *g.* pico quoque

1. *A roſtro reſidentem. Et fulicarum generi dedit cirros Pico quoque Martio ſcirrhos. Dal. id eſt, calloſam duritiam.*

telligit, deſcriptam cap. 29. libro XX. aut potius vpupam. *Dal.*

e. Diximus) L. X. ſ. 44. *Vpupa, criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigenſque, per longitudinem capitis.* H.

f. Per medium caput) Molliter deiecta per medium caput criſta reſidet in fulicis, nec ſurrigitur, nec contrahitur. Vide N. et Em. N. LXV. (hic coll.) *Per etc.)* Miras offudere tenebras huic loco editores Pliniani in hunc vſque diem praepoſtera huiuſcemodi interpunctione: *Diximus et cui plicatilem criſtam dediſſet natura, per medium caput a roſtris reſidentem. Et fulicarum generi dedit cirros Pico quoque Martio, et grui Balearicae.* Quae oratio ſignificat vpupae criſtam per medium caput a roſtro reſidere: id quod a veritate eſſe alienum, tum res ipſa clamat, tum Plinius quoque admonuit, L. X. ſ. 44. ſcribens eam vpupae criſtam plicatilem, non reſidere deiectam et depreſſam, ſed ſubrigi contrahique. Ad fulicae igitur criſtam haec reiicienda ſunt in hunc modum: *Diximus et cui plicatilem criſtam dediſſet natura: per medium caput a roſtro reſidentem et fulicarum generi dedit.* Nam ita re vera fulicae habent. H.

g. Cirros pico quoque) Dedit, inquit, natura fulicis reſidentem toto capite criſtam: et pico quoque Martio, gruique Balearicae cirros pariter reſidentes, demiſſos, depreſſos dedit. Vide N. et Em. N. LXVI. (hic adi.) *Cirros)* Quibus alitibus cirros natura dediſſet, ſuperius dixit: nunc cirrorum modum peculiarem explicat: nempe a roſtro medio per caput medium reſidentes: quod eſt per ſe veriſſimum: ac niſi id faceret, ſtymphalidi, quam cirros habere dixit, iungere has ſtatim aues pariter debuiſſet. Quod porro Dalecampius monet *Schirros*, hoc eſt, callos calloſamque duritiem, legi oportere, fruſtra eſt. Quid enim ille callus praeſtet, niſi glabrum nudumque verticem, ſine vllo inſigni, vel apice, qui exſtet

que Martio et grui Balearicae. *h.* Sed spectatissimum insigne gallinaceis, [1] corporeum *i.*, serratum *k.*: nec carnem id esse, nec cartilaginem, nec callum iure dixe-

1. Corpore consertum, nec carnem ita esse. M. praue. corpore conserratum. V. et Ch.

exstet et emineat? At in apicibus eiusmodi cristisue recensendis, nunc Plinius totus habitat, non in cutis duritie, alioue habitu explicando. H.

h. Et grui Balearicae) Quam Bellonius, Aldrouandos, aliique gruis Balearicae iconem exhibent, Plinianae isti accommodari minime posse, quod cirros non habent per totum caput residentes, iam demum liquido efficitur. Propior haud paulo illa Busbequii, ep. 3. fol. 64. *Est mihi*, inquit, *grus Balearica: id genus a vulgatis distat candido plumarum cirro ab vtriusque auris sede demisso: deinde nigritie totius partis colli anterioris, ... nec magnitudine communibus gruibus par est*, etc. Adiicit deinde lepida sane multa de φιλανθρωπίᾳ eius auis, quae tu consule. Vide N. et Em. N. LXVII. (hic consp.) *Et Gr. B.*) Et si non diffiteor Baleares insulas misisse grues, quae et minores, et praecipuo forent in honore mensarum, vti a Plinio dictum est, L. X. s. 69. hoc loco tamen non de Balearica magis existimauerim, quam de Africana sermonem institui. Incredibili enim consensu libri omnes tum excusi prelo ante Hermolaum, tum vero in primis manu exarati, vt noster Parisiensis, aliique, *gruibus aricae*, fortasse pro *gruibus Africae* repraesentant, praeter vnum Lugd. in quo *gruibus Balearicae*, errore minime obscuro legitur. Nam quod suspicatur Barbarus *gruibus areae* legi posse, nec sua ipsi merito coniectura satisfacit, nobis vero multo etiam minus. Nam neque quid *areae* in capite sint, constat, neque si constaret, ea voce putarim exprimi recte vel cirros, vel diadematis id genus, quod picus Martius gestat in capite, quod omnes norunt: cui proinde, in grue ea quae nunc cum Pico, componitur, simile Plinius et affine quiddam agnoscit. H.

i. Corporeum) Non e pluma cirrisue, vt superiores apices, conflatum: sed densiore materia. H.

k. Serratum) Instar serrae dentatum, sectumque. H.

dixerimus, verum peculiare. Draconum enim criſtas qui viderit *l.*, non reperitur.

XLV. Cornua multis quidem et aquatilium, et marinorum, et ſerpentum *m.*, variis data ſunt modis: ſed quae iure cornua intelligantur, quadrupedum generi tantum. Actaeonem *n.* enim, et [1]Cipum *o.* etiam in [2]Latina *p.* hiſtoria, fabuloſos reor. Nec alibi maior naturae laſciuia. Luſit animalium armis. Sparſit haec *q.* in ramos, vt ceruorum. Aliis ſimplicia

1. *cibum (vel in cibum, in emend.) Ch. cippum Gr.* 2. *Latia. Tol. et Ch.*

l. Criſtas qui viderit) Vidit Apollonius Tyaneus, Philoſtrato ita narrante, L. III. c. 2. p. 113. H.

m. Et ſerpentum) Serpentibus Aegyptiis circa Thebas, non tam cornua, quam quiddam vice cornuum ineſſe ſcribit Ariſtoteles H. A. L. II. c. 7. p. 174. quae iure cornua dicantur, ſoli congruere quadrupedum generi, Πάντα δὲ ὅσα κεϱατοφόϱα, τετϱάποδά ἐϛιν, etc. Refert eadem ex Auicenna Alb. M. de anim. L. II. tr. 1. c. 3. p. 101. vbi ſerpentes illos cornutos, eorumque ortum deſcribit. H.

n. Actaeonem) Vt Actaeoni cornua in capite naſcerentur, ira Dianae factum fabulae occinunt, apud Palaeph. de incred. Hiſt. p. 9. Hyginus, fab. 180. et Fulgent. Mythol. L. III. c. de Actaeone. Affert exempla hominum complura, quibus enata ſint in fronte cornua, Ioh. Schenck, Obſeruu. med. p. 14. et ſqq. H.

o. Et Cippum) De Genitio Cippo vide Valerium cap. 6. lib. V. Cornu in fronte nobilis feminae natum, quam *Fortiuc* Mompeſſulani vocant, digiti longitudine, filo paulatim adſtricto praeciſum, vidi anno 1542. *Dal.*

Et Cipum) Val. Max. L. V. c. 6. p. 275. *Genucio Cipo Praetori paludato portam egredienti, noui et inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite eius ſubito veluti cornua emerſerunt: reſponſumque eſt, Regem eum fore, ſi in Vrbem reuertiſſet. Quod ne accideret, voluntarium ſibimet ac perpetuum indixit exſilium.* H.

p. In Latina) MSS omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Tol. Salmant. Chiffl. *in Latina hiſtoria.* H.

q. Sparſit haec) Subulones

cia tribuit, vt in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. Aliorum [1] finxit in palmas, digitoſque emiſit ex iis: vnde [2] platycerotas vocant. r. Dedit

1. *Fudit. Ch.* 2. *platygerontas. Ch.*

nes ſunt οἱ σπαθίναι, vel παττταλίαι. vulgo dicimus *brocards*: nam *brocae* Gallis ſunt verua. Et caprearum quoque cornua, quum recta et ſimplicia ſint, *brocas* vocant noſtri venatores, vt in ceruis *daguas*. Latini *ſubulas* et *ferulas*. Graeci σπάθας et παττάλες. *Salmaſ.* p. 222.

Subulonibus) In eodem, inquit, genere, nempe ceruorum ſubulo vocatur animal ceruo ſimile, cui cornua ſunt ſimplicia, non in ramos, vt ceruis, ſparſa. Et quoniam vel tibiis ſimilia, vel iiſdem fingendis apta huiuſcemodi cornua videbantur, ex re ipſa animali ei nomen ſubulonis inditum: *Nam Subulo Tuſce tibicen dicitur*, inquit Feſtus. Vide N. et Em. N. LXVIII. (hic conſp.) *Subul.*) Cerui ſubulonis nomine orygem ſignificari, de quo nos egimus, L. VIII. ſ. 79. multis contendit Salmaſ. in Solin. p. 222. adſtipulaturque ei Bochartus, L. III. c. 27. p. 970. inſigni vtriuſque errore. Eſt enim oryx e monocerotum, ſeu vnicornium genere, vt Plinius cum Ariſt. admonet, libri huius ſ. 106. ipſique Bochartus icone orygis exhibita plane confirmat. Subulonibus vero ſimplicia quidem cornua, hoc eſt, non ſparſa in ramos, ſed recta, natura dedit: at non ſingula tantum vt orygi, ac monoceroti: ſed gemina, vt ceruis, quorum e genere ii cenſendi. Eorum enim primum genera perſequitur Plinius, quibus duplicia cornua ſunt: quibus gemina, poſterius, iis verbis *aliis ſingula*, *et haec medio capite*, *aut naribus*. Hic meminiſſe ſubulonum oportuit, ſi ex eo genere forent, non prius. Nam quod Gloſſae veteres habent, *ſublones* ὄρυγες, haud illud tanti eſt ponderis: quum aliud forte *ſublones* ſint, aliud *ſubulones*: et a tibia, vt diximus deduci verius ſit ſubulonis nomen: ipſis illis Gloſſis mox referentibus. *Subulo* αὐλητής: et Feſto, *Subulo Tuſce tibicen dicitur*. H.

r. *Platycerotas vocant*) Εὐρυκέρωτας vocat Oppianus in Cyneget. Animal eſt ceruo minus, cauda proportione corporis longiore, pilo magis albicante, a r u n c o carens, cor-

Dedit ramosa *s.* capreis, sed parua: nec fecit decidua. *t.* Conuoluta in anfractum arietum generi, ceu caestus *u.* daret: infesta, tauris. In hoc quidem genere *x.*, et feminis tribuit: in multis *y.*, tantum maribus. Rupicapris in dorsum *z.* adunca, damis *a.* in

cornibus maxime patulis. Nullum ei cum ceruo amicitiae vinculum, raroque ob id simul degunt: Gallis, *un Dain.* Brod. cap. 21. VI. *Dalec.*

Platycerotas) Πλατυκέρωτας, a latis cornibus instar palmarum, e quibus digiti emittuntur. Sunt eae damae vulgares, *les Daims*, quas et dorcades appellari diximus, L. VIII. s. 83. Meminit Dioscorides δορκάδος καὶ πλατυκέρωτος, vt quidem Hermolaus et Ruellius legunt: etsi Marcellus perperam δορκάδος καὶ πλατυκέρωτος, ceu genera duo diuersa, malit. In Notis Tironis apud Gruter, p. 157. *Platocerus.* H.

s. Dedit ramosa capreis, sed parua, nec fecit decidua) Falsum est; nam capreis cornua decidunt, vt ceruis. *Salmas.* p. 224. b.

Ramosa capreis) Et senis quidem plerumque distincta ramis. H.

t. Nec fecit decidua) Capreas tamen singulis annis mutare cornua scribit Albert. L. de anim. tr. 2. c. 1. p. 133. H.

u. Ceu caestus) Caestus erant lora bubula, quibus conuolutae pugilum palmae, aptiores ad pugnam fiebant. Inde *vinclorum immensa volumina* Maroni dicta, Aen. L. V. v. 408. *Et paribus palmas innexuit armis*, v. 425. H.

x. In hoc quidem genere) Taurorum videlicet. H.

y. In multis) Vt de ceruis diximus, L. VIII. s. 50. H.

z. Rupicapris in dorsum) Hoc Albertus perperam adscribit ibicibus, de anim L. XII. sub fin. p. 374. H.

a. Damis in aduersum) In partem anteriorem adunca, seu reflexa. Vel haec vna nota per se satis declarat veterum damas, longe ab illis quas Galli *Daims* vocant, esse diuersas: fallique pariter eos qui capras Africanas esse existimant, quas Arabico nomine *Gazelles*, nuncupamus. His enim recta et simplicia, in dorsumque leuiter reiecta, ne dum in anteriorem adunca partem cornua sunt, vti ex descriptione Anatomica liquet, Lutetiae edita a. 1669. H.

1 in aduersum. Erecta autem, rugarumque *b.* ambitu contorta, et in leue fastigium exacuta, vt liras *c.* 2 diceres, strepsiceroti, quem addacem Africa appellat. Mobilia eadem, vt aures, Phrygiae *d.* armentis: 3 Troglodytarum *e.*, in terram directa: qua de causa obliqua ceruice pascuntur. Aliis singula *f.*, et haec medio capite *g.*, aut naribus *h.* vt diximus. 4 Iam quidem aliis ad incursum *i.* robusta,

1. Id. Gron. 2. dicerent. M. et Ch. 3. Trogodytarum. M. 3. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. 4. Iam quod. Ch. Iamque aliis Gr. et Al.

b. Rugarumque) Contorta *in spiras*, rugis *toto* ambitu *exstantibus.* H.

c. *Lyras)* Sulcos. *Dalec.*

Vt liras diceres) Quasi sulcos, et strias, mediosque inter illas ordines rugarum. Strepsicerotis inde nomen, a contortis striatisque in orbem cornibus, ἀπὸ τῆς στρέψεως τῶν κεράτων. Iconem exhibet Aldrou. de quadrup. bisulc. L. I. p. 740. Vide N. et Em. N. LXIX. (hic adi.) *Vt liras)* MSS. fere omnes *dicerent.* Sed Hermolaus, vt verum fatear, delicias facit, qui *lyras* et *terpsiceroti* legit, a voce Graeca τέρπω *oblecto*, velut a modulatis et quasi ad lyram compositis cornibus. H.

d. Phrygiae armentis) Bobus. *Dal.*

Phrygiae) Tum in Phrygia, tum alibi boues esse, qui cornua vt aures moueant, auctor est Philos. H. A. L. III. c. 9. Καὶ ἐν Φρυγίᾳ εἰσὶ βόες, καὶ ἄλλοθι, κινοῦσαι τὰ κέρατα. De Erythraeis bubus idem Aelian. H. A. L. II. c. 20. H.

e. Troglodytarum) In Libya Indis vicina, inquit Aelian H. A. L. XVI. c. 33. Indos autem Aethiopes vocant, qui Nili ripam orientalem accolunt. Hic nempe Troglodytarum regio est. Et apud Garamantes eiusmodi armenta esse diximus iam L. VIII. s. 70. H.

f. Aliis singula) Vel medio capite, vt monoceroti, bubusque vnicornibus, de quibus L. VIII. s. 31. vel naribus, vt rhinoceroti, de quo eiusdem libri s. 29. H.

g. Medio capite) Orygi. *Dal.*

h. Naribus) Rhinoceroti. *Dal.*

i. Ad incursum) Vt arietibus. H.

ſta; aliis ad ictum: aliis adunca, *k.* aliis [1] redunca: *l.* aliis ad iactum, *m.* pluribus modis: ſupina, *n.* conuexa, *o.* [2] conuerſa, *p.* omnia in mucronem migrantia. In quodam genere *q.* pro manibus ad ſcabendum corpus. Cochleis ad praetentandum iter; corporea haec, *r.* ſicut ceraſtis: aliquando *s.* et ſingula. *t.* Cochleis ſemper bina; et vt [3] praetendantur *u.* ac reſiliant. Vrorum *x.* cornibus [4] barbari ſeptem.

1. *trunca, aliis proiecta. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conuerſa, conuexa M. conuerſa, conuexa Gr. et Al.* 3. *protendantur. M.* 4. *Barbaris ſeptentrionalibus potatur. Ch.*

k. Aliis adunca) Aliis antrorſus flexa, aliis retrorſus: vtriſque ad inferendum ictum apta. H.

l. Aliis redunca) MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. *reunca.* H.

m. Aliis ad iactum) Ad iacienda in ſublime ea, quae arripuerint. Martialis, L. Spectac. Epigr. 22. *Iactat vt impoſitas taurus in aſtra pilas.* H.

n. Supina) Leuiter in dorſum reclinata. H.

o. Conuexa) Aduerſa, curuatura ſcilicet vtriuſque cornus, ſeu aduncitate introrſus flexa, fornicis in morem. H.

p. Conuerſa) Contraria: aduncitate ſeu flexione cornuum extrorſus proiecta, in dextram, laeuamque. H.

q. In quodam genere) Nempe in capris: quod et in arietibus quibuſdam vidimus. H.

r. Corporea haec) E carne, vel cartilagine, aliaue peculiari quapiam natura: quo ſenſu corporeum accipi oportere Plinius ipſe admonuit ſect. ſup. H.

s. Aliquando) Vt in vipera cornuta Illyrica, cuius iconem exhibet Aldrou. L. de ſerpent. p. 169. Non ceraſtis, vt vult Dalecampius: ſunt enim his gemina, vt minimum, cornua: quandoque et quaterna: vti diximus alias, L. VIII. ſ. 35. H.

t. Et ſingula) Ceraſtis. *Dal.*

u. Et vt praetendantur) Par. cod. *protendantur.* Et ſunt, inquit, huiuſmodi cornua cochleis, vt modo protendantur, quum lubet: modo reuocentur ac paene reſiliant. H.

x. Vrorum) De his actum, L. VIII. ſ. 15. H.

Vrorum cornibus, etc.) Leg. *Vrorum*

ptemtrionales potant: *y.* [1] vrnisque bina *z.* capitis vnius cornua implent: Alii praefixa [2] hastilia cuspidant. *a.* Apud nos in laminas secta translucent, atque

1. *Sic et Ch. vrnasque binas Gr. et Al.* 2. *his pila. V. M.*

Vrorum cornibus barbari septentrionales potant, vrnisque bina capitis vnius cornua implent. Salmas. *Vrorum cornibus, etc.*) Vri hodie Moscovitis, *Thur.* Dal.

y. Potant) Traditum ab antiquis, priusquam pocula reperta fuissent, cornibus homines bibisse, indeque fictum verbum, ἐγκεράσαι, id est οἶνον ἐπιχέειν, vinum affundere. Rhodig. cap. 1. XXX. Athenaeus lib. XI. p. 234. et 235. *Dal.*

z. Vrnisque bina) Vide N. et Em. N. LXX. (hic adi.) *Vrnisque, etc.*) Ita emendauimus admonitu codicum R. 1. 2. Par. Chiffl. Prius falsa prorsus lectione legebatur, *vrnasque binas capitis vnius cornua implent.* At non vrnae cornibus, sed cornua vrnis implentur: nec singula cornua vrnam continent, bina binas: alias capitis vnius cornua continere amphoram dixisset: sunt enim binae in amphora vrnae: sed vrna opus esse ait vna, vt cornua gemina impleantur. Porro corollarii vice iuuat subiicere hoc loco ea, quae de vrorum cornibus vetusti scriptores retulere, a Plinianis haud multum discrepantia Caesar L. VI. c. 34. *Amplitudo cornuum, et figura, et species, multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita a labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur.* Transscripsit haec ad verbum a Caesare Aimoinus, Hist. Franc. L. I. c. 2. neque haec solum, sed et quae de alce ille prodidit, quamquam a vero abhorrentia, vti ostendimus in Not. et Em. ad L. VIII. N. XXXIII. Caesari et Aimoino concinit Fulco viae Hierosol. L. I. *Vris cornua sunt immensae concauitatis, Ex quibus ampla satis et laeuia pocula fiunt, Vitibus et mensis et bonora et commoda prosunt. Seu docti artifices ea quadrificata rotundent, Integra siue sinant, et fissa caloribus aptent.* H.

a. Alii praefixa hastilia cuspidant) Lege; *alii praefixa his pila cuspidant.* Et paulo post legas, *multasque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc sublita, nunc quae cestrota picturae genere dicuntur.* Κεστρωτὰ genus encau-

que etiam lumen inclusum *b.* latius fundunt: multasque alias ad delicias [1] conferuntur, nunc tincta, nunc sublita, *c.* nunc quae [2] cestrota *d.* picturae genere dicuntur. Omnibus autem *e.* caua, [3] et in mucrone demum concreta sunt. Ceruis autem *f.* tota

Z 2 solida,

1. *comparantur.* D. *conquiruntur. Alii.* 2. *cerostrota Gr. et vulgg.* 3. *et macrone. M.*

encaustices fuit, qua cestro, id est, vericulo pingebatur in ebore et cornu, quod genus κεςρωτὸν ἐγκαυςόν. *Salmas.*

Alii praefixa hastilia) Ita R. 2. At R. 1. Par. et ed. Parm. vt existimo sincerius, *praefixa his pila:* hoc est, pro pilorum cuspide, acuminatis vtuntur cornibus. H.

b. Lumen inclusum) Cornu laternarum translucido. H.

c. Nunc sublita) Sublinere nostrates vocant, *Vernir, appliquer le verni.* H.

d. Cerostrata) Cerostrata fiebant tessellis cornuum vario colore pictis, et ligno insertis. vulgo *Marqueterie,* Dal.

Quae cestrota) Κέςρωτα sunt, quae cestro, id est, vericulo in ebore, cornuue, per inustionem picta sunt. Quo de picturae genere dicemus cum Plinio, L. XXXV. f. 41. Vide N. et Em. N. LXXI. (hic pos.) *Quae)* Prius legebatur, *quae cerostrota.* Sinceram restituimus lectionem, tum ex codicum praedictorum fide, tum ex Plinio ipso: quod et ante nos Turnebus vidit Aduu. L. XIII. c. 24. p. 404. Cuius coniecturae et illud adiici forsan haud abs re fuerit, legi adhuc commodius posse, *Quae cestrota a picturae genere dicuntur.* H.

e. Omnibus autem) Arist. de part. anim. L. III. c. 2. p. 1001. et H. A. L. II. c. 7. p. 114. Verum et orygi, et platyceroti, et capreolis, alcibusque, solida pariter esse cornua, constare experientia ait Nierembergius noster H. N. L. VII. c. 2. p. 110. H.

f. Ceruis autem) Haec totidem verbis Arist. l. c. et Albert. M. de animal. L. III. tr. 2. c. 1. p. 133. Nec ceruis modo, inquit idem Albert. L. II. p. 101. sed et iis, quae similitudine quadam cum ceruo conueniunt, vt sunt damae, capreoli, equiceruí, siue quos Germani *Elend* appellant, decidua sunt omnibus annis cornua. H.

solida, et omnibus annis *g.* decidua. Boum attritis *h.* vngulis, cornua vnguendo aruina, medentur agricolae. Adeoque sequax *i.* natura est, vt in ipsis viuentium corporibus feruenti cera flectantur, atque incisa [1] nascentium in diuersas partes torqueantur, vt singulis capitibus quaterna [2] fiant. Tenuiora feminis *k.* plerumque sunt, vt in [3] pecore mutilis: *l.* ouium nulla, *m.* nec ceruarum, *n.* nec quibus multifidi *o.* pedes, nec solidipedum vlli, excepto

1. *nascendo. V.* 2. *fiant tenuiora. Feminis. Pint.* 3. *pecore. Multis auium. M. vt in pecore multis Gr. et M.*

g. Et omnibus annis) Nisi ceruus castretur, ἐὰν μὴ ἐκτμηθῇ. Arist. H. A. L. III. c. 9. p. 334. H.

h. Boum attritis) Arist. H. A. L. VIII. c. 10. p. 905. Columella, L. VI. c. 14. Cato de R. R. c. 72. picem liquidam pro axungia adhibet. H.

i. Adeoque sequax) Arist. l. c. H.

k. Tenuiora feminis) Arist. H. A. L. IV. c. 11. p. 512. H.

l. Vt in pecore, mutilis) Castratis. Vide N. et Em. N. LXXII. (hic adsp.) *Tenuiora)* Hactenus ita editum, *vt in pecore multis.* Vel interpunctione etiam peruersa, *vt in pecore. Multis ouium* etc. Emendandi, vt fecimus, auctor fuit Democritus apud Aelian. H. A. L. XII. c. 19. ita prodens, bubulo pecori castrato tortuosa, gracilia, longa fieri cornua: integro ac testibus praedito, secundum radicem, qua vertici committuntur, crassa: cuius discriminis ibi causam affert. Οἱ τομίαι βόες, Δημόκριτος λέγει, σκολιὰ λεπτὰ, καὶ μακρὰ φύεται τὰ κέρατα αὐτοῖς· τοῖς δὲ ἐνόρχοις παχέα etc. Auctor etiam Arist. qui de gen. anim. L. V. c. 6. p. 1147. exsecta omnia mutari in feminam docet. De tauris tamen speciatim aliter existimare alias videtur, vt suo loco monuimus. H.

m. Ouium nulla) Et cornutas tamen oues quoque ipsas vidimus. H.

n. Nec ceruarum) De his egimus L. VIII. s. 50. H.

o. Nec quibus multifidi) Causam Philosophus affert de part. anim. L. III. c. 2. p. 1000. quoniam vel ad inferendam vim, vel ad depellendam, cornua animantibus natura

cepto asino *p.* Indico, qui vno armatus est cornu. Bisulcis *q.* bina tribuit: [1] nulli superne *r.* primores habenti dentes. Qui putant eos in cornua absumi, facile coarguuntur ceruarum natura, quae neque dentes *s.* habent, vt neque mares, nec tamen cornua. Ceterorum ossibus *t.* adhaerent, ceruorum tantum cutibus enascuntur.

XLVI. Capita piscibus *u.* portione corporum maxi-

1. *nullis qui superne primores habent.* V.

natura concessit: multifidis autem auxilia non desunt huiusmodi: dedit enim natura aliis vngues, aliis dentes pugnaces, partem aliis aliam, qua propulsare a se iniuriam valeant. Vide ibi plura de eodem argumento. H.

p. Excepto asino) Arist. H. A. L. IX. c. 7. p 168. Aelian. H. A. L. III. c. 41. H.

q. Bisulcis) Arist. de part. anim. L. III. c. 2. p. 1000. Bisulca dicimus, *Pié fourchu.* H.

r. Nulli superne) Quoniam natura e dentibus adimendo, addidit cornibus: alimentumque, quod in eos dentes digeratur, in cornuum incrementum absumitur. Arist. p. 1102. Alia porro de ceruis ratio est, vt mox subditur. Cornua ceruo masculo pro telis data: non item feminae: quemadmodum ne calcaria quidem gallinis, sed gallo tantum: quae tamen calcaria in rostrum illis, aut in dentes non abeunt. H.

s. Quae neque dentes) Arist. l. c. H.

t. Ceterorum ossibus) Hoc multo verius, quam quod Philosophus confidentius paulo pronunciat, H. A. L. III. c. 8. p. 334. cornua corio potius haerere, quam ossi: τὰ δὲ κέρατα προσπέφυκε μᾶλλον τῷ δέρματι, ἢ τῷ ὀςῷ. Boum enim, aliorumque cornua ossi haerere, manifestum est: neque ab osse sine capitis dispendio auelli posse. Haereant sane cuti boum Phrygiorum cornua, quia mobilia sunt, vt diximus: at non item ceterorum. H.

u. Capita piscibus, etc.) Quidnam in capite et singulis hominum partibus religiosum, venerabile, et ingenii morumque sit indicium et argumentum, vide apud Alex. ab Alexand. cap. 19. lib. II. *Dal.*

maxima, fortaſſis vt mergantur. *x.* Oſtrearum generi nulla, *y.* nec ſpongiis, nec aliis fere, quibus ſolus ex ſenſibus tactus eſt. Quibuſdam indiſcretum caput eſt, vt cancris. *z.*

XLVII. In capite *a.* cunctorum animalium homini plurimus pilus, iam quidem promiſcue maribus ac feminis, apud intonſas vtique gentes. Atque etiam nomina ex eo Capillatis *b.* Alpium incolis, [1] Galliae Comatae: *c.* vt tamen ſit aliqua in hoc terrarum differentia: Quippe Myconii carentes *d.* eo

1. et Galliae. M.

x. Fortaſſis vt mergantur) Haud temere adhibita cautio, *fortaſſis.* Paſſeres enim, quibus in fundo ſtatus eſt, et ſoleae, minimum caput habent. Ab animali ſcilicet virtute in animalibus motus eſt: non ab elementis. H.

y. Oſtrearum generi nulla) Ob id Turpilius vocat *inoras oſtreas*, ἀςόμυς: *In acta cooperta alga inoras oſtreas.* Vide Feſtum. *Dal.*

z. Vt cancris) Verba haec ſunt Philoſophi de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1032. Τῶν δὲ ἀναίμων ἐνίοις τὸ ἀόριςον τῦτο τὸ μόριον, οἷον τοῖς καρκίνοις. Galenus quoque de Vſu part. T. II. L. VIII. c. 5. p. 487. inter ἀκέφαλα ζῶα recenſet καρκίνυς καὶ καράβυς. Gammaro tamen ſiue aſtaco caput exſertum, diſcretumque eſſe, quamuis exiguum, contendit Phil. Iac. Sachs, in Gammarol. p. 205. H.

a. In capite) Ariſt. H. A. L. I. c. 5. p. 159. In cauſa eſſe maiorem humani cerebri, quam ceterorum animantium, humiditatem, ait Albert. de anim. L. XII. tr. 3. c. 13. p. 367. poſt Ariſt. de gener. anim. L. V. c. 3. p. 1142. H.

b. Capillatis) De his L. III. ſ. 7. H.

c. Galliae Comatae) Toti id olim Galliarum tractui nomen, praeterquam Narbonenſi, vt diximus, L. IV. ſ. 31. H.

d. Myconii carentes, etc.) Hinc Myconios prouerbiali loco *caluos* appellant. Vide Eraſmum in Chiliadibus. *Dal.*

Quippe Myconii) Caluitiem, nimis quam frequens vitium in Mycono inſula fuiſſe, refert quoque Strabo, L. X. p. 487. vnde et caluos appellatos, Φαλακρὰς Μυκονίας. H.

eo gignuntur, ſicut in Cauno lienoſi. *e.* Et quaedam animalium naturaliter caluent, ſicut [1] ſtruthiocameli, et [2] corui aquatici, quibus apud Graecos nomen eſt inde. *f.* Defluuium eorum *g.* in muliere rarum, *h.* in ſpadonibus *i.* non viſum, nec in vllo ante Veneris *k.* vſum. Nec infra cerebrum, *l.* aut infra verticem, aut circa tempora *m.*, atque aures.

Z 4 Calui-

1. *ſtruthocameli.* *Tol.* et *Ch.* 2. *corui Alpini. Aquatici enim caneſcunt, Alpini caluéſcunt, a Graecis propterea dicti* φαλακροκόρακες. *cap.* 48. *L.* X.

e. In Cauno lienoſi) Ita MSS. omnes: quamquam ſunt, qui *piloſi* temere ſubſtituant. Caunum Cariae oppidum, caelo inſalubri ſitum, vrbem morboſam, πόλιν νοσερὰν, in qua et mortui ambularent, hoc eſt, pallidi ac mortuis ſimiles, qui lienoſorum color eſt, Stratonicus aiebat apud Strabonem, L. XIV. p. 651. H.

f. Nomen eſt inde) Φαλακροκόρακες, de quibus L. X. ſ. 68. H.

g. Defluuium eorum) Pilorum. Haec totidem verbis Hippocr. ſ. VI. aphor. 28. et 30. H.

h. In muliere rarum) Vidiſſe ſe mulieres duas oppido caluas, ſcribit Albert. de anim. L. XIX. tr. 2. c. 6. p. 533. Ac Plinius ipſe quidem inferius, ſ. 94. *Inuentae tamen*, inquit, *feminae quaedam defluuio capitis, inualidae etc.* Cauſam huius placiti Ariſt. explicat de gener. anim. L. V. c. 3. p. 1142. H.

i. In ſpadonibus) Ariſt. H. A. L. III. c. 10. p. 344. Οὐ γίνεται οὔτε παῖς φαλακρὸς, οὔτε γυνή· οὐδὲ οἱ ἐκτετμημένοι. Cauſam explicat de gener. anim. L. V. c. 3. p. 1142. H.

k. Ante Veneris) Ariſt. πρὶν ἢ ἀφροδισιάζειν. Cuius rei cauſam aperit loco proxime citato. H.

l. Nec infra cerebrum) Poſteriora caluefcunt numquam, τὸ γὰρ ὄπισθεν, οὐδεὶς γίνεται φαλακρός. Ariſt. *Ego tamen vidi virum vnum*, inquit Alb. M. l. c. *qui in toto fuit caluus: ita quod in toto cranio nullus omnino fuit pilus, nec alicuius pili veſtigium: et accidit ex febre acuta*, etc. H.

m. Aut circa tempora) Ariſt. de gener. anim. L. V. c. 3. p. 1140. H.

Caluitium vni tantum animalium homini, praeterquam innatum. *n.* Canities homini tantum *o.* [1] et equis: *p.* sed homini semper *q.* a priori parte capitis, tum deinde ab auersa.

XLVIII. [2] Vertices bini hominum tantum *r.* aliquibus. Capitis ossa plana, tenuia, sine medullis, serratis *s.* pectinatim structa compagibus. Perfracta

1. *et equo. Ch.* 2. *Sic ex Arist. L. I. Hist. An. cap. 7. et M. Vertices bini hominum tantum: Aliquibus capitis ossa plana. Vulgg. vertices bini homini Gr.*

n. Praeterquam innatum) Vt Phalacrocoraci. *Dal.*

Praeterquam innatum) Quale esse struthiocamelis, coruisque aquaticis superius diximus. Et picarum proprium praeterea est caluescere omnibus annis, vt dictum est L. X. s. 41. H.

o. Homini tantum, et equis) Arist. H. A. L. III. c. 10. p. 341. et Alb. l. c. Caussam cur et equi canescant, explicat Philosophus de gener. anim. L. V. c. 5. p. 1146. H.

p. Et equis) Vide cap. 27. lib. XIII. apud Rhodig. *Dal.*

q. A priori parte) Τὰ πρόσθια, anteriores partes prius canitiem sentiunt, tum deinde posteriores. Arist. p. 343. et Alb. l. c. In cuius rei caussa indaganda accuratam concertationem instituit Macrob. Saturn. L. VII. c. 10. p. 611. H.

r. Vertices bini homini tantum) Δυκορύφες cap. 7. lib. I. Histor. intelligit, τῇ τῶν τριχῶν λυσώσει capillorum discrimine ac distinctione, non gemino verticis fastigio. *Dal.*

Vertices bini) Orationi Plinianae lucem afferent Aristotelica verba, ex H. A. L. I. c. 9. p. 62. Meditullium, inquit, caluariae, quem dicimus verticem, κορυφὴν, etiam Explicatio capillorum dicitur a Graecis, λύσωμα τῶν τριχῶν. Est autem id in quibusdam geminum: atque ii Biuertices sunt, δικόρυφοι, non osse geminato, sed capillorum explicatione, ἐ τῷ ὀςῷ, ἀλλὰ τῶν τριχῶν λυσώσει. Vt homines porro *biuertices*, sic etiam auctore Festo, *Bifeta porca dicitur, cuius a vertice setae bifariam diuiduntur, quum iam esse incipit maior sex mensium.* Et infra, *Diffulcus porcus dicitur, quum in ceruice setas diuidit.* H.

s. Serratis) Suturas intelligit:

fracta non queunt solidari: sed exempta modice non sunt letalia, in vicem eorum succedente corporea cicatrice. *t.* Infirmissima esse vrsis, durissima psittacis, suo diximus *u.* loco.

XLIX. Cerebrum *x.* omnia habent animalia, quae sanguinem etiam [1] in mari *y.* quae mollia appellauimus, quamuis careant sanguine, vt polypi. Sed homo *z.* portione maximum et humidissimum, *a.* omniumque vi-

 sce-

[1] *aeque in.* M.

ligit: in mulieribus vna est in orbem: in viris, ternae. Vide Hippocrat. initio Libri, quem inscripsit, *de Capitis vulneribus.* Viri tamen caput visum esse sine futura Philosophus ait, H. A. L. III. c. 7. p. 325. Talem fuisse Alberti Marchionis Brandenburgensis caluariam sine suturis, eius qui Germanicus Achilles appellatus est, natus anno 1414. hodieque eam Heilbronnae asseruari, scribit Reinerus Reineccius in Chron. Brandenb. laudatus a Ioh. Schenckio Obseruu. med. L. I. p. 33. a quo et alia exempla similia haud sane aspernanda commemorantur. H.

t. Corporea cicatrice) Τῆ πώρῳ. *Dalec.*

u. Suo diximus loco) De vrsis quidem, L. VIII. s. 54. De psittaco, L. X. s. 58. De leone item, L. VIII. s. 54. H.

x. Cerebrum) Ἔγκαρ Lycophron vocauit, indeque vt scribit Plutarch. in Sympos. apud Homerum Iliad. α. — τὴν δέμιν ἔγκαρος αἴσῃ. Sophocles in Trachin. λευκὸν μυελὸν vocat. Rhod. cap 23. lib. III. *Dal.*

Cerebrum omnia) Arist. H. A. L. I. c. 17. p. 118. Causam cur ita sit, reddit idem de part. anim. L. II. c. 7. p. 986. H.

y. Etiam in mari) Arist. Hist. L. I. p. 118. H.

z. Sed homo) Pro mole nimirum corporis, κατὰ μέγεθος, Arist. p. 118. Pueri sane longo tempore, vt idem animaduertit, De gen. anim. L. II. c. 6. p. 1088. nequeunt prae cerebri pondere, caput continere. Duobus boum cerebris grandius esse cerebrum homini affirmat Rufus Ephesius: etiam quaternis Riolanus, Anthropographiae, L. I. p. 10. H.

a. Et humidissimum) Καὶ ὑγρότατον, Arist. At sit sane homini humidius, quam terrestrium vlli: piscibus vero humidius reor: mucus enim fere est. H.

ſcerum frigidiſſimum, duabus ſupra ſubterque membranis velatum, *b.* quarum alterutram rumpi mortiferum eſt. [1] Cetero viri, *c.* quam feminae, maius. Hominibus hoc ſine ſanguine, *d.* ſine venis, *e.* et

2. *cetera viro.* Ch.

b. Membranis velatum) Altera exteriore craſſa, tenuiore altera: quae interior eſt; Duram, et piam matrem, Arabes: Meninges Medici appellarunt. H.

c. Cetero viri) Falſum id eſſe Riolanus affirmat, Antropogr. L. I. p. 10. Plinio tamen Ariſt. ſuffragatur de part. anim. L. II. c. 7. p. 987. H.

d. Hominibus hoc ſine ſanguine, ſine venis, et reliquis ſine pingui.) Ex his verbis ſenſus hic elicitur: Homines cerebrum habere carens venis et ſanguine: Reliquorum autem animalium cerebrum carere pingui: quaſi innuat, humanum non carere. Nam ſi et hominum et reliquorum animalium cerebrum pingui carere intellexiſſet Plinius, aliter loquutus eſſet. At cerebrum humanum pingue habere falſum eſt, ſi Ariſtotelem audimus lib. I. cap. 16. ita ſcribentem: *Cerebrum omnibus priuatum ſanguine eſt, nec venam intra ſe vllam continet, ad tactum frigidum per naturam eſt.* Nulla hic mentio pinguis in cerebro humano eſt. Idem lib. II. de partibus An. cap. 7. *Sed enim medullam calidam eſſe pluribus ſane rationibus conſtat. Cerebri autem frigiditas et tactu percipi poteſt, et ratione intelligitur, quod omnium maxime humorum corporis ſanguine caret, quippe quod nihil ſanguinis habeat, ſqualloreque obſitum ſit atque horridum.* Item quod pingue eſt, non facile exſiccatur, lib. V. De generat. c. 3. At cerebrum congelatur et dureſcit, L. II. de part. Animal. et Plinio paulo poſt, *Ergo etc.* Quam ob rem legendum hic, non *Sine pingui*, ſed *Sui pingue.* Verum locus eſt mutilus et defraudatus aliquot verbis, ſi recte coniicio, Ariſtot. lib. III. cap. 7. *Cerebrum*, inquit, *vt adipe pingueſentium, pinguiſculum eſt veluti ſuis, ſic ſebo obeſorum ſqualidiuſculum ſentitur, vt ouis.* Pintian.

e. Sine venis) Καὶ οὐδεμίαν ἔχων ἐν αὑτῷ φλέβα. Ariſt. H. A. L. I. c. 17. p. 121. Quod ita tamen accipiendum, vt nulla quidem vena cerebri partem interiorem ſubeat permeetque; ſed plurimae nihilominus, eaeque praetenues

et reliquis *f.* sine pingui. Aliud esse, quam medullam eruditi docent, quoniam coquendo *g.* durescat. Omnium cerebro insunt [1] officula parva. *h.* [2] Vni homini in infantia palpitat, *i.* nec corrobatur ante primum sermonis exordium. Hoc est viscerum excelsissimum, [3] proximum caelo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. [4] Hanc habent

1. *lego, oscula parua, per quae nimirum in fauces pituita colatur, χοάνην tamquam infundibulum Anatomici vocant.* 2. *Vni hominum infantia Gr. et Al.* 3. *proximumque Gr.* 4. *Hoc habet sensum. M.*

nues illud ambiant, circumsepiantque, ac benigni roris instar, refrigerent, nutriantque. Ita fere idem Philosophus, de part. anim. L. II. c. 7. p. 986. H.

f. Et reliquis) Et reliquis quoque, sicut homini, sine adipe est. Scripsit tamen Philosophus H. A. L. III. c. 13. p. 364 adipalium cerebella pinguia esse, vt suum: οἱ δὲ ἐγκέφαλοι τῶν μὲν πιμελωδῶν, λιπαροί. Quam ob causam, *sui pingue*, legi oportere Pintianus coniiciebat olim. Sed et codices refragantur omnes, et ipsa orationis series: scribere enim Plinium tunc decuisset, *Omnibus hoc sine sanguine, sine venis: sui, pingue.* Nam *hominibus et reliquis*, puerile est, nec Pliniani stili. H.

g. Quoniam coquendo) Falsa videtur vti ratione: durescunt enim medullae coctae: percoctae etiamnum concrescunt magis. Veriore multo Philosophus vtitur, de part. anim. L. II. c. 7. p. 985. medullam non esse, si frigidum sit: medullas namque calidiores esse. H.

h. Officula parua) In canum cerebris ea reperiri, tralatitium est: etiam in humano a se ipso deprehensa, dum cerebrum ex anatomica arte dissecaret, ab aliisque saepius, testatur Riolanus in comm. de offibus, p. 522. H.

i. Palpitat) Plinius L. VII. f. 1. *Quamdiu palpitant homini vertex, summae inter cuncta animalia imbecillitatis indicium?* Vertex Graecis βρέγμα est, superior illa pars capitis, sub qua cerebrum, quae omnium postrema concrescit, vt eam caput ineat, quam obstetrices velint, figuram. Arist. H. A. L. VII. c. 13. p. 846. Τοῖς δὲ παιδίοις τὸ βρέγμα μαλακόν, καὶ ὀψὲ πήγνυται. H.

habent ſenſus arcem: huc venarum *k.* omnis a corde vis tendit, hic deſinit: *l.* [1] hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. [2] Omnium autem animalium in priora *m.* pronum, quia et ſenſus [3] ante nos tendunt. *n.* Ab eo *o.* proficiſcitur ſomnus: hinc capitis nutatio. Quae cerebrum *p.* non habent, non dormiunt. Ceruis in capite ineſſe [4] vermiculi *q.* ſub linguae inanitate, *r.* et circa articulum, *s.* qua

1. *hoc culmen. Ch.* 2. *Omnibus. Ch.* 3. *ante oſtendunt. M.* 4. *Muſculi. Rond. contra Ariſt. cap. 15. lib. II. Hiſt.*

k. Huc venarum) Et arteriarum, vt mos eſt loquendi. H.

l. Hic deſinit) Quia altiſſimum culmen illud eſt, vnde ad inferiora ſanguis deinde delabitur. H.

m. In priora) In anteriora. In anteriore parte ſitum, τὴν θέσιν ἐν τῷ πρόσθεν ἔχων, Ariſt. H. A. L. I. c. 17. p. 118. H.

n Ante nos tendunt) Ita R. 2. At R. 1. *ante oſtendunt*: quod idem valet, Ariſt. de part. anim. L. II. c. 10. p. 991. διὰ τὸ ἔμπροσθεν εἶναι ἐφ' ᾧ αἰσθάνεται, *quoniam ſenſus in anteriore corporis parte collocantur.* Et L. III. c. 3. p. 1003. ἐπὶ τὸ καλούμενον γὰρ ἔμπροσθεν ἡ αἴσθησις καὶ ἡ κίνησις, *verſus eam partem, quam priorem appellamus, ſenſus omnis tendit, et motus.* Eamdem cauſam affert Albert. de anim. L. XII. tr. 3. c. 1. p. 363. H.

o. Ab eo) Huius rei cauſam Ariſtoteles explicat abunde, tum de part. anim. L. II. c. 7. p. 986. tum L. de ſenſu et ſomno, c. 3. p. 689. H.

p. Quae cerebrum) Aut aliquid analogum, ac proportionale, quod cerebri vicem obtineat. Ariſt. l. c. ποιεῖ δὲ καὶ τὸν ὕπνον τοῖς ζώοις τούτου τὸ μόριον τοῖς ἔχουσιν ἐγκέφαλον· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι, τὸ ἀνάλογον. H.

q. Ceruis in capite ineſſe vermiculi) Contra Ariſtot. cap. 15. lib. II. Hiſtor. *Dalec.*

Ceruis in capite) Haec totidem verbis Philoſophus, H. A. L. II. c 18. p. 261. H.

r. Sub linguae inanitate) Concauitate. Ariſt. ὑποκάτω τοῦ ὑπογλωττίου ἐν τῷ κοίλῳ, *ſub linguae concauitate.* H.

s. Circa articulum) Circa vertebram, qua caput ceruici committitur. H.

qua [1] caput iungitur, numero viginti produntur.

L. Aures homini tantum immobiles. *t.* Ab iis Flaccorum cognomina. *u.* Nec in alia parte feminis maius impendium, margaritis dependentibus. In Oriente quidem et viris, *x.* aurum gestare eo loci, decus existimatur. Animalium aliis maiores, aliis minores. Ceruis tantum *y.* scissae, ac velut diuisae: [2] sorici pilosae. Sed auriculae *z.* omnibus animal

1. *iungitur humero. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. soricibus Gr. et al.*

t. Aures homini tantum immobiles) Quibusdam mobiles visae sunt: mihi etiam adolescens visus, qui et aures et capitis cutem prompte moveret. *Dal.*

Aures homini) Arist. H. A. L. I. c. 9. p. 74. Μόνον ἄνθρωπος | οὖς οὐ κινεῖ. In quibusdam tamen hominibus visae aetate nostra pro arbitrio mobiles. Et sua vidit Augustinus, de ciu. Dei L. XIV. c. 24. qui aures mouerent, vel singulas, vel ambas simul. Vidit et Andr. Vesalius, ipso ita prodente, de fabrica C. H. L. II. c. 13. et Andr. Laurentius, H. A. L. XI. c. 12. Visae et in Professore quodam, Crassoti nomine Parisiis, vt quidem refert Abbas de Marolles in Commentariis. H.

u. Ab iis Flaccorum cognomina.) A pendulis et flaccidis auriculis. *Dal.*

Flaccorum) Flacci nuncupati, quibus aures flaccidae, pendulaeque. Cognomen id non vnius gentis apud Romanos fuit: Corneliae, Horatiae, Pompeiae, Rutiliae, Valeriae, Verriae. H.

x. In Oriente quidem et viris, etc.) Iuuenalis Satyr. I. *Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestrae Arguerint. Dal.*

In Oriente) Ad Euphratem. Iuuen. Sat. I. v. 104. *Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestrae Arguerint.* H.

y. Ceruis tantum) Neque vero id generi vniuerso: sed in Asiae monte dumtaxat, Elaphunte dicto, ad Arginussam, vbi diem Alcibiades obiit. Ceruae ibi omnes fissa sunt aure: qua nota, quum loca mutant, dignoscuntur. Arist. H. A. L. VI. c. 29. p. 771. H.

z. Sed auriculae) Haec Arist. totidem verbis, H. A. L. I. c. 9. p. 74. H.

animal dumtaxat generantibus, excepto vitulo *a.* marino, atque delphino, et quae cartilaginea appellauimus, *b.* et viperis. Haec cauernas tantum habent aurium loco, praeter cartilaginea, et [1] delphinum, quem tamen audire manifestum est. Nam et cantu mulcentur, et capiuntur attoniti sono. [2] Quanam audiant, *c.* mirum. Iidem nec olfactus vestigia habent, quum olfaciant sagacissime. Pennatorum animalium buboni tantum et [3] oto plumae, velut aures: ceteris cauernae ad auditum. *d.* Simili modo squamigeris, atque serpentibus. In equis et omnium iumentorum genere indicia animi praeferunt: fessis marcidae, [4] micantes pauidis, *e.* subrectae furentibus, resolutae aegris.

LI.

1. *delphines, quos. M.* 2. *Sic et M. et Ch. quonam modo audiant Gr. et M.* 3. *toto Gr. et Al.* 4. *nutantes. Parm.*

a. Excepto vitulo) Nec vitulo marino, nec delphino auriculae sunt: vitulo sine auriculis, cauernae sunt, quem πόρον vocant, hoc est, meatum ad audiendum: delphino, ne is πόρος quidem, tametsi audit. Arist. l. c. et Hist. L. II. c. 14. p. 203. H.

b. Appellauimus) L. IX. §. 40. H.

c. Quanam audiant) Qua parte *corporis* audiant, mirum est. Sincera haec MSS. codicum lectio. Interpolati, *Quonam modo audiant.* De auditu, olfactuque piscium egimus, L. X. §. 89. Obseruarunt Anatomici desse in auribus simiarum ossicula tria, quae cetera animalia habent: peduncum, malleum, incudem; *l'étrier, le marteau, l'enclume.* H.

d. Cauernae ad auditum) Πόροι, *meatus.* Arist. H. A. L. II. c. 15. p. 210. H.

e. Micantes pauidis) Hinc Maro, *Micat auribus, et tremit artus.* Non est autem haec pauidi appellatio a timore, qui degeneres animos atguat: sed ab insita illa generosissimo cuique trepidatione: Pauentibus enim, et ad strepitum perterrefactis rigidissime surriguntur aures. H.

LI. Facies homini *f.* tantum, ceteris os, aut roſtra. Frons et aliis, *g.* ſed homini tantum triſtitiae, hilaritatis, clementiae, ſeueritatis index. *gg.* [1] In animo ſenſus eius. *h.* Supercilia homini,

1. Sic et M. legendum fortaſſis, index, animoque ſenſum. Supercilia, etc. Pint. legit, in animo eſt vſus eius. Quidam index omnium conſenſu. — In adſcenſu eius ſupercilia homini Gr. et Al.

f. Facies homini) Sic. Ariſt. H. A. L. I. c. 9. p. 63. Cicero de LL. L. I. p. 303. Et *is qui appellatur vultus, qui nullo in animanti eſſe, praeter hominem, poteſt, indicat mores: cuius vim Graeci norunt, nomen omnino non habent.* Πρόσωπον tamen vocant. Vide in eum Tullii locum elegantes Turnebi notas. H.

g. *Frons et aliis, etc.)* *Nubem frontis* inde Latini Graecique vocant ſeuerum, triſtem et cogitatione maiore vel aegritudine perturbatum vultum. Horat. *Deme ſupercilio nubem.* Eurip. in Hippolyto coron. Στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὔξεται. Victorius cap. 14. lib. XVI. *Dalec.*

gg. *Seueritatis index)* Addo his, et pudoris: vnde frontem, vel os perfricuiſſe dicuntur, τὸ μέτωπον τρίψαι, qui verecundiam abiecerunt, et impudenter in aliquo negotio ſe gerunt. Vide Victorium cap. 6. VIII. *Dal.*

h. In aſcenſu) Veluti, τὰ γεῖσσα, ſeu γεισσώματα, id eſt, ſuggrundia quaedam, vide Rhod. cap. 27. lib. III. *Dal.*

In animo ſenſus eius) Hac parte ſe maxime animus prodit, hic animi vis ſentitur: hic ſe totum exſerit: vt in ſuperciliis ex parte. Vide N. et Em. N. LXXIII. (hic coll.) *In a.)* Ita reſcribendum cenſuimus admonitu codd. R. 1. Par. vet. Dalec. etc. quum prius perperam legeretur, *in aſcenſu eius ſupercilia* etc. Adiuuat emendationem noſtram, et interpretationem, id quod proxime ſequitur, *Et in ſuperciliis pars animi*, ſubintellige, vt in fronte totus. Certe in adſcenſu frontis ſupercilia eſſe non poſſunt, nam ſub fronte ſunt poſita, ὑπὸ δὲ τῷ μετώπῳ ὀφρύες διφυεῖς. Ariſt. H. A. L. I. c. 9. p. 65. Fuit quum legi putarem poſſe, *ſeueritatis index, in aſſenſu eius*, ex R. 2. cod. et ed. Parm. vt loci ſententia eſſet, frontis nutu motuque, animi clementiae, aut ſeueritatis indicium praeberi.

ni, *i.* et pariter et alterne *k.* mobilia, et in iis pars animi. [1] Negamus, an *l.* annuimus. Haec maxime indicant [2] faſtum. *m.* Superbia aliubi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet. Nihil altius ſimul abruptiusque *n.* inuenit in corpore, vbi ſolitaria eſſet.

LII. Subiacent oculi, pars corporis pretioſiſſima, *o.* et qui lucis vſu vitam diſtinguant a morte. Non

1. *Negamus annuimus Gr. et Al.* 2. *factum Vulgg.*

beri. Sed potior videtur aliorum exemplarium ſcriptura. H.

i. Supercilia homini) Supercilia ſalire et palpitare veteres bonum omen crediderunt, quod et polliceretur ex animi ſententia ſucceſſura quae optamus. Plautus in Pſeudolo: *Atque id futurum vnde, vnde dicam neſcio, Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.* Suidae ex Poſſidonio id παλμικὸν οἰώνισμα eſt: παλμοσκόποι, ii, qui tali vaticinatione vtuntur. Apud Theocritum quidam oculum dextrum ſibi ſalire ait. *Dal.*

k. Et paritet et alterne) Et vtrumque ſimul, et ſeorſim alterutrum: altero, vt Tullius ait, ad frontem ſublato: altero ad mentum depreſſo ſupercilio. H.

l. Negamus an) Vide N. et Em. N. LXXIV. (paulo poſt.) Produnt ſupercilia motu ſuo, quod intus in animo geritur. *Neg.*) Deſciuit a vetuſta lectione Frobenius, vt hanc ederet: *Negamus, annuimus. Haec maxime indicant faſtum.* Noſtram emendationem tuentur codd. R. 1. 2. et Par. in quibus exſtat ea lectio totidem plane apicibus: et habet Parm edit. *Negamus, an annuimus*, etc. H.

m. Haec maxime indicant faſtum) Inde ſupercilium attollere dicuntur arrogantes, faſtuoſi, ſeueri, triſtes, duri, et aſperi homines; Graecis τὰς ὀφρῦς αἴρειν. Diphilus, Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε Διόνυσε, καὶ σαφώτατε, ὡς ἡδύς τις εἶ· Ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῇς μόνος, Τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθῃ γελᾶν, Τὸν δ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τῶν δειλὸν θρασύν. Victorius cap. I. VIII. *Dal.*

n. Abruptiuſque) Magis praeruptum elatumque.

o. Pars corporis pretioſiſſima) Hinc veteres quod clariſſimum

Non omnibus *p.* animalium hi: oſtreis nulli: quibuſdam concharum dubii. Pectines enim *q.*, ſi quis digitos aduerſum hiantes eos moueat, contrahuntur, vt videntes. Et ſolenes *r.* fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum talpis *s.* viſus non eſt: oculorum effigies ineſt, ſi quis praetentam detrahat membranam. Et inter aues [1] ardeolarum genere, quos leucos vocant, altero oculo carere tradunt. *t.* Opti-

1. *inter ardeolarum genera.* *M. inter aues in ardeolarum genere.* *Alii.*

riſſimum eſt *oculeum* dixerunt. Plautus in Curcul. *Huic proximum illud oſtium oculiſſimum? Salue, vidiſtin' oſtium oculiſſimum?* Idem in Aſinaria: *Da meus ocellus.* Dal.

p. Non omnibus etc.) Ariſt. H. A. L. I. c. 9. p. 69. H.

q. Pectines enim) Ariſt. Hiſt. L. IV. c. 8. p. 485. H.

r. Et ſolenes) Σωλῆνες, digiti marini. Vide quae diximus L. X. ſ. 88. H.

s. Quadrupedum talpis) Haec plane totidem verbis Philoſophus, H. A. L. I. c. 9. p. 69. et L. IV. c. 8. p. 474. H.

Talpis viſus non eſt) Et muſculis, quos Curtos ruſtici vocant, in terra ſemper defoſſis. Dal.

t. Carere tradunt) Sic Graeci familiari ſuo Atticiſmo φασὶ, negant ſe eius rei quam narrant, velle ſponſores fieri. Vide N. et Em. N. et Em. N. LXXV. (hic adi.) *Et inter*) Adeo feſtiuo lepidoque dicendi genere Plinium hoc loco carpit Albertus, vt verba eius ſilentio praeterire, teque, lector optime, ea fraudare voluptate, religioni ducam. Sic ille de anim. L. XXIII. p. 46. *Quartum*, inquit, *ardearum genus apponit Plinius monoculum, quod vnum oculum dicit habere in latere vno tantum: et ideo facilius capi a venatore in latere coeco inſidias ponente. Sed videtur praeter naturam eſſe, et falſum, quod dicit: Sicut enim alae duae, et duo pedes creſcunt a lateribus, ita duo oculi: nec ratio permittit ab vno latere formari oculum vnum, et non ab alio alium. Plinius enim iſte multa dicit falſiſſima: et ideo in talibus non ſunt curanda dicta ipſius.* Sane ſi fabulas huiuſmodi nobis occineret, ſi ſe ſponſorem talium faceret, ſi tot mendacia congereret. Sed plus vidit Albertus, quam Plinius ſcripſit: quartum id eſſe ardearum genus, idque quia

Optimi augurii, quum ad austrum [1] volant, septemtrionemue: solui enim pericula et metus narrant. Nigidius nec locustis nec cicadis esse dicit. Cochleis oculorum vicem cornicula bina praetentatu [2] implent. Nec lumbricis vlli sunt, vermiumue generi.

LIII. Oculi homini *u.* tantum diuerso colore: ceteris in suo *x.* cuique genere similes. Et equorum quibusdam glauci. Sed in homine numerosissimae varietatis atque differentiae: grandiores, modici, parui, prominentes, quos hebetiores putant: conditi, quos clarissime *y.* cernere: sicut in colore caprinos. *z.*

LIV. Praeterea alii contuentur longinqua; alii nisi prope admota *a.*, non cernunt. Multorum *b.* visus fulgore Solis constat, nubilo die non cernentium,

1. *volent. Cb.* 2. *adimplent. M.*

quia monoculum est, patere facilius insidiis venatorum, nec sua Plinius retulit, nec aliena fide. H.

u. Oculi homini) Alii enim caesii, alii flaui, alii nigri, alii caprini. Tradit haec etiam Arist. H. A. L. I. c. 9. p. 71. Quin et aliquos caesios oculo altero nasci, aut alius coloris, auctor est idem Philosophus, de gen. anim. L. V. c. 1. p. 1136. H.

x. Ceteris in suo) Sic boum omnium nigri, aquei ouium, aliorum rufi. H.

y. Conditi, quos clarissime) Conditi sunt, qui in profundo, in recessu siti. Causa in promtu est: quia species inferiores perferuntur sub vmbracula, neque aeris motu dissipantur. Causa autem contraria in contrariis, nimirum in exstantibus. Tamen in equis, exstantes quaerimus. H.

z. Caprinos) Arist. H. A. L. I. c. 9. p. 70. caprinis oculis, et visum acutissimum tribuit, et optimorum etiam, quod sane mireris, morum argumentum. Ἐνίοις δὲ αἰγωπόν· τοῦτο ἤθους βελτίστου σημεῖον, καὶ πρὸς ὀξύτητα ὄψεως κράτιστον. H.

a. Alii nisi prope admota) Ἀμβλυώπες. *Dalec.*

b. Multorum) Hos Graeci νυκτάλωπας vocant: qua de voce dicemus vberius, L. XXVIII. s. 47. H.

tium, *c.* nec poſt [1] occaſus. Alii interdiu hebetiores, noctu praeter *d.* ceteros cernunt. De geminis pupillis, aut quibus noxii viſus eſſent, [2] ſatis diximus. *e.* [3] Caeſii *f.* in tenebris clariores. Ferunt Tiberio Caeſari, *g.* nec alii genitorum morta-

lium,

1. *occaſum. M.* 2. *diximus. Tiberio Caeſari in tenebris clariores. Ferunt ipſi alio quam genitorum mors. M. Ferunt Tiberio Caeſari aliam quam ceterorum mortalium. V.* 3. *Orcis. V.*

c. *Die non cernentium*) Νυκταλώπων. *Dal.*

d. Noctu praeter) His oculorum habitudo plane par felibus; noctuis, veſpertilionibus, muribuſque: quos noctu videre notiſſimum eſt. H.

e. Satis diximus) L. VII. ſ. 2. H.

f. Caeſii) Solinus c. 15. p. 34. de Albanis ad Caſpium mare populis: *Glauca oculis ineſt pupula: ideo nocte plus quam die cernunt.* Cur caeſii acute interdiu cernere nequeant, nigri noctu, cauſam Philoſophus explanat, de gen. anim. L. III. c. 1. p. 1137. H.

g. Ferunt Tiberio Caeſari, etc.) In ſcriptis veterum mentio fit huius oculorum vitii. Dio in Tiberio ἀμβλυωπίαν nominat, medicorum nonnulli νυκταλωπίαν, cuius proprium eſſe ſcribunt, ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾷν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. verum νυκταλωπίαν alii aliter interpretantur. Galen. lib. VII. de Hippocratis et Platonis ſcitis: Καὶ οἶδά γέ τινα τῶν ἔτω παθόντων, διηγέμενον ἡμῖν, ὡς πρὶν παθεῖν ἀνοιχθέντων τῶν βλεφάρων ἑώρα φῶς πολὺ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν· ὅπερ ἀμέλει, κἀμοὶ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὑπάρχει. Vides rem pro vulgari, et quae pleriſque accidat, haberi; quare etiam Alexander Aphrodiſeus eius rei, ſeu tranſlatitiae, cauſam quaerit, explicatque, Problematum lib. XI. quaeſt. LXIX. Equidem vix putem reperiri aliquem poſſe, naturae praeſertim calidioris atque igneae, cui non aliquanto in adoleſcentia id euenerit: mihi certe et quum iunior eram perſaepe, et nunc quoque aliquando id ipſum ſolet accidere. Verum vt diutius aliquis luce illa fruatur, et in tenebris videat, legat, taliaque praeſtet, id vero non iam tranſlatitium, ſed plane miraculoſum eſt. Atque huiuſcemodi oculos Tiberius dicitur habuiſſe: fortaſſe et Aſclepiodorus Philoſo-

lium, fuisse naturam, vt expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus. Diuo Augusto *h.* equorum modo glauci fuere, [1] supraque hominem [2] albicantis *i.* magnitudinis. Quam ob causam diligentius spectari eos, iracunde *k.* ferebat.

1. *superque.* Ch. 2. *albicantes et magni.* Dal.

losophus, cui praeceptor Proclus. Hic enim in densis tenebris et adstantes dignoscebat, et literas legebat, vt in Bibliotheca narrat Photius. *Casaubon.* Fuit et pater meus oculis caeruleis dilutioribus, quibus interdum noctu videbat, vt in crepusculo solemus, quod et mihi contigit, a pueritia ad vicesimum tertium annum. Nam postea hoc in me, vt multa alia mutauit. *Ios. Scaliger.*

Tiberio) Suet. in Tib. c. 86. *Fuit praegrandibus oculis: et qui, quod mirum esset, noctu etiam et in tenebris viderent, sed ad breue: et quum primum a somno patuissent, demum rursus hebescebant.* Id quoque refert Sext. Emp. Pyrrh. hypot. L. I. c. 14. p. 17. Cael. Rhod. L. XV. c. 2. sancte affirmat, sibi etiam quandoque contigisse vt noctu videret, literasque legeret. H.

h. D. Augusto) Augustus existimari volebat, diuinum oculis suis vigorem inesse, ac ideo qui eum contuerentur vultum summittere solitos, quasi ad splendidum solis fulgorem. *Suetonius.*

i. Albicantis) Candore qui pupillam circumcingit, inusitatae ac supra ceteros homines magnitudinis. In MSS. legitur, *Superque hominem abdicantis magnitudinis:* quibus ex verbis elici sensus tolerabilis posset, nisi sequentia obstarent: Esset enim sententia, glauci coloris oculos fuisse, praetereaque magnitudinis tantae, vt eum mortalem non esse, sed Deum, haec pars illius proderet. H.

k. Iracunde) Quamobrem oculorum deiectione religionem aulici simulabant. Suet. in Aug. c. 79. *Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiam existimari volebat inesse quiddam diuini vigoris: gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis vultum summitteret: sed in senecta, sinistro minus vidit.* Maro in VI. Aen. de Augusto: *Geminas cui tempora flamma Laeta vomunt.* H.

bat. Claudio Caesari ab angulis *l.* candore carnoso sanguineis venis subinde suffusi: Caio [1] principi rigentes. *m.* Neroni, nisi quum conniueret, ad prope admota hebetes. Viginti gladiatorum paria in Caii principis ludo fuere; in iis duo omnino, qui contra comminationem aliquam non conniuerent, et ob id inuicti. Tantae hoc difficultatis est homini. Plerisque vero naturale, vt [2] nictari non cessent, quos pauidiores *n.* accepimus. Oculus vnicolor nulli; cum candore omnibus [3] medius color differens. Neque vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus: sed homini maxime, id est, moderationis, clementiae, misericordiae, odii, amoris, tristitiae, laetitiae. Contuitu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, transuersi, limi, summissi, blandi. Profecto in oculis animus inhabitat. Ardent, *o.* [4] intenduntur, [5] humectant *p.*, conniuent. [6] Hinc illa misericordiae

 lacry-

1. *principio Gr.* 2. *Sic et Ch. nictare. Gr. et Al.* 3. *mediusculo, (leg. medio colore) differentes. M.* 4. *incenduntur. M.* 5. *humescunt. V. nictant. Pint.* 6. *Sic ex MS. em. Hard. conf. M. et Ch. Hinc illae misericordiae lacrymae. Gr. et Al.*

l. Ab angulis etc.) Id vero malitiae notam praebere, cum Trogo et Aristotele Plinius admonet Libri huius, f. 114. H.

m. Caio principio rigentes) Albicantes et magni. Idem Suetonius in Caio. *Dalec.*

Caio principi rigentes) Hoc est, qui non circumagerentur. Suet. in Calig. c. 50. et oculis et temporibus concauis fuisse scribit; hoc tantum. H.

n. Quos pauidiores) Nictabundos inconstantes esse ἀβεβαίους, ait Arist. H. A. L. I. c. 9. p. 72. H

o. Ardent) Habet his similia, et sane venusta, Quinct. Institt. L. XI. c. 3. p. 837. E recentioribus, Laurent. Anat. L. XI. c. 3. H.

p. Humectant) Ita MSS. omnes. Frustra Pintianus corrigit, *nictant.* De ea voce dixi, L. X. f. 3. De more porro veterum oculos osculandi

lacryma. Hos quum [1] osculamur, animum ipsum videmur attingere. Hinc fletus et rigantes ora riui. Quis ille humor est, in dolore tam fecundus et paratus? aut vbi reliquo tempore? Animo autem videmus *q.*, animo cernimus: oculi, ceu vasa quaedam, visibilem eius partem *r.* accipiunt, atque transmittunt. Sic magna cogitatio obcaecat, abducto [2] intus visu. Sic in morbo comitiali *s.* aperti nihil cernunt, animo caligante. Quin et *t.* patentibus

1. *exosculamur, an. ipsi videtur att.* Ch. 2. *mentis.* Tol. et M.

landi (nam id deinde proximum est) vide Rosweidum nostrum in Onomastico ad vitas Patrum, p. 1044. H.

q. Animo autem videmus) Rhodig. cap. 30. lib. II. hunc locum diligenter exposuit. *Dalec.*

r. Visibilem eius partem) Hoc est, visiuam, videndi facultate praeditam. Spiritus, vt aiunt, vitales intellige. Visibile pro visiuo dixit, quo more Latini penetrabile telum, fulmen, frigusque dixerunt, quod facile penetrat. Plautus *impetrabilem oratorem*, qui facile quod vult impetrat in Mostell. Act. V. sc. 2. v. 40. *Non potius venire orator ad me magis impetrabilis.* Plinius ipse, L. IX. s. 3. *spirabilia viscera*; quae sint ad spiritum reddendum, ac per vices recipiendum apta. H.

s. Sic in morbo comitiali) Quod videlicet nerui optici tum sic inflectuntur, ac retorquentur, vt spiritibus animalibus transitus denegetur: vel quod excrementa, quae a cerebro natura eiicit, in neruos opticos tum impellat. Sennertum vide Pract. L. I. P. III. s. 2. c. 37. p. 222. H.

t. Quin et patentibus, etc.) Leg. *Quin et patentibus dormiunt lepores, multique hominum, quos κορυβαντιᾷν Graeci dicunt.* Κορυβαντιᾷν Graeci dicebant eos qui patentibus oculis dormiebant, etiamsi furore aliquo ab illis daemonibus immisso id eis minime contingeret, sed natura. *Salmas.* 1086. a.

Quin et patentibus) Patentes negat esse leporum oculos in somno Phile: ita quidem videri ait, quod eos pellicula mollior tenuiorque obtegit, per quam oculi ipsi transluceant: p. 104. Ὢ πῶς καθεύδει, καὶ δοκεῖ πάλιν βλέπειν Ὄφις τε, καὶ πτώξ,

tibus dormiunt lepores, *u.* multique hominum, [1] quos κορυβαντιῶν Graeci dicunt. *x.* Tenuibus

Aa 4

1. *quod Corybantia regrediuntur.* *Turn.* *quod corybantiare Graeci dicebant. Scalig.* *quas corybantias. Cb.* *quod corybantiam. Gr. et Al.*

πτώξ, καὶ θυμȣ̃ πλήρης λέων: Ἐπιτέταται γὰρ ἡ χλαμὺς τῶν ὀμμάτων Ἄλλȣ τινὸς χιτῶνος ἀπαλωτέρου Φρȣρȣ̃ντες αὐτοῖς, ὡς διόπτρας, τὰς κόρας. H.—

u. Lepores) Apud Suidam ideo δερκεηνεῖς, vocantur, ὅτι ἐννάζοντες, id eſt, κοιμώμενοι δέρκȣσι. quod dormientes vident, id eſt, tanquam videant oculos aperiunt. *Dalec.*

x. Quod corybantiam Graeci dicunt) Turneb. cap. 24. lib. XIII. Aduerſ. legit: *quos Corybantia*, nimirum Corybantum ſacra, regrediunt: id eſt, ſanitati reſtituunt. Qui ſic dormiunt ſani eſſe non putantur. Maleſanos autem curabant Corybantum ſacris, quibus aegros tum animo, tum corpore initiabant. Ego vero cum ſciam κορυβαντιᾷν eſſe furere ac inſanire, et qui furore diuino percelluntur, oculos diſtorqueant, ex dimidioque apertos, ex dimidio clauſos oſtendant, vt inter dormiendum lagophthalmi, et lepores, nihil mutandum eſſe puto. Scaliger in Catul. legit, *quos Corybantiare credunt.* Imaginoſum eum morbum vocant, vt et phrenitin, quo qui laborant, aures putant ſibi perpetuis imaginibus, id eſt, muſicis carminibus perſonari, et vigiliis ac inſomnia vexantur, oculiſque patentibus dormiunt. Varro in Prometheo: *Leuiſomna mens ſonorinas imagines Adfatur: non umbrantur ſomno pupulae.* Eum morbum ſuperſtitioſa vetuſtas credidit Corybantibus immitti, non ab iis ſanari. *Haec Scaliger.*

Quos κορυβαντιᾷν) Qui patentibus oculis nihil cernerent, ſiue id vigilantibus furore diuinitus immiſſo contingeret, ſiue dormientibus a natura, hos κορυβαντιᾷν Graeci dicebant. Deducto forte vocabulo, non tam a Corybantum ſacris, quam a κόρη *pupilla.* Vide Not. et Em. N. LXXVI. (hic adi.) *Quos κ.)* De huius vocis intellectu, quid Scaliger, Turnebuſque ſenſerint, piget referre, quorum coniectationes vanas ac friuolas Salmaſius vocat, in Solin. p. 1086. In R. 1. 2. Par. etc. *quas corybantia regrediunt.* Vnde

Tenuibus *y.* multisque membranis eos natura composuit, callosis contra frigora caloresque in [1] extimo tunicis, *z.* quas subinde [2] purificant *a.* lacrymationum saliuis, lubricos propter incursantia, et mobiles. *b.*

LV. Media eorum [3] cornua *c.* fenestrauit pupilla, cuius angustiae non sinunt vagari incertam aciem, et velut canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant: aliis nigri, [4] aliis raui, *d.* aliis glauci coloris

1. *extremo. Gr. extumo. Cb.* 2. *purificat lacrym. saliua. M.* 3. *cornea. Dal.* 4. *Sic et Cb. et Alii, aliis rufi, aliis glauci, Gr. et vulgg.*

Vnde scribendum fortassis, *quos corybantiare credunt.* Sed Parm. lectionem amplecti satius visum est. Editi posterius, *quod corybantian.* H.

y. Tenuibus) Multiplices intelligit oculorum tunicas: corneam, vueam, ceterasque, quibus pupilla includitur. H.

z. Tunicis) Κερατοειδῆ significat. *Dalec,*

a. Subinde purificant) Oculi nimirum tunicas hasce extremas abluunt, irrigantque lacrymis, quae e glandulis exprimuntur, in oculorum angulo sitis, iisque humorem e cerebro defluentem excipientibus. H.

b. Et mobiles) Neruorum beneficio, qui sunt ad angulos, vt dextrorsum, et sinistrorsum: sursum, deorsumque moueantur. H.

c. Media eorum cornea, etc.) In Rhagoeide tunica, non cornea, aperta ea fenestra est. *Dal.*

Media eorum cornua) Trans corneae, inquit, tunicae cortices, pupilla, ceu quaedam vtriusque oculi fenestra transflucet. Hanc Latini et pupillam, et nigrum oculi vocant. Huic orbis alter circumdatur diuersi coloris, qui ἶρις idcirco nominatur: Polluci σφενδόνη, quod pupillam continet in se, ceu lapidem funda. Vox autem *fenestrare* Plauto nota, et Fortunato in vita S. Albini Episc. Andeg. n. 18. H.

d. Aliis raui) Hoc est, fului. Vide N. et Em. N. LXXVII. (hic adi.) *Aliis n.)* Ita R. 1. 2. Chiffl. Par. Interpolatores edidere, *aliis atri, aliis rufi*: ex vna voce gemino colore confícto. Festus: *Raui coloris appellantur, qui sunt inter flauos et caesios, quos Plautus appellat rauistellos.*

loris orbibus *e.* circumdatis, vt [1] habili mixtura et accipiatur *f.* circumiecto candore lux, et temperato repercussu non obstrepat. Adeoque iis absoluta vis speculi, vt tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est *g.*, vt pleraeque alitum e manibus hominum oculos potissimum appetant, quod effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata desideria sua tendunt. Veterina tantum quaedam, [2] ad crementa Lunae morbos sentiunt. Sed homo solus *h.* emisso humore *i.* coeci:

1. *Habili mistura vt accip.* *Ch.* 2. *Sic et Ch.* *incrementa* *Gr. et Al.*

los etc. Nonius, c. 2. n. 726. *Rauum*, *fuluum.* Cicero Acadd. Quu. L. IV. *Quia nobismetipsis tum caeruleum tum flauum videtur.* In Tullianis libris nunc *flauum*, pro *rauum* legitur. Vide apud Vossium plura in Etym. Ita porro scripsisse Plinium, non exemplaria modo laudata testantur, sed et Aristoteles ipse, cuius verba haec sunt: *Oculorum id*, inquit, *quod album diximus*, *omnibus fere idem*, *nigrum autem variatur. Nam quibusdam nigrum sane est: aliis autem caesium admodum*, *nonnullis fuluum*, *siue rauum*, *quibusdam caprinum:* τοῖς μὲν γὰρ ἐςὶ μέλαν, τοῖς δὲ σφόδρα γλαυκὸν, τοῖς δὲ χαροπὸν, ἐνίοις δὲ αἰγωπόν. De caprinis supra Plinius. H.

e. Orbibus) Iridem oculi vtriusque intelligit, quae et orbicularis linea (γραμμὴ κυκλοτερὴς, et σφενδόνη appellatur, vt diximus. H.

f. Et accipiatur) Et accipiatur ab oculi albo circumiecto lux, temperato repercussu *circumdatorum orbium diuersi coloris*, non offendat aciem. H.

g. Ea causa est) Eam esse causam vix ego putem: nam et vicinam auem deberent eae multo magis morsu appetere: et cadauerum oculos appetunt, in quibus species nulla apparet. In causa est igitur potius, quod id ipsis pabulum lautum in primis videtur. H.

h. Sed homo solus, etc.) In suffusionis morbo. Humor in eo morbo non educitur, sed aut transponitur, ne pupillam occupet. *Dalec.*

i. Emisso humore) Ita libri omnes, tum editi, tum manuscri-

coecitate liberatur. Post vicesimum *ii.* annum multis restitutus est visus. Quibusdam statim nascentibus negatus, nullo oculorum vitio *k.*: multis repente ablatus simili modo, nulla praecedente iniuria. Venas ab iis pertinere ad cerebrum, peritissimi auctores tradunt *l.*: [1] ego et ad stomachum *m.* crediderim.

1. *et delent Gr. et Al.*

nuscripti. Homo solus, inquit, ex animalibus, humoris seu pituitae tenuis naturali cursu, quae ex oculis emittitur, coecitatis periculo liberatur. Sic *humorem* pro pituita dixit Celsus, c. VII. de oculorum vitiis, n. 15. de pituita oculorum, de pituitae tenuis cursu — *Animaduertimus autem, quibusdam numquam siccescere oculos, sed semper* HVMORE *tenui madere.* Et infra: *Id enim signum est quasi excoecatorum itinerum, per quae* HVMOR *ferebatur.* Non est hic sermo de humore, qui pupillam obstruit, quum ei suffunditur, et cataractes a Gallis vocatur. Hoc est, non de eo morbi genere, quod Graeci σύγχυσιν, suffusionem Latini vocant. H.

ii. Post vicesimum) Refert Pausanias in Messen. Ophioneum poetam Messenium, ab ortu coecum, vehementi dolore capitis visum recuperasse. Micislaum Polonorum principem, anno aetatis septimo, repente ac sine cuiusquam ope, visum recepisse, Cromerus, L. II. H.

k. Nullo oculorum vitio) Vitioso humore, seu vapore crasso, qui ex cerebro defluit, neruos opticos obstruente. Exempla eiusmodi coecitatis plura a se visa Sennertus commemorat, Pract. L. I. P. III. s. 2. c. 44. p. 226. H. Sed de lacrymatione, quae quum oculis euenit, cataractae incipientis vitio affectis, tunc homo clare videt, et a coecitatis metu liberatur. Sic etiam sibi contingere saepenumero testatus est nobis amicus ex intimis.

l. Auctores tradunt) Tradit et Arist. H. A. L. I. c. 9. p. 74. περαίνουσι δε καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς τὸν ἐγκέφαλον, καὶ κεῖται ὑπὸ φλεβίῳ ἑκάτερος. *At oculi ad cerebrum pertingunt pusillae venae beneficio, sub qua vterque situs est.* Nisi φλεβίου diceret, quae vox *venulam* sonat, venae nomine intellexisse id neruorum genus arbitrarer, quod visioni eliciendae est institutum et spiritui visibili deuehendo. Neruos opticos

rim. Certe nulli *n.* fine redundatione eius [1] eruitur oculus. Morientibus [2] operire, *o.* rurfusque in rogo

1. vertitur. M. Lego. excaecatur, extinguitur. Alii.
2. illos inf. Dal.

cos vocant Graeci πόρους ὀπτικὰς *meatus vifiuos*, ex duabus cerebri partibus ad medium coeuntes in communem tubum, qui intus eft, vnus vt vifus fiat: atque inde ad fuum vterque oculum reuertitur. Ariftoteli confentit Hippocrates, L. de locis in hom. t. 5. p. 365. Καὶ ἐς τὰς ὀφθαλμὰς φλέβια λεπτὰ ἐς τὴν ὄψιν ἐκ τῶ ἐγκεφάλα διὰ τῆς μήνιγγος τῆς περιεχέσης φέρονται· ταῦτα δὲ τὰ φλέβια τὴν ὄψιν τρέφεσι τῷ ὑγρῷ τῷ καθαρωτάτῳ τῷ ἀπὸ τῶ ἐγκεφάλα, etc. *Et in oculos venulae tenues ad vifum ex cerebro per ambientem membranam feruntur. Hae autem venulae vifum alunt humore puriffimo de cerebro*, etc. H.

m. Ego ad ftomachum, etc.) Falfum id eft, anatomicaeque hiftoriae repugnans. *Dal.*

n. Certe nulli) Summam effe cerebri cum ftomacho confenfionem, neruorum, vt aiunt, coniugatione, quos reuerfiuos vulgus appellat, ad os ventriculi a cerebro pertinente, docet Galenus in Comm. VI. aph. 50. p. 283. Cerebri idcirco vel meningis laefione cieri redundationem ftomachi, hoc eft, naufeam vomitumque, idem animaduertit. Neruos porro quos ὀπτικὰς vocant, quos et prodire a cerebri medulla et vtraque meninge (duram et piam matrem appellant) notiffimum eft: hos, inquam, laedi erutis oculis, ad cerebrumque adeo dolorem hunc maxime pertinere, palam quoque eft: ad ventriculum deinde a cerebro. H.

o. Morientibus illos operire) Apud Virg. Aeneid. Mercurius ψυχοπόμπος. — *Lumina morte refignat*, nempe a cognatis claufos, in pyra et rogo aperit. Seruius illic inepte exponit, *claudit et perturbat.* Turneb. cap. 5. XXVI. Varro apud Nonium in Sigillo, *Contra lex Maevia eft in pietate, ne filii patribus luci clara figillent oculos*, id eft, occludant. *Dal.*

Morientibus) Hoc *fupremum oculorum officium* appellat Val. Max. L. II. c. 6. p. 107. Erat parentibus in votis, vt a liberis hoc fibi officii contingeret. Tralatitium illud Penelopes votum: *Dii, precor, hoc iubeant, vt euntibus ordine fatis Ille meos oculos comprimat, ille tuos.* H.

go *p.* patefacere, Quiritium [1] ritu sacrum est: ita more condito, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, et caelo non ostendi, nefas. Vni animalium *q.* homini deprauantur: vnde cognomina Strabonum *r.* et Paetorum. *s.* Ab iisdem qui altero lumine orbi *t.* nascerentur, Coclites vocabantur *u.*: qui paruis vtrisque, [2] Ocellae *x.*: Luscini iniu-

1. *Sic et Tol. et M. Quiritium magno ritu Gr. et Al.* 2. *Ocelli. V.*

p. In rogo) Ad hunc Quiritium morem allusisse Virgilium Turnebus arbitratur, Aduu. L. XXVI. c. 5. p. 909. ad illud Poetae carmen, *Dat somnus, adimitque, et lumina morte resignat.* H.

q. Vni animalium) Arist. sect. 10. probl. 49. p. 731. Διὰ τί τῶν ζώων ἄνθρωπος, ἢ μόνον, ἢ μάλιστα διαστρέφεται. *Cur animantium homini, vel vni, vel maxime oculi deprauantur?* Vide etiam s. 31. probl. 27. et 28. p. 826. H.

r. Strabonum) Fuit illud Fanniorum, Pompeiorum, aliorumque Romae cognomen. Notus et Pompeius Magni pater cognomento Strabo. Ita vocatur, qui oculis est distortis et deprauatis *Louche, Bigle.* H.

s. Paetorum) Aeliae, Papiriae, aliarumque gentium cognomen. Porphyr. in Hor. I. Sat. 3. *Strabo, qui est detortis oculis, dicitur. Paetus, leuiter declinatis.* Acro paulo aliter: *Paeti dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur.* H.

t. Ab iisdem qui altero lum. orbi, etc.) Vt hoc interfit inter Luscinum et Coclitem; quod hic sit vnoculus natus; ille per vim eluscatus. Porro Coclitem eo modo opici ex Cyclope detorserunt, quo ex Ganymede Catamitum. Fuerunt autem *Coclites* Horatiorum gentis. *Gelen.*

u. Coclites vocabantur) Varroni VI. de ling. Lat. *Cocles*, quasi *ocles*, qui vnum haberet oculum. Plautus in Curcul. *De Coclitum prosapia te esse arbitror: Nam hi sunt unoculi.* Dalec.

Coclites) Sic Horatius Cocles appellatus, ille quondam Curiatiorum victor. H.

x. Ocellae) Cognomen id Seruiorum familiae. Seruium Ocellam, triduo bis deprehensum in adulterio scribit Caelius ad Cic. Ep. L. VIII. ep. 17. H.

iniuriae cognomen [1] habuerunt. *y.* Nocturnorum animalium, [2] veluti felium, in tenebris fulgent radiantque oculi, vt contueri non ſit: et [3] caprae, *z.* lupoque *a.* ſplendent, lucemque iaculantur. Vituli marini, et hyaenae *b.* in mille colores tranſeunt ſubinde. Quin et in tenebris multorum piſcium [4] refulgent aridi, ſicut robuſti caudices vetuſtate putres. Non conniuere diximus *c.*, quae non obliquis oculis,

1. *habuere.* Gr. 2. *velut.* Gr. 3. *Sic et Ch. caperae, lupoque Gr. et Al.* 4. *refulgent ſicut aridi caudices. M. refulgent ſicut aridi roboris caudices.*

y. Luſcini iniuriae cognomen habuere) Feſto *Lucinii* ſine, S, quibus oculi ſunt hebetiores: inde *oblucinare*, et *allucinare*. Dal.

Luſcini) Qui per vim, inquit, hominumque iniuria eluſcati eſſent, ab ea iniuria ii cognomen retinuerunt: Luſcini appellati. Fabricius Luſcinus in Faſtis Conſul iterum. H.

z. Et caprae) Ita MSS. omnes, non *capreae*. Plin. L. VIII. ſ. 76. de capris: *Tradunt et noctu non minus cernere, quam interdiu.* Et Albert. M. de anim. L. XII. ſub fin. p. 374. *Caper montanus, qui rubeos habet oculos, dicitur videre valde.* H.

a. Lupoque) Hinc eſt quod acutiſſimi viſus, lupum eſſe praedicant Aelianus, Phile et alii, quos citat Bochart. de anim. P. I. L. III. c. 10. p. 826. H.

b. Et hyaenae) Plin. L. VIII. ſ. 44. de hyaena: *Oculis mille eſſe varietates* tradunt, *colorumque mutationes.* Reddunt fortaſſe ſemper oculis, vt idem de chamaeleone ſcribit, quemcumque colorem proxime attingunt. H.

c. Non conniuere diximus) L. VIII. ſ. 45. Vide Not. Em. N. LXXVIII. (hic adi.) *(Non. con.)* Libro nimirum, vt diximus, octauo ſ. 45. vbi de crocuta Plinius agens: *Acies ei perpetua: in vtraque parte oris nullis gingiuis, dente continuo.* Sic enim locum illum interpungendum eſſe, tum ſeries ipſa orationis admonet, tum Solini paraphraſis, quam mox allaturi ſumus. Prius legebatur, *Acies ei perpetua in vtraque parte oris* etc. quae verba de acie dentium, continuoque acumine accipienda eſſe Salmaſ. in Solin. p. 337. omni ope contendit: Soli-

oculis, sed circumacto capite cernerent. [1] Chamaeleonis *d.* oculos ipsos circumagi totos tradunt. Cancri in obliquum aspiciunt. Crusta fragili *e.* [2] inclusis, rigentes. *f.* Locustis *g.* squillisque magna ex parte sub eodem munimento *h.* praeduri eminent.

1. *sic et Ch. chamaeleontis Gr.* 2. *inclusos gerentes. Tol. et Ch.*

Solinumque idcirco male verbis accipit, qui Pliniana verba secus acceperit, c. 27. p. 51. hac sua paraphrasi: *Nusquam conniuet aciem orbium: sed in obtutu sine nictatione contendit. In ore gingiua nulla: dens vnus atque perpetuus.* At hanc Solinianam Plinianae orationis interpretationem Plinius nunc ipse luculenter approbat: ad eum enim, qui de crocuta est, locum haec alludit, haec spectat oratio: quum enim ex hyaena crocuta nascatur, hyaena porro collum rigeat, et rigere crocutae par est, et circumacto pariter capite contuendi tantum potestatem esse; atque idcirco aciem ei esse perpetuam, hoc est, non conniuere: quod nisi Plinius modo respiciat, quo haec pertineant, dici nullo modo potest. Codices porro vetustiores, R. I. Par. et alii non *conniuere* hoc loco praeferunt, sed *cobibere*, quod prisca aetas pro conniuere dixit: Glossae Philoxeni Graecolat. ἐπιμύω *Conbibeo*, Μύω *Conhibeo.* Et Lat. Gr. *Cobibet*, καμμύει, καταμύει, Aurel. Vict. in Claudio: *Sceleribus conbibentes.* Facundum Hermian. L. II. c. 2. *Sancta illa synodus haeresi Nestorianae cobibuit.* Plura apud Du-Cangium vide in Glossario. H.

d. Chamaeleonis) Hic enim, vt Plinius ait L. VIII. s. 51. *non pupillae motu, sed totius oculi versatione circumspicit.* H.

e. Crusta fragili) Μαλακόστρακα Graeci vocant: tales sunt gammari, cancri, etc. Vide L. IX. s. 44. et 50. H.

f. Rigentes) Non circumaguntur. H.

g. Locustis - praeduri eminent) Duris oculis, σκληροφθάλμους, locustas esse, notum est. Hinc iocus in medicum, apud Plautum in Menaechm. act. 5. sc. 5. v. 24. MED. *Dic mihi hoc: solent tibi vmquam oculi duri fieri?* MEN. *Quid? tu me locustam censes esse, homo ignauissime?* H.

h. Sub eodem munimento) Crusta similiter fragili, per quam oculi fenestrantur. H.

nent. Quorum duri *i.* sunt, minus cernunt, quam quorum humidi. Serpentium catulis, et hirundinum pullis, si quis eruat, renasci tradunt. *k.* Insectorum omnium, [1] et testacei *l.* operimenti, oculi mouentur, sicut quadrupedum aures. Quibus fragilia *m.* operimenta, iis oculi duri. Omnia talia, et pisces, et insecta non habent *n.* genas, nec integunt oculos. Omnibus membrana *o.* vitri modo transslucida obtenditur.

LVI. Palpebrae in genis *p.* homini vtrimque. Mulieribus vero etiam [2] infectae *q.* quotidiano. Tanta

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et quibus testacea operimenta Gr. et Al.* 2. *infectae. Quotidiana tanta est. M. infectu quotidiano. Tan. Ch.*

i. Quorum duri) Arist. de part. anim. L. II. c. 13. p. 993. H.

k. Renasci tradunt) Neque hoc loco, neque L. XXV. s. 50. huius miraculi sponsorem haberi se cupit. H.

l. Et testacei) Ὀστρακόδερμα, quibus est operimentum testa, quaecumque ostrearum duritie integuntur, vt testudo. Haec Arist. l. c. H.

m. Quibus fragilia) Crustacea scilicet, quae crusta fragili integuntur, Arist. l. c. Τὰ μὲν γὰρ σκληρόδερμα πάντα σκληρόφθαλμά ἐστιν. H.

n. Non habent) Nos palpebras dicimus, βλέφαρα Graeci. Cur his eae desint, causam Philosophus affert loco cit. H.

o. Omnibus membrana) Quasi palpebra quadam transslucida semper obducta. Arist. l. c. H.

p. Palpebrae in genis) Genas appellat oculorum tegumenta, palpebras pilorum vallum, vt Tullius loquitur de N. D. L. II. p. 108. quibus ipsae palpebrae sunt munitae. Igitur quae Plinio genae dicuntur, hae Tullio palpebrae: quas ille palpebras, βλεφαρίδας alii, hoc est, τρίχας ἐσχάτους, pilos qui palpebrarum oras ambiunt, vocant. Hae vtrimque homini sunt, hoc est, superne pariter et inferne, supra et infra, ἄνω καὶ κάτω, inquit Philos. H. A. L. I. c. 9. p. 65. H.

q. Mulieribus vero etiam infectae, etc.) Quotidianam infectionem recte Plinius vocat

Tanta est decoris affectatio, vt tinguantur oculi quoque. *r.* Alia de causa [1] hoc natura dederat *s.*, ceu vallum quoddam visus, et prominens munimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas *t.*, haud immerito Venere abundantibus tradunt. Ex ceteris *u.* [2] nulli sunt

1. *has sub. int. palpebras. Dal. seu Gr.* 2. *nullis. Dal.*

vocat eum ornatum. Nam quibus mulieribus illita fuco semel est facies, id nisi quotidie fiat, turpissimis rugis et lurido colore statim illa foedatur. Dal.

Mulieribus vero) Quibus illita fuco semel est facies, id nisi quotidie fiat, turpissimis rugis, et colore lurido ea statim foedatur. Vide N. et Em. N. LXXIX. (hic adi.) *Palp.* etc.) Ita quidem libri omnes. At quid si legas, *Mulieribus cura etiam infectae quotidiana?* H.

r. Vt tinguantur oculi quoque) Iuuen. *Illa supercilium madidâ fuligine tinctum Obliqua producit acu.* Diuus Hieronymus *orbes* vocat *stibio fuliginatos.* Vide Rhodig. c. 28. III. Dal.

s. Hoc natura dederat) Palpebras nimirum, siue, vt mos est nunc loquendi, palpebrarum pilos. Tullius eleganter l. c. *Munitaeque sunt palpebrae tamquam vallo pilorum: quibus et apertis oculis, si quid incideret, repelleretur: et somno conniuentibus, quum oculis ad cernendum non egeremus, vtique tamquam inuoluti quiescerent.* Palpebras vero Plinius quum genas vocat, sequitur vetustum morem, cuius Festus meminit: *Genas Ennius palpebras putat, quum dicit hoc versu: Pandite sulti' genas et corde relinquite somnum. Alii eas partes putant genas dici, quae sunt sub oculis. Pacuuius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc versu: Nunc primum opacat flore lanugo genas.* H.

t Defluere eas) Aristot. probl. sect. 4. pr. 19. p. 705. Διὰ τὶ ὅσοις ἂν βλεφαρίδες ῥεῦσι, λάγνοι. *Cur salaces hi sunt, quibus pili palpebrarum defluunt?* Locum vide. Id iterum repetit, H. A. L. III. c. 10. p. 348. ac Plinius ipse f. 94. H.

u. Ex ceteris) E ceteris animantibus cilium habent palpebris adiunctum omnia, quae pilos obtinent reliquo in corpore: βλεφαρίδες δ' ἐπὶ τῶν βλεφάρων ἔχει, ὅσα τρίχας ἔχει. Arist. de part. anim. L. II. c. 14. p. 994. H.

ſunt, niſi quibus et in reliquo corpore pili. Sed quadrupedibus *x.* in ſuperiore tantum gena, [1] volucribus in inferiore: et quibus molle tergus, vt ſerpentibus: et quadrupedum quae oua pariunt, vt lacertae. [2] Struthiocamelus *y.* alitum ſola, vt homo, vtrimque palpebras habet.

LVII. Nec genae *z.* quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quae animal generant. *a.* Grauiores alitum *b.* inferiore gena conniuent. Eaedem [3] nictantur, *c.* ab angulis membrana obeunte. Columbae et ſimilia, vtraque conniuent. At quadrupedes

1. vt et ſtruthocamelo alitum ſoli. Ceteris volucribus in neutra, et quibus molle, etc. lacertae. Homo vtrimque etc. habet. Nec genae, etc. luctationes. Ex iis quae an. gen. grauiores Pint. e M. et Ariſt. c. 14. lib. II. hiſt. et cap. vlt. 2. Simia quadrupedum ſola. V. 3. nictarit ab ang. membr. exeunte. M.

x. Sed quadrupedibus) Praeter ſimiam, vt dicetur ſ. 100. H.

y. Struthiocamelus) Ariſt. l. c. cilium eſſe ſtruthioni ſcribit: inferne tantum, an et ſuperne, non ait. Verum quum volucribus eſſe cilia conſtet in inferiore gena ſeu palpebra: ſtruthionem vero quadrupedum vel ex ea parte naturam referre idem doceat de part. anim. L. IV. c. 14. p. 1046. quod et ſuperiore parte palpebras ferat, βλεφαρίδας ἔχει τὰς ἄνωθεν, nihil a Plinio temere affirmatum autumo: vt Pinetus poſt Pintianum cenſuit. H.

z. Nec genae) Nec palpebrae quidem alitibus omnibus. H.

a. Quae animal generant) Vt veſpertiliones. H.

b. Grauiores alitum) Ariſt. H. A. L. II. c. 15. p. 211. et de part. L. II. c. 13. p. 993. Μύουσι δὲ οἱ βαρεῖς τῷ κάτω βλεφάρῳ. Id tamen et in aliis obſeruatum. H.

c. Eaedem nictantur) Ariſt. loc. prius cit. Pſittacum tamen excipere vterque debuit: hunc enim nictari negant. Nictari porro eſt ſaepe ac leuiter oculum mouere: Graeci σκαρδαμύττειν dicunt: Galli, *Cligner les yeux.* H.

pedes *d.* quae oua pariunt, vt teſtudines, crocodili, inferiore tantum, ſine vlla nictatione, propter praeduros oculos. Extremum ambitum *e.* genae ſuperioris, antiqui cilium vocauere: vnde et ſupercilia. *f.* Hoc vulnere *g.* aliquo diductum non coaleſcit *i.*, [1] vt in paucis humani corporis membris.

LVIII. Infra oculos malae homini tantum, quas priſci genas vocabant, XII. tabularum *k.* interdicto radi [2] a feminis eas vetantes. *l.* Pudoris

1. *vt et in paucis. D. vt ex paucis. Alii vt pauca hum. cor. membra. V. Nempe, bucca, praeputium, c. 11. lib. III. hiſt. Ariſt.* 2. *a feminis, in M. d.*

d. At quadrupedes) Ariſt. de part. anim. L. II. c. 13. p. 993. H.

e. Extremum ambitum) Vbi pili e gena ſuperiore, ſeu palpebra, enaſcuntur. H.

f. Vnde et ſupercilia) Inde et Varro dictos oculos, quaſi *ocilios*, id eſt, ciliis occultos, vt ait Lactantius. *Rhodig.* c. 27. III.

g. Hoc vulnere) Ariſt. H. A. L. I. c. 11. p. 95. de praeputio agens: ἐὰν διακοπῇ, ἒ συμφύεται, ἒδὲ γνάθος ἒδὲ βλεφαρίς. *Si ſecetur, non coit: ſicut neque malae, neque palpebrae, ſiue genae.* De praeputio pariter Hippocrates, ſect. VI. aph. 19. inteſtiniſque tenuibus, ex eodem, aph. 24. H.

i. Non coaleſcit) Hippocrates Aphoriſ. 19. VI. Dal.

k. XII. Tabularum) Tabula nempe decima, lege 2. de iure ſepulcrorum, c. 4. *Mulieres genas ne radunto: neque leſſum funeris ergo habento.* Hoc eſt, mulieres ne genas vnguibus dilanianto, ſeu faciem carpunto: neque lugubrem eiulatum in funeribus adhibento. Refert hanc legem, et Cicero de LL. L. II. ac Tuſc. L. II. et Feſtus, verbo *Radere.* H.

l. Radi à feminis eas vetantes) Vnguibus lacerari, cruentari, proſcindi, Feſto fidicines, raſores veteribus dicti, quod fides radant et obterant. Ne vel illae igitur in ſe raderent, quod decoris affectatione fieri ſolet à quibuſdam, vel, ne in viris raderent. Tonſores enim ante annum ab vrbe condita 454. in Italia non fuiſſe, auctor ſcribit cap. 59. lib. VIII. Lex ea fuit Decemviralis: *Mulieres genas ne radunto, neue leſſum funeris ergo*

ris hae ſedes. *m.* [1] Ibi maxime oſtenditur rubor.

LIX. [2] Intra eas hilaritatem riſumque indicantes buccae. *n.* Et altior homini tantum, quem noui mores ſubdolae irriſioni [3] dicauere *o.*, naſus. Non alii animalium nares eminent: Auibus *p.*, ſerpentibus, piſcibus foramina tantum ad [4] olfactus, ſine naribus. Et hinc cognomina Simorum, *q.* Silonum.

1. *vbi.* *M.* 2. *Sic et M.* *Infra eas hilaritates.* *Ch.* *Infra eas hilaritatem* *Gr. et Al.* 3. *dicta vere.* *M.* *et Ch.* 4. *olfactum.* *M.*

go habento: Raeuard. c. 15. in leg. duodecim Tabul. Solon, quod in eius vita Plutarchus ſcripſit, *ἀμυχὰς κοπτομενῶν ἀφεῖλεν*, Plangentium lacerationes ſuſtulit. Dal.

m. *Pudoris haec ſedes)* Apud Athenaeum p. 279. linea 37. Ariſtoteles *τὴν αἰδῶ ἐν ὀφθαλμοῖς κατοικεῖν* ſcribit. Dal.

n. *Intra eas, — buccae)* Non *infra*, vt eſt hactenus editum, contra MSS. fidem. Hor. L. I. Sat. 1. *Quid cauſae eſt, merito quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet?* Et Plautus in Trucul. act. II. ſc. 2. v. 45. *buccas belle purpuriſatas* dixit: Tullius, *fluentes, ceruſſataſque buccas:* vt intelligas non interiorem modo cauitatem genarum, ſed partem quoque extimam, buccas appellari. H.

o. *Irriſioni dicauere)* Horatius: — *Naſo ſuſpendit adunco.* Martialis: *Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus.* *μυκτὴρ ὕβριν πνέων* Gregorio: *εἰρώνεια μυκτὴρ* inde *μυκτηρίζειν*, *μυκτηρισμὸς*, *μυκτηριστὴς.* et alia id genus, *μυκτηρίζει*, qui, quod ait Plaut. frigidam ſubdole ſuffundit, deridet, clanculum mordet, maledictiſque ac probris inceſſit. Brod. c. 32. IV. Dal.

Subdolae) Subdolae irriſionis *ſignum eſſe ſedemque* voluerunt. Vulgare eſt tralatitium, *Naſo ſuſpendere adunco.* Vide Martial. epigr. 2. L. XIII. H.

p. *Auibus etc.)* Ariſt. L. II. de part. anim. c. 16. p. 996. H.

q. *Simorum, Silonum)* Graeci *σίλους* Silones vocant, qui naſo furſum verſus adunco et repando deformes ſunt, auctore Feſto: Ii et ſimi dicuntur. Gloſſae Philoxeni, *Sillo*

lonum. *r.* Septimo menſe genitis ſaepenumero foramina aurium et narium defuere.

LX. Labra, a quibus[1] Bochi *s.* Labeones *t.* dicti,

1. *Sic et* Ch *Brocci Gr. et Al.*

Sillo, σίμος. Vt a *naſus Naſo*, ita fere a *ſilus Silo* deducitur. H.

r. Silonum) Silones prominentibus ſuperciliis Nonio, quod Silenus prominentibus ſuperciliis fingeretur: hic vero, naſus ſurſum verſus, repandus eſt, quos etiam *Silos*, vt ex Feſto diſcimus, appellabant, vnde galeae quoque, inquit idem, à ſimilitudine Silae dicebantur. Alii *Cilonum*. Cilones in Gloſſis προκέφαλοι, anguſto capite, quibus à partu contigit. Caper Grammaticus. Chilones vero, Labeones. Cuiacius cap. 26. X. obſeruat. Arnob. lib. III. Ergo eſſe dicendum eſt quosdam capitones, cilunculos, frontones, labeones: atque in his alios mentones, naevimos ac naſicas, etc. Vide locum. Dal.

s. Brocci) Brochi, ſiue Bronchi, quibus os prominet, et exſerti dentes ſunt. *Nonius.* Dal.

Bochi) Nonius c. I. num. 102. *Bronci* (iidem Bronchi et Brocchi) *ſunt producto ore, et dentibus prominentibus.* Vide N. et Em. N. LXXX. (paulo poſt) Sed nihil iſtud ad rem praeſentem, vbi de labris ſolummodo agitur. Ab his dicit Corneliorum Bochorum familiae additum fuiſſe agnomen Labeonum. Cornelium Bocchum laudat Plinius non ſemel, vt ex Indice apparebit. (*Bochi*) Prius *Brocci* legebatur, ab editione Baſileenſi, anni 1545. In vetuſtioribus editionibus, Parmenſi, Taruiſina, Brixienſi etc. *Brochi labeones.* At R. 1. 2. Par. Chiffl. *Bochi.* Nihil hic iuvat, quod legitur in antiquo numiſmate argenteo Cimelii noſtri Pariſienſis, cuius haec epigraphe: L. FVRI. CN. F. BROCHI IIIVIR. et cuius ectypum Patinus exhibet in gente Furia. Huius enim inſcriptionis longe alia eſt ſententia, vt alibi oſtendimus. T. Brocchum Cicero laudat in orat. pro Ligario; et Milonis Brocchi Praetoris meminit Marcellus, de medic. c. 26. p. 175. H.

t. Labeones) Cognomen id fuit familiarum Antiſtiae, Attiniae et Fabiae. De Antiſtio Labeone diximus in Auctorum ſyllabo. Soſipater Chariſius artis Gramm. L. I. p. 79. Verrii Flacci auctoritate ait a labiis immodicis Labeones dictos. H.

cti. Et os probum duriusue *u.*, animal generantibus: pro iis cornea *x.* et acuta volucribus rostra. Eadem rapto viventibus adunca: collecto, recta: herbas [1] eruentibus *y.* limumque, lata, vt suum generi. Iumentis vice manus ad colligenda pabula, ora: apertiora laniatu viuentibus. Mentum nulli praeter hominem, nec malae. *z.* Maxillas crocodilus *a.* tantum superiores mouet: [2] terrestres quadrupedes, eodem, quo cetera, more, [3] praeterque *b.* in obliquum.

1. rodentibus. M. 2. terrestris eodem quo ceterae modo ex Arist. cap. 7. lib III. hist. Legitur, et modo, in Tol. 3. praeterquam Gr. et Al.

u. Os probum duriusue) Vt in equo frenum admittente, vel recusante. Aliud est *os probum* hominis, nempe cum quadam maiestatis specie morum integritatem et probitatem indicans, quale in Pompeio supra ceteros mortales insigne fuisse dixit cap. 12. lib. VII. Dal.

Os probum) Firmum, osseum. Alia vero oratio est, quum os probum in homine commendatur, vt in laude Pompeii dicitur a Plinio, L. VII. s. 10. *Illud os probum, ipsumque honorem eximiae frontis.* H.

x. Pro iis cornea etc) Haec deinceps Arist. de part. anim. L. III. c. 1. p. 1000. et L. IV. c. 12. p. 1041. H.

y. Herbas eruentibus) Vel, vt in R. 1. 2. etc. *ruentibus*, hoc est, effodientibus. Lata sunt idcirco suibus ora, et cartilaginosa, vt Albertus notat de anim. L. VII. tr. I. c. 5. p. 221. Sic Plin. L. XII. s. 91. *Alia rostri latitudine ruunt.* H.

z. Nec malae) Quas alio nomine genas vocamus. H.

a. Maxillas crocodilus) Arist. H. A. L. I. c. 9. p. 81. et L. III. c. 7. p. 326. de fluuiatili crocodilo. Sic inter aues psittacus solus mandibulam rostri superiorem mouet. H.

b. Praeterque) Praetereaque. Vide N. et Em. N. LXXXI. (hic coll.) *Maxillas)* Familiaris loquutio Plinio, pro *praetereaque*, vt saepe monuimus. At hic grauissimo errore lapsi editores Plinianorum librorum omnes, *praeterquam* scripserunt, plane contra auctoris sen-

LXI. Dentium tria *c.* genera: ſerrati, aut continui, aut exſerti. Serrati *d.* pectinatim coeuntes, ne contrario occurſu atterantur: vt ſerpentibus, piſcibus, canibus. Continui, vt homini, equo. Exſerti, vt apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum, qui digerunt *e.* [1] cibum, lati et acuti: qui conficiunt *f.*, duplices: qui diſcriminant *g.* eos, canini

1. *cibum acuti: lati qui conficiunt, et duplices: qui diſcr. cum. Dal.* 2. *eum ſub. cibum. Dal.*

ſententiam, ita vt eſt, ſtatuentis, terreſtres quadrupedes, non vt crocodilum ſuperiorem maxillam mouere, ſed vt cetera omnia, inferiorem tantum: eamque praeterea in obliquum ducere et contorquere, vt in ouibus, canibuſue, atque adeo homine ipſo, animaduertere cuique pronum eſt. Et vero R. 1. 2. Par. etc. *praeterque* exhibent: ſed et vox *quadrupedes*, in iiſdem deeſt: vt *terreſtris* forte legi oporteat, crocodilo ſubintellecto: nam de fluuiatili ſolum Philoſophus id prodit H.

c. Dentium tria) Tradidit haec ſimiliter Ariſtot. de part. anim. L. III. c. 1. p. 999. H.

d. Serrati) Viſum a ſe Aethiopem: cui dentes ſerrati, ceu canibus, forent, ſcribit A. Benedictus, laudatus a Schenkio Obſſ. med. L. I. p. 217. H.

e. Qui digerunt) Diuidunt, οἱ τομεῖς. Dal.

Qui digerunt) Hoc eſt, qui diuidunt, et incidunt: vnde inciſores dicti. Iidem primores, ſiue anteriores appellati: item γελασῖνοι a Polluce, quoniam inter ridendum primi nudantur. Haec Ariſt. ſimiliter l. c. H.

f. Qui conficiunt.) Molares, dentium poſtremi, tum a figura, tum ab vſu nomen habuerunt: inſtar enim molarum conterunt cibum praeciſum. H.

g. Qui diſcriminant) Qui ſeparant, determinant, diuiduntque primores a molaribus: ſitu inter vtroſque medii: Canini dicti ob acutam duritiem, et vſum: quod enim primores diuidere nequeunt, hi confringunt. Oculares vulgus appellat. Horum radices altiſſimae. Vide N. et Em. N. LXXXII. (hic adi.) (*Qui d.*) Peruertit profligatque ſcriptoris ſententiam Dale-

nini appellantur. Hi ſunt ſerratis *h.* longiſſimi. Continui, aut vtraque parte oris ſunt, vt equo: aut ſuperiore primores non ſunt, vt bubus, ouibus, omnibuſque, quae ruminant. Caprae *i.* ſuperiores non ſunt, praeter primores [1] geminos. Nulli exſerti *k.*, quibus ſerrati. Raro feminae *l.*, et tamen ſine vſu. Itaque quum apri percutiant *m.*, feminae ſues mordent. Nulli, cui cornua *n.*, exſerti: [2] ſed omnibus *o.* concaui, ceteris dentes ſolidi. Piſcium *p.* omnibus ſerrati praeter ſcarum: huic vni aquatilium

 plani.

1. *genuinos. V. et Ch. intimos, abditiſſimos.* 2. *ſed ſui omnes. V.*

Dalecampius, qui *eum* emendat, et ſubintelligi *cibum* monet oportere. Non vidit apud Ariſtotelem legi de part. an. L. IV. c. 1. p. 999. *ὁρίζουσι δὲ ἑκατέρους οἱ κυνόδοντες, μέσοι τὴν φύσιν ἑκατέρων ὄντες*, etc. H.

h. Hi ſunt ſerratis) Iis animalibus, quibus ſunt dentes ſerrati, vt ſerpentibus, canibus. H.

i. Caprae) Verum hoc non eſſe, ſupra Plinius monſtrauit, nullum ſcribens cornua habere, cui ſuperne primores eſſent dentes, ſumpſitque id ex Ariſtotele lib. II. cap. 1. *Pint.*

Caprae ſuperiores) Vel ſuperiore parte oris. H.

k. Nulli exſerti) Ariſt. H. A. L. II. c. 11. p. 188. et de part. anim. L. III. c. 1. p. 999. H.

l. Raro feminae) In eorum animalium genere, quibus ſunt dentes exſerti, raro ſunt ii feminae: aut ſi ſunt exſerti feminae, ſine vſu ſunt. Ariſt. L. IV. p. 512. *Χαυλιόδοντας αἱ θήλειαι οὐκ ἔχουσι τῶν ὑῶν Suibus feminis exſerti nulli ſunt dentes.* H.

m. Apri percutiant) Exſertis dentibus. Dal.

n. Nulli, cui cornua) Ariſt. H. A. L. II. c. 11. p. 188. H.

o. Sed omnibus) Omnes, inquit, exſerti dentes, ſunt concaui. H.

p. Piſcium) Ariſt. H. A. L. II. c. 16. p. 228. et de part. an. L. III. c. 1. p. 999. Errore lapſum hac parte Philoſophum Scaliger affirmat, in Comm. ad priorem locum. H.

plani. *q.* Cetero multis eorum *r.* in lingua et toto ore: vt turba *s.* vulnerum molliant, quae attritu subigere non [1] queunt. Multis et in palato, atque etiam [2] in cauda *t.* Praeterea in os *u.* vergentes, [3] ne excidant cibi, nullum habentibus retinendi adminiculum.

LXII. Similes aspidi *x.*, et serpentibus: sed duo in supera parte, *y.* dextera laeuaque longissimi, tenui fistula perforati, vt scorpionum aculei *z.*, venenum

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. queunt Gr. et Al.* 2. *in gula. Rondel. c. 7. lib. III. et V.* 3. *vt. M.*

q. Plani) Quibus sint dentes continui, sed teretes, et aequales, quasi paxilli, qui citharae aptantur, pisces inuenire est alios: quibus sint non ferrati iidem et plani, praeter scarum, nullum. H.

r. Cetero multis eorum) Arist. de part. anim. L. III. c. 1. p. 999. caussam eamdem affert: vt nempe dentium multitudine in minuta secent, quae non possunt attritu longiore subigere. Haec ille aliquando vberius: quae repetit quoque Albertus de animalibus L. XII. tr. 3. c. 6. p. 371. H.

s. Turba) Numero vulnerum. H.

t. Etiam in cauda) Sic libri omnes: nequidquam *in gula*, ac perfrigide sane Rondeletio rescribente. H.

u. Praeterea in os) Albert. l. c. *Sunt etiam incurvati, vt hami, dentes multorum piscium, eo quod vigor eorum ad retinendum est in eis.* H.

x. Similes aspidi) Hoc est, serrati. H.

y. Sed duo in supera parte) Viperae mari quatuor, feminae duo. Dal.

Sed duo in supera) Haec ad verbum Nicander in Theriac. p. 12. vbi de aspide: Τῆς ἤτοι πίσυρες κοῖλοι ὑπένερθεν ὀδόντες etc. Quae Gorraeus interpres sic reddidit: *Quatuor illi intus dentes curuique, cauique, Et longi, maxillae altis radicibus haerent. Hi virus capiunt, tunica super vndique tecti.* etc. H.

z. Vt scorpionum aculei) Tertullianus, in Scorpiace, ipso initio, de Scorpionis cauda: *Scorpii*, inquit, *series illa nodorum, venenata intrinsecus venula subtilis, arcuato*

nenum infundentes. Non aliud hoc esse *a.* quam fel serpentium, et inde [1] venis sub spina ad os [2] peruenire, diligentissimi auctores scribunt. Quidam vnum esse eum *b.*: et quia sit aduncus, resupinari, quum momorderit. Aliqui, tunc decidere eum, rursusque recrescere, facilem decussu: et sine eo esse, [3] quas tractari *c.* cernamus. Scorpionis cau-

1. *Venas.* Ch. 2. *peruenire, et has per ventrem descendere diligentissimi.* V. 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. sub. viperas. Sic et Ch. quos Gr. et Al.*

cuato impetu surgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione stringit — — *id spiculum, et fistula est, patula tenuitate in vulnus et virus, qua figit, effundit.* Vide et Basil. in Hexaem. hom. 9. H.

a. Non aliud hoc esse) Viperae certe venenum aliud esse, tum a felle, tum a succo quodam flauo, qui vesiculo gingiuarum continetur, recte Charasius docet, in Anatomia Viperae, s. 8. p. 29. In capite viperarum glandes ait esse saliuarias, post oculos sitas: ex iis per venulas certas deduci humorem saliuarium flaui coloris ad gingiuarum vsque vesiculam; qui humor hominis saliuae, atque animantium, proportione respondeat, idem innoxius sit, si sorbeatur. A felle succum minime oriri, color ipse indicat, quum sit fel viriditatis eximiae: gustus item, qui in felle, acerbissimus, in eo succo iniucunde suauis, dulcium amygdalarum referens saporem. Negat deinde vas esse vllum, aut venam, quae a felle ad gingiuas vsque pertineat, quae huic veneno illuc deuehendo foret maximo necessaria opere. Quod vero viperei dentis sit letalis morsus, ait in causa esse spiritus irritatos, quos vipera tum simul cum morsu immittit, imprimitque: quae irritatio si abesset, morsum plane innoxium fore, plurimis experimentis comprobatum. Denique illud adiungit: fel vipereum non adeo esse letale, vt ne sit quidem leuiter noxium: saepius, atque ingenti copia a canibus, felibus, gallinaceisque impune comesum. H.

b. Vnum esse eum) Dentem. H.

c. Quas tractari) Subintellige, sine eo dente esse serpentes, quas tractamus. H.

dae inesse *d.* eum, et plerisque ternos. [1] Viperae dentes gingiuis conduntur. Haec [2] eodem *e.* praegnans veneno, [3] impresso dentium repulsu virus fundit in morsus. Volucrum nulli dentes, praeter vespertilionem. *f.* Camelus vna *g.* ex iis, quae non sunt cornigera *h.*, in superiori maxilla [4] primores non habet. Cornua habentium *i.* [5] nulli serrati. Et cochleae dentes habent: indicio [6] est etiam a minimis earum [7] derosa vitis. At in marinis crustata et cartilaginea [8] primores habere, item echinis quinos esse, vnde intelligi potuerit, miror. Dentium vice aculeus insectis. Simiae dentes, vt homini. Elephanto intus *k.* ad mandendum quatuor:

1. *Viperis. M. et Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. eadem Gr. et Al.* 3. *impressu dent repulsa. M.* 4. *priores. Ch.* 5. *nullis. Ch.* 6. *Sic ex MSS. em. Hard. etiam abest a vulgg. et Gron.* 7. *derodi vites. V.* 8. *primos. V. et Ch.*

d. Inesse) Dentem, siue aculeum. H.

e. Haec eodem) Nicander in Theriacis p. 16. H.

f. Praeter vespertilionem) Cui sunt vt minimum, quatuor et viginti, serrati, teretesque: in maxillis singulis, duodeni. Notat id quoque Basilius, in Hexaem. hom. 8. p. 107. Nihilominus libro praecedenti sect. 61. Iuba Diomedeis auibus dentes esse tradidit. Quin et anatini, anserinique generis omnibus striae sunt vtroque rostri margine, instar dentium acutissimae. H.

g. Camelus vna) Arist. H.A.L.II. c. 11. p. 186. H.

h. Quae non sunt cornigera) Nam ex iis quae cornigera sunt, capras paulo antea admonuit, sect. sup. primores habere geminos dentes in maxilla superiore. H.

i. Cornua habentium) Arist. l. c. H.

k. Elephanto intus) Elephanto, inquit, quaterni dentes vtrimque sunt, quibus quasi mola cibum conficit. Praeter hos, habet alios duos illos qui sunt exserti, et prominentes. Mas quidem, et magnos, et sursum reflexos, siue repandos: femina, minores, et contrario flexu quam mas: deorsum enim vergunt. Sunt ista

tuor: praeterque eos, qui prominent, masculis reflexi, feminis recti atque proni. Musculus marinus *l.*, qui balaenam antecedit, nullos habet; sed pro iis, setis intus os [1] hirtum, et linguam etiam, ac palatum. Terrestrium minutis quadrupedibus *m.*, primores bini vtrimque *n.* longissimi.

LXIII. Ceteris *o.* cum ipsis nascuntur: homini *p.*, postquam natus est, septimo mense. Reliquis [2] perpetuo manent. Mutantur homini *q.*, leoni, jumento,

1. *hirsutum.* Tol. 2. *perpetui.* Ch.

ista quoque apud Arist. l. c. p. 194. ὁ μὲν οὖν ἄῤῥην τούτους ἔχει μεγάλους καὶ ἀνωσίμους ἡ δὲ θήλεια μικροὺς καὶ ἐξ ἐναντίας τοῖς ἄῤῥεσι· κάτω δὲ οἱ ὀδόντες βλέπουσιν. Vnde Plinius acceperit in eo genere feminarum nonnullis dentes illos qui prominent, esse rectos, nondum scio. Non attigit hoc discrimen Philosophus. H.

l. Musculus marinus) Arist. H. A. L. III. c. 10. p. 354. Ἔτι δὲ καὶ ὁ μυςίκητος ὀδόντας μὲν ἐν τῷ ςόματι οὐκ ἔχει· τρίχας δὲ ὁμοίας ὑείαις. *Musculus marinus dentium loco pilos habet suillis setis similes.* De hoc musculo diximus ad calcem libri IX. f. vlt. H.

m. Terrestrium minutis quadrupedibus) Cuniculis, sciuris, soricibus, canibus, etc. Dal.

Terrestrium minutis) Canibus, felibus, muribus. H.

n. Vtrimque) Superiore et inferiore maxilla. H.

o. Ceteris) Elephanto quidem innascuntur ii, quos intus habet ad mandendum datos a natura: exsertos illos longiores, nonnisi factus grandior. Arist. H. A. L. II. c. 11. p. 194. H.

p. Homini) Vide quae diximus L. VII. f. 15. H.

q. Mutantur homini) Anno vero septimo fere primum decidunt. Plautus in Maenech. *Quot eras annos natus, cum te pater à patria auehit? M. Septennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum.* Idem in Mercatore, — *puer est ille quidem stulta: Nam illi quidem haud sane diu est, cum dentes exciderunt.* Dal.

Mutantur homini) Arist. H. A. L. II. c. 11. p. 190. H.

mento *r.*, cani et *ı* ruminantibus. Sed leoni *s.* et cani, non nisi canini appellati. Lupi dexter caninus, in magnis habetur operibus. *t.* Maxillares *u.*, qui sunt a caninis, nullum animal mutat. Homini nouissimi *x.*, qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur, multis et octogesimo *y.*, feminis quoque *z.*: sed quibus *a.* in iuuenta non fuere

ı. subantibus. M. et Tol.

r. Iumento) Equo, mulo, asino, οἷον ἵππος, καὶ ὀρεὺς, καὶ ὄνος. Arist. H.

s. Sed leoni) De leone hoc tradit Arist. H. A. L. VI. c. 31. p. 777. De cane, L. VI. c. 20 p. 741. H.

t. Operibus) Remediis, siue amuletis. Vide L. XXVIII. f. 78 Vel hoc fortassis de operum politura accipiendum est, quae fit dente lupino, quum auro splendor conciliatur, quod ligno corione inductum est. H.

u. Maxillares, etc.) Hoc falsum esse, vide apud Vesalium cap. 11. lib. I. Dal.

Maxillares) Hoc Arist. H. A. L. II. c. 11. p. 190. quem in locum animaduertit Scaliger, aliter haud raro contingere: e liberis suis vnum, matrem quoque, se denique ipsum maxillares amisisse, atque in eorum locum alios successisse. Genuini tamen, hoc est, maxillarium postremi duo, si semel exciderint, numquam renascuntur. H.

x. Homini nouissimi) Hoc est, extremi duo, qui et σωφρονιστῆρες ab Hippocrate appellantur, quasi sapientiae dentes, quod trigesimo aetatis anno, quartoque septenario, plerumque erumpant, quo tempore σωφρονεῖν, hoc est, sapere incipimus. Haec totidem verbis tradit etiam Philosophus l. c. p. 194. Genuinos ille κραντῆρας vocat. Festus: *Genuini dentes, quod a genis dependent.* Et interpres Persii: *Genuinus proprie dens, qui sub genis est.* A *gigno* deducere huius vocis etymon Plinius videtur. H.

y. Et octogesimo) Arist. l. c. et Albert. de anim. L. XII. tr. 3. c. 6. p. 372. id se vidisse sancte asseuerat. Vide et Sennert. L. II. p. 1. c. 10. p. 261. H.

z. Feminis quoque, etc.) Arist. l. c. H.

a. Sed quibus) Siue mares ii fuerint, siue feminae, ita demum nascuntur anno octogesimo, si non fuerint in iuuenta nati. Arist. l. c. p. 194. H.

fuere [1] nati. Decidere in senecta *b.*, et mox renasci certum est. [2] Zanclen *c.* Samothracenum, cui renati essent post centum et quatuor annos, Mucianus visum a se prodidit. Cetero maribus plures *d.*, quam feminis, in homine, pecude, [3] capris, sue. *e.* Timarchus Nicoclis filius Paphii *f.* duos ordines

1. Sic et M. feminis quoque, sed quibus in iuuenta non fuere nati, decidere in senecta — — certum est. Gr. et Al. 2. *sic ex MSS. em. Hard. Zanclem, Samothracem, cui, etc. Ciuem quidem in Tol. deest. Sic Samothracenum ciuem, cui. Gr. et Al. et Pint. et Arist. cap. 3. I. II. hist.* 3. *caprisue Gr. et Al.*

b. Decidere in senecta) Testantur hoc et medici recentiores apud Schenkium Obss. med. L. I. p. 218. H.

c. Zanclen) MSS. *Zoclen.* Exempla similia complura Schenkius refert, Obss. med. L. I. p. 217. H.

d. Cetero maribus plures) Falsum hoc ex Aristotelis fide Plinius tradit. Dal.

Cetero maribus) Hoc superius ipse prodidit, L. VII. s. 15. Totidem haec verbis Philosophus l. c. p. 193. confirmantque tum Albertus de anim. L. II. tr. 1. c. 4. p. 105. tum Scaliger in eum Philosophi locum. Est ita nimirum vt plurimum: natura tamen haud ita legibus iis adstricta, vt ab iis numquam deflectat. H.

e. Capris, sue) Vide N. et Em. N. LXXXIII. (hic adi.) *Capris*) Prius *caprisve* legebatur. Emendationis nostrae auctor Aristoteles H. A. L. II. c. 11. p. 193. qui similia tradit: Ἔχουσι δὲ πλείους οἱ ἄῤῥενες τῶν θηλειῶν ὀδόντας καὶ ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἐπὶ προβάτων, καὶ αἰγῶν, καὶ ὑῶν. Albert. quoque de anim. L. II. tr. 1. c. 4. p. 105. *Adhuc autem*, inquit, *vt in pluribus, masculina animalium sunt plurium dentium, quam feminina, vt frequenter patet in homine, capris, et porcis.* H.

f. Timarchus Nicoclis filius Paphii) Scribendum reor, *Timarchus Nicoclis illius pater duos, etc.* Pollux lib. II. cap. dentibus: *Nicoclis autem Cyprii pater, ad quem Atheniensis sophista moralia scripsit praecepta, Timarchus nomine, duplicem ordinem dentium habuit.* Pronomen *illius* adiecit Plinius, quasi clari principis et celebrati monu-

dines habuit *g.* maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideoque praetriuit. *h.* Est exemplum *i.* [1] dentis, homini et in palato geniti. At canini *k.* amissi casu aliquo, numquam renascuntur. Ceteris senecta [2] rubescunt, equo tantum *l.* candidiores sunt.

LXIV.

1. *Dentes homini et palato gigni.* M. 2 *rufescunt.* Ch.

monumentis tanti Oratoris. *Pint.*

Timarchus) Vide N. et Em. N. LXXXIV. (hic. pos.) *Tim.*) Legit Pintianus, *Nicoclis illius pater.* Sane acute. Nam Iul. Pollux, L. II. c. 4. p. 92. ὁ δὲ Νικοκλέους τοῦ Κυπρίων πατὴρ, inquit, τὸ μὲν ὄνομα αὐτῷ Τίμαρχος ἦν, διστοίχους εἶχεν ἄρα τοὺς ὀδόντας, τῷ Ἀριστοτέλους λόγῳ. Verum R. 1. 2. Colb. 1. 2. aliique *Nicoclis filius Papii* constanter legunt. H.

g. Duos ordines habuit, etc.) De Mithridatis filia id quoque Valerius scribit lib. I. de miraculis. Dal.

Duos ordines) Simile est quod refert Val. Max. L. I. c. 8. p. 75. *Mithridatis etiam regis filia Drypetine, Laodice regina nata, duplice ordine dentium deformis admodum, comes fugae patris a Pompeio deuicti, fuit.* Narrat idem de Hercule Iul. Pollux, L. II. c. 4. p. 92. Exempla alia vide apud Schenkium Obss. med. L. I. p. 216. H.

h. Ideoque praetriuit) MSS. *praeteriuit.* Quid si *pertriuit,* legas? hoc est, lima castigauit. H.

i. Est exemplum) Est sane huius rei historia apud Schenkium, Obss. L. I. p. 217. H.

k. At canini) Negat hoc Fallopius, ap. Sennert. l. c. p. 263. Maxillares omnes excidere, et renasci ait: praeter genuinos, siue nouissimos: qui si exciderunt, numquam regenerantur. H.

l. Ceteris senecta rubescunt: equo tantum, etc.) Scribendum existimo *liuescunt,* non *rubescunt:* vt illud Ouidianum de Inuidia: — *liuent rubigine dentes.* Aristoteles lib. II. c. 3. *Agitur certe in equis contra atque in ceteris animalibus: quum enim ceteris in senectute dentes nigrescant, equo candidiores redduntur.* Pint.

Senecta rubescunt) Alii *rufescunt.* Nigrescere Philosophus scribit, H. A. L. II. c. 11. p. 192. Fuscos esse vel croceos canum in senecta dentes, notat Albertus, de anim. L. II. tr. 1. c. 4. p. 105. H.

LXIV. Aetas *m.* veterinorum dentibus [1] indicatur. Equo ſunt *n.* numero XL. Amittit triceſimo menſe primores vtrimque *o.* binos: ſequenti anno totidem proximos *p.*, quum ſubeunt dicti columellares. *q.* Quinto anno incipiente binos amittit, qui ſexto anno renaſcuntur. Septimo omnes habet et renatos, et immutabiles. Equo caſtrato *r.* prius, non decidunt dentes. Aſinorum genus *s.* triceſimo menſe ſimiliter amittit, deinde ſenis *t.* menſibus. Quod ſi non *u.* prius peperere, quam decidant poſtremi, ſterilitas certa. [2] Boues bimi *x.* mutant.

[1] Suibus

1. *indicatur. Ch.* 2. *Bubus bis mutantur. M. Ariſt. lib. VI. hiſt. cap. 21. vulgatam probat, Boues bimutant. Ch.*

m. Aetas) Ariſt. L. VI. c. 22. p. 753. H.

n. Equo ſunt) Ariſt. p. 749. H.

o. Primores vtrimque) Duos ſuperiores, totidem inferiores, τοὺς μὲν δύο ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο κάτωθεν. Ariſt. l. c. H.

p. Totidem proximos) Duo rurſum ſuperiores, inferioreſque totidem. H.

q. Columellares) Varro de R. R. L. II. c. 7. p. 87. *Aetas*, inquit, *cognoſcitur equorum, et fere omnium quae vngulas indiuiſas habent, et etiam cornutorum, quod equus triginta menſium primos dentes medios dicitur amittere, duos ſuperiores, et totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum itidem eiiciunt, et totidem proximos eorum quos amiſerunt, et incipiunt naſci quos vocant columellares. Quinto anno incipiente item eodem modo amittere binos, quos caninos habent, etc.* Columellares ii ſunt, quos in Gallia mangones vulgo vocant, *les Crochets.* H.

r. Equo caſtrato) Nec cerui caſtrati cornua abiiciunt, Philoſopho teſte H. A. L. IX. c. 79. p. 1174. Eadem vtrobique cauſa. H.

s. Aſinorum genus) Ariſt. Hiſt. L. VI. c. 23. p. 757. H.

t. Deinde ſenis) Deinde ſexto menſe iterum quaternos: alioſque rurſum quatuor ſingulis ſenis menſibus. H.

u. Quod ſi non) Ariſt. p. 759. H.

x. Boues bimi) Ariſt. H. A. L. VI. c. 20. p. 745. τοὺς δ' ὀδόντας βάλλει βοῦς διετής. H.

1 Suibus *y.* decidunt numquam. Absumta hac obseruatione, senectus in equis, et ceteris veterinis, intelligitur 2 dentium brochitate *z.*, superciliorum canitie, et circa ea lacunis, quum fere XVI. annorum existimantur. Hominum dentibus *a.* quoddam inest virus. Namque et speculi nitorem *b.* ex adverso nudati hebetant, et columbarum *c.* fetus implumes necant. Reliqua de iis in generatione hominum dicta sunt. *d.* Erumpentibus 3 morbi corpora *e.* 4 infantium accipiunt. Reliqua animalia, quae serratos habent, saeuissima dentibus.

LXV.

1. Suibus non decidunt vnquam. Ch. 2. *dentium rubore, bronchitate.* V. 3. *morbos.* Dal. 4. *infantiae.* M. *infantia.* V. *infantium.* Ch. *saeuissime dentiunt.* Ch.

y. Suibus) Arist. H. A. L. II. c. II. p. 190. ὗς δ' οὕτως οὐθένα βάλλει τῶν ὀδόντων. Alb. M. de anim. L. II. c. 4. p. 105. *Sed et porcus nullum omnino eiicit dentem.* H.

z. *Brochitate)* Siue vt Nonius scribit, *bruncitate. Quum dentes facti sunt brochi*, inquit Varro, l. c. hoc est, exserti et prominentiores, *et supercilia cana, et sub ea lacunae, ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sexdecim.* H.

a. Hominum dentibus) Scilicet iratorum. Ex morsu irati hominis, maris, feminaeque, gangraenam obortam, non semel se vidisse scribit Riolanus in com. de ossibus, c. II. p. 484. H.

b. Speculi nitorem) Halitu id fieri necesse est: nam si spiritum contineas, nihil tale continget. H.

c. Et columbarum) Qua vi porro? halitune, an morsu? Si primum, non ea vis dentium est. Si alterum, continui solutione, non id alia occulta vi peragunt. H.

d. Dicta sunt) L. VII. s. 15. H.

e. Erumpentibus morbi corpora, etc.) Hippocrates Aphoris. 25. III. Dalec.

Erumpentibus) Vide Hippocratis libellum de dentitione, ad calcem Tomi VII. Operum Galeni. H.

LXV. Linguae *f.* non omnibus eodem modo. Tenuissima serpentibus *g.* et trisculа *h.*, vibrans, atri coloris; et si extrahas, praelonga: lacertis bifida et pilosa: vitulis quoque marinis duplex *i.*: sed supradictis *k.* capillamenti tenuitate: ceteris *l.* ad circumlambenda ora. Piscibus *m.* paulo [1] minus tota adhaerens, crocodilis tota. Sed in gustatu *n.*, linguae

1. *paulo minus quam t. Gr. et Al.*

f. Linguae) At nulli tamen animantium pinguis est. In eo pariter conueniunt. Vide Arist. s. 10. probl. 21. p. 725. H.

g. Tenuissima serpentibus et trisulca) Plautus in Asinaria; *Fac proserpentem bestiam duplicem vt habeam linguam.* In Poenulo, *Qui nostra venisti huc tentatum magalia, Bisulca lingua, quasi proserpens bestia.* In Persa: *Tanquam proserpens bestia bilinguis est, et scelestus.* Arist. quidem L. II. de part. animal. cap. vlt. bisulcam linguam serpentibus tribuit, non trisulcam. *Dal.*

Tenuissima) Haec totidem ferme verbis Arist. H. A. L. II. c. 20. p. 277. et de part. anim. L. IV. c. 17. p. 898. H.

h. Et trisulca) Bisulcam Philosophus dixit: poetae trisulcam. Caue id tamen in eam partem accipias, cum Salmasio, vt existimes, vnam esse simplicemque serpentium linguam, sed mota tremulo ita vibrari vt gemina et bisulca videntur. Aliud enim non Plinii solum oratio, Aristotelisque, a quo accepit, atque adeo res ipsa postulat. Est, inquit Philosophus, H. A. L. II. c. 20. p. 277. lingua serpentium lacertorumque bisulca in summo, δικρόα γλῶττα ἄκρα. Sed fissa magis est serpentibus, et quidem vsque ad pilorum tenuitatem: πολὺ δὲ μάλιςα οἱ ὄφεις· τὰ γὰρ ἄκρα αὐτῶν ἐςι λεπτὰ, ὥσπερ τρίχες. Vide etiam Albertum, a quo haec produntur expressius, de anim. L. XII. tr. 3. c. 5. p. 369. et Galen. de vsu part. L. XI. c. 10. p. 569. H.

i. Duplex) Fissa, ἐσχισμένη. Arist. ll. cc. H.

k. Sed supradictis) Serpentibus. H.

l. Ceteris) Lacertis, et vitulis marinis. Arist. ll. cc. H.

m. Piscibus) Arist. H. A. L. II. c. 14. p. 203. H.

n. Sed in gustatu) Arist. de part. anim. L. II. c. 17. p. 898. H.

linguae vice carnosum aquatilibus palatum. [1] Leonibus, pardis, omnibusque generis eius, etiam felibus, [2] imbricatae *o.* asperitatis, ac limae similis, attenuansque lambendo cutem hominis. [3] Quae causa etiam [4] mansuefacta *p.*, vbi ad vicinum sanguinem peruenit saliua, inuitat ad rabiem. *q.* De purpurarum linguis diximus. *r.* Ranis prima cohaeret *s.*, intima absoluta a gutture, qua vocem [5] mittunt mares, quum vocantur ololygones. *t.* Stato id

1. *Sic ex MSS. em. Hard. leonibus ac pardis Gr. et Al.* 2. *muricata. V.* 3. *Qua de causa etiam mansuefactorum vbi ad vicinum sanguinem peruenit saliua, inuitat. Sic lego.* 4. *mansuefactam. M. et Ch.* 5. *Sic et M. et Ch. Alii quam mittunt vocant ololygonem. Ex Arist. lib. XLI. cap. 9. Qua vocem mittunt. Mares tum vocantur ololygones Gr. et Alii.*

o. Imbricatae) Vt imbricem, lateremue paulo asperiorem tractare te putes. H.

p. Etiam mansuefacta) Etiam in iis quae sunt mansuefacta. Id accidere putat posse Dalecampius, quum Venere stimulantur, aut ira. H.

q. Saliua, inuitat ad rabiem) Si ira concitati, vt dum Venere stimulantur, aut deuorato animali venenato, putriue carne contrectantium cutem lambendo radant. *Dalec.*

r. Diximus) L. IX. s. 60. H.

s. Ranis prima cohaeret, etc.) Lege: *Ranis prima cohaeret, intuma absoluta a gutture, qua vocem mittunt mares, quum vocantur Ololygines. Stato tempore, etc.* Salmas. 1318. a.

Ranis prima) Diuersam, inquit, ab aliis habent ranae linguam; mucro namque primus, qui in ceteris absolutus est, ipsis cohaeret piscium more: quod autem gutturi affine est et intimum, id solutum et superexplicatum; qua vocem solent mittere. Haec totidem verbis Philosophus, H. A. L. IV. c. 9. p. 491. H.

t. Ololygones) Vide N. et Em. N. LXXXV. (hic adi.) *Qua vocem*) Ita MSS. omnes. At scribendum fortassis, *quam vocant ololygonem*, vel, *quum vocant ololygonem*, vel denique, *quum vocantur ololyzontes.* Neque enim rana mas ipsa, sed vlulatus,

id tempore euenit, cientibus ad coitum feminas. Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo, ad libramentum *u.* modicae aquae receptae in fauces, palpitante *x.* ibi lingua vlulatus [1] elicitur. Tunc extenti buccarum ſinus perlucent, oculi flagrant labore [2] propulſi. Quibus in [3] poſteriori *y.* parte aculei, et iis [4] dentes et lingua. Apibus etiam praelonga, eminens et cicadis. *z.* Quibus aculeus *a.* in ore fiſtuloſus,

1. *editur. M. elicitur. V. et Cb.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. perculſi V. perpulſi Gr. et vulgg.* 3. *poſteriore p. a. et bis. Cb.* 4. *iis et dentes Gr. et vulgg.*

latus, quem in, aqua ciet, quum ad Venerem femellam inuitat, ὀλολυγὼν dicitur Ariſtoteli, H. A. L. IV. c. 9. p. 492. Aeliano H. A. L. IX. c. 13. et Plutarcho, Lib. de ſolert. anim. p. 892. Defendi tamen et recepta lectio poteſt: nam ſi vlulam Graeci Latinique ſcriptores a moeſto veluti vlulatu ὀλολυγόνα appellarunt, quidni et ranam a ſimili ſono, pari nomenclatione indigitarint? Id animalculo cuidam, lumbricis ſeu vermibus terrenis ſimile, nomen eſſe quoque teſtatur Heſychius, p. 689. Ὀλολύγων, ζωΰφιον γινόμενον ἐν ὕδασιν, ὅμοιον ἐντέρῳ. H.

u. Ad libramentum) Ad *vibrationem*, ſeu *tremulum* aquae *motum*. H.

x. Palpitante) Tremulus ille aquae motus receptae in fauces, celeri linguae vibratione, ſeu palpatione efficitur. Ariſt. l. c. p. 492. hunc vlulatus modum ac materiam pari omnino ratione explicat, nempe ad aquam aeri mixtam refert: pellucere pariter pelles maxillarum adiicit, propter contentionem: rareſiunt enim: lucere denique in tenebris oculos. Haec pariter Albert. de anim. L. V. tr. 2. c. 2. p. 171. H.

y. Quibus in poſteriore) Vt apibus et formicis. Ariſt. de partib. anim. L. IV. c. 6. p. 1028. H.

z. Et cicadis) His non linguam, ſed aculeatarum linguis ſimile quiddam eſſe ſuperius dixit, ſ. 32. H.

a. Quibus aculeus) Vt muſcis et culicibus, quibus hunc aculeum fiſtuloſum tubae vice ſimul et lanceae natura dedit, vt Tertulliani verbis vtar, L. de anima et adu. Marcionem. H.

losus, iis nec lingua, nec dentes. Quibusdam insectis *b.* intus lingua, vt formicis. [1] Ceterum lata *c.* elephanto praecipue. Reliquis in suo genere semper absoluta: homini tantum ita saepe constricta venis: vt intercidi eas necesse sit. *d.* Metellum *e.* Pontificem adeo inexplanatae fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda aede [2] Opis *f.* vere dicere. Ceteris septimo ferme anno *g.* sermonem exprimit. Multis vero

1. *Veterinis lata elephanto perexigua. Pint. ex Arist. cap. 6. lib. II. hist.* 2. *Opiferae Gr. et vulgg.*

b. Quibusdam insectis) Arist. de part. anim. L. II. c. 17. p. 998 H.

c. Ceterum lata) Ita MSS. omnes. At esse paruam admodum, atque in recessu positam, vix vt cerni queat, Philosophus admonet, Hist. Anim. L. II. c. 11. p. 195. Γλῶτταν δὲ ἔχει μικρὰν τε σφόδρα, καὶ ἐντός, ὥστε ἔργον εἶναι ἰδεῖν. Quare legendum censuit Pintianus: *Veterinis lata, elephanto perexigua.* H.

d. Vt intercidi eas necesse sit) In Ancynoglosso morbo. *Dalec.*

Vt intercidi eas) Sectionem venae sub lingua fieri, praesertim in tumore linguae. Vide Sennert. Pract. L. I. P. III. S. 5. c. 2. p. 251. H.

e. Metellum) De quo diximus L. VII. s. 45. H.

f. Aede Opis) Aedem Opis in vico iugario, regione Vrbis octaua statuit P. Victor in descr. Romae. Vide N. et Em. N. LXXXVI. (paulo post.) Vere dicere, est iuste, proprie, non perplexe, balbutientium more, fari. *In Aede)* Hactenus libri omnes, *in aede Opiferae.* Quae autem sit Opifera Dea, num Iuno quaelibet, num Ops ipsa, an alia quaepiam, altum apud scriptores silentium. Non enim vnius modo Deae propria haec appellatio fuit, sed plurium, atque adeo omnium communis. Apud Gruterum p. 41. DIANAE. OPIFER. NEMORENSI. p. 75. FORTVNAE OPIFERAE. Verum intelleximus a Plinii librariis *fere* pro *vere* aliquoties pingi solitum, quod a nobis obseruatum iam antea L. X. f. 79. aliasque saepius. H.

g. Septimo ferme anno, etc.) Cum tardissime. *Dal.*

Septimo mense) Nempe, vt cum tardissine. H.

vero talis eius ars [1] contingit, vt auium et animalium vocis [2] indiscrete edatur imitatio. Intellectus saporum est ceteris in prima lingua *h.*, homini et in palato.

LXVI. Tonsillae *i.* in homine, in sue glandulae. Quod inter eas, vuae nomine *k*, vltimo dependet palato, homini tantum est. Sub ea *l.* minor lingua, [3] epiglossis appellata, nulli oua *m.* generantium. [4] Opera eius gemina, duabus *n.* [5] interposi-

 tae

1. *contigit.* V. 2. *indiscrete.* V. *discrete.* Ch. 3. *Epig. appell. in M. deest, et Ch* 4. *Opercula.* V. 5. *interposita.* Ch.

h. In prima lingua) In extremo linguae mucrone. Sic Albertus, loco nouissime citato. Tota, vt arbitror, lingua gustamus, alia tamen parte melius, alia minus. Est in linguae acumine gustus acutior, secundum superiorem partem, et in ipso quoque palato: ibi enim tenuior caro est, neruusque subtilior. H.

i. Tonsillae) Glandulae duae, pluresue, ad linguae radicem positae, quae a fundenda saliua σιαλόχοοι, vulgo *amygdalae* appellantur, *Amygdales.* H.

k. Vuae nomine) Gurgulionis potius. Morbi nomen vua est. *Dal.*

Vuae nomine) Gallis, *la Lüette.* Scriptores Miscellaneorum Medicophysicorum, siue Eptem. Germ. Tom. III. p 568. *Nullum animal vuula gaudet praeter hominem, quia nullum animal loquitur,* etc. Γαργαρεῶνα Graeci: Latini, gurgulionem: Plinius, Celsus, Serenus, vuam: vuulam Trotula L. de passion. mulierum appellarunt. Vuae ei nomen, quod aliquando ad similitudinem vuae intumescit, cum vehementi inflammatione ac dolore. H.

l. Sub ea) Arist. H. A. L. II. c. 15. p. 213. Ἐπιγλωττὶς Atticis. Medicis nostratibus, *l'epiglotte:* Ligulam Latine satis apte dixeris. H.

m. Nulli oua) Arist. l. c. At habent ea ibi simile quiddam, villosum nempe, siue fibrosum, quod adducitur ad constringendum. H.

n. Duabus) Arteriae, et gulae: de quibus mox. Vnde epiglottida Erasistratus μέταυλον vocat, quoniam sit inter duos αὐλοὺς, apud Plu-

tae fiſtulis. Interior o. [1] earum appellatur arteria p., ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando q., ne ſpiritu [2] ac voce illac meante, ſi potus cibuſue r. in alienum [3] deerrauit, tramitem torqueat. Altera

1. *Exterior.* V. 2. *et voce illa.* Ch. 3. *deerauerit.* Gr.

Plutarch. Symp. L. VII. p. 698. Eraſiſtratum Pliniumque nunc deſerit anatomia recens, quae negat hanc operam geminam epiglottidi congruere. H.

o. *Interior*) Quae et in homine anterior eſt, Graeci πρόσθιον dicunt. H.

p. *Arteria*) Τραχεῖα aſpera dicta: cuius vſus eſt accipiendi reddendique ſpiritus: pulmonis cordiſque perflandi. Haec Ariſt. H. A. L. I. c. 18. p. 127. et 128. *L'âpre artere*: aliis, *le ſiflet*, ou *la cane du poumon*. H.

q. *Hanc operit in epulando,*) Neceſſaria eſt hoc loco diligentior attentio: haec ſi adhibita ſit, non diſplicebit, puto, commentum noſtrum. Exiſtimo verba haec, ordine turbato ſcripta eſſe, ſcribendaque ad hunc modum. *Exterior earum appellatur arteria, ſpiritu, ac voce illa meante, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſi potus cibuſue alienum deerraverit tramitem, torqueat. Altera interior eſt, appellatur ſane gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit haec ad ſtomachum, deinde in ventrem. Hanc per vices operit, quum ſpiritus tantum aut vox commeat, ne reſtagnatio alicui intempeſtiua obſtrepat.* Hoc pacto ſi legas, par ordo ſeruabitur in deſcribenda vtraque fiſtula à praeſtantiſſimo ſcriptore. Nam primum nomen et ſitus indicatur. Secundo, quid per vtramque commeet. Tertio, quo tendant. Quarto et vltimo, quando et cui vſui ab epiglottide operiatur. Porro emendaui, *Illa meante*, pro *illac meante*, ex vetere lectione. *Pint.*

Hanc operit) Arteriam ligula operit. H.

r. *Si potus cibuſue*) Ariſt. p. 128. Vterque antiquis contradicit, qui gulam ſolidiorum ciborum meatum agnoſcerent: guttur, ſiue arteriam, liquidorum: a ligula ſegregari cibum, vt in gulam: potum, vt in pulmones deſcenderet. Vnde illud poetae: τέγγε πνεύμονας οἴνῳ. Neque vero id penitus falſum: tametſi non quo illi putabant modo, fiat. Nihil per arteriam labitur: per gulam omnia: verum

Altera [1] exterior *s.* [2] appelletur ſane gula, qua cibus atque potus [3] deuoratur. Tendit haec ad ſtomachum *t.*, is ad ventrem. *u.* Hanc per vices operit *x.*, quum ſpiritus tantum aut vox commeat, ne reſtagnatio intempeſtiua *y.* [4] alui obſtrepat. Ex cartilagine *z.* et carne arteria *a.*, gula [5] neruo et carne conſtat. *b.*

1. *interior.* *V.* 2. *appellatur.* *Ch.* 3. *deuolant.* *Ch.* 4. *alimenti obrepat.* *Dal.* *Alii*, *irrumpat.* 5. *e neruo.* *Ch.*

verum a gula reſudat in arteriam, per annulos, quibus vtraque inter ſe committitur. H.

s. *Altera exterior*) Poſterior, ὀπίσθιος. Gula, *l'Esophage*, οἰσοφάγος. H.

t. *Ad ſtomachum*) In huius vocis nomine cauenda eſt aequiuocatio: nunc enim tota fiſtula, qua eſculenta poculentaque tranſmittuntur in ventrem, ςόμαχος appellatur: nunc ſumma tantum huius gulae pars, quae et φάρυγξ dicitur: nunc tantum infima, quae orificium ventriculi, τὸ ςόμα τῆς γαςρὸς, ſiue τῆς κοιλίας et καρδία improprie dicitur. Hoc poſtremo ſenſu ea vox a Plinio modo accipitur, et a Celſo L. IV. c. 1. atque alibi paſſim. Vide quae mox ſubiiciuntur a Plinio, ſ. 69. de vero huius vocis intellectu. H.

u. *Is ad ventrem*) Quem nos ſtomachum improprie dicimus, *l'Eſtomach*: alii ventriculum. H.

x. *Operit*) Gulam viciſſim *epiglottis* operit. H.

y. *Ne reſtagnatio intempeſtiua*) Recurſus cibi è ventriculo in fauces et os redundatio, per vomitum reiectio. *Dalec.*

Reſtagnatio) Reiectio cibi per vomitum, redundatioque in fauces et os e ventriculo, cum ructu. H.

z. *Ex cartilagine*) Iiſdem verbis Ariſt. de part. anim. L. III. c. 3. p. 1002. Cartilagines multae ſunt, rotundae et annulares: conectuntur hae per intermedia ligamenta, quae in brutis membranacea, in homine carnoſiora ſunt, vt muſculi perexigui eſſe videantur. H.

a. *Carne arteria*) Carnoſa tunica. *Dal.*

b. *Neruo et carne conſtat*) Membranoſa carne. *Dal.*

Gula neruo et carne) Ariſt.

LXVII. Ceruix nulli *c.*, nisi quibus vtraque haec. Ceteris collum *d.*, quibus tantum gula. *e.* Sed quibus ceruix, e multis vertebratisque orbiculatim *f.* ossibus [1] flexilis, ad circumspectum *g.*, articulorum nodis iungitur. *h.* Leoni tantum *i.*, et lupo, et hyaenae, ex singulis *k.* rectisque ossibus [2] rigens. Cetero spinae *l.* annectitur, spina lumbis, ossea: sed

1. *flexitilis. M.* 2. *riget. Dal.*

rist. l. c. Duplici propria constat tunica: prima externa, crassiore, carnosiore, ac molliore: interna altera, magisque neruea, subtiliore ac duriore. H.

c. Ceruix nulli) Αὐχὴν, Aristoteli, de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1132. H.

d. Ceteris collum) Τράχηλος. Colli a ceruice discrimen patet ex Varrone, qui L. II. de R. R. c. 5. vaccas eligit, *ceruicibus crassis, ac longis, a collo palearibus demissis.* H.

e. Quibus tantum gula) Vt piscibus. *Dal.*

f. Vertebratis orbiculatim, etc.) Κύβοις Arrianus poëta dixit, ἀστραγάλοις Tryphiodorus, Hadrian. Iun. cap. 4. II. *Dal.*

g. Ad circumspectum) Ad *circumflectendum* et ad circumspiciendum. Multis, inquit, hoc est, septenis cervix constat ossibus, seu vertebris orbiculatis: atque vt sit ea flexilis ad circumspiciendum, et ad conuertendum caput in varias partes, articulationes peculiares habet et symphyses. Has vero Laurentius explicat de ossibus, L. II. c. 24. p. 89. H.

h. Articulorum nodis iungitur) Lucilius IV. Satyrarum, de corpore hominum: *Haeret verticulis adfixum in posteriore Parte, atque articulis: nobis talus, atque genus est.* Dal.

i. Leoni tantum) Arist. l. c. De lupo quoque ita fere Aelian. H. A. L. X. c. 26. De leone plane affirmat, L. IV. p. 34. de quo tamen falsum esse pronunciant viri eruditi, qui in Bibliotheca Regis Christianissimi leonem ex anatomiae arte secuerunt anno 1667. mense Iunio, vt in Ephemer. Eruditorum narratur. H.

k. Ex singulis) Ex vnico osse, *in vnoquoque horum animalium.* H.

l. Spinae) Metaphreno. *Dal.*

Spinae adnectitur) Ceruicis vertebrae septem sunt: dorsi seu spinae, duodecim: quinque lumborum. H.

ſed tereti ſtructura, per media foramina a cerebro medulla deſcendente. Eamdem eſſe ei naturam *m.*, quam cerebro, colligunt: quoniam praetenui eius membrana modo inciſa ſtatim exſpiretur. *n.* Quibus longa *o.* crura, iis longa et colla. Item aquaticis *p.*, quamuis breuia crura habentibus: [1] ſimili modo vncos vngues. *q.*

LXVIII. Guttur homini tantum, et ſuibus intumeſcit *r.*, aquarum quae potantur plerumque vitio.

1. *Alii reponendum monent diſſimili, vt antea legebatur, nec aliter in V.*

m. Eamdem eſſe ei naturam) Hoc eſt, vim eamdem, aut paene parem vitae ſuſtinendae: quoniam aequo ſalutis diſcrimine cerebrum et ſpinae medulla inciditur. Alioqui diuerſam eſſe vtriuſque naturam Philoſophus monet, de part. anim. L. II. c. 7. p. 985. cerebri frigidiſſimam; calidiſſimam dorſi medullae. Et in eamdem ſententiam Albertus plura de anim. L. XII. tr. 2. c. 3. p. 353. H.

n. Statim exſpiretur) Nerui prius ſoluuntur, ſpiritusque animales ad motum ſenſumque inepti redduntur. Id vero quemadmodum fiat, docet Laurent. L. IV. p. 164. H.

o. Quibus longa) Vt gruibus. H.

p. Item aquaticis) Vt ſunt olores, et propemodum anſeres. H.

q. Simili modo vncos vngues) Vt ſtellaris ardea, *le Butor.* V. N. et Em. N. LXXXVII. (hic adſp.) *Simili* etc.) Cur in editione Elzeuiriana, contra MSS. omnium fidem, ſcriptoriſque ſententiam, ſcriptum ſit, *diſſimili modo*, nondum intelligo. H.

r. Intumeſcit) Morbo Bronchocele. *Dal.*

Intumeſcit) Morbum hunc Bronchocelen vocant, non qualem Celſus deſcribit L. VII. c. 13. ſed quem Felix Platerus apud Sennertum Pract. L. II. P. I. c. 25. p. 289. Tumor eſt in gutture, amplo ſpatio extuberans, qui tenſus eſt admodum, atque ita, vt quum pulſatur, ſonum edat: quum premitur, vtris inſtar cedat, moxque iterum attollatur. Nec tamen guttur ipſum intumeſcit, ſi proprie loquimur: ſed extra guttur tumor eſt ſub cute, guttur ipſum

tio. *s.* Summum gulae fauces vocantur, [1] extremum ſtomachus. *t.* Hoc nomine *u.* eſt ſub arteria iam carnoſa inanitas *x.* adnexa ſpinae, [2] et latitudine ac longitudine [3] lacunae modo *y.* fuſa. Quibus fauces non ſunt, ne ſtomachus quidem eſt, nec colla, nec guttur, vt piſcibus, et ora ventribus iunguntur. Teſtudini marinae lingua nulla *z.*, nec dentes: roſtri acie comminuit omnia. [4] Poſtea arteria et ſtomachus *a.* denticulatus callo, in modum [5] rubi, ad conſi-

1. *poſtremum.* M. 2. *etiam* M. *in longit. ac latit. lag. mo. effuſa.* V. 3. *lacunae modo fuſae.* M. *lacunae, etc.* Ch. *ad latitudinem ac longitudinem lagenae modo fuſa* Gr. *et* vulgg. 4. *poſt arteriam eſt.* V. 5. *tubi.* V.

ipſum comprimens. In Liguribus Taurinis, qui Alpium aquas bibunt, monſtroſi ea parte euadunt: ſub Rhaeticis item, Vindeliciſque montibus, teſte Scaligero in Ariſt. p. 90. Vetus interpres Iuuenalis, Sat. 13. *Tanquam ſi in Alpibus homines gutturoſos admireris, vbi tales ſunt plurimi: nam lata et inflata colla habent.* H.

s. Plerumque vitio) Praeſertim auctore Vitruuio, apud Equicolas Italiae, et Medullos Alpinos, vulgo *Miollans*, et *la vallée de Tarentaiſe.* Iuuenal. Satyr. 13. *Quis tumidum guttur miratur in Alpibus.* Dal.

t. Extremum ſtomachus) Orificium ventriculi ſuperius: ob amplitudinem, κατ' ἐξοχὴν dicitur ςόμαχος, παρὰ τὸ ςόμα ἔχειν. H.

u. Hoc nomine) Stomachi nomine. H.

x. Inanitas) Cauitas. H.

y. Lacunae modo) Vide N. et. Em. N. LXXXVIII. (hic. adi.) *Luc. m.*) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. vet. Dalecampii, aliique libri conditiui. Editores Pliniani ventriculum hic deſcribi rati, *lagenae modo* ſcripſerunt. H.

z. Teſtudini marinae lingua nulla) Haec ad ſuperiora pertinent, vbi de dentibus agitur. *Dal.*

a. Poſtea arteria et ſtomachus) Legendum videtur, *poſt arteriam ſtomachus.* Nam vt ex verbis Ariſtotelis lib. I. c. 16. patet, priorem locum arteria obtinet, poſteriorem ſtomachus. Illud vero noſcendum, tractationem hanc ſtomachi et corruptam

conficiendos cibos, [1] decrescentibus crenis *b.*, [2] quidquid appropinquat ventri. Nouissima asperitas, vt scobina fabri.

LXIX. Cor animalibus *c.* ceteris in medio pectore est: homini tantum infra laeuam papillam, turbinato

1. *Deterentibus Al. dispescentibus Al.* 2. *quo magis ap. V.*

ruptam apud Plinium, et interruptam haberi, verbis partim deprauatis, partim alienis falsisque intermistis, vt totus hic locus sic fortasse emendatius scribi possit: *Summum gulae fauces vocantur, postremum stomachus. Hoc nomen etiam, iam carnosa inanitas, adnexa spinae, ad latitudinem ac longitudinem lagenae modo fusae. Est autem denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decrescentibus crenis, quidquid appropinquat ventri. Nouissima asperitas, vt scobina fabri. Quibus fauces non sunt, ne stomachus quidem est, nec colla, nec guttur, vt piscibus, sed ora ventribus iunguntur. Cor animalibus, etc.* Pint.

Postea arteria) In testudine, inquit, post rostrum arteria est, et gula, stomachusque: sed is denticuloso callo in rubi modum asper, vt in eo ipso canali conficiantur cibi, etc. H.

b. Decrescentibus crenis) Locum hunc si quis aut plane intelligere, aut sanare ausit, lampadem trado: nihil enim habeo, quod affirmem. In MSS. omnibus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. *decrescentibus renis* (in Lugd. *venis*) *quidquid appropinquet ventri nouissima asperitas vt scobina fabris.* Pro *renis* forte *serris* legendum, nam *crenae* vox nec vllius codicis est manu exarati, nec scio an alibi lecta. Forte etiam, *quacumque*, legi satius fuerit. Vt vt est, non ad hominem ista, vt interpretes omnes ad hunc diem arbitrati sunt, sed ad marinam testudinem referri oportuit. Scobina fabri lima est, *vne lime.* Varro de L. L. L. VI. p. 76. In Neruolaria: *Scabinam ego illam actutum adrasi. Scobinam a scobe, lima enim materia fabrilis est.* H.

c. Cor animalibus) Eadem habet Arist. H. A. L. I. c. 20. p. 133. Minime tamen suibus, aliisque multis, medio illud pectore est: sed fere vt homini: Asello marino in ventre esse ait Aelianus, H. A. L. V. c. 20. H.

binato [1] mucrone in priora *d.* eminens. Piſcibus ſolis *e.* ad os ſpectat. Hoc primum *f.* naſcentibus formari in vtero tradunt: deinde cerebrum, ſicut tardiſſime oculos. Sed hos primum emori, cor nouiſſime. Huic praecipuus calor. Palpitat *g.* certe, et quaſi alterum [2] mouetur intra animal, praemolli firmoque opertum membranae inuolucro *h.*, munitum coſtarum et pectoris muro, [3] vt pariat *i.* praecipuam

1. *mucrone priore. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. mouetur intra animalia praemolli, etc. Ch. mo. intra animal. praem. M. Lego, alterum intro mouetur anima praem. etc. mouetur animal intra praemolli Gr. et alii.* 3. *vt par erat. Alii, vt pareat. Ch.*

d In priora) In anteriora. In anticas partes, εἰς τὸ πρόσθεν ἔχει ἡ καρδία τὸ ὀξύ. Ariſt. l. c. H.

e. Piſcibus ſolis) Ariſt. H. A. L. II. c. 18. p. 253. Cauſam reddit idem de part. anim. L. III. c. 4. p. 1005. Ἔχει δὲ πρὸς τὴν κεφαλὴν τὸ ὀξύ· ἐςι δὲ αὐτῇ τὸ πρόσθεν ἐπὶ ταύτην γὰρ ἡ κίνησις. Cordis mucro ad caput ſpectat in piſcibus, quia haec pars ipſis anterior fuit, in quam motus omnis agitur. At ſerpentum quoque par ratio eſt, vt docet Aelian. H. A. L. V. c. 31. H.

f. Hoc primum) Solenni cautione dum *tradi* id praefatur, rei ſe ſponſorem negat velle fieri: quamquam id Philoſophus aſſeuerat loco proxime citato: negat autem Galenus, L. de format. fetus, Tom. V. c. 4. p. 292. iecur primo formari affirmans; vt lumbos alii, alii cerebrum, vmbilicum alii; alii denique, quod fidem excedit, pedis digitum craſſiorem. Vide Plutarch. de placitis Philoſ. L. V. c. 17. p. 907. Simili cautione idem Plinius ſuperiore libro, ſ. 71. vbi de corde auium: *Cor auium*, inquit, *eſſe exiſtimant, primum in omni corpore id gigni opinantes.* H.

g. Palpitat, etc.) Sic Ariſtot. loco proxime appellato. Motum cordis geminum intelligit, diaſtolen, ſyſtolenque. H.

h. Membranae inuolucro) Pericardium Anatomici vocant. H. Hoc quoque iam Dalecampius monuit.

i. Vt pariat) Ita R. 1. Par. librique impreſſi. At R. 2. Chiffl.

cipuam vitae causam et [1] originem. Prima domicilia intra se animo *k.* et sanguini *l.* praebet, sinuoso specu *m.*, et in magnis *n.* animalibus triplici, in nullo non gemino *o.*: ibi mens habitat. Ex hoc fonte

1. *originem primam.* *Domic. Ch.*

Chiffl. etc. *vt pareat.* Forte, *vt appareat:* vel, *vt par erat.* H.

k. Animo) Τῷ θύμῳ. Medici in eo situm esse τὸ ὀργανιστικὸν putant, vt in capite, λογιστικὸν, id est, νοῦν mentem quam ab animo dividunt. Virg. VI. Aeneid. — *magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates.* Catullus, *Mens animi tantis fluctuat ipsa malis.* Turneb. c. 44. XXVIII. *Dalec.*

Animo) Calori, quo partes animantur, ac sustinentur. H.

l. Et sanguini) Non quia sanguinem cor conficit, sed quia perficit, addito vitali spiritu ab insita vi cordis: ante hanc consummationem, non est idoneus nutritioni sanguis. H.

m. Sinuoso specu et in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino) Aliquot hic suspicor verba librariorum incuria omissa. Nam quum sit locus manifeste ab Aristotele tralatus, diuersam refert sententiam. Forte igitur Plinius sic scriptum reliquit: *Sinuoso specu et in magnis animalibus triplici, in minoribus gemino, in nullo non aliquo.* Aristoteles libro tertio, capite etiam tertio: *Habent intra se corda omnia sinum triplicem, sed magnitudine varia: minutissimorum enim animalium sinus arctiores sunt, ita vt vnus qui amplior est, vix conspici possit, reliqui sensum effugiant. Mediocrium animalium secundus, etiam conspicuus est. Maximorum perspici omnes possunt.* Ex libro De partibus animalium tertio, capite quarto: *Ventriculum triplicem cor magnorum animalium habet, duplicem minorum vnum ad postremum; nullumque est quod sine vllo ventriculo constet.* Pint.

Sinuoso specu) Cordis ventriculo. H.

n. Et in magnis) Arist. H. A. L. III. c. 4. p. 306. τὰ δὲ μέγιστα, πάσας τὰς τρεῖς. In corde auium, piscium que tres reperiri Caesalpinus obseruauit, laudatus a Riolano Anthropogr. L. III. p. 236. H.

o. In nullo non gemino) Siue ii conspicui sint, siue tam exigui, vt sensum effugiant. Arist. l. c. Galenus quoque de vsu part. L. VI. c. 9. p. 427. H.

fonte duae grandes venae *p.* [1] in priora *q.* et terga discurrunt, [2] sparsaque ramorum serie, per alias minores [3] omnibus membris vitalem sanguinem rigant. Solum hoc *r.* viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitae trahit: laesumque mortem illico *s.* affert. Ceteris corruptis, vitalitas in corde durat.

LXX. Bruta existimantur *t.* animalium, quibus durum riget: audacia, quibus paruum est *u.*: pauida,

1. *in prorsa. M. et Ch.* 2. *sic ex MSS. cons. Ch. Sparsaeque ramorum serie Gr. et vulgg.* 3 *omnia membra Vitali sanguine.*

p. Duae grandes venae) Caua et arteriosa. Eadem haec sunt plane totidem verbis apud Arist. de part. anim. L. III. c. 4. p. 1006. H.

q. In priora) Siue, vt habent MSS. omnes, *in prorsa*, hoc est, in anteriora, in anticas partes. H.

r. Solum hoc) Arist. l. c. Pati tamen et cor ipsum quoque morbos aiunt: putredinem, inflammationem, hulcera, tumores, abscessus, tabem: quae variis experimentis comprobat Bartholinus in Anat. ref. L. II. c 232. Schenkius Obss. med. L. II. p. 296. De phthisi Plinius ipse, L. XIX. s. 26. H.

s. Mortem illico) Arist. l. c. Multis exemplis idem Bartholinus fidem facit, vulnera quoque cor laesum ad tempus pati: sed ita nimirum, vt ne ad ventriculum vulnera peruenerint, vt Galenus admonet. Leporem tamen sclopeti glande medio in corde perfossum, eadem ferme qua prius velocitate ad teli iactum cucurrisse: canes, interdum abscisso auulsoque corde, vociferari ac progredi visos, refert Schenkius Obss. med. L. II. p. 293. H.

t. Bruta existimantur) Haec Philosophus totidem verbis l. c. H.

u. Quibus paruum est) Σπλάγχνον et σπλαγχνίδα veteres vocarunt, κατ' ἐξοχήν. Hinc ἄσπλαγχνος, timidus: εὔσπλαγχνος, virilis, strenuus. Rhodig. cap. 16. XIV. *Dal.*

Quibus paruum) Leoni tamen inuentum est amplitudine tanta, quanta proportione corporis, animalium nulli, quum Anatomicae rei periti leonem secuerunt in Biblio-

da, quibus praegrande. Maximum autem *x.* est portione muribus, lepori, asino, ceruo, pantherae, mustelis, hyaenis, et omnibus [1] timidis, aut [2] propter metum maleficis. In Paphlagonia bina *y.* perdicibus corda. In equorum corde et boum *z.* ossa reperiuntur interdum. Augeri id *a.* per singulos

1. *timidis nimia, aut. M. Lego, timidis ac minimis.* 2. *praeter, V.*

Bibliotheca Regis Christianissimi anno 1667. mense Iunio. Erat ei longitudo sex pollicum: latitudo, quatuor: basi in mucronem acutissimum desinente. Quod autem addit Plinius, pauida animalia esse, quibus cor praegrande sit, id experimento comprobasse se refert scriptor diligens et accuratus libri Gallici, *Mélange d' histoire et de litterature*, T. I. p. 61. in dissecto iuvene supra modum ignauo ac timido. H.

x. Maximum autem) Haec rursum iisdem verbis, Arist. l. c. H.

y. In Paphlagonia bina, etc.) De hac re Rhodiginus loco citato. *Dal.*

In Paphlagonia) Aelian. H. A. L. X. p. 35. et Gellius, L. XVI. c. 15. p. 906. vterque ex Theoph. Athenaeus item L. IX. p. 390. De gemino vnius cordis mucrone haec accipienda esse monet Galenus, Admin. Anat. L. VII. c. 11. Quod et in homine quodam obseruatum narrat Riolanus, Anthropogr. L. III. p. 236. H.

z. In equorum corde et boum, etc.) Ceruorum, et omnium praegrandium animalium. *Dal.*

In equorum) Arist. H. A. L. II. c. 18. p. 246. et de part. anim. L. III. c. 4. p. 1005. Galenus item de vsu part L. VI. c. 19. p. 445. Etiam in hominum corde visa. Vidit Riolanus in cadauere Praesidis Nicolai Parisiis, et in Regina Maria Medicaea, Ludouici XIII. Christianissimi Regis parente, hoc ipsum prodente, Anthropogr. L. III. p. 236. Vidit Ioh. Trullus in corde Vrbani VIII. Pont. Max. Sed haec rariora. H.

a. Augeri id) Esse hoc exploratum, atque extra controuersiam positum Schenkius contestatur Obss. med. L. II. p. 294. Coel. Rhodiginus antiq. lectt. L. XIX. c. 21. p. 911. *Astrorum peritus Dioscorides*, inquit, *an-no*

los annos in homine, [1] ac binas drachmas ponderis ad [2] quinquagesimum accedere: ab eo detrahi tantumdem, et ideo non viuere hominem vltra centesimum annum defectu cordis, Aegyptii existimant, quibus mos est *b.* cadauera asseruare medicata. *c.* [3] Hirto corde gigni *d.* quosdam homines proditur, neque alios [4] fortiores esse industria, sicut Aristomenem *e.* Messenium, qui ccc. occidit Lacedaemonios. *f.* Ipse conuulneratus et captus, semel [5] per cauer-

1. et ad binas. Tol. 2. ad quinquagesimum annum acc: Gr. et Alii. 3. Sic ex MSS. em. Hard conf. Ch. et vulgg. 4. Sic ex MSS. emend. Hard. conf. V. industriae Gr. et Al. 5. Sic ex MSS. em. Hard. per cauernas lautumiarum euasit, angustias vulpium, etc. M. et Ch. latomiarum Gr. et Alii.

no centesimo vitam circumscripsit, cordis ratione, quod in anniculo mensum habeat drachmarum duarum, in bimo quatuor, inde procursu pari in annum quinquagesimum: a quo decrementa supputentur ad aequilibrum: quae ambitu peracto ad metam redeant eamdem: proinde non superesse spatia, visceris eius dilapsu. Dioscoridis Aegyptii meminit Philostratus de vita Tyanei L. IV. c. 12. p. 196. H.

b. Mos est) Herodot. Euterpe L. II. n. 87. p. 121. H.

c. Medicata) Medicamentis condita.

d. Hirsuto corde gigni, etc.) Valer. Max. cap. vlt. lib. I. *Dal.*

Hirto corde) Siue hirsuto, pilis referto. Sic quorumdam latronum cor hirsutum esse repertum scribit Muretus Varr. L. XII. c. 10. H.

e. Aristomenem) Val. Max. L. I. c. 8. p. 75. *Admirabilius Aristomenis Messenii cor: quod Athenienses ob eximiam calliditatem exsectum, pilis refertum inuenerunt: quum eum aliquoties captum, et astutia elapsum cepissent.* H.

f. Qui ccc. occidit Lacedaemonios.) Qui ter Hecatomphonia, centum Laconibus ter in praelio occisis, Ioui Itomatae, veteri Messeniorum instituto, fecit. Pausan. in Messen. Plutarchus in Romulo, Polyaenus lib. II. Stratag. Clemens Alexandrinus in Protrep. Leopardus cap. 19. lib. VI. *Dal.*

cauernam lautumiarum euaſit g., anguſtos vulpium aditus ſequutus. Iterum captus, ſopitis cuſtodibus ſomno, ad ignem aduolutus lora cum corpore exuſſit. Tertio capto Lacedaemonii h. pectus diſſecuere[1] viuenti, hirſutumque cor repertum eſt. i.

LXXI.

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſ. V. alii codd. et Cb. diſſecuere cauſa videndi Gr. et Al.*

g. *Per cauernam latomiarum evaſit.*) Scribendum, *Lautumiarum*, haud *Latomiarum*, tum ex Toletano et Salmanticenſi apographis, tum ex Liuio ſexto et vigeſimo volumine, ſed euidentiſſime ex Seneca noſtro, lib. declam. IX. declamat. 4. extra controuerſiam de Sabino quodam: *Ille etiam*, inquit, *quum reus rogaret, vt in latumias transferretur, ne nunc, inquit, quemquam veſtrum decipiat nomen: Lautumiae illae, minime lauta res eſt. Iocabatur in miſeriis et periculis ſuis. In quibus non debuiſſe, quis neſcit? potuiſſe, quis credit?* Nec ignoro quae de hac dictione ab indoctis et elementariis grammaticis afferantur. *Pintian. Per cauernam, etc.*) Coniectum εἰς καιάδα, ſcribit Pauſan. Fuit autem καιάδας Lacedaemoniis σπήλαιόν τι καὶ δεσμοτήριον, εἰς ὅπερ κακούργους ῥίπτειν, εἰσβάλλειν, ἀπάγειν, εἰώθησαν. Nam καίατα, foſſae, hiatusque ſunt, ῥωχμοὶ καὶ ὀρύγματα, terrae motu recluſi, οἱ κῶοι· vnde Homero ferae ὀρεσκῷοι dicuntur. Rhodig. 9. XVII. *Dalec.*

Lautumiarum) Ita MSS. omnes. Alii *latumias* et *latomias* ſcribunt: hoc eſt lapidicinas, ſeu loca lapidibus exſecta. H.

h. *Tertio capto Lacedaemonii, etc.*) Pauſanias lib. IV. extremum diem Rhodi apud Damagetum Ialyſi regem, cui tertiam filiam nuptum dederat, ſcribit. *Dal.*

Lacedaemonii) Vnus omnium Val. Max. memoriae lapſu pro Lacedaemoniis Athenienſes ſcripſit. Refert hanc hiſtoriam Cl. Alex. ap. Euſeb. Praep. L. IV. p. 157. et Pauſan. in Meſſeniac. Stephanus item, verbo Ἀνδανία p. 81. ex Herodoto, Plutarcho, et Rhiano auctoribus. H.

i. *Hirſutumque cor repertum eſt.*) Idem ſcribitur in Hermogene Rhetore, Leonida, Lyſandro, cane Alexandri. De fatuo ſcribit Plato: ἀνδαποδώεις ἔχειν ἐπὶ τῆς ψυχῆς τρίχας. Rhod. ibid. *Dal.*

LXXI. In corde fummo pinguitudo eft *k.* quaedam, laetis extis. Non femper autem in parte *l.* extorum habitum eft. L. Poftumio Albino Rege facrorum *m.* poft centefimam *n.* [1] vicefimam fextam Olym-

1. Sic et Tol. et meum et Ch. vicefimam tertiam Gr. et Al.

k Pinguitudo eft) Τὸ ςέαρ *adeps*, a πιμελὴ quae facile cordis calore liquaretur, difcrepans. Vide Barthol. Anat. ref. L. II. c. 6. p. 235. et Riolan. Anthropogr. L. II. c. 6. p. 80. H.

l. Non femper autem in parte, etc.) Qua religione et ceremonia arufpex, flamen, facerdos, cultro ferreo, oblongo (Feftus *clunaculum* vocat) exta diuideret, ac difpicienda fibi retegeret: vide apud Alex. ab Alex. c. 17. IV. *Dal.*

m. Rege facrorum) Qui facra a folis regibus obiri confueta perageret, regibus exactis; quem, vt par ei auctoritas ineffe videretur in eo munere, regio nomine decorarunt, facrorum Regem appellantes. Ita fere Pfeudo-Feneftella L. de Sacerd. Rom. c. 11. Regis facrorum apud Tullium mentio eft in orat. de arufp. et pro domo fua. De hac gente Albina fuit multo poftea Clodius Albinus Caefar: cuius eft nummus hic fingularis ex aere, cum argentea bractea; Gallice, *medaille fourrée:* nitidiffimus, et egregiae caelaturae, in Mufeo D. Abbatis *Fauvel.* Pars nummi prior hunc titulum habet: D. CLODIVS ALBINVS CAES. capite nudo, pofterior, iftum: P. M. TR. P. XVII. IMP. VII. COS. VII. Tutela, fiue Fides Caefarea fedens, fceptrum finiftra tenet, dextram imponit capiti pueruli nudi, ad genua ei adftantis. Significat paruulum Caefarem filium *Pontificis Maximi, Tribunitia Poteftate XVII. Imperatoris VII. Confulis VII.* ac proinde Commodi Augufti, commiffum ab ipfo fuiffe, quum fibi inftare fuprema tempora ob inualetudinem intelligeret, tutelae ac fidei viri Confularis, et fexagenarii, Clodii Albini Caefaris. Factum iftud effe fupremo vitae Commodi anno haec notatio temporis docet. Cuilibet nummum contrectanti venit in mentem quaerere, quis cuiufuis fit ille paruulus. Refpondet titulus, effe *Pontificis Maximi, Tribunitia Poteftate XVII. Imperatoris VII. Confulis VII.* Ergo Commodi. Habuit Commodus Liberos, faltem duos, mafcu-

Olympiadem, quum rex Pyrrhus *o.* ex Italia discessisset, cor in extis aruspices inspicere coeperunt. Caesari *p.* Dictatori, quo die primum veste purpurea processit, atque in sella aurea [1] sedit, sacrificanti bis in extis defuit. *q.* Vnde quaestio *r.* magna de diuinatione argumentantibus, potueritne sine [2] vllo viscere *s.*, hostia viuere, an ad tempus

 amise-

1. *insedit.* *V.* 2. *illo.*

masculum et puellam, teste nummo eius inscripto, LIBERI AVG. Verum puella iam Postumo nupserat, patri Postumi Augusti, vt ex aetate istius intelligitur. Eam ob rem paruulus in isto nummo vnicus, et vix bimus trimusue pingitur. H.

n. Post centesimam) Vide N. et Em. N. LXXXIX. (hic adi.) *Post c.)* Ita quidem codices R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Tolet. Chiffl. Verum Pliniana ratio in Olympiadibus computandis legi postulat *Post.* CXXXVIIII. Itaque tres vnitatis notas librarii hic omiserunt temere et imperite. In libris hactenus editis etiam peius scribitur, CXXIII. tantum. H.

o. Quum rex Pyrrhus, etc.) Valer. Max. lib. I. c. 6. de prodigiis. *Dal.*

p. Caesari) Plut. in Caes. p. 737. Appianus de bello ciu. L. II. p. 501. Sueton. in Iul. c. 77 *Eo arrogantiae progressus est, vt aruspice tristia, et sine corde exta sacro quodam nunciante, futura diceret laetiora, quum vellet: nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.* Iul. Obs. c. 127. *Caesari Dictatori exta sine corde inuenta: ipse Caesar 23. vulneribus in Curia Pompeiana a coniuratis confossus.* H.

q. In extis defuit) Fiebat id astu, doloque aruspicum, cor victimae clam subtrahentium, vt eo ostento ab incoeptis deterrerent Imperatores: vel vt plures hostiae litarentur, quum priores fuisse tristes dicerentur, vt Athenaeus animaduertit L. IX. p. 308. H.

r. Vnde quaestio) Cicero de diu. L. II. p. 226. *Sed affers*, inquit, *in tauri opimi extis immolante Caesare cor non fuisse: id quia non potuerit accidere, vt sine corde victima illa viueret, iudicandum esse tum interiisse cor*, etc. Vide et de diu. L. I. p. 205. H.

s. Sine vllo viscere) Sine vllo corde. Ita MSS. omnes. Editi nonnulli, *sine illo.* H.

amiserit. Negatur cremari posse in iis, qui cardiaco t. morbo obierint: negatur et veneno interemptis. Certe exstat oratio ¹ Vitellii u., qua reum Piso-

1. *Vitelli Gr.*

t. *Qui cardiaco*) Affectus hic est ventriculi, hoc est, oris stomachi, quod veteres καρδίαν quoque appellarunt: huius enim mira est cum corde cerebroque consensio, de qua Laurentius, L. IV. c. 18. p. 304. Cels. L. III. c. 19. *Morbi genus, quod καρδιακὸν a Graecis nominatur — — nihil aliud est, quam nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente, immodicoque sudore digeritur. Licetque protinus scire id esse, vbi venarum exigui, imbecilliique pulsus sunt.* H.

u. *Vitellii*) Huius vehementiam in dicendo aduersus Pisonem Tacitus praedicat, Annal. L. III. p. 73. Dolebat vehementer P. Vitellio sublatum veneno fuisse Germanicum Caesarem, quippe socerum suum. Duxerat enim vxorem filiam Germanici Caesaris, ex qua genuit A. Vitellium Caesarem Germanicum Imp. Itaque vehementer hanc caussam agebat P. Vitellius Germanici gener. Fuit enim *Germanicus* cognomen haereditarium in familia Neronis Claudii Drusi Germanici Imperatoris, qui pater Germanici Caesaris fuit. Vnde et Vitellius Imp. quia prognatus ex filia Germanici Caesaris, *Vitellius Germanicus* est cognominatus in nummis ex auro argentoque et aere fere omnibus: A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P. Docet id ipsum planius nummus insignis argenteus, quem accepi dono nuperrime a P. Iuliano Percheron, Societatis nostrae. Inscriptus ille quidem est parte priore, vt ceteri vulgares: A. VITELLIVS GER. IMP. AVG. P. M. TR. P. capite laureato. In aversa autem pagina, Apollo Palatinus stat togatus, capite radiato, dextra lauri ramum tenet, sinistra orbem, cui Victoria Romana imposita coronam Augusto porrigit. Epigraphe: AVGVSTVS GERMANICVS. Quo titulo significatur, non modo hereditario cognomine Vitellium esse Germanicum; sed et victoriae nomine regimen ei fuisse cum Augustali potestate adsignatum. Hinc etiam in nummis duobus e Regia gaza aureis, non *Vitellius Germanicu*

Pisonem eius sceleris coarguit, hoc vsus argumento: palamque testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici *x.* Caesaris cremari. Contra genere morbi *y.* defensus est Piso.

LXXII. [1] Sub eo *z.* pulmo est *a.*, spirandique

officina

1. *super eo.* Dal.

cus Imp. sed *Vitellius Imp. Germanicus* nuncupatur, addito scilicet victoriae argumento. Prior est: A. VITELLIVS IMP. GERMAN. .)(. VICTORIA AVGVSTI. Victoria gradiens, dextra palmam tenet. Similis alter: .)(. CONSENSVS EXERCITVVM. Mars gradiens cum hasta et signo legionis. Apud Occonem denique tertius, p. 144. ex auro pariter: A. VITELLIVS IMP. GERM. .)(. VICTORIA GERMAN. Victoria dextra lauream tenet. Ipsius autem Germanici Caesaris nummus exstat singularis, cum P. Vitellii nomine, qui gener ipsius, et idem pater A. Vitellii Imp. fuit, apud D. Vaillant, p. 10. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΟΡΤΥΝΙΩ. Caput Germanici nudum. *Germanicum Caesarem Gortynius* Praetor salutat. .)(. In area, ΕΠΙ ΠΟΠΛΙΟΥ ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΥ ΑΝΘΥ. (Hoc est, Ἀνθυπάτȣ) ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. *Sub Publico Vitellio Proconsule.* Nummus *Nicomediensium.* H.

x. Cor Germanici) Suet. in Calig. c. 1. de Germanico Caligulae patre: *Antiochiae obiit, non sine veneni suspicione. Nam praeter liuores qui toto corpore erant, et spumas quae per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum est: cuius ea natura existimatur, vt tinctum veneno igne confici nequeat:* Narrat Thuanus Hist. L. I. de Heluetio gladiatore Huldrico Zuinglio, cadauere flammis tradito, absumi cor haud potuisse. H.

y. Genere morbi) Quoniam non iis solum qui veneno, sed et iis qui cardiaco morbo interirent, euenire id pro confesso haberi vellet. H.

z. Sub eo) Sub corde pulmones exstant, quibus ipsum cingitur. Sunt haec deinceps ap. Arist. de part. anim. L. III. c. 6. p. 1009. H.

a. Pulmo est.) Tumorem et animi fastum in pulmone veteres collocarunt: vnde Graecis μέγα πνέειν: et prouerbium, *De pulmone reuellere*, id est, stultam et arrogan-

officina, attrahens ac reddens animam, idcirco spongiosus, ac fistulis inanibus *b.* cauus. Pauca eum (vt dictum est *c.*) habent aquatilia. [1] At cetera *d.* oua parientia exiguum, spumosum, nec sanguineum: ideo non sitiunt. Eadem est causa *e.*, quare sub aqua diu ranae et phocae vrinentur. Testudo quoque *f.*, quamuis praegrandem et sub toto tegumento habeat, sine sanguine tamen habet. Quanto minor hic corporibus, tanto velocitas maior. [2] Chamaeleoni *g.* portione maximus, et nihil aliud *h.* intus. LXXIII.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Dal. aquatilia ac cetera Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. Chamaeleonti Gr. et Al.*

rogantem opinionem animo eximere. Persius: *Grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelet.* Erasm. in Chiliad. Plaut. in Epid. *Dii immortales otiose isse admiror pedibus pulmoneis, Qui probitet prius venisse, quam tu aduenisti mihi.* id est, mollissimis, tardissimis. Theocr. Eidil. 25. Μεσσηγὺς δ' ἔβαλον στήθεων, ὅτι πνεύμονος ἕδρα. *Dalec.*

b. Fistulis inanibus) Σύριγγας vocat Philosophus. Frequentibus pulmo cauernis hiat, quas venae permeant, in quibus plurimum sanguinis. H.

c. Vt dictum est) L. IX. f. 6. H.

d. At cetera) Lacerti, testudines, aues. Arist. l. c. et Albert. de anim. L. XIII. c. 6. p. 384. Vide N. et Em. N. XC. (hic adi.) *Pauca etc.)* Prius *ac cetera* legebatur. Verum palam est a piscium genere transferri nunc orationem ad cetera quae oua pariunt, quibus exiguus pulmo esse dicitur, vt piscibus fere nullus. Ex Arist. de part. anim. L. III. c. 6. p. 1009. Plinii mentem perspeximus. H.

e. Eadem est causa) Quia spumosus est et fungosus, plurimum aeris in se continens, quo vno refrigeratur id genus abunde aliquanto tempore, dum sub aqua est. Arist. l. c. H.

f. Testudo quoque) Arist. l. c. H.

g. Chamaeleoni) Plutarch. L. de sol. anim. ex Theophrasto parum abesse scribit, quin totum corpus pulmone sit plenum. H.

h. Et nihil aliud) In Indice huius loci: *Quibus animali.*

LXXIII. Iecur in dextra *i.* parte eſt. In eo *k.* quod caput extorum vocant *l.*, magnae varietatis. M. Marcello *m.* circa mortem, quuum periit ab Hannibale,

malibus nihil aliud quam pulmo intus. Tamen de corde diximus, L. VIII. ſ. 51. De eiuſdem iecoris praeſtantia in medicina dicemus, L. XXVIII. ſ. 29. H.

i. Iecur in dextra) Ariſt. H. A. L. II. c. 19. p. 269. Aliquando tamen iecoris ac lienis permutatas ſedes, vt illud in laeua, in dextra foret iſte, viſum a ſe medici teſtantur apud Schenk. Obſ. med. L. III. p. 447. H.

k. In eo) In iecore. Caput iecoris ex omni parte diligentiſſime aruſpices conſideraſſe tradit et Cicero de Diuin. L. II. p. 224. Plutarch. in Marcello p. 315. κεφαλὴν ἥπατος vocat. Ceteri ſcriptores Latini, cum Plinio, κατ' ἐξοχὴν caput extorum. Pars eſt iecoris ſuperior, gibbera et rotunda, Laconicae teſtudinis ritu. H.

l. Caput extorum vocant.) Summam et altiſſimam hepatis fibram ita vocant. Vide Alex. ab Alex. cap. 25. V. Id geminum vel impenſe auctum, vel fibra introrſum replicata contractum, felicia promittebat, triſtia vero luridum, ſanioſum, puſtuloſum, coctura tabeſcens, quouis modo vitioſum. *Fibrum* Varroni, extremum: inde veſtimentorum fimbriae, et fibra, extremum in iecore, quod *extorum caput* auctor vocat. Perſ. Satyr. 2. *Rem ſtruere exoptas caeſo boue, Mercuriumque Accerſis fibra.* *Fiſſum* etiam *iecoris*, haruſpicum vocabulum fuit: nempe rima, vnde profertur vena, quae partuum vmbilico inſeritur. Hinc *fiſſiculare exta*, vel extorum proficia Apuleio et Martiano: nempe rimari, contemplari, θυοσκοπεῖν, καρδιουλκεῖν, Luciano. *Scalig.* In extis vero proſecta, et proſicia, partes quae coctae et reciſae diis offerebantur. *Nonius.* Turn. c. 39. XXVI. Apud Feſtum exta vel muta ſunt, e quibus nihil reſponſi aut diuinationis elicitur: vel adiutoria, quae quidpiam indicant. Hic autem extorum ſignificatio de hepate ſolo accipienda eſt; non enim vel abſque iecinore hoſtiae inuentae ſunt, vel cum duplici: ſed in prima hoſtia Marcelli iecinoris caput defuit: in eiuſdem ſecunda duplex repertum eſt. Plutarchus in Marcello, Valerius lib. I. c. 6 de prodigiis. *Dal.*

m. M. Marcello) Plutarch. l. c. Val. Max. L. I. c. 6. n. 9. de

nibale, defuit in [1] extis. Sequenti deinde die geminum repertum eſt. Defuit et C. Mario, quum immolaret Vticae: item Caio *n.* principi Kalend. Ianuariis, quum iniret Conſulatum, quo anno interfectus eſt: Claudio ſucceſſori eius, quo menſe interemptus eſt veneno. Diuo Auguſto *o.* Spoleti ſacrificanti primo poteſtatis *p.* ſuae die, [2] ſex victimarum iecinora replicata intrinſecus ab [3] ima fibra *q.* reperta ſunt: [4] reſponſumque duplicaturum intra annum *r.* imperium. Caput extorum triſtis oſtenti

1. *exitu. M. praue.* 2. *ſex, in M. deeſt.* 3. *vna. V.* 4. *vrſum tum quoque eſt. V.*

9. de M. Marcello: *Is captarum Syracuſarum, et Hannibalis ante Nolana moenia a ſe primum fugere coacti gloria inflammatus, quum ſummo ſtudio niteretur vt Poenorum exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret, ſolemnique ſacrificio voluntates Deorum exploraret: quae prima hoſtia ante foculum decidit, eius iecur ſine capite inuentum eſt: proxima caput iecinoris duplex habuit. — Ita monitus M. Marcellus ne quid temere conaretur, inſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis egredi auſus, a multitudine hoſtium in Bruttiis circumuentus, aeque magnum dolorem ac detrimentum patriae interitu ſuo attulit.* Vide et Liu. L. XXVII. p. 309. Haec omnia Cicero ridet de Diuin. L. II. p. 226 H.

n. Item Caio) Caio Caeſari Germanico Aug. H.

o. Diuo Auguſto) Sueton. in Aug. c. 95. *Primo autem conſulatu ei augurium capienti, duodecim ſe vultures, vt Romulo oſtenderunt: et immolanti omnium victimarum iecinora replicata intrinſecus ab ima fibra patuerunt: nemine peritorum aliter conieclante, quam laeta per haec et magna portendi.* H.

p. Primo poteſtatis) Quo die bellum ſibi contra Antonium, vna cum poteſtate Praetoria, decretum intellexit, Dio, L. XLVI. p. 311. et 321. Miſcet omnia Sueton. loco allato, quum id ad primum Auguſti Conſulatum referre videtur. Plinii verba ab eo tranſcripta ibi palam eſt. Sed vterque a Plinii mente aberrat. H.

q. Ab ima fibra) Iecoris extremae partes, imo et cordis, et cuiuſcumque viſceris, fibrae vocantur. H.

r. Intra annum) Antonio deuicto, A. V. C. 724. H.

ti *s.* caesum quoque est *t.*, praeterquam in sollicitudine ac metu: tunc enim perimit curas. Bina iecinora *u.* leporibus circa [1] Briletum *x.* et Tharnen,

1. *Prilietum. Alii circa Briletum et Parnetha et vulgg.*

s. Tristis ostenti) Vel *tristi ostento*. H.

t. Caesum quoque est) Cultro victimarii tactum ac vulneratum. *Dal.*

Caesum) Victimarii cultro imprudenter laesum. Hinc Ouid. Metam. L. XV. v. 794. — *Magnosque instare tumultus Fibra monet, caesumque caput reperitur in extis.* Decio quoque immolanti, caput iecinoris caesum repertum Liuius notat L. VIII. p. 139. H.

u. Bina iecinora) Lobos interpretor, pinnasue geminas, in quas animantium plerorumque, si bouem aliaque excipias, iecora diuidi, iisque ventriculum, ceu digitis, tegi et contineri aiunt. Barthol. Anat. L. I. c. 14. p. 83. Iecur ita fissum in iis leporibus esse Philosophus ait, H. A. L. II. c. 19. p. 269. quum re ipsa duplicatum non sit, eiusmodi tamen esse videatur. H.

x. Circa Briletum) Circa Bisaltiam, Theopompus apud Athenaeum lib. VI. *Dal.*

Circa Briletum) Vide N. et Em. N. XCI. (hic adi.) *Circa Bril.*) In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. etc. *Circa Prilietum et Tarnem et Cherroneso.* Auctor libri Mirab. Auscult. p. 1163. Theopompus apud Athen. L. IX. p. 401. Aelianus H. A. L. V. c. 27. et L. XI. c. 40. Gellius item, L. XVI. c. 25. p. 906. circa Bisaltiam, quae vicina Thraciae regio est, aiunt id euenire. Sed hic haud dubie legendum, *circa Brilettum et Parnetha*, vti ex Thucydide et Pausania didicimus, qui hos esse Atticae montes docuere. Thucydides quidem L. II. p. 115. Ἄραντες ἐκ τῶν Ἀχαρνῶν, ἐδῄουν τῶν δήμων τινὰς ἄλλους, τῶν μεταξὺ Πάρνηθος καὶ Βριλύσσου ὄρους. *Motis castris ab Acharnis, nonnulli alios pagos vastarunt, qui sunt inter Parnetha et Brilessum montes.* Iterumque L. IV. p. 317. Οἱ δὲ ἐπὶ τὸ Ὠρωποῦ· ἄλλοι δὲ πρὸς Πάρνηθα τὸ ὄρος, *Alii ad Oropum, alii ad Parnetha montem.* De Briletto Plinius ipse L. IV. s. 11. De Parnethe iterum Pausanias in Atticis p. 31. Ὄρη δὲ, inquit, Ἀθηναίοις ἐςὶ Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι· καὶ Πάρνης, παρεχομένη θήραν συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων. *Montes*

et in Cherroneſo ad Propontidem. Mirumque, tranſlatis alio interit alterum.

LXXIV. In eodem eſt fel, non omnibus *y* datum animalibus. In Euboeae *z.* Chalcide nullum pecori. In Naxo *a.* praegrande geminumque, [1] vt prodigii loco *b.* vtrumque aduenae. Equi, muli *c.*, aſini,

1. *et prod. loc. vtr. ſit aduenis.* V.

„*Montes* ſunt Athenienſibus: Pentele, vbi lapicidinae: item Parnes, exhibens venationem ſuum agreſtium, vrſorumque." Ibi et Iupiter Parnethius fuit, eodem teſte: Καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς, etc. H.

y. Non omnibus) Ariſt. H. A. L. I. c. 22. p. 139. et de part. anim. L. IV. c. 2. p. 1020. H.

z. In Euboeae) Ariſt. locis citt. Cheſias quoque in Indicis, ap. Herod. p. 667. H.

a. In Naxo) Ariſt. p. 140. et p. 1020. H.

b. Vt prodigii loco) Triſte oſtentum aduena putat eſſe, quum ibi facit rem diuinam: vtrumque non naturae inſtituto ratus, ſed portenti alicuius ſignificatione accidere. H.

c. Equi, muli,) Capras fel non habere, falſum eſt, docente id vel Plinio libro vigeſimo octauo, capite decimo. Idcirco legendum videtur, *capreae*, haud *caprae.* Ariſtoteles lib. ſecundo, capite quinto decimo: *Fel aliis adnectitur iecori, aliis minime. Ex genere enim quadrupedum quae animal generant, ceruo et damae deeſſe notatum eſt, atque etiam equo, mulo, aſino, vitulo marino, et murium nonnullis.* Item libro quarto de partibus animalium, cap. 2. *Quaedam felle omnino carent, vt equus, mulus, aſinus, ceruus, dama. Camelus non diſcretum, ſed venulis quibuſdam confuſum habet. Vitulus etiam marinus caret: et inter piſces marinos delphinus.* Porro damam ex genere caprearum ſilueſtrium, Plinius ſupra retulit libro octauo, cap. 54. At Dioſcorides libro ſecundo, cap. 69. fel habere tradit, et inunctum ſanare luſcioſos. Illud quoque animaduertendum, apri, quem Plinius inter animalia felle carentia enumerat, nullam inueniri in Ariſtotele mentionem. E contrario Ariſtoteles vitulum marinum fel habere negat: Plinius paulo poſt fel habere tradit. Sed *apri* nullo modo legi poſſe liquet ex Dioſco-

asini, cerui, capreae [1], apri, cameli *d.*, delphini non habent. Murium *e.* aliqui habent. Hominum *f.* paucis non est, quorum valetudo [2] firmior, et vita longior. Sunt qui equo non quidem in iecore esse, sed

1. *caprae Gr. et vulgg.* 2. *firma. M.*

Dioscoride, qui loco citato suem fel habere prodit, et ex Plinio libro vigesimo octauo, capite decimo, vbi in vsibus medicinae vtile esse fel apri indicat. Quo pacto igitur curandum hoc carcinoma? Nempe vt permutatis sedibus, in locum aprorum vituli marini commeent, et apri in vitulorum marinorum. Sic fiet vt Plinius non dissentiat ab Aristotele: et, quod peius est, a seipso. *Pint.*

Equi, muli, etc.) Arist. H. A. L. II. c. 18. p. 253. et de part. anim. L. IV. c. 2. p. 1020. Ctesias apud Photium cod. 73. p. 153. negat fel esse iis animantibus, quibus est solida vngula. Arist. l. c. in ceruis agnoscit quiddam felli simile, sed multo concretius. H.

d. Capreae, apri, cameli,) Capream nunc appellat, quae Aristoteli locis citatis πρὸξ appellatur: alii damam reddunt. Αἰγὸς ἀγρίας, quam Plinius capream quoque transtulit L. VIII. s. 82. fel in primis laudatur a Dioscor. L. II. c. 96. Camelis, delphinoque inesse fel negari a quibusdam Philosophus ait l. c. Scriptor Arabicus ap. Bochart. de anim. P. I. L. II. c. 1. p. 77. habere camelum ait quiddam felli analogum, quod interdum etiam fel vocatur, vti ab ipso Plinio, L. XXVIII. s. 26. Vide Not. et Em. N. XCII. (hic consp.) *Capreae)* Prius *caprae* legebatur: at caprinum fel commendat ipse non semel in medicinis, L. XXVIII. vbi et de apri felle mentio. Scilicet, vt camelo, etsi fel inesse ei quidam inficias eunt, inest tamen quiddam felli quod proportione respondeat, sic apro fortassis: quamobrem tametsi de apro nihil hoc loco Philosophus dixerit, non esse sollicitandam Plinii lectionem putaui: Pintiano hac parte infirmior paulo ac religiosior. H.

e. Murium) Arist. ll. cc. H.

f. Hominum) Veteribus id olim creditum, felle carere longaeuos, argumento ducto e ceruorum solidipedumque genere, vt ait Arist. ll. cc. H.

ſed in aluo putent: et ceruo in cauda *g.*, aut inteſtinis. Ideo tantam habent amaritudinem, vt a canibus non attingantur. *h.* Eſt autem nihil aliud, quam purgamentum [1] peſſimumque ſanguinis, et ideo

1. *Sic et Cb. peſſimuſque ſanguinis. M. peſſimum. V. quod placet: fel enim aeque optimi atque peſſimi ſanguinis excrementum eſt.—Purgamentum peſſimi ſanguinis, et ideo in materia eius eſt.*

g. Et ceruo in cauda) De Achaino tantum id Ariſt. c. 15. II. hiſt. *Dalec.*

Et ceruo) Vide N. et Em. N. XCIII. (hic adſp.) *Et c.)* Nimis diffuſa oratione vſus, Scaligero poſt Dalecampium, Plinius videtur, nec ſatis vera, qui ad vniuerſum cervorum genus tranſtulerit, quod de Achainis tantum appellatis Philoſophus ſcripſit, H. A. L. II. c. 18. p. 253. Τῶν δ' ἐλάφων, αἱ Ἀχαΐναι καλȣ́μεναι, δοκȣ̃σιν ἔχειν ἐν τῇ κέρκῳ χολήν. Quod et Antigonus, hiſtor. 76. p. 66. repetit totidem fere verbis. Sed exiſtimauit is nimirum gentile id loci alicuius nomen eſſe, non aetatis: impulſus in fraudem fortaſſis ab Apollonii Scholiaſte ita ſcribente: Ἀχαΐα ἐςὶ Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται Ἀχαιϊνέαι ἔλαφοι, αἱ καὶ σπαδινέαι λέγονται. Verum nugari Grammaticulum conſtat ex ipſo Apollonii carmine, quod interpretatur: vbi non ab alicuius regionis indigenis ceruo id nominis inditum, ſed a venatoribus ipſis, vnde illi fuerint, teſtatur: ἢ ἐλάφοιν Γίγνεται, ἥν τ' ἀγρῶςαι Ἀχαιϊνέην καλέȣσιν. Ceruum iuuenculum ea vox ſonat. H.

h) Vt a canibus non attingantur) Falſum id eſſe, docent venatores, qui capto ceruo, in more habent eius viſceribus, inteſtinis, ſanguine canes cibare, id quod dicunt, *faire la curée.* Dal.

Non attingantur) Subintellige, inteſtina. Emollit hoc Plinii dictum Philoſophus in hiſt. anim. L. II. c. 18. p. 262. ita vt affirmet quidem a canibus non attingi, ſed hac exceptione adhibita, niſi cerui valde pingues fuerint: ἔντερον αὐτῶν ἐςὶ πικρὸν ȣ̔́τως, ὥςε μηδὲ τȣ̀ς κύνας ἐθέλειν ἐσθίειν, ἂν μὴ σφόδρα πίων ᾖ ὁ ἔλαφος. Et ſane iis noſtri venatores canes ſuos cibant, idque vocant, *Faire la curée.* H.

ideo amarum eſt. *i.* Certe iecur *k.* nulli eſt, niſi ſanguinem habentibus. Accipit *l*, hoc a corde, cui iungitur: funditque in venas.

LXXV. Sed in felle nigro inſaniae *m.* cauſa homini, morſque toto reddito. *n.* Hinc et in mores crimen, bilis nomine. Adeo magnum eſt in hac parte virus, quum ſe fundit in animum. Quin et

[1] toto

i. Et ideo amarum eſt) Vide N. et Em. N. XCIV. (hic poſ.) *Eſt autem)* Locum hunc hactenus inſigniter corruptum ita reſtituimus, tum ex veſtigiis R. 1. cod. tum quod certius haud paulo eſt, ex ipſo Philoſopho, qui Plinianis ſimilia nunc tradit. Is enim de part anim. L. IV. c. 2. p. 1020. ſanguinis purgamentum quoddam et excrementum eſſe pro confeſſo ponit, eſſe autem excrementum alimento contrarium, amarum dulci: ſanguinem porro dulcem eſſe: ex quo ſua felli amaritudo conſtat. Ἐξ αἵματός ἐστιν ἡ χολὴ τὸ γινόμενον περίττωμα ἐναντίον τι γὰρ τῇ τροφῇ τὸ περίττωμα βούλεται εἶναι· καὶ τῷ γλυκεῖ τὸ πικρόν· καὶ τὸ αἷμα γλυκὺ τὸ ὑγιαῖνον. In libris hactenus excuſis, *purgamentum peſſimi ſanguinis, et ideo in materia eius eſt.* R. 1. *et ideo in maria eſt.* H.

k. Certe iecur) Ariſt. H. A. L. II. c. 18. p. 247. H.

l. Accipit) Iecur accipit a corde ſanguinem. H.

m. Sed in felle nigro inſaniae, etc.) Plaut. in Amphit. — *Delirat vxor.* SO. *Atra bile percita eſt: Nulla res tam delirantes homines concinnat cito.* Idem in Capt. — *ardent oculi: fune opus, Hegio. Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Atra bilis agitat hominem.* Dal.

Sed in felle nigro) Quod veſica biliaria, ſeu fellis, vt vocant, folliculo, canalique biliario continetur: diuque retentum aduritur: et nigrum inde colorem trahit. Hanc inſaniam a felle μανίαν ἀπὸ τῆς χολῆς, a μελαγχολίᾳ diſcriminat Galenus, Comm. 6. in aphor. Hipp. 21. p. 260. H.

n. Morſque toto reddito) Hippocrates Aphoriſ. 24. *Dal.*

Morſque toto reddito) In dyſenteriae morbo, qui ortum ab atra bile duxerit: iecore in duodenum inteſtinum, per porum canalemue biliarium, bilem propellente. Galenum lege in Comm. 4. ad aphor. Hipp. 24. p. 147. H.

[1] toto corpore vagum, colorem quoque oculis aufert *o.*: illud quidem redditum *p.*, etiam ahenis: nigrescuntque contacta eo: ne quis miretur id venenum esse serpentium. *q.* Carent eo *r.*, qui [2] absinthium *s.* [3] vescuntur in Ponto. Sed renibus *t.* et parte

1. *toto vagum corpore.* M. 2. *absinthio.* M. 3. *pascuntur.* V.

o. Colorem quoque oculis aufert) Plaut. in Menaech. *Viden' tu illi oculos virere? vt viridis exoritur color. Ex temporibus atque fronte? vt oculi scintillant? vide.* Et paulo post: *Vt pandiculans oscitatur? quid faciam mi pater?* In Curcul. *Quis hic est homo cum collatino ventre, atque oculis herbeis.* Dal.

Colorem quoque oculis) In morbo regio, quem effusio facit biliosi humoris in vniversum corpus. Inde tota cutis flauescit aureo colore, in primisque oculi, in quibus propter ingenitum candorem color ille vitiosus magis conspicuus est. H.

p. Redditum) Reiectum *ore* vel *aluo* tingit ahena quibus excipitur. H.

q. Venenum esse serpentium) Vide quae de veneno serpentium diximus s. 62. Id ibi in felle situm esse negavimus, recentiores sequuti scriptores. H.

r. Carent eo) Hoc vero, non de hominibus, sed de pecore tantum, quod absinthium vescitur, accipiunt Aelianus, H. A. L. XI. c. 29. et Stephanus, verbo Ἀψίνθιος, vterque ex Theophrasto, Hist. Plant. L. IX. c. 18. vt et Apollonius, Hist. Comment. c. 13. H.

s. Absinthium) Vel *absinthio.* Vtrumque recte: illud autem est ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Sic Tibullus: *Phoebaeus innoxia laurus Vescar*, etc. Plinio alias familiaris loquutio. Indicem vide. H.

t. Sed renibus et parte tantum altera intestino iungitur in coruis, coturnicibus, phasianis: quibusdam intestino tantum, vt columbis, accipitri, muraenis) Nulla ratione verbum, *renibus*, tolerari potest, quia vtitur exemplo auium, quas renibus et vesica carere Aristoteles auctor est libro secundo, capite decimo sexto, et Plinius infra cap. 33. De reliquo locus est lacunosus et lacer, in quo partim verba desunt, partim in ditionem alienam migrarunt, partim etiam redundant. Qua enim ratione Plinius columbas et accipitres

parte tantum altera inteſtino iungitur, in coruis, coturnicibus, phaſianis: quibuſdam inteſtino tantum, vt columbis, accipitri, muraenis. Paucis auium *u.* in iecore. Serpentibus portione maxime copioſum, et piſcibus. Eſt autem pleriſque *x.* toto inteſtino, ſicut accipitri, miluo. Praeterea [1] in iecore eſt et [2] cetis omnibus: [3] vitulis quidem *y.* marinis ad multa quoque nobile. Taurorum felle aureus ducitur color. Aruſpices id Neptuno et [4] humoris

1. *in pectore eſt.* Ch. 2. *ceteris auibus.* M. *et* Ch. *ceteris animalibus.* V. 3. *aptis quidem ad* Pint. *vituli marini fel non habent.* Ariſt. 4. *Iunonis.* M.

pitres auium ſpecies, muraenis piſcibus coniunxiſſet? Legi itaque verius poſſet, *Sed auibus ex parte tantum ventri: aliis inteſtino iungitur, vt columbis, coruis, coturnicibus, phaſianis.* Nam de accipitre mox paulo, ob idque ſuperuacaneam eſſe eam dictionem putauerim. Ariſtoteles libro ſecundo, capite quintodecimo: *Quod etiam in auibus pari modo perſpectum eſt: aliis enim ventri, aliis inteſtino iungitur, vt columbae, coruo, coturnici, hirundini, paſſeri: aliis iecori ſimul et ventri, vt capricipiti: aliis iecori ſimul et inteſtino, vt accipitri, miluo.* Pintian.

Sed renibus) Hoc eſt, ſummis lumbis, quo loco renes eſſe ſolent iis, qui renes habent. At quemadmodum Plinius ipſe animaduertit inferius ſ. 21. *Renes pennatis ſquamoſiſque nulli.* H.

u. Paucis auium) Vt gallinis, et attagenis. H.

x. Eſt autem pleriſque) Auium pleriſque, inquit, toto inteſtino porrigitur, pari cum eo longitudine. H.

y. Vitulis quidem) Ea quoque animalia quae veſicula fellis deſtituuntur, vt ceruus, camelus, delphinus, quae ſuperius affirmare viſus eſt, felle carere, hoc eſt eo fellis folliculo: alterum nihilominus habent bilis receptaculum, quem πόρον vocant, canalemue biliarium, qui ab hepate recta abit in inteſtinum. Horum e numero vitulus marinus cenſendus eſt, vt Bartholin. animaduertit, Anat. L. I. c. 15. p. 97. Sunt igitur bilis ſeu fellis vaſa duo; veſicula, et canalis. Prius vitulo marino adimit Philoſophus, H. A. L. II. c. 18. p. 235. Poſterius non negat. H.

moris potentiae z, dicauere: geminumque fuit Diuo Augusto a., quo die apud Actium vicit.

LXXVII. Murium iecusculis fibrae b. ad numerum Lunae in mense congruere dicuntur c. totidemque inueniri, quotum d. lumen eius sit: praeterea bruma increscere. Cuniculorum [1] in Baetica saepe geminae e. reperiuntur. Ranarum rubetarum altera fibra f. a formicis non attingitur, propter venenum, vt

1. *Sic et M. cuniculorum exta in Baetica saepe gemina reperiuntur Gr. et Al.*

z. *Et humoris potentiae)* R. 1. 2. etc. Par. et vet. Dalecampii, *et Iunonis.* Forte rectius, *Neptuno vt humoris potentiae.* Id est, et aquarum numini. H.

a. *Geminumque fuit Diuo Augusto)* Arato sacrificanti idem quum accidisset, aruspex vaticinatus est reconciliatas iri ciuium dissensiones, quod euentu verissimo consequutum est. *Alex. ab Alex. cap.* 25. *V.* Fellis magnitudo in extorum obseruatione fortunata omnia feliciaque promittit. *Dalec.*

Geminumque) Diuo Augusto litante, fel repertum est in hostia geminum. H.

b. *Murium iecusculis fibrae)* Plutarch. Quaest. 5. 4. Sympos. non de quouis mure id scripsit, sed de Mygale, id est, Araneo mure: quem Aegypti venerabantur quia caecus sit, tenebras luce priores et antiquiores existimantes: deinde quod solus e muribus aetate quinta nascatur, id est, nouilunio: et quod senescente Luna iecur eius minuatur. *Dal.*

Murium iecusculis) Aelian. H. A. L. II. c. 56. H.

c. *Congruere dicuntur, etc.)* Vide infra cap. 4. lib. XXIX. *Dalec.*

d. *Quotum)* Quotus dies lunae. H.

e. *Cunicu orum in Baetica saepe geminae)* Fibrae nimirum, quae vox subintelligenda ex superiore clausula. Interpolatores voculam interseruerant, *Cuniculorum exta in Baetica saepe gemina;* nos eam induximus, vt superuacuam, ac temere inuectam. H.

f. *Altera fibra)* Et quod mirum magis videtur, quum altera fibra propter venenum non attingatur: altera, quam formicae appetunt, contra omnia venena est pro antidoto, ita referente Man. Phile de propr. animal. p. 76.

vt arbitrantur. Iecur maxime *g.* vetuſtatis patiens, centenis *h.* durare annis, obſidionum exempla *i.* prodidere.

LXXVII.

76. cap. de rubeta: quod ad ranam vulgarem Plinius retulit, L. XXXII. ſ. 18. H.

g. Iecur maxime, etc.) Turnebus cap. 23. lib. XX. Aduerſ. adnotauit hunc locum ſuſpectum eſſe, nec tamen reſtituere potuit. *Dal. Iecur maxime, etc.*) Sic lege: *Iecur vetuſtatis maxime patiens, centenis durar annis Oxyrynthon exempta prodidere.* Vide Salmaſ. 1315. a.

h. Centenis) Colb. 3. ſolus, *ſeptenis.* H.

i. Obſidionum exempla) Iecur, inquit, ranarum rubetarum, (nam de eo ſolum hic agi verba proxime antecedentia demonſtrant:) centenis durare annis, ex vrbium obſidionibus didicimus. Nam in quibuſdam munitionibus incluſae, repertae ſunt prorſus corruptae, ſolo iecore integro, quum poſt annos centenos diruerentur eae munitiones. V. Not. et Em. N. XCV. (paulo poſt) Familiaris eſt Plinio loquutio, *Eſt inter exempla, Eſt in exemplis*, vt acceptum illud ſignificet, e libris Exemplorum. Itaque *exempla prodidere* idem valet atque, eſt in exemplis, ſiue proditum eſt in libris exemplorum, capite de obſidionibus vrbium. Sic L. II. ſ. 104. Eſt in exemplis, et ſic alibi perſaepe, vt ex Indice intelliges. Eiuſmodi eſt liber Exemplorum Val. Maximi *Iecur*) Sic libri omnes vulgati: a Romana vſque editione anni 1470. ad hunc diem: ſic Lugd. cod. MS. totidem ſyllabis, apicibuſque. Augurabatur Turneb. Aduu. L. XX. c. 23. p 645. legi poſſe *Oxyrynchon exempla prodidere:* quoniam oxyrynchus piſcis in Aegypto ſit, cuius in iecore id quoque Plinius narrat, forſan ab otioſo homine potuerit olim obſeruari. *Sed iſtud,* inquit, *mihi commentum non placet.* Placuit nihilominus Salmaſio, qui ſuas in Solinum Exercitationes p. 1315. eo ditauit. In codice Vaticano 1950 et 1952 *hoc ſyrio tum.* In R. 1. Colb. 1. 2. et Par. *hoc ſyrion cum explenda prodidere.* In R. 2. *obſidione cum explenda* prodidere. Colb. 3. *exempla prodidere.* Coniiciebat nuper quidam legi poſſe, *ſeniorum*; ac de iecore cocto vel condito Plinium agere: prorſus futili coniectura.

LXXVII. Exta serpentibus *k.* et lacertis longa. Caecinae Volaterrano dracones emicuisse de extis laeto prodigio traditur: et profecto nihil incredibile sit, existimantibus, Pyrrho regi *l.*, quo die periit, praecisa hostiarum capita repsisse; sanguinem suum lambentia. Exta homini *m.* ab inferiore *n.* viscerum parte [1] separantur membrana *o.*, quae praecordia appellant *p.*: quia cordi [2] praetenditur, quod Graeci

1. Sic ex MSS. em. Hard. separant membrana quae. Ch. Separantur membranis. Gr. et Al. *2. Sic et Pint. quia a corde praetenditur. Ch. cordi praetenduntur Gr. et Al.*

Sinceram librorum omnium typis excusorum esse lectionem nostra probat interpretatio; quam esse verissimam Plinianae orationis contextus docet. H.

k. Exta serpentibus) Arist. H. A. L. II. c. 10. p. 278. vbi extorum nomine, cor, et pulmo, intelligitur: haec sunt in serpentibus et lacertis oblonga. H

l. Pyrrho regi) Plutarch. in Pyrrh. p. 404. H.

m. Exta homini ab inferiore) Exta non viscera quaevis sunt, sed supra praecordia, cor et pulmo; quod in suo situ exstant, id est, infra praecordia, ventriculus, iecur, lien, quod aliis, vt renibus, vesicae, lactibus, vtero, superposita sint. Non ergo praeter rem Plinius inferiorem hic viscerum partem dixit. Chiffletius legit, *ab interiore*, quod non probo. *Dalec.*

Exta homini) Haec Arist. de part. anim. L. III. c. 10. p. 1014. H.

n. Ab inferiore) Ab iecore, liene, renibus, ventriculo, intestinis. H.

o. Membranis quae praecordia appellant) Vetus lectio correctius *Membrana* habet, non *Membranis*. Nam septum transuersum à Graecis diaphragma appellatum, vna dumtaxat est, non plures membranae. *Pint.*

p. Praecordia appellant) Dissipium siue disseptum Macrobius vocat cap. 6. lib. I. in somn. De hoc viscere multa Rhodiginus cap. 12. lib. IV. *διάφραγμα* et *διάζωμα* Graeci vocant. Grammatici *συντελεῖν εἰς τὸ φρονεῖν καὶ φλεγμαῖνον παραφροσύνην ποιεῖν* credunt, quod negat Hippocrates lib. de sacro morbo: nullam enim iis inesse *δυνάμιν*, *ὥ-*

ϛε

Graeci appellauerunt *φρένας*. *q*. Omnia *r*. quidem principalia viſcera, membranis propriis *s*, ac velut vaginis incluſit prouidens natura: in hac *t*. fuit et peculiaris cauſa vicinitas alui, ne [1] cibo ſupprimeretur animus. Huic certe refertur accepta ſubtilitas mentis *u*.: ideo nulla eſt ei caro *x*., ſed neruoſa

Ee 2 exilitas.

1. cibis. V.

ςε Φρονέειν καὶ νοέειν. Idem Ariſtot. III. de part. anima. *οὐκ μετέχειν μὲν τοῦ Φρονεῖν, ἀλλ' ἐγγὺς εἶναι τῶν μετεχόντων, καὶ ἐπίδηλον ποιεῖν τὴν μεταβολὴν τῆς διανοίας*: vt on[illegible]tatur Galeni iudicium, lib. *τῶν πεπονθ. μορ.* et de adminiſtrat anatomic. Brodaeus c. 14. V. *Dalec.*

Quae praecordia) Quod cordi praetenditur. Vulgatiore vocabulo *διάφραγμα* appellatur, a Graecis: Latinis ſeptum tranſuerſum: quoniam ventrem medium ab infimo diſpeſcit: *Le diaphragme* Etiam acceptionem eius vocis, *praecordia*, vide inferius, ſ. 82. et L. XXX. ſ. 14. H.

q. Φρένας) Φρένες proprie mentem ſignificant, quam *νοῦν καὶ διάνοιαν* etiam Graeci appellant: ad quam quoniam aliquid conducere diaphragma credebatur, aut quia quum id nimio plus incaleſcit, mens quoque laedatur, et *Φρενῖτις*, ſeu continuum prope delirium excitetur, ea gratia a Platone, et reliquis veteribus eodem nomine donatum eſt: nihil vt interſit, *Φρένας* an *διάφραγμα* dixeris. H.

r. Omnia) Verbum, *principalia*, adulterinum inueĉtitiumque ducimus, quod omnia viſcera, non tantum principalia membranis natura inuoluerit. Ariſtoteles libro de partibus animalium tertio, capite 11. *Membranis omnia viſcera includuntur, quod tegmine opus eſt, quo illaeſa ſerventur.* Idem ſcribit libro De hiſtoria animalium tertio, capite tertio decimo. *Pint.*

s. Membranis propriis) Praeter communes. *Dalec.*

Membranis propriis) Ariſt. de part. anim. L. III. c. 11. p. 1015. vbi et quae ſint ea principalia viſcera aperit, cor nempe, cerebrumque: et membranarum quae natura ſit, explicat. H.

t. In hac) In hac membrana, nempe diaphragmate. Haec Ariſt. de part. L. III. c. 10. p. 1014. H.

u. Subtilitas mentis) Conſenſus certe eſt illi cum cerebro

exilitas. In eadem praecipua *y.* hilaritatis ſedes, quod titillatu maxime intelligitur alarum *z.*, [1] ad quas ſubit: non alibi tenuiore cute humana, ideo ſcabendi dulcedine ibi [2] proxima. Ob hoc in praeliis gladiatorumque ſpectaculis mortem cum riſu *a.* traiecta praecordia attulerunt.

LXXVIII. Subeſt venter *b.* ſtomachum habentibus,

1. *Id falſum. Subit enim ad ſextam coſtam. Lego, ad quas fere ſubit.* 2. *praecipua V.*

rebro is quem modo diximus: qui fit per neruos inſignes a cerebro ad ſeptum illud pertingentes, qui calorem cerebro communicant. Adde fumidos vapores, quos motu ſuo aſſiduo flabelli inſtar, tranſmittit ad cerebrum. Ideo fortaſſis τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν ἐν τῷ διαφράγματι εἶναι, principem animae ſedem in eo ſepto locarunt veterum quidam, vt auctor eſt Plutarch. de placit. Philoſ. L. IV. c. 5. p. 899. Quam porro vim habeant ſapiendi et intelligendi praecordia, recte explicat Hippocr. T. X. L. de morbo ſacro, c. 9. p. 485. H.

x. Ideo nulla eſt ei caro) Falſum id eſſe monſtrat Anatome. Septi quidem ambitus neruoſus et membranoſus eſt, media vero pars carnoſa. *Dal.*

Ideo nulla) Hoc ſeptum media, eaque praecipua ſui parte, (caput ſeu principium vocant) conſtat exiliore ac tenuiore membrana, ſed qua coſtis adhaeret, carnoſius eſt; σαρκωδέστερον, vt Philoſophus ſcribit l. c. H.

y In eadem praecipua) Ariſt. l. c. H.

z. Alarum) Ariſt. l. c. et ſ. 35. probl. 8. ſcribit hunc titillatum fieri περὶ τὴν μασχάλην, *circa alam.* Coſtas extremas congruentius mori noſtro loquendi dixiſſet: ad has enim vſque id ſeptum pertingit. H.

a. Mortem cum riſu) Sed ſardonio riſu ſcilicet. Ariſt. l. c. H.

b. Subeſt venter ſtomachum habentibus, ceteris ſimplex, ruminantibus geminus) Legendum reor, *Ruminantibus quadrigeminus.* Ariſtoteles libro ſecundo, capite 17. *Sed ventris diſſimilitudo. Primum quod quadrupedes viuiparae, cornigerae, altera maxilla dentatae quaternos eiusmodi habent ſinus, quae quidem et ruminare dicuntur. Gula enim incipiens ab ore, deorſum*

bus, ceteris ſimplex, ruminantibus geminus *c.*, ſanguine carentibus nullus. [1] Inteſtinus *d.* enim ab ore incipit, et quibuſdam eodem reflectitur, vt ſepiae, polypo. In homine adnexus *e.* infimo ſto-
Ee 3 macho,

1. *Sic et Cb. Inteſtinum. Dal. Inteſtinis enim quibuſdam ab ore incipiens quadam via eodem reflectitur. Gr. et Al.*

deorſum tendit ad pulmonem, ſeptumque tranſuerſum. Hinc ſe ad ventrem applicat maiorem, qui parte interiore aſper interceptuſque eſt; ac prope gulae commiſſuram ſinum ſibi adnexum habet, quem ex argumento reticulum vocant. Eſt enim ventri extrinſecus ſimilis, intus reticulis mulierum implexis, magnitudine multo quam venter minor. Hunc excipit omaſum parte interiore aſperum, cancellatum, cruſtatum, magnitudine reticuli. Abomaſum venter ab eo alius iungitur, magnitudine amplior omaſo, forma oblongior, cancellis intus et cruſtis multis, magnis et laeuibus innormatus. Mox inteſtinum iam ſequitur. Cornigera altera maxilla dentata omnia ad hunc modum ſuum habere ventrem certum eſt: ſed differunt inter ſe magnitudine, aut figura, atque etiam quod gula vel in medium ventris tendat, vel in latus vergat. At vero omnia dentata maxilla vtraque ventres ſingulos habent, vt homo, canis, ſus, vrſus. Pint.

Subeſt venter) Ventriculus, l' *Eſtomach.* Sunt haec apud Ariſt. de part. L. III. c. 14. p. 1006. H.

c. Ruminantibus geminus) Vt lepori. Vide N. et Em. N. XCVI. (hic. adi.) *Rumin.)* Vitioſam eſſe lectionem cenſuit Pintianus, et *quadrigeminus* reponendum, ex Ariſtotelis loco praue intellecto: atque hoc pacto, errorem errore cumulauit. Neque enim Philoſophus, H. A. L. II. c. 19. p. 271. quibuſlibet ruminantibus quaternos aſſignat ventriculos, ſed ſolum cornigeris, quadrupedibus, animal parientibus, iiſdemque altera tantum maxilla dentatis. Horum ſi quid cui defuerit, erit illud ad aliud genus reuocandum: vt cameli, lepores, aliaque. H.

d. Inteſtinus) Ita MSS. omnes. Inteſtinus, qui ventris vicem habet, ab ore incipit, et in quibuſdam *animalibus* ad os reflectitur, vt in ſepia, etc. H.

e. In homine adnexus) Ventriculus ſcilicet, ſtomacho, (ſic enim orificium ventriculi veteres, vt diximus, appellabant,) adnexus. H.

macho, similis [1] canino. *f.* His solis *g.* animalium inferiori parte angustior: itaque et [2] sola vomunt, quia repleto propter angustias *h.* supprimitur cibus: quod accidere non potest iis, quorum spatiosa laxitas eum [3] in inferiora transmittit.

LXXIX. Ab hoc ventriculo lactes *i.* in homine et oue, per quas labitur [4] cibus: in ceteris [5] hillae:

1. *cani.* D. 2. *tacite.* Dal. 3. *ad.* M. 4. *cibus.* Cetero. M. 5. *cileos a quo cap.* V. *illa a quibus, etc.* Alii V.

f. Similis canino) Arist. H. A. L. I. c. 19. p. 129. H.

g. His solis) Homini, et cani. H.

h. Angustias) Inferioris partis ad pyloron. *Dalec.*

Propter angustias) Inferioris orificii. H.

i. Ab hoc ventriculo lactes, etc.) Lege, *A ventriculo lactes, per quas labitur cibus: cetera, ilia à quibus, etc.* Ineptus quidam addidit margini, in *homine et boue:* quasi vero lactium, ilium, siue eilei, et crassiorum Intestinorum non eadem structura sit, quae et hominis. Lactes auctor vocat νῆςιν, ieiunum et δωδεκαδάκτυλον: Ilia τὸν εἰλεὸν: capaciora, κῶλον τυφλὸν, εὐθύ. His distribuitur et separatur cibus ab inutilibus purgamentis. Varro in Prometheo, *Retrimenta cibi quae exierant per posticum, euallefecerunt,* id est, eiecerunt. Lactes *pantices*, prisco et obsoleto verbo Plautus appellat in Pseud. — *improbae vini modo cupidae estis: Eo vos vestrosque pantices adeo madefacitis, Cum ego hic sim siccus.* Apud Festum *pantices*, frux ventris. Mesareon vocant medici, et mesentereon. *Dal.*

Lactes in homine et oue) In MSS. omnibus *lactis* in singulari scribitur. Lactium non idem est apud veteres et recentiores significatus. Maioris nominis auctores, pro intestinis gracilibus mollioribusque accipiunt, quae in homine et oue, aliisque etiam occurrunt, per quae cibus labitur. Gloss. vet. *Lactes* λεπτὰ ἔντερα τῶν ἐρίφων. Priscianus L. VI. p. 686. *Hae lactes*, inquit, *partes sunt intestinorum . . . singulare, haec lactis est,* Titinnius: *Lactis agmina.* Pomponius: *Oro te, Basse, per lactes tuas.* Nonius: *Lactes dicuntur intestina.* Aliis lactes non tam intestina, quam pingue illud, quod ea ambit, significant. H.

lae *k.*: a quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominique flexuoſiſſimis orbibus. Idcirco magis auidi ciborum, quibus [1] ab aluo longius *l.* ſpatium. Iidem minus *m.* ſolertes, quibus obeſiſſimus venter. Aues [2] quoque *n.* geminos ſinus habent quaedam: vnum, quo merguntur recentia, vt guttur *o.*: alterum, in quem *p.* ex eo demittunt concoctione maturata: vt gallinae, palumbes, columbae, perdices. Ceterae fere carent eo *q.*, ſed gula patentiore vtuntur *r.*, vt gracculi, corui, [3] cornices.

Ee 4 Quae-

1. *ad aluum.* *Dal.* 2. *quaedam.* *V.* 3. *coturnices.* *M.*

k. In ceteris hillae) In oue lactes, inquit, in ceteris hillae vocantur. Certe Acron ad illud Horat. L. II. Sat. 4. *Perna magis ac magis hillis* etc. *Hilla*, inquid, *dicuntur falſa inteſtina hirci.* Hoedi lactes gloſſae veteres vocant. Vide N. et Em. N. XCVII. (hic poſ.) *In cet.)* Anatomicae rei imperitia, neglectuque MSS. codd. factum eſt, vt hoc loco editores Plinii *ile* ſcripſerint, pro *hillae*, vti exhibent R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Par. tum in ipſo hoc contextu, tum in huius libri Indice. Inde error Rob. Stephani in Theſ. ling. Lat. et aliorum. Quae vero ilia appellentur, dictum eſt. ſ. 83. H.

l. Ab aluo longius) His enim minus flexuoſum inteſtinum eſt. Vide Ariſt. de part. anim. L. III. c. 14. p. 1018. H.

m. Iidem minus) Celſus, L. II. c. 1. H.

n. Aues quoque) Ariſt. H. A. L. II. c. 22. p. 281. H.

o. Vt guttur) Πρόλοβον Ariſtoteli, ingluuiem Latinis priſcis, apud Feſtum, gigerium: Galli vocant *Gizier.* Dalec.

Vt guttur) Πρόλοβον Philoſophus vocat, l. c. Galli *le Jabot.* Latini, ingluuiem. Dalecampius fallitur, qui hanc ingluuiem Gallis dici *Giſerium* putat. H.

p. Alterum, in quem) Gallis, *le Géſier*, vel *Giſier.* H.

q. Carent eo) Nempe priore ſinu, ſiue ingluuie. Sunt haec apud Ariſt. l. c. p. 282. H.

r. Sed gula patentiore vtuntur) Vel tota vel prope ventrem. Ariſtot. cap. vlt. lib. II. hiſt. *Dal.*

Quaedam neutro modo *s.*, sed ventrem proximum [1] habent, quibus praelonga colla et angusta, vt porphyrioni. Venter solidipedum asper et durus. Terrestrium aliis denticulatae asperitatis, aliis cancellatim [2] mordacis *t.* Quibus neque *u.* dentes vtrimque, nec ruminatio, hic conficiuntur cibi, hinc in aluum delabuntur. Media haec *x.* vmbilico adnexa in omnibus, in homine [3] suillae infima parte similis, a Graecis appellatur colon *y.*, vbi dolorum magna causa est. Angustissima *z.* canibus, qua de causa vehementi nisu, nec sine cruciatu, leuant eam. Insatiabilia *a.* animalium, quibus a ventre protinus recto intestino transeunt cibi, vt lupis ceruariis, et inter aues mergis. Ventres elephanto *b.* quatuor, cetera [4] suibus *c.* similia: pulmo quadruplo maior bubu-

1. *habent. Quibusdam. Pint. ex Arist. c. vlt. lib. II. hist.* 2. *mordacis, quibus dentes vtrimque nec ruminatio. Hic. M. mordacis. Quib. dentes vtrimque nec ruminatio. Hic. V.* 3. *ile inf. par. simile suillo e Graecis. V.* 4. *subus. Ch.*

s. Quaedam neutro modo.) Vt passeres. *Dal.*

Quaedam neutro) Hoc est, neque ingluuiem habent, neque gulam amplam. Arist. l. c. p. 283. H.

t. Cancellatim mordacis) Sic eleganter limae seu scobinae ferrariae aculeos expresseris, quorum series cancellatim disponitur. H.

u. Quibus neque) Ad verbum ista Arist. de part. L. III. c. 14. p. 1017. H.

x. Media haec) Alui situm, et nomen explanat. H.

y. Colon) Κῶλον, Intestinum crassum, in quo fiunt tormina colica. H.

z. Angustissima) Arist. l. c. H.

a. Insatiabilia) Arist. ibidem. H.

b. Ventres elephanto) Arist. H. A. L. II. c. 19. p. 275. H.

c. Cetera suibus) In MSS. omnibus, *subus.* Aliis *suillis* magis placet. Viscera cetera, Philos. inquit l. c. suillis similia sunt praeter iecur, πλὴν τὸ μὲν ἧπαρ, quod bubulo maius est quadruplo, et alia pari ratione, κα὚ τἆλλα. H.

bubulo. *d.* Auibus venter carnosus callosusque. In ventre *e.* hirundinum pullis lapilli [1] candido aut rubenti colore *f.*, qui chelidonii vocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur. Et in iuuencarum secundo ventre pilae rotunditate nigricans tophus *ff.*, nullo pondere: singulare, vt putant, remedium aegre parientibus, si tellurem non attigerit.

LXXX. Ventriculus *g.* atque intestina pingui ac tenui omento *h.* integuntur, [2] praeterquam oua

Ee 5 gignen-

1. *candidi. M.* 2. *tam ceteris, quam oua gigni. V. consentiente Arist. lib. IV. cap. 3. et 4. de part. anim.*

d. Pulmo quadruplo maior bubulo) Memoriae lapsus, venia dignus. Nam quod Aristoteles de iecore scribit. Plinius pulmoni tribuit: nisi quis malit errorem in librarium detorquere. Aristoteles libro secundo, capite vltimo: *Exta quoque eadem suillis proxima, sed maiora. Iecur enim quadruplo maius bubulo est, et reliqua pari ratione excepto liene: hic enim minor portione est.* Pintianus.

e. In ventre) Lapillos huiuscemodi duos penes se in Museo esse scribit Aldrov. Ornith. L. XVII. c. 6. p. 663. H.

f. Rubenti colore) Dioscoridi alter est coloris varii, alter sinceri. *Pint.*

ff. Nigricans tophus) Papiae vocabularium: *Tofus, lapis cauernosus et mollis. Du Tuf.* De hoc iuuencarum tofo seu pumice rursum dicetur inferius L. XXVIII. s. 77. H.

g. Ventriculus) Secus Aristoteles libro quarto De partibus animalium, capite tertio: *Omentum membrana est, aut seuosa aut adiposa, scilicet vtro modo pinguescere animal solet, oritur id de medio ventre, tam vniuentri quam multiuentri generi, qua veluti futura describitur. Inest enim et in ventre, vt in corde futurae vestigium quoddam, vnde omentum exorsum reliquam ventris partem cunctaque intestina complectitur in omnibus sanguine praeditis, tum terrestribus tum aquaticis animalibus.* Idem auctor eodem libro, capite primo, Omentum habere omnia animalia sanguine praedita, scribit. Quare aestimandum, an hic legi debeat, *Praeterque*, non *Praeterquam.* Pint.

h. Omento) Graecis ἐπίπλοον, membrana ventriculo puluinaris more instra-

ta,

gignentibus. *i.* Huic adnectitur *k.* lien in sinistra *l.* parte aduersus iecori, cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiose. *m.* Quidam eum *n.* putant inesse oua parientibus, item serpentibus *o.* admodum exiguum: ita certe apparet in testudine, et crocodilo, et lacertis, et ranis. [1] Aegocephalo aui *p.* non esse constat, neque iis quae careant sanguine. Peculiare cursus impedimentum aliquando in

1. *Cynocephalo.* *Parm. praue.*

ta, intestinorum anfractus inuoluens, saepe infra vmbilicum, ad os vsque pubis protensa. Gallis Anatomicis, *la Coëffe.* H.

i. Praeterquam oua gignentibus) Aquilae tamen, nonnullisque auibus aliis eiusmodi omentum esse Anatomici Parisienses adnotarunt. At non de auium, credo, sed de animalium genere dumtaxat, quae oua pariunt, sermo Plinio est. H.

k. Huic adnectitur) Haec deinceps Arist. H. A. L. II. c. 19. p. 270. H.

l. Lien in sinistra, etc.) Plautus in Curculione, *Nunc iam quasi zona liene cinctus ambulo: Geminos in ventre habere videor filios. Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar miser.* Apud eumdem in Mercatore, Acanthio celerrimo cursu properans ait: *Perii, seditionem facit lien: occupat praecordia. Perii: animam nequeo vertere, nimis nihil tibicem siem.* Dalec.

m. Sed prodigiose) Arist. l. c. In piscibus tamen multis e conuerso rem se habere, permutatisque sedibus, lienem in dextro, in sinistro hepar reperiri, auctor est Alb. M. de animal. L. III. tr. 2. c. 5. p. 145. idque olim in homine quoque Herophilus animaduertit, teste Galeno, Administr. Anatom. L. VI. c. 8. Etiam et recentiores, quos Schenkius laudat, Obss. med. L. III. p. 447. H.

n. Quidam eum) Haec totidem verbis Philosophus, H. A. L. II. c. 18. p. 247. H.

o. Item serpentibus) In vipera pancreas appellandum potius, quam lienem, Charasius suspicatur, in Anat. viperae s. 4. p. 63. H.

p. Aegocephalo aui) Arist. l. c. Αἰγοκέφαλος a Theod. Gaza *Capriceps* redditur: auis eadem forte, quae *αἰγώλιος*, de qua L. X. s. 79. H.

in eo: quamobrem inuritur *q.* curſorum laborantibus. Et per vulnus *r.* etiam exempto, viuere animalia tradunt. Sunt qui putent *s.* adimi ſimul riſum homini *t.*: intemperantiamque [1] eius conſtare lienis magnitudine. Aſiae regio Stepſis appellatur, in qua minimos *u.* eſſe pecori tradunt, et inde ad lienem [2] inuenta remedia.

LXXXI. At in Brileto *x.* et Tharne quaterni renes ceruis: contra pennatis *y.*, ſquamoſiſque nulli. [1] Cetero

1. *ioci. V. et. M.* 2. *inuecta. Ch.*

q. Quamobrem inuritur) Hunc etiamnum morem eſſe Turcicis curſoribus, Roſſetus eſt auctor, laudatus a Riolano, Anthrop. L. I. p. 132. De extinguendo liene rurſum dicetur, L. XXVI. ſ. 83. H.

r. Et per vulnus) Id vero fieri plane poſſe, ſine vllo vitae diſcrimine, rationibus et experimentis nituntur efficere Phyſici quidam recentiores: Negauit olim Coel. Aurel. Chron. paſſ. L. III. c. 4. H.

s. Sunt qui putent adimi ſimul) Exemto nimirum liene. Q. Seren. Sammonicus cap. de ſplene curando: *Splen tumidus nocet, et riſum tamen addit ineptum, Dicitur exſectus faciles auferre cachinnos, Perpetuoque aeuo frontem praeſtare ſeueram.* H.

t. Adimi ſimul riſum homini) Ob vſum aſpleni. *Dal.*

u. In qua minimos, etc.) Apud Rhodig. c. 18. IV. Horus nec ridere, nec odorari, nec ſternutare tradit τελείως σπληνετικούς. *Dal.*

x. At in Brileto) Apionem Grammaticum haec pariter prodidiſſe ſcribit Aelianus H. A. L. XI. c. 40. H.

y. Contra pennatis etc.) Auium generi vniuerſo ineſſe renes ſcribunt Anatomici Pariſienſes: ſed carunculas eas eſſe, quae renum vicem obtineant, iamdudum Ariſtot. adnotauit: ſic enim ille de part. anim. L. III. c. 9. p. 1012. Οὐδὲν γὰρ νεφρὲς ἔτε τῶν πτερωτῶν καὶ λεπιδωτῶν ἔχει, ἔτε τῶν φολιδωτῶν, πλὴν αἱ θαλάττιαι, καὶ αἱ χερσαῖαι χελῶναι· ἀλλ᾽ ὡς εἰς τὲς νεφροὺς τεταγμένης σαρκὸς ἐκ ἐχέσης χώραν, ἀλλὰ διεσπαρμένης εἰς πολλὰ, πλατέα νεφροειδῆ ἐν ἐνίοις τῶν ὀρνίθων ἐστίν. Hoc eſt, Gaza interprete: *Nullum enim pennatum, nullum ſquamatum, nullum corticatum, excepta*

[1]Cetero fummis adhaerent lumbis. Dexter omnibus *z.* elatior, et minus pinguis ficciorque. Vtrique autem pinguitudo e medio exit, praeterquam in vitulo marino. *a.* Animalia *b.* in renibus [2] pinguissima: oues quidem letaliter circum eos *c.* concreto pingui. Aliquando in eis inueniuntur lapilli. *d.* Renes habent *e.* omnia quadrupedum, quae animal generant: oua parientium testudo sola *f.*, quae et alia

1. *De cetero.* *Ch.* 2. *pinguissima oues, letaliter quidem circum.* *M.*

excepta testudine, renes habet: quamquam in nonnullis auibus carunculae quaedam sunt latiusculae, speciem renum ostendentes: quasi ea caro, quae renibus delegata est, locum non habeat, sed in plura dispersa sit. H.

z. Dexter omnibus) Arist. l. c. et H. A. L. I. c. 23. p. 142. At in homine tamen plerumque ren dexter inferior est, vt cedat iecori, cui proxime subiacet: raro is finistro elatior: raro ambo situ pares. H.

a. In vitulo marino) Neque enim aequabiles ei renes sunt, vt ouibus, quadrupedibusque ceteris: sed quemadmodum homini, bubulis renibus similes, ac velut e multis renibus exiguis conflati atque compacti. Quare medio illo carent, quod κοῖλον cauum Aristoteli dicitur, vnde illa pinguitudo exit. Arist de part. anim. L. III. c. 9. p. 1012. H.

b. Animalia) Arist. H. A. L. III. c. 13. p. 364. H.

c. Circum eos) Ex pabuli copia in Leontino Siciliae agro euenire Philosophus ait, l. c. p. 365. vt renes ouium vndequaque pinguedine obruantur, eaeque intereant. H.

d. Lapilli) *La Gravelle.* Etiam et vermes gignuntur renibus. Vide apud Schenkium exempla complura, Obss. medd. L. III. p. 509. H.

e. Renes habent) Arist. H. A. L. II. c. 18. p. 267. et de part. L. III. c. 9. p. 1012. Renem vnicum inuentum fuisse in corpore D. de Turenne, testatus est Chirurgus, vt refert Scriptor libri Gallici, Melanges d' histoire et de litterature, T. I. p. 60. H.

f. Testudo sola) Nec vero quaelibet, sed marina tantum, χελώνη ἡ θαλαττία. Arist. loco prius citato: nam posteriore negat lutariam renes,

alia omnia viſcera: [1] ſed vt homo, bubulis *g.* ſimiles, velut e multis renibus compoſitos.

LXXXII. Pectus, hoc [2] eſt, oſſa, praecordiis et vitalibus natura circumdedit: at ventri, quem neceſſe erat increſcere, ademit. Nulli animalium *h.* circa ventrem oſſa. Pectus homini *i.* tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis, et inter eas aquaticis maxime. Coſtae homini tantum octonae *k.*, ſuibus denae, cornigeris tredecim, ſerpentibus *l.* triginta.

LXXXIII. Infra aluum *m.* eſt a priore *n.* parte veſica,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. ſed hominibus ſimilis, v. e m. r. compoſitus. Ren homini bubulo ſimilis, etc. vt. V. Sed homo bubulis Gr. et Al.* 2. *et coſtas. Pint. Pectus praecordiis. M.*

renes habere, ἡ δ' ἀμμὸς ἔτεκύςιν, ἔτε νεφρὲς ἔχει. H.

g. Sed vt homini, bubulis) Hoc eſt, vitulinis. Ariſtot. l. c. Rondeletium vide, de piſcibus L. I. c. de renibus. H.

h. Nulli animalium) Ariſt. de part. anim. L. II. c. 9. p. 989. H.

i. Pectus homini etc.) Ariſt. de part. an. L. IV. c. 10. p. 1035. H.

k. Coſtae homini tantum octonae) Apud Pauſaniam lib. I. Protophani Magneſio in Olympia eodem die pancratio et lucta victori, coſtae, vt in aliis hominibus, diſcretae non fuerunt, ſed os vnum continuum a iugulo ad ſitum vſque poſtremae nothae coſtae. Lego vero; *Coſtae homini tantum duodenae.* Niſi forte ſuperiores octonas tantum intelligat, veras et legitimas, non adnumeratis quatuor ſpuriis. *Dalecamp*

Tantum octonae) Ariſt. H. A. L. I. c. 12. p. 100. Veras ſeu maiores tantum numerat: et ſic vtrimque octonae ſunt computandae. Minores negligit, quas ſpurias, barbari *mendoſas* vocant, *Fauſſes coſtes*, quae ſunt numero quaternae. Alii ſeptem veras, nothas ſeu ſpurias quinque enumerant H.

l. Serpentibus) Serpentum generi vniuerſo, inquit Philoſ. H. A. L. II. c. 20. p. 278. coſtae tot, quot in menſe dies: τριάκοντα γὰρ ἔχουσι. H.

m. Infra aluum) Haec totidem

ſica, quae nulli oua gignentium, praeter teſtudinem: nulli niſi ſanguineum pulmonem habenti: nulli pedibus carentium. Inter eam et aluum arteriae *o.*, ad pubem tendentes *p.*, [1] quae ilia *q.* appellantur. In veſica lupi lapillus, qui Syrites [2] vocatur. Sed in hominum *r.* quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, et ſetarum *s.* capillamenta.

1. *quae inguina. D.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. vocetur. Ch. et M. appellatur Gr. et vulgg.*

tidem verbis Ariſt. de part. c. 8. p. 1011. et Hiſt. L. III. c. 11. p. 358. H.

n. A priore) Ab anteriore animalis parte. H.

o. Arteriae) Aut vaſa genitalia marium, aut venae et arteriae ad crura deſcendentes. *Dal.*

Arteriae) Rami ſunt duo arteriae magnae, ſeu Aortae, iliaci appellati: quoniam vbi arteriae truncus deſcendens in eos ramos diſpeſcitur, nempe ab vmbilico fere ad pubem, ibi ſunt ilia vtrimque, nempe inter coxas et pubem. H.

p. Ad pubem tendentes) Pubem τὸ ἐφήβειον, nunc κῆπον veteres dixerunt, tam feminarum quam marium: vnde prouerbium, γλυκεῖ ὀπώρα ἐκλελίποτος φύλακος, nunc πεδίον, in feminis praeſertim. Ariſtophanes: Νὴ δ' ὦ Βοιωτία, καλὸν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον. Λ. καὶ νὴ Δία κομψότατα τὰν βλαχὼ παρατετιλμένα. quo in loco feſtiue *pulegium* vocat pudendi pilos: nunc λειμῶνα. Euripides in Cyclope. Ἵν' ἔστι τοῦτο τ' ὀρθὸν ἐξανιστάναι, Μαστοῦ τε δραγμὸς, καὶ παρασκευασμένου. Ψαῦσαι χέρσιν λειμῶνος: Scaliger nunc κλειτώριον, εὐδιαῖον βρόκτον χειμάῤῥουν, vt Latini eugium. *Dal.*

q. Quae ilia) Forte, *qua ilia*, hoc eſt, qua parte ilia appellantur. *Iliacae* neſcio quis hoc loco ridicule ſomniauit. H.

r. Sed in hominum) Et quidem praeter hominem calculoſum fieri nullum animal poſſe docet Ariſt. ſ. 10. prob. 42. Διὰ τί τῶν ζώων οὐδὲν λιθιᾷ, ἀλλ' ἢ ἄνθρωπος, etc. Verum et in equi veſica nuper calculum eſſe repertum, molis haud exiguae, eruditi viri monuerunt. H. In Muſeo Linkio Lipſ. adſeruatur calculus in ſuis veſica repertus.

s. Et ſetarum) Inſtar ſetarum.

ta. Vesica membrana constat *t.*, quae vulnerata cicatrice *u.* non solidescit *x*: [1] neque qua cerebrum *y.*, aut cor inuoluitur: plura enim membranarum genera.

LXXXIV. Feminis eadem omnia: praeterque vesicae iunctus vtriculus, vnde dictus vterus *z.*: [2] quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vuluam. Haec viperae *a.* [3] et intra se parien-

1. *nec.* *Ch.* 2. *quem in homine. V. quod in homine. D.* 3. *et. V. ac. Dal.*

rum. Hinc pili simul cum ruina reiecti: nec pili modo, sed vermes etiam capillares: de quibus vide Sennert. Pract. L. III. P. 7. c. 3. p. 587. et P. 8. s. 2. c. 8. p. 597. H.

t. Vesica membrana constat) Quodam membranae genere constat, inquit Philosophus, H. A. L. III. c. 11. p. 358. quod facie potius quam natura membranam repraesentat; distendi enim potest. De intima et propria vesicae membrana, in qua fibrae rugaeque plurimae, quo facilius distendatur, haec accipienda sunt. H.

u. Quae vulnerata cicatrice, etc.) Hippocrates Aphoris. 18. VI. *Dal.*

x. Non solidescit) Non coalescit nisi raro, Arist. l. c. H.

y. Neque qua cerebrum) Arist. l. c. p. 357. Vide etiam Hipp. Aph. s. VI. aph. 18. H.

z. Vnde dictus vterus) Lucilio lib. XXI. Satyr. *bulga*, quasi folliculus, loculus: *Ita vt quisque nostrum e bulga est matris in lucem editus.* Inde *vulua.* *Dal.*

Vterus) Ab vtre siue vtriculo, ob cauitatem dictus: Matrix etiam dicitur, et loci muliebres, vbi nascendi initia consistunt, inquit Varro. Gallis, *la Matrice*, quoniam fetum, matris ritu, fouet. H.

a. Haec viperae) Geminam, inquit, vuluam viperae habent, ceteraque quae similiter primum ouum, mox intra se pariunt animal: superiore enim ouum gignitur: mox descendunt oua in inferiorem, efficiunturque ibi animalia, proxime genitale. Haec Arist. de gen. anim. L. I. c. 10. et 11. p. 1053. H.

parientibus, duplex: oua generantium adnexa praecordiis *b.*: et in muliere geminos ſinus *c.* ab vtraque [1] parte laterum *d.* habet: [2] funebris, quoties *e.* [3] verſa ſpiritum incluſit. Boues grauidas negant praeterquam dextero vuluae ſinu ferre, etiam [4] quum geminos ferant. Vulua [5] eiecto *f.* partu melior quam edito. Eiectitia *g.* vocatur illa, haec porca-

1. *parte alterum.* D. 2. *funera.* M. *funeſta.* M. *aliud. funera.* V. 3. *euerſa.* Dal. 4. *ſi.* V. 5. *ſecto.* Ch.

b. Adnexa praecordiis) Septo tranſuerſo ſiue διαφράγματι, ſiue ὑποζώματι, vt Philoſ. ait l. c. et H. A. L. III. c. 2. p. 295. vbi nihilominus piſces infra illud habere vterum monet. H.

c. Geminos ſinus) Idem ait quod Galen. de vſu part. L. XIV. c. 4. p. 635. ſinus eſſe, κόλπους, vteri geminos, quorum numerum aequari putat cum papillarum numero ceterarumque partium corporis, quae geminae ſunt, dextrae ac ſiniſtrae, vt aures oculi, manus, pedes. Falſo: nam et nullis ſinubus multi fetus continentur: et feminae quaternos, ſeptenoſque pariunt. H.

d. Laterum) Alterum in dextra, in laeua parte alterum. Latera matricis Pollux ὤμους vocat, quaſi humeros. H.

e. Funebris quoties) Letalis eſt vuluae conuerſio, quoties aſcendens illa iecur appetit, ſuffocationemque derepente creat, inquit Hippocr. de mulier. morb. L. I. c. 10. p. 735. Στρεφόμεναι δὲ αἱ μῆτραι ἐπιβάλλουσι τῷ ἥπατι — — πνίγα ποιέουσιν ἐξαπίνης, etc. An vterus tamen reuera aſcendat in feminis, diſputat Sennertus Pract. L. IV. P. I. ſ. 2. c. 15. p. 649. Ex veſtigiis porro vett. codd., *funeſta* libentius, quam *funebris* agnouerim. H.

f. Vulua eiecto) Iam ad ampliſſimam ganeae materiam explicandam tranſit: vuluam nimirum ſuillam. Eiectus partus eſt, qui per abortum in lucem prodiit: vulua, quae hunc fetum continuit, μήτρα ἐκβολάδος dicitur ab Hipparcho, apud Athen. L. III. p. 101. Editus, qui legitimo tempore ac naſcendi modo prodibat. Haec omnia miſcet Corn. Witel Theſ. Crit. Tom. I. c. I. p. 588. H.

g. Eiectitia) Ἐκβόλιμος. H.

porcaria: primiparae *h.* ſuis optima: contra [1] effetis. A partu, praeterquam eodem die [2] ſuis occiſae, liuida ac macra. Nec nouellarum *i.* ſuum, [3] praeter primiparas probatur: potiuſque veterum, [4] dum ne effetarum; nec biduo ante partum, aut poſt partum, aut quo eiecerint die. Proxima [5] eiectitiae eſt, occiſae vno die poſt partum. Huius et ſumen optimum *k.*, ſi modo [6] fetus *l.* non hauſerit:

1. *effeta.* Dal. 2. *ſiue occiſa.* Dal. 3. *ſic ex MSS. em.* Hard. *conſ.* Ch. *praeterquam primipararum probatur* Gr. et Al. 4. *necdum.* V. M. 5. *abiectitiae.* M. *abiectitia.* Ch. 6. *fetus lac non.* Dal.

h. Primiparae) Suis quae primo genuit, πρωτογόνου. H.

i. Nec nouellarum) Virginum. Martial. Epigr. L. XIII. ep. 56. p. 708. *Te fortaſſe magis capiet de virgine porca, Me materna graui de ſue vulua capit.* H.

k. Huius et ſumen optimum) Vide ſupra cap. 51. lib. VIII. Delicias, cupedias, et ganeam e ſuibus peti ſolitas Plautus memorat in Carbonaria, *Sic ego pernam, ſumen ſuis ſpectile, callum, glandiae.* Idem in Captiuis, *Dii immortales, vt ego callos praetruncabo tergorios: Quanta peſtis pernis veniet? quanta labes larido? Quanta ſumini abſumendo? quanta callo calamitas? etc.* Idem in Menaech. — *de foro obſonarier Glandulam ſuillam, laridum, peronidem, aut ſinciput, aut polimenta porcinea, etc.* Idem in Pſeud. *Pernam, callum, glandium, facito vt in aqua iaceant.* Sinciput *ophthalmia* vocaſſe videtur. Plautus in Captiuis. Scaliger in Carbonaria legit, *Eſto, pernam, ſumen ſueris, ſpectile, etc.* ac *ſpectile*, ex Feſto interpretatur carnem ſub vmbilico. Eidem ſcriptori *Petimen* dicitur ex Naeuio, quod eſt inter duos armos ſuis, vt pectus. Naeuius, *Petimine porcino qui meruerat.* Dalec.

l. Si modo fetus) Si mammam fetus non exhauſerit. Eſt enim ſumen, farcimen illud quod fiebat ex mammis ſuillis, poſt primum ſtatim partum exſectis, antequam porcelli ſuxiſſent: idque quo magis lacte plenum erat, hoc amplius commendabatur: vnde illud Plinius laudari ait, quod fetus non hauſe-

ſerit: eiectitiae deterrimum. Antiqui *m.* abdomen vocabant *n.*: [1] priuſquam calleret, [2] incientes occidere *o.* non aſſueti.

LXXXV. Cornigera *p.* vna parte dentata, et quae

1. *prius callere id ſinentes, ante occidere.* 2. *Id ſcientes occidere non aſſueti Gr. et Alii. inſcientes vulgg.*

hauſerit: et Martial. Epigr. L. XIII. ep. 44. p. 704. *Eſſe putes nondum ſumen: ſic vbere largo Effluit, et viuo lacte papilla tumet. Mammas ſuminis* idem appellat, L. II. ep. 37. H.

m. Antiqui abdomen vocabant) Antiqui id ſumen abdomen vocabant: priuſquam id in callum dureſceret, propinquas partui ſues occidere non aſſueti. Priuſquam abdomini ſuminis vocabulum Publius mimorum poeta imponeret, vt dictum eſt L. VIII. ſ. 77. Forte a lacte abdito ac fugato, abdominis appellatio ab antiquis indita: quoniam ii, antequam vbera calleſcerent, hoc eſt, ante quam ſiccato lacte dureſcerent, ſuem occidere non ſolerent. H.

n. Abdomen vocabant) Abdomen Plautus in Milite dixit pudenda, et teſtes, *Vide iſtic tibi ſit acutus Cario culter probe.* Car. *Quin iamdudum geſtio moecho hoc abdomen adimere, Vt faciam quaſi puero in collo pendeant crepundia.* De ſumine feſtive Martialis: *Eſſe putes nondum ſumen, ſic vbere largo Effluit, et viuo lacte papilla tumet. Dal.*

o. Incientes occidere) Inciens quae ſus dicatur, Feſtus declarat: *Grauida*, inquit, *eſt quae iam grauatur conceptu: praegnans velut occupata in generando quod conceperit: inciens, propinqua partui, quod incitatus ſit partus.* Nepotes et luxurioſos ſui ſeculi Plinius notat, vt Turnebus animaduertit, Aduu. L. XX. c. 23. p. 645. qui vt illa parte tenera fruerentur antequam occaleſceret durareturque, ante partum ſues grauidas occidere ſolebant, quod maiores non factitabant. In R. 1. Colb. 1. 2. et Par. *inicientes*, vnde nos cum Turnebo, *incientes* fecimus: quum id *ſcientes* hactenus vitioſe legeretur. H.

p. Cornigera) Ariſt. de part. anim. L. II. c. 5. p. 984. H.

quae in pedibus talos habent, seuo pinguescunt. *q.* Bisulca, scissisue in digitos pedibus *r.*, et non cornigera, adipe. *s.* Concretus hic *t.*, et quum refrixit, fragilis: semperque in fine carnis. Contra pingue *u.* inter carnem cutemque, [1] succo liquidum. Quaedam non pinguescunt, vt lepus, perdix. *x.* Steriliora *y.* cuncta pinguia, et in maribus

Ff 2

1. seuum et liquidum. M. Lego succosum, etc.

q. Seuo pinguescunt) Στέαρ ἔχει. Arist. l. c. Seuum vel sebum, *du suif.* H.

r. Bisulca scissisue in digitos pedibus.) Et quae dentata sunt vtrimque. Aristot. c. 17. III. histor. *Dalec.* *Bisulca*) Arist. l. c. H.

s. Adipe) Πιμελὴν ἔχει ἀντὶ τοῦ στέατος, *Adipem pro seuo habent.* Πιμελὴ nunc Philosopho adeps est, seuum στέαρ. Mox eidem στέαρ adeps erit: pingue, πιμελή. Adipem ipsum pro seuo dixisse Latini quoque videntur, quod in conficiendis candelis vt plurimum vsurpatur. Testis Augustin. de morib. Manich. L. II. *Quid de adipe respondebitis, qui prope omnes Italiae lucernas illuminat?* H.

t. Concretus hic) Adeps nimirum. Arist. enim H. A. L. III. c. 13. p. 362. adipem, et pingue differre inuicem scribit: quod fragilis adeps sit, cogaturque et concrescat frigore: pingue contra liquidum, neque aptum gelascere. Locis enim ac situ, non natura modo discrepare: pingue namque inter cutem carnemque gigni: adipem non ibi, sed ad extrema carnis. Πιμελὴ δὲ καὶ στέαρ διαφέρουσιν ἀλλήλων, τὸ μὲν γὰρ στέαρ ἐστὶ θραυστὸν πάντη, καὶ πήγνυται ψυχόμενον· ἡ δὲ πιμελή, χυτὸν καὶ ἄπηκτον. Διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς τόποις. Ἡ μὲν γὰρ πιμελὴ γίνεται μεταξὺ δέρματος καὶ σαρκός. Στέαρ δ' οὐ γίνεται, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τέλει τῶν σαρκῶν. Τὸ στέαρ porro et de adipe dici a Latinis scriptoribus, testis est Philoxenus in Glossis; Στέαρ *pingue, spissum, adeps.* Vide Bartholin. Anat. L. I. c. 3. p. 17. H.

u. Contra pingue) Πιμελή. H.

x. Vt lepus, perdix) Sunt qui de perdicibus negant id esse verum. Vide Busbeq. ep. 3. fol. 67. H.

y. Steriliora) Arist. H. A. L. X. c. 13. p. 366. Causam eius rei affert idem, L. II. c. 5. p. 984. H.

bus et in feminis. Senescunt z. celerius praepinguia. Omnibus animalibus est quoddam in oculis pingue. *a.* Adeps cunctis [1] sine sensu, [2] quia nec arterias *b.* habet, nec venas. Plerisque animalium est [3] pinguitudo sine sensu: quam ob causam *c.* sues spirantes a muribus *cc.* tradunt [4] arrosas. Quin et L. Apronii Consularis viri filio detractos adipes, leuatumque corpus [5] immobili onere.

LXXXVI. [6] Et medulla [7] ex eodem *d.* videtur esse,

1. *sine sanguine, quia. V.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. qui nec: Gr. et Al.* 3. *pinguedo. M.* 4. *rosas. M.* 5. *immobile. V.* 6. *Ex medulla videtur iuuenta rubens, senecta albescens. M. Et m. ex e. v. e. iuuenta rubens, in sen. Ch.* 7. *ex humidis. Arist. c. 29. lib. III. hist.*

z. *Senescunt)* Aristot. l. proxime cit. Haec verba, *et in maribus, et in feminis. Senescunt celerius praepinguia,* desunt in MSS. omnibus: et certe ἐπεισακτα mihi ac supposititia esse videntur. H.

a. In oculis pingue) In oculis id reperitur, ad calefactionem oculi conferens, ad humectationem, faciliremque motum, et ad inanitates inter musculos et vasa complendas. H.

b. Quia nec arterias) Vbi enim sensus est, ibi vena et arteria est: vt in musculis, quorum nullus est sine iis, vt Galen. docet de vsu part. L. XVI. c. 11. p. 693. H.

c. Quam ob causam) Varro lib. II. c. 4. Rei rusticae. *Dal.* Nostris temporibus talia exempla non admodum rara esse rerum physicarum scriptores testantur, et laniones non ignorant pingue suum esse sine sensu, acu enim eos pungunt, neque mouentur.

cc. A muribus) Varro R. R. L. II. c. 4. *In Arcadia scio esse spectatam suem, quae pinguitudine carnis non modo surgere non posset, sed etiam in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset, et peperisset mures. Hoc etiam in iuuenca factum accepi.* Et balaenis quoque in Groenlandia, sine vllo doloris sensu, insciis adeps exscinditur. H.

d. Et medulla ex eodem) Ex eadem materia, nempe ex sanguine: adipem enim et pingue constare eo scribit Philosophus, de part. L. II. c. 5. p. 984. Medullam, c. 6. p. cit. ἐστι καὶ ὁ μυελὸς αἵματος φύσις. H.

fe, in iuuenta *e.* rubens, et fenecta albefcens. Non nifi *ee.* cauis haec offibus: nec cruribus iumentorum, aut canum: quare fracta non ferruminantur *f.*, quod [1] defluente euenit *g.* medulla. Eft autem pinguis *h.* iis, quibus adeps: [2] feuofa, cornigeris: neruofa *i.*, et in fpina tantum dorfi, offa non habentibus, vt pifcium generi: vrfis nulla: leoni *k.* in [3] feminum et brachiorum offibus paucis exigua admodum: [4] fed iis in tanta *l.* duritia, vt ignis elidatur, velut e filice.

Ff 3 LXXXVII.

1. *deficiente. V.* 2. *obefa. M. praue.* 3. *femorum et tibiarum. V.* 4. *ceterum tanta in iis duritia. V. cetera offa tanta dur. V. alii. cetera funt tanta duritia. Ch. cetera tanta duritia Gr. et Al.*

e. In iuuenta) In iuuenculis ἐν τοῖς νέοις. Arift. Hift. L. III. c. 15. p. 380. H.

ee. Nonnifi) Arift. p. 381. H.

f. Non ferruminantur) Non conglutinantur, nec folidantur fracturae: haec enim ferruminatio conglutinatioque offium fieri debet defluente medulla, et in fracturae locum tranfeunte. Ea porro in iumentis canibufque nulla eft. H.

g. Quod defluente euenit, etc.) Tranfeunte in fracturae locum. *Dal.*

Quod defluente) Quod idcirco euenit, quoniam defluit medulla, quae ferruminat. H.

h. Eft autem pinguis) Arift. p. 380. et de part. L. II. c. 6. p. 985. H.

i. Neruofa) Arift. l. proxime c. H.

k. Leoni) Arift. p. 381. Gal. de vfu part. L. XI. c. 18. p. 582. in feminum brachiorumque offibus, et fi qua funt alia eiufdem generis, vix confpicuam ac tenuem medullam agnofcit. H.

l. Cetera tanta duritia, vt ignis elidatur, velut è filice) Exemplar Salmanticenfe, *Ceteris in tanta duritia.* Legendum arbitror, *Ceterum ineft tanta duritia*, vel potius permutatis verbis, *Ceterum tanta in iis duritia:* de offibus enim leonis loquitur. Ariftoteles libro tertio, capite feptimo: *Conftat profecto leo praecipue omnium animalium offibus folidis. Sunt enim adeo dura, vt ex eis concuffis ignis velut è filice elidatur. Pint.*

Sed iis in tanta) Sed funt ea offa in tanta duritia, etc.

LXXXVII. Et iis dura, quae non pinguefcunt *m.*: afinorum ad [1] tibias canora. *n.* Delphinis *o.* offa, non fpinae: animal enim pariunt: ferpentibus fpinae. Aquatilium mollibus *p.*, nulla: fed corpus circulis carnis vinctum, vt fepiae, atque loligini. Et infectis negatur aeque effe vlla. Cartilaginea aquatilium *q.* habent medullam in fpina. Vituli marini cartilaginem, non [2] offa. Item omnium auriculae, ac nares, quae [3] modo eminent, [4] flexili mollitia, naturae prouidentia, ne frangerentur. Cartilago rupta non folidefcit. *r.* Nec praecifa offa *s.* recrefcunt,

1. *tubas. Ch.* 2. *offa cartilaginea omnium. V.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. quae modicum eminent Gr. et Al.* 4. *flexibili mollitie. M.*

etc. Feminum et brachiorum offibus, aliifque etiam tefte Philofopho, H. A. L. III. c. 7. p. 328. Vide N. et Em. N. XCVIII. (hic adi.)

Feminum) Sic reftituimus admonitu codicis R. 1. aliorumque, in quibus fcribitur, *Cetiis in tanta.* Hactenus editum, *Cetera tanta duritia* etc. Quod porro proxime antea legitur, *paucis exigua admodum*, legiffe Albertus videtur, *porcis exigua*, de anim. L. III. tr. 2. c. 7. p. 147. fed mendofe, opinor. H.

m. Non pinguefcunt) Sed feuum gignunt. *Dalec.*

Quae non pinguefcunt) Vt lepori et perdici. H.

n. Ad tibias canora) Apta vt tibiae ex iis canorae fiant. Sic e cruribus hinnulei, ἐκ τῶ νεβρῶ κώλων, factas olim tibias fcribit Athen. L. IV. p. 182. H.

o. Delphinis) Arift. de part. anim. L. II. c. 9. p. 989. Addere balaenam potuit, aliaque cetacea, quae animal pariunt, cum Alberto de anim. L. III. tr. 2. c. 1. p. 133. H.

p. Aquatilium mollibus) Mollia funt, loligo, fepia, polypus. His medulla nulla eft. H.

q. Cartilaginea aquatilium) Raia, lamia, canicula. *Dal.*

Cartilaginea) Raiae, paftinacae, torpedo. Haec Arift. l. c. et H. A. L. V. c. 8. p. 332. H.

r. Cartilago rupta non folidefcit) Hippoc. Aphor. 19. VI. *Dal.*

Cartilago rupta) Quoniam eft fine medulla, vt de iumentorum offibus diximus, idcirco nulla vi ferruminatur. H.

s. Nec

crescunt, praeterquam veterinis ab vngula ad suffraginem. *t.* Homo crescit *u.* in longitudinem [1] ad annos vsque ter septenos: tum deinde ad plenitudinem. Maxime autem pubescens nodum quemdam soluere *x.*, et praecipue aegritudine *y.*, sentitur.

Ff 4 LXXXVIII.

1. vsque ad ter septennos: tum. Cb. ad annos quater septenos. M.

s. Nec praecisa ossa) Neque ossa, neque cartilago rupta semel, crescunt. Arist. H. A. L. III. c. 8. p. 331. H.

t. Suffraginem) Articulum quo tibiae pes annectitur, et quo pedis versura fit. *Dal.*

Ad suffraginem) Ad tibiarum flexum, vbi eae pedi annectuntur. H.

u. Homo crescit) Macrob. in Somn. Scip. L. I. c. 6. p. 40. *Post ter septenos annos flore genas vestit iuuenta: idemque annus finem in longum crescendi facit: et quarta annorum hebdomas impleta in latum quoque crescere vltra iam prohibet, etc.* H.

x. Nodum quemdam soluere) Articulum qui auctum impedit. Fabulosum hoc. An, vt, quum abditur et reponitur, quidpiam in sacculo, vel pera, nodo solet id colligi et colligari, quum vero promitur, nodum solui opus est: hac etiam metaphora *nodum soluere*, pubescens dicitur, quum in eius corpore clausi, delitescentes, et velut nodo compressi morbi sese produnt, et palam fiunt. *Dal.*

Nodum quemdam soluere) Explicare se se articuli omnes, artusque incipiunt. Certe tum vox immutatur, mammae turgescunt: καὶ τὰ αἰδοῖα, οὐ μεγέθει μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴδει: papillae tum verruculantur, quae nullae prius exstabant: e gracilibus fiunt crassiores, saniores que multo: similis et in virginibus euentus. Ita Philos. H. A. L. VII. c. 1. p. 790. 792. 795. H.

y. Praecipue aegritudine, sentitur) Censorinus auctor est, septimo quoque anno articulos quosdam naturam ostendere, id est, rerum caussas, τὰς προφασίας, et congruentes, conuenientesque occasiones, ac in his noui semper aliquid. Rhod. cap. 21. XIX. Seneca de beneficiis scribit septimum quemque annum aetati signum imprimere, qua ratione septenarios Climactericos tanquam scansiles, vocant, Ptolemaeo hanc obseruationem repudiante, Rhod. c. 2. XXI. *Dalec.*

LXXXVIII. Nerui orſi a corde *yy.* bubuloque *z.* etiam circumuoluti, ſimilem naturam *a.* et cauſam habent,

yy. Nerui orſi a corde) Hermolaus, *Bibulo* nobis potius, quam *Bubulo*, vt ſcribamus praecipit: quamquam in ſecunda editione priore ſententia prope repudiata, in dubium vocat vtro modo legi debeat: nequaquam id facturus, ſi libros De generatione animalium accuratius euoluiſſet; in quorum vltimo volumine, capite ſeptimo, haec verba leguntur: *Sed potiſſimum tauri neruoſi ſunt et eorum cor ita conſtat. Itaque contentiorem eam obtinent partem, qua ſpiritum mouent quaſi fidiculam intentam. Talem cordis bubuli eſſe naturam ſignificatur, vel eo oſſe quod in nonnullis gignitur: oſſa enim naturam neruorum requirunt.* Pint.

Nerui orſi a corde) Tamquam a primaria origine. Ariſt. H. A. L. III. c. 5. p. 319. ἡ μὲν ἀρχὴ τῶν νεύρων ἐςὶν ἐκ τῆς καρδίας. Galen. L. de neru. diſſ. c. 1. p. 241. T. IV. de cerebro neruos deducit. Et vero verueces adacto inter occiput et collum cultro, illico concidunt, intercepto ſcilicet motu, ſenſuque, de cerebro in neruos meante. Sed originem manifeſtam Galenus eſt contemplatus; Ariſtoteles, occultiorem. Itaque rationem reddit ſententiae ſuae: nam ſi cor aliqua ex parte neruos continet, et cor praecipuum omnium membrorum eſt, neruos certe aliis ſubminiſtrat. At in cordis ſinu maximi nerui conſpiciuntur: καὶ γὰρ ἐν αὐτῇ ἡ καρδία νεῦρα ἔχει. Nos Philoſopho Plinioque aſſentimur: etſi conſpicuam originem habere neruos fatemur a medulla, quae partim cranio, partim ſpina continetur. H.

z. Bubuloque) Et boum cordi etiam circumuoluuntur nerui. Nec bubulum modo, ſed et humanum totum eſt neruaceis fibris conſtructum. V. N. et Em. N. XCIX. (hic adi.) *Nerui)* Num *bibulo* legi ſatius ſit, ſubdubitat Hermolaus: quoniam vt Ariſt. auctor eſt H. A. L. III. c. 5. p. 321. circa neruos humor eſt mucoſus, albus, glutinoſus, quo aluntur, et ex quo videntur generati. Sed lectionem iam vſu receptam conſtabilit eiuſdem Philoſophi auctoritas, ſcribentis de gener. anim. L. V. c. 7. p. 1147. tauris cor eſſe neruoſum, οἱ ταῦροι νευρώδεις, καὶ ἡ καρδία.

a. Similem naturam) Cum medulla, de qua proxime dictum eſt: igitur nerui e ſangui-

habent, in omnibus *b.* lubricis applicati offibus *c.*: 1 nodosque corporum, qui vocantur articuli, aliubi interuentu *d.*, aliubi ambitu, aliubi tranfitu ligantes: hic teretes, illic lati, 2 vt in vnoquoque poscit figuratio. 3 Neque ii solidantur *e.* incisi: mirumque, vulneratis summus dolor *f.*, 4 praesectis, nullus. *g.* Sine neruis *h.* sunt quaedam animalia, vt pisces: arteriis enim constant. Sed neque *i.* 5 his molles *k.* piscium generis. Vbi sunt nerui, interiores conducunt *l.* membra, superiores reuocant. Inter

1. *nodisque.* Parm. 2. *vt quaeque poscit figur.* M. Alii, *vt quaeque poscit figurae ratio.* 3. *Nec hi.* Ch. 4. *perfectis.* V. 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf.* Ch. *sed neque eae mollium piscium generi* Gr. et Al.

sanguine, tamquam a prima ac remotiori sui origine ortum habent: a medulla proximam. H.

b. In omnibus, etc.) Animalium corporibus. *Dal.*

In omnibus) In omnibus animalibus, *quae constant ossibus*, iis ossibus applicantur nerui, et *adhaerent.* H.

c. Applicati ossibus) Πρὸς τῷ ὀςέῳ πεφύκασιν, inquit Hippocr. de Loc. in hom. t. 9. p. 367. Sunt autem ossa lubrica ob humorem interiectum. H.

d. Aliubi interuentu) In coxa. In cubito. In manus tendinibus. *Dal.*

e. Neque ii solidantur) Arist. H. A. L. III. c. 5. p. 322. H.

f. Summus dolor) Quoniam vbi neruus, ibi sensus, vt ait Galenus, de motu muscul. L. I. c. 1. p. 366. H.

g. Praesectis, nullus) Quia si neruum praecidas, tota ea pars, quae a continuitate cerebri, vnde nerui exeunt, per sectionem fuerit separata, illico stupet, ac sensu priuatur. H.

h. Sine neruis) Quoniam flexionibus membrorum carent. Quare pisces qui nullos flexus nisi pinnarum habent, ibi tantum neruos habebunt. Arist. H. A. L. III. c. 5. p. 323. et Albert. de animal. L. III. tr. 1. c. 7. p. 132. H.

i. Sed neque) Sed neque arteriis constant in piscium genere ii, qui molles vocantur. H.

k. Molles) Sepia, loligo, polypus. H.

l. Conducunt) Quo lubet, ducunt. H.

ter hos latent arteriae, id eſt, ſpiritus ſemitae. His innatant venae, id eſt, [1] ſanguinis riui. Arteriarum pulſus, in cacumine *m.* maxime membrorum euidens, index fere morborum, in modulos certos, legeſque metricas, per *n.* aetates, ſtabilis, aut citatus, aut tardus *o.*, deſcriptus ab Herophilo medicinae vate, miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem [2] deſertus, obſeruatione tamen crebri aut languidi ictus, gubernacula vitae temperat. *p.*

LXXXIX.

1. *Sanguinis riui, arteriarum Gr. et Al.* 2. *deſerta. V. deſertas. Alii V. vt illic arte, hic leges ſubaudiatur.*

m. In cacumine, etc.) Τοῖς ἄκροις, extremis partibus corporis, muſculis et carne non tectis. Varro περὶ ἐξαγωγῆς apud Nonium venas et arterias τὰ ἀγγεῖα, ſic indicat: *Quamnam te eſſe dicam? feram? qui manu fervidos corporis fontes operis, et lacus ſanguinis, teque vita leuas ferreo enſe. Scalig.*

In cacumine) In extremis partibus corporis, quae carent muſculis et carne. H.

n. In modulos certos legeſque metricas per) Exemplar Salmant. *In modulos certos, legeſque metricas per aetates ſtabilis, aut citatius aut tardius deſcriptas ab Herophilo medicinae vate, miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem deſertas.* Scribendum opinor, *In modulos certos, legeſque metricas per aetates ſtabilis, aut citatioris aut tardioris, deſcriptas ab Herophilo, medicinae vate miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem deſertas.* Poſſet etiam legi *Deſerta*, non *Deſertas*, vel *Deſertus*, vt referat artem, vel Plinii auctoritate, libro XXIX. capite primo: *Deſerta* (inquit) *et haec ſecta eſt, quoniam neceſſe erat in ea literas ſcire. Pint.*

In modulos certos) De his multa Gellius, L. III. c. 10. p. 238. Pliniuſque iterum L. XXIX. ſ. 5. et nos ibi cum eo. H. Vberius hunc locum illuſtrauimus in proluſione: de legibus medicorum metricis, conf. et Iſ. Voſſii L. de poematum cantu et viribus rhythmi, Oxon. 1663. p. 68. ſqq. et Andr. Cleyeri Specimen medicinae Sinicae de pulſibus.

o. Per aetates, ſtabilis, citatus, aut tardus) Deeſt haec tota clauſula in MSS. R. 1. 2. et Par. et redolere nobis gloſſema videtur. H.

p. Gu-

LXXXIX. Arteriae carent ſenſu *q.*: nam et ſanguine. *r.* [1] Nec omnes vitalem continent [2] ſpiritum: praeciſiſque torpeſcit tantum pars ea corporis. Aves nec venas nec arterias habent *s.*: item ſerpen-

1. *Nec, deeſt, in V.* 2. *ſpiritum. Praeciſis torp. V.*

p. Gubernacula vitae temperat) Robur naturae monſtrat, aut imbecillitatem. *Dal.*

Gubernacula vitae) Quae ſit valetudinis ratio, quae corporis habitudo declarat: qui ſit tenendus in cibo ac potu, quibus vita gubernatus, modus, praecipit, ac temperat. H.

q. Arteriae carent ſenſu) Sentiunt tamen eae, quae adiunctam habent membranam, eamque neruoſam: carent aliae ſenſu. Vide Barth. L. de art. p. 441. H.

r. Et ſanguine) Falſum hoc, ſumtum ex Eraſiſtrati diſciplina. *Dal.*

Nam et ſanguine) Sententia haec fuit Eraſiſtrati, ſtatuentis ſolum vitalem ſpiritum, ſine vllo ſanguine, arteriis contineri: quam Galenus confutat de venae ſect. adu. Eraſiſtr. atque alibi paſſim. Et ſane arteriotomiam in certis morborum generibus recentiores medici adprobant. H.

s. Aues nec venas, nec arterias habent) Contra Ariſtoteles L. III. c. 4. omne animal ſanguinis compos venas habere tradit. *Pint.*

Aues nec venas) Sed fibras tantum minutaſque venulas. Philoſophus ſimiliter ait, Hiſt. L. III. c. 4. p. 318. in iis animalibus quae minutiora ſunt, et pauxillum habent ſanguinis, aut propter naturam, aut propter pinguitudinem, haud ſatis conſpicuas eſſe venas: ſiquidem horum confuſi ſunt, quemadmodum riuuli quipiam largiore obducti limo, quorum tractus idcirco obſcuri ſunt, quia confuſi. Ac ſunt animantium quaedam, inquit, in quibus puſillae huiuſmodi fibrae tantum pro venis ſunt, ὀλίγας ἶνας ἀντὶ φλεβῶν ἔχουσι. Sola vena magna in omnibus, etiam in paruis, prae ceteris conſpicua eſt. Ipſe tamen Plinius et venarum nomine etiam in auibus abutitur, quum L. XXIX. ſ. 38. venam ſub ala columbis iubet incidi, ad oculos cruore ſuffuſos: nempe quia ibi magis conſpicua eſt. Deinde auium nomine auiculae modo intelliguntur, vt paſſeres; non alites maiores, vt columbae, milui, etc. H.

serpentes, testudines, lacertae, minimumque sanguinis. *t.* Venae in praetenues postremo [1] fibras *u.* subter totam cutem dispersae, adeo in angustam subtilitatem tenuantur, vt penetrare sanguis non possit, aliudue quam exilis humor ab illo, qui cacuminibus *x.* innumeris sudor appellatur. *y.* Venarum in vmbilico nodus ac coitus. *z.*

XC. (XXXVIII) Sanguis quibus multus et pinguis *a.*, iracunda: maribus, quam *b.* feminis, nigrior:

1. *fimbrias.* Ch. 2. *humor foraminibus innumeris stillans qui sudor.* V. *humor ille, qui foraminibus, innumeris sudor, etc.* V. *alii.*

t. Minimumque sanguinis) Legitimus stellio sanguinis expers omnino creditur, Plinio ipso teste, supra l. 30. Aiunt et ranas carere eo, praeterquam in oculis. H.

u. Fibras) Fibra Latinis est radicula minuta crassioribus adhaerens: qua similitudine Plinius minutas venulas nunc fibras vocat. H.

x. Qui cacuminibus) Cacumina accipimus, vti paulo ante, quum dixit, *Arteriarum pulsus in cacumine membrorum euidens*, pro extremitate ac summitate venularum, siue fibrarum: vt Lucretius, L. I. v. 592. id ita cecinit. *Tum porro quoniam extremum cuiusque cacumen Corporis est aliquod, nostri quod cernere sensus Iam nequeunt, id nimirum sine partibus exstat, Et minima constat natura.* H.

y. Sudor appellatur.) Ita libri omnes. Forte, *sudorem expellit.* H.

z. Venarum in umbilico nodus ac coitus) Scribe cum maiore litera, et aliter, *In umbilico venarum nodosus coitus:* ex vtroque exemplari. *Pint.*

Venarum in vmbilico) Venae vmbilicalis cum ceteris omnibus continuitatem Laurent. adstruit, Anat. L. VI. c. 9. p. 286. Hippocrates ipso initio libri de genitura, venarum omnium ait neruorumque coitum in pudendo esse: Φλέβες καὶ νεῦρα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος τείνουσι εἰς τὸ αἰδοῖον. H.

a. Et pinguis) Crassus. Arist. de part. anim. L. II. c. 4. p. 983. Τὰ δὲ πολλὰς ἔχοντα λίαν ἶνας καὶ παχείας etc. H.

b. Maribus, quam) Dilutiorem esse sanguinem feminarum, quam marium, Hippocra-

grior: et iuuentae *c.* magis quam fenio: et inferiore parte pinguior. *d.* Magna et in eo [1] vitalitatis *e.* portio. Emiffus fpiritum [2] fecum trahit: [3] tactum tamen

1. *vtilitatis. M. prauc. fic tamen, Ch.* 2. *trahit fecum: tactum tamen non. Tol.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Tamen tactum n. f. Gr. et Al.*

pocrates docet, et Galenus: videmus quoque quotidie experimento: et ratio eft, quia minus funt calidae. Negat tamen Arift. H. A. L. III. c. 14. p. 376. Negat et Albert. M. de anim. L. III. tr. 2. c. 6. p. 146. Ariftotelem fequutus. H.

c. Et iuuentae) Ratio eadem, quia in iuuenibus plus caloris. Contrarius tamen Ariftot. loc. c. p. 378. In infantibus, inquit, dilutior eft, largiorque fanguis: in fenibus, craffus, niger, paucus: aetate ftata, mediocris. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς πάμπαν νέοις, ἰχωροειδές ἐστι καὶ πλεῖον· ἐν δὲ τοῖς γέρουσι, παχὺ καὶ μέλαν, καὶ ὀλίγον· ἐν ἀκμάζουσι δὲ, μέσως. H.

d. Inferiore parte pinguior) Sanguis emiffus vafeque exceptus, fuperne femper dilutior eft; inferne vero nigrior, fpiffior, magis concretus. *Dalec.*

Et inferiore parte) Inferiorum animalis partium fanguis eft craffior. Vide N. et Em. N. C. (hic pof.) *Et inf.)* Nec Plinii mentem attigiffe, nec Ariftotelis verba legiffe Dalecampius videtur. Sic enim Philof. Hift. An. L. III. c. 14. p. 370. Καὶ ἐν τοῖς κάτω δὲ μορίοις, ἢ ἐν τοῖς ἄνω, παχύτερον τὸ αἷμα γίνεται καὶ μελάντερον. *Et in partibus inferioribus, quam in fuperioribus fanguis fit craffior, nigriorque.* Plinius quod Graeci παχύτερον *pinguius* reddit, hoc eft, craffius. Verum ἐν τοῖς κάτω μορίοις dum vertit *in inferiore parte*, non partes fanguinis emiffi inter fe confert, quemadmodum Dalecampius intellexit, vt fententia fit, fanguinem emiffum, et vafe exceptum, fuperne femper dilutiorem effe, inferne nigriorem, magifque concretum: hoc enim falfum eft: fed comparat Philofophus partes eiufdem animalis, cuius vt inferiora quaeque terreftriora funt, fanguis eorum huiufmodi quoque debet effe, hoc eft, terreftrior, craffiorque. H.

e. Vitalitatis) Hinc fedem animae fanguinem effe veterum plerique dixerunt. H.

tamen non ſentit. *f.* Animalium fortiora *g.*, quibus ſanguis craſſior: ſapientiora, quibus tenuior *h.*: timidiora, [1] quibus minimus *i.*, aut nullus. *k.* Taurorum *l.* celerrime coit atque dureſcit, ideo peſtifer potu maxime. *m.* Aprorum, [2] ac ceruorum *n.*, caprea-

1. *timidiora, quibus minimus: quibus nullus, hebetia, Gr. et Al.* 2. *et. Gr.*

f. Tactum tamen non ſentit) Quemadmodum neque excrementa alui: quin neque cerebrum, neque medulla, inquit, Ariſt. de part. anim. L. III. c. 14. p. 368. H.

g. Animalium fortiora) Ariſt. de part. anim. L. II. c. 4. p. 983. H.

h. Quibus tenuior) Ariſt. l. c. Galen. L. quod animi mores, c. 7. p. 452. H.

i. Timidiora quibus minimus: at quibus nullus, hebetia) Poſtremum verbum redundat, ex ambobus exemplaribus. Reliqua ſic lego, *Timidiora quibus minimus, aut quibus nullus. Pint.*

Quibus minimus) Huc illud pertinet, quod de tironum delectu ad militiam ſcribit Vegetius, de re mil. L. I. c. 2. p. 4. *Omnes nationes*, inquit, *quae vicinae ſunt Soli, nimio calore ſiccatas, amplius quidem ſapere, ſed minus habere ſanguinis dicunt: ac propterea conſtantiam et fiduciam cominus non habere pugnandi, quia metuunt vulnera, qui ſe exiguum ſanguinem habere nouerunt. Contra ſeptemtrionales populi*, etc. H.

k. At quibus nullus, hebetia) An in formicis id conſtet et apibus, videndum. *Dalec.*

Aut nullus) Ariſt. l. c. Τὰ ἄναιμα δειλότερα τῶν ἐναίμων ἐςίν. V. N. et Em. N. Cl. (hic conſp.) *Timidiora*) Tum ex MSS. fide, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Tol. et Salmant. tum ex Philoſophi loco in Nott. allato, ita reſcripſimus, quum prius interpolata oratione legeretur, *at quibus nullus, hebetia.* Certe enim exſanguia quaedam nonnullis ſanguine praeditis prudentiora eſſe monet Ariſt. de part. anim. L. II. c. 4. p. 483. vt formicas, apes, etc. Niſi forte hebetiora dixeris, quae nec vllius diſciplinae capacia ſunt, nec manſuetioris vitae. H.

l. Taurorum) Ariſt. l. c. et H. A. L. III. c. 14. p. 369. H.

m. Ideo peſtifer potu maxime) Vide c. 9. L. VIII. et quae ad eum locum adnotata ſunt, et Scalig. in Catul. de Cimbro declamatore. *Dal.*

Ideo

caprearumque *o.*, et [1] bubalorum omnium non spissatur. Pinguissimus asinis *p.*, homini tenuissimus. [2] His, [3] quibus *q.* plus quaterni pedes, nullus. Obesis *r.* minus copiosus, quoniam absumitur *s.* pingui. Profluuium *t.* eius vni fit in naribus homini, [4] aliis nare alterutra, quibusdam per inferna: multis per ora stato tempore, vt nuper Macrino

1. *hinnulorum.* V. 2. *Sic et Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Iis, quibus Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Aliis nare altera, aliis vtraque Gr. et Al.*

Ideo pestifer) Plin. L. XXVIII. s. 41. *Taurinus sanguis recens inter venena est*, etc. H.

n. Aprorum, et ceruorum, caprarumque aut bubalorum omnium non spissatur) Eadem hic, quae superius notata fuit, menda. Scribendum enim *Caprearum*, non *Caprarum*. Aristoteles libro tertio, capite sexto, *Genus id ergo fibrarum, quamquam maiori ex parte, in sanguine omnium animalium inest, tamen cerui, damae, bubali, et aliorum quorumdam sanguini deest: quocirca eorum sanguis non perinde vt ceterorum solet, concrescit.* Vbi autem Plinius *capream* vertit, ibi apud Aristotelem Theodorus *damam* transfert. *Pint.*

Ac ceruorum) Arist. l. c. et H. A. L. III. c. 6. p. 323. Sed de apris nihil Philosophus, neque qui Philosophum transscripsisse videtur, Albert. M. de anim. L. III. tr. 2. c. 6. p. 146. H.

o. Caprearumque) Προκὸς, καὶ βεβαλίδος, καὶ ἄλλων τινῶν. Arist. ll. cc. H.

p. Pinguissimus asinis) Hoc est, crassissimus, vt antea monuimus. Sic enim pinguissimum tenuissimo opponit: vti Philos. H. A. L. III. c. 14. p. 372. παχύτατον τῷ λεπτοτάτῳ. H.

q. His quibus) Arist. H. A. L. I. c. 4. p. 38. H.

r. Obesis) Quoniam iners sanguis et inutilior abit in pinguedinem. Arist. H. A. L. III. c. 14. p. 370. H.

s. Absumitur) Abit in pinguedinem. H.

t. Profluuium) Arist. s. 10. probl. 2. p. 723. Διὰ τί ἀνθρώπῳ μόνῳ τῶν ζώων αἷμα ῥεῖ ἐκ τῶν μυκτήρων; *Cur homini tantummodo ex omni animantium numero sanguis e naribus defluit?* H.

no [1] Visco *u.* viro Praetorio: sed omnibus [2] annis Volusio *x.* Saturnino vrbis praefecto, qui nonagesimum etiam excessit annum. Solum hoc in corpore temporarium sentit incrementum *y.*: siquidem *z.* hostiae abundantiorem fundunt, si prius bibere.

XCI. Quae animalium *a.* latere certis temporibus diximus, non habent tunc sanguinem, praeter exiguas admodum circa corda guttas, miro opere naturae: [3] sicut in homine, vim eius ad minima momenta mutari: [4] non modo tantum in ore suffusa *b.* materia, verum ad singulos animi habitus, pudore, ira, metu: palloris pluribus modis, item ruboris. Alius enim irae, alius verecundiae. Nam et in metu [5] refugere, et nusquam esse *c.* certum est: multisque non transfluere

1. *Visco*, *deest in V. et M.* 2. *Sic ex MSS. em.* Hard. *et omnibus annis*, *Gron. et vulgg.* 3. *sicut et in. M.* 4. *non morbo tantum: Pint. non modo tantum minore suffusa ma: V. non modo tantum in ora suffusa materia. M. non modo tanto minore materia suffusa. Ch. non modo tanto minore suffisi materia Gr. et vulgg.* 5. *transfugere. M.*

u. *Macrino Visco*) In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. *Macrino Vico.* Non libens praetulerim, *Macrino Vindici*, cuius mentio in inscriptt. vett. ap. Gruter. p. 513. H.

x. *Volusio*) De eo egimus L. VII. f. 12. H.

y. *Sentit incrementum*) Albert. M. de anim. L. III. tr. 2. c. 6. p. 146. *Sicut in his qui frequenter potant multum vinum, praecipue quod est forte et rubeum: illi enim multum accipiunt sanguinem.* Phaedrus Fabb. L. IV. de Prometheo ebrio: *Vbi irrigatus multo venas nectare*, etc. H.

z. *Siquidem*) Arist. H. A. L. III. c. 14. p. 370. H.

a. *Quae animalium*) Vrsos, glires, serpentes, mures Alpinos. *Dalec.*

Quae animalium) Vrsos, glires, et mures Alpinos, L. VIII. f. 54. 55. etc. H.

b. *Non modo tantum in ore suffusa*) Quod in homine solo euenit. Prius inepte legebatur: *Non modo tanto minore suffisi.* H.

c. *Et nusquam esse*) Nulla in parte corporis, quam possis liquido affirmare. H.

fluere *d.* transfossis: quod homini tantum euenit. Nam quae mutari diximus *e.*, colorem alienum accipiunt quodam repercussu *f.*: homo solus in se *g.* mutat. Morbi omnes morsque sanguinem absumunt.

XCII. (XXXIX.) Sunt qui *h.* subtilitatem animi constare non tenuitate sanguinis putent: sed cute operimentisque corporum magis aut minus bruta esse, [1] vt ostrea *i.* et testudines: boum [2] terga *k.*, setas suum obstare tenuitati [3] immeantis spiritus *l.*, nec purum liquidumque transmitti: sic et in homine, quum crassior callosiorue excludat *m.* cutis: [4] ceu vero non crocodilis *n.* [5] et duritia tergoris tribuatur, et solertia.

XCIII.

1. *ostreas.* *M.* 2. *Sic et Ch. tergora Gr. et Al.* 3. *innati.* *V.* 4. *seu Gron.* 5. *sit dur. terg. et trib. solert. Tol.* *Quae vero ratio crocodilis, si non cruori, sed duritiae tergoris.* *V.*

d. Non transfluere) Quum eo metu percelluntur, quo sanguis omnis refugit. H.

e. Quae mutari diximus) Polypum, chamaeleontem. *Dal.* — *Mutari diximus)* Chamaeleonem, polypum. H.

f. Repercussu) Repercussu colorum qui iis rebus insunt, quas proxime attingunt. H.

g. Homo solus in se) Non viderat Plinius pauones nostros Indicos, *les Coqs d' Inde* qui multos colores gutture et paleari variant in se ipsis. H.

h Sunt qui) Ex his est Philosophus, cuius haec sententia, de anima L. II. *οἱ μὲν σκληρόσαρκοι, ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν· οἱ δὲ μαλακόσαρκοι, εὐφυεῖς.* H.

i. Vt ostrea) MSS. omnes, R. 1. 2. etc. *ostreas.* H.

k. Boum terga) Ita libri omnes conditiui: publici, *tergora.* H.

l. Immeantis spiritus) Aeris sese insinuantis in corpus. H.

m. Excludat) Purum liquidumque aerem non transmittat. Sunt haec placita eorum, qui subtilitatem animi constare cutis tenuitate arbitrabantur: quae Plinius mox coarguit pluribus exemplis. H.

n. Seu vero non crocodilis, etc) Coarguit enim hoc exemplo

XCIII. Hippopotami corii craſſitudo talis, [1] vt inde tornentur haſtae *o.*: et tamen [2] quaedam ingenio medica *p.* diligentia. Elephantorum quoque tergora *q.* [3] impenetrabiles cetras habent *r.*: quum tamen omium quadrupedum ſubtilitas animi praecipua perhibeatur illis. Ergo cutis ipſa *s.* ſenſu caret, maxime in capite: vbicumque per ſe ac ſine carne eſt, vulnerata non coit, vt in bucca cilioque. *t.*

XCIV.

1. vt inde torreantur eſcae. Parm. vt inde venabula fiant. Ariſt. cap. 7. lib. II. hiſt. *2. quaedam eſt ing. V.* *3. impenetrabilem cutem. V. imp. ſetas. V. alii.*

emplo quorumdam opinionem, qui ſubtilitatem animi conſtare cute operimentiſque corporum putabant. *Gelenius.*

o. Vt inde tornentur haſtae) Ὥςε δόρατα ποιεῖσθαι ἐξ αὐτȢ, Ariſt. H. A. L. II. c. 12. p. 196. Incredibile tamen: ſaltem dixiſſet, δοράτια, vt eſſent iacula, non venabula. Modeſtius Herodotus, Euterpe L. II. p. 117. ἀκόντια dixit, tela, miſſilia, iacula. H.

p. Ingenio medica) Ingenioſa diligentia, *vt morbis ſuis* medeatur. De ea re ſuperius egimus L. VIII. ſ. 40. H.

q. Elephantorum quoque tergora) Leg. *Elephantorum quoque e tergore Mauri impenetrabiles cetras habent.* Mauri apud quos elephanti plurimi, ex eorum tergore cetras faciebant, quae erant impenetrabiles: *cetra* Maurorum clypeus. *Salmaſ.* 307. b.

Elephantorum) Alludere eo Plautus videtur in Mil. Act. II. Sc. 2. v. 80. *Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo: Neque habet plus ſapientiae, quam lapis.* H.

r. Cetras habent) Hoc eſt, ex iis cetrae exſcinduntur. Iſidorus, L. XVIII. c. 39. cetram interpretatur ſcutum loreum ſine ligno, quo vtuntur Afri et Mauri. H.

s. Ergo cutis ipſa) Haec totidem verbis Philoſ. H. A. L. III. c. 10. p. 340. H.

t. In bucca cilioque) Bucca, malae pars tenuis eſt, quae ſine carne, γνάθȢ τὸ λεπτὸν Ariſtoteli. Cilium βλεφαρὶς eidem: nos palpebram dicimus: Plinius ſuperius ſ. 57. genam. H.

XCIV. Quae animal pariunt *u.*, pilos habent: quae oua, pennas, aut squamas, aut corticem *x.*, 1 vt testudines: aut cutem puram, vt serpentes. Pennarum caules omnium 2 caui: 3 praecisae non crescunt, euulsae renascuntur. *y.* Membranis volant fragilibus insecta, humentibus hirundines *z.* in mari, siccis *a.* inter tecta vespertilio. 4 Horum alae *b.* quoque articulos habent. Pili a cute *c.* 5 exeunt crassa hirti, feminis *d.* tenuiores, equis in iuba largi, in armis leoni: dasypodi et in buccis intus, et

Gg 2 in

1. *quidam inserunt aut testam. in V. et M. deest. deest et in Ch. et quamquam Gron. in textu habuerit, tamen abesse iussimus.* 2. *auium praecisi non. M.* caui, *praecisae non. Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. praecisique non crescunt Gr. et Al.* 4. *Horum quoque alae. Tol. et M.* 5. *exeunt. Crassi hirtis. Salm. lego, Crassi maribus.*

u. Quae animal pariunt, etc.) An de delphinis et caniculis id verum sit, considerandum. *Dalec.*

Quae animal pariunt) Nempe ex terrestribus, quae animal pariunt, ea pilis vestiuntur: ex aquatilibus etiam delphinus, quamquam pilos non habet. Arist. H. A. L. III. c. 10. p. 336. Albert. M. de anim. L. I. tr. I. c. 8. p. 16. H.

x. Aut corticem) Sic testudinum operimentum appellat, L. IX. s. 14. *Alia cortice teguntur, vt testudines.* Indicem vide. H.

y. Euulsae renascuntur) Hoc vero experientia comprobat ipsa per se, frustra id negante Philosopho H. A. L. III. c. 10. p. 355. H.

z. Hirundines) Piscium genus, de quo L. IX. s. 43. H.

a. Siccis) Coriaceis, vt diximus L. X. s. 81. H.

b. Horum alae) Vespertilionum. H.

c. Pili a cute) *Si corium fuerit grossum, pili etiam erunt grossi*, inquit Albert. de anim. L. III. tr. 2. c. 2. p. 134. vir sane Latino magis aeuo dignus. Arist. H. A. L. III. c. 10. p. 337. ἐν τοῖς παχυτέροις δέρμασι, σκληρότεραι αἱ τρίχες, καὶ παχύτεραι. H.

d. Feminis) Arist. H. A. L. IV. c. 11. p. 511. H.

in pedibus, quae vtraque Trogus et in lepore [1] tradidit: hoc exemplo libidinosiores *e.* hominum quoque hirtos colligens. [2] Villosissimus *f.* animalium lepus. Pubescit homo solus *g.*: quod nisi [3] contigit *h.*, sterilis in gignendo est, seu [4] masculus, seu femina.

1. *Sic et Ch. tradit Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. Villosissimum animal Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. contingat Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. mas, Gr. et vulgg.*

e. Libidinosiores) Huc pertinet Aristotelicum problema 32. sect. 4 p. 707. Διὰ τί καὶ οἱ ὄρνιθες καὶ οἱ δασεῖς ἄνθρωποι λάγνοι; *Cur aues et pilosi homines salaciores, ac libidinosiores sunt?* H.

f. Villosissimus) Vt e contrario minime omnium villosus quadrupedum elephas. Arist. H. A. L. II. c. 5. H.

g. *Pubescit homo solus*) In mento. Alioqui plerisque animalibus circa pudendum veluti pubes nascitur. Vide Rhodiginum c. 21. lib. XIX. *Dal.*

Pubescit homo solus) Solus homo, quum incipit posse coire, tum pubescit: ceterorum autem animantium quae pilis teguntur, nullum tunc pubescit: etsi quiddam ab ortu congenitum habent, quod pubi simile videatur. Haec enim Philosophi sententia est, sect. 4. probl. 3. p. 702. Διὰ τί ἄνθρωπος μόνον, ὅταν ἄρχηται δύνασθαι ἀφροδισιάζειν, ἡβᾷ· τῶν δὲ ἄλλων ζώων ὅσα τρίχας ἔχει, οὐδέν. Sane euenit, vt quamlibet pilosae bestiae, ad pubem et sub alis glabriores sint. Vide N. et Em. N. CII. (hic adi.) *Pubescit*) Delicias facit Dalecampius, quum haec Plinii verba, *Pubescere hominem solum in mento* dixit. Haeccine vero Plinii sententia est, qui deinde asseuerat, nisi pubescat homo, siue mas fuerit, siue femina, infecundum fore? Pubescere igitur etiam in mento feminas necesse est, vt vterum ferant? At Arist. de pube haec protulit, quae circa τὰ αἰδοῖα nascitur, tum Hist. An. L. III. c. 10. p. 345. tum L. VII. c. 1. p. 794. etc. H.

h. Quod nisi contigit) Arist. H. A. L. III. c. 10. p. 345. Albert M. de anim. L. III. tr. 2. c. 3 p. 136. *Quidam sunt tam virorum, quam mulierum, paucorum pilorum — — et modus talium hominum*

femina. Pili in homine partim simul *i.*, partim postea gignuntur. Congeniti autem non desinunt *k.*,

 sicut

num raro habet semen, et non habet filios . . . . Praecipue autem tales sunt qui carent per naturam pilis pectinis in inguine, aut valde paucos ibi habent. H.

i. Partim simul) In ipso statim ortu congeniti, vt pili capitis, superciliorum, et palpebrarum Arist. l. c. p. 344. H.

k. Congeniti autem non desinunt) Pili congeniti auctore Aristotele libro tertio, capite vndecimo, sunt pili capitis, superciliorum, et palpebrarum. Hos nos non desinere, procul a vero est. Sequitur enim haud multo post, *Libidinosis congeniti maturius defluunt.* quod et ipsum, vt reliqua prope omnia, ab Aristotele mutuatus est. Est igitur *Desunt*, non *Desinunt*, legendum: vt sit sensus, in ortu congenitos numquam deesse: at post genitos deesse: nam his qui ante pubertatem castrati sunt, non exeunt et post pubertatem excisis soli decidunt, praeterquam pubis. Et fieri potest vt homo, tum mas tum etiam femina, pilis post genitis careat, iam inde ab ortu naturae vitio contracto. Haec Aristoteles ante dicto loco. *Pint.* Quidam legunt, *non decidunt. Dal.*

Congeniti autem) Vide N. et Em. N. CIII. (hic adi.) *Congeniti*) Hanc sane lectionem adstruunt MSS. omnes, sed vitiose, vt arbitror: aut pugnantes inter se sententias, quod mihi simile veri non videtur, vna eademque pagina noster protulit: mox enim subdit, libidinosis congenitos pilos maturius defluere: defluunt igitur, desinuntque et ceteris. Quam porro huic loco curationem adhibemus, eam eruditorum prius censurae subiici oportere, quam in textum inseri visum est: ne non Plinium refingere, sed plane nouum cudere ex arbitrio videremur. Ea est eiusmodi: *Congeniti autem non desinunt eunuchis, nec feminis magnopere:* repetita posteriore syllaba vocis *desinunt*, quam librariorum incuria cum superiore passa sit absorberi. Audax fortassis emendatio videatur, nisi ipsius Philosophi verbis, qui similia tradit, contexta ac concinnata foret: Αἱ δὲ ἐκ γενετῆς τρίχες, inquit H. A. L. IX. c. 79. p. 1173. ἐκ ἀπολείπεσιν, ἐδεὶς γὰρ γίνεται εὐνῆχος φαλακρός. H.

ſicut nec feminis magnopere. *l.* Inuentae tamen *m.* quaedam defluuio capitis inualidae: [1] vt et lanugines *n.* oris, quum menſtrui curſus ſtetere. Quibuſdam poſt geniti viris ſponte *o.* non gignuntur. Quadrupedibus pilum *p.* cadere atque ſubnaſci, annuum eſt. Viris creſcunt *q.* maxime in [2] capillo, mox in barba. Reciſi *r.*, non, vt [3] herbae, ab ipſa inciſura augentur, ſed ab radice exeunt. Creſcunt et in *s* quibuſdam morbis, maxime [4] phthiſi, et in ſenecta:

1. *et lanugine. Tol. et Ch. velut lanugines, cum V. vt et languidiores. Par.* 2. *Sic et M. et Ch. capite. Gr. et Al.* 3. *herba ab cetera. M. herbae ab cetera. Ch.* 4. *tuſſi. M. et Ch.*

l. Sicut ne feminis magno opere) Locus eſt dimidiatus, mutilusque. Nam (vt puto) Plinius ſcriptum reliquit; *Spadonibus, pueris non cadunt pili, ſicuti neque feminis magno opere.* Et ex eodem Ariſtotele eodem loco, *Caluitii* (inquit) *mulieres eſſe immunes, pueros et ſpadones, apertum eſt. Pint.*

m. Inuentae tamen) Alb. de anim. L. IX. tr. 1. c. 4. p. 290. *Aliquando accidit, quod impraegnatis mulieribus fluunt pili capitis, quos habent a prima generatione — et ideo caluae fiunt* etc. H.

n. Vt et lanugines) Subintellige, inuentae ſunt feminis in ore lanugines, et in mento pili. Ariſt. Hiſt. L. III. c. 10. p. 345. Γυνὴ δὲ τὰς ἐπὶ τῷ γενείῳ ȣ̓ φύει τρίχας, πλὴν ὀλίγαι ἐνίαις γίγνονται, ὅταν τὰ καταμήνια ϛῆ. H.

o. Poſt geniti viris ſponte, etc.) Vt pubes et barba. *Dal.*

Quibuſdam poſt geniti) Menti, pubis et alarum pili. Ariſt. l. c. Qui pili poſterius, inquit, oriri ſolent, eis tam viri quam feminae, ab ortu naturae vitio contracto nonnulli carent: ſed ſimul et generandi facultate et pube deficiuntur. H.

p. Quadrupedibus pilum) Albert. M. de anim. L. VIII. tr. 5. c. 1. p. 276. H.

q. Viris creſcunt) Ariſt. p. 346. H.

r. Reciſi) Ariſt. p. 349. et 355. Pili reciſi non creſcunt ab ſummo, vbi facta eſt inciſura, ſed ab radice augentur addita materia, non intro ſuſcepta: vnde exire potius dicendi ſunt, quam augeri vel creſcere. H.

s. Creſcunt et in) Ariſt. p. 348. Αὔξονται δ᾽ αἱ τρί-χες,

senecta: defunctorum quoque corporibus. Libidinosis *t.* congeniti, maturius defluunt: agnati *u.* celerius [1] crescunt. Quadrupedibus senectute [2] crassescunt, lanaeque rarescunt. *x.* Quadrupedum dorsa pilosa, [3] ventres glabri. *y.* Boum coriis *z.* glutinum excoquitur, taurorumque [4] praecipuum.

Gg 4 XCV.

1. decrescunt. V. et Ch. Lego, excrescunt. recrescunt. Gr. et Al. 2. *crassescunt rarescuntque lanae. M.* 3. *venter glaber. M.* 4. *et id praec. V.*

χες, ἔν τε νόσοις τισὶν, οἷον ταῖς φθισικαῖς μᾶλλον, καὶ ἐν γήρᾳ, καὶ τεθνεώτων, καὶ σκληρότεραι γίνονται ἀντὶ μαλακῶν. *Crescunt pili, et in aegrotis quibusdam praesertim tabe laborantibus, et in senibus. Crescunt etiam in cadaueribus. Tum fiunt duriores.* Idem Alb. M. de anim. L. III. tr. 2. c. 2. p. 136. H.

t. Libidinosis) Arist. p. 349. H.

u. Agnati) Barba, pubes. *Dal.*

Agnati) Hoc est, post nati, post geniti, nempe menti, pubis et alarum. Arist. Ῥέουσι δὲ μᾶλλον αἱ τρίχες τοῖς ἀφροδισιαστικοῖς, αἱ μὲν συγγενεῖς· αἱ δὲ ὑστερογενεῖς γίνονται θᾶττον. H.

x. Quadrupedibus senectute crassescunt, lanaeque rarescunt) Neque hic locus vitio caret. Legendumque, *Quadrupedibus senectute crescunt lanae, quamquam rarescunt.* Aristoteles lib. tertio, cap. vndecimo: *Quadrupedum etiam pili lanaeue senectute prolixius augentur, quamquam rarescant fiantque pauciores. Pint.*

Quadrupedibus senectute) Vide N. et Em. N. CIV. (hic app.) *Quadr.)* Subesse huic loco vitium Pintianus immerito suspicatur, legendumque frustra monet, *Quadrupedibus senectute crescunt lanae, quamquam rarescunt.* Aristotelis enim haec verba sunt, H. A. L. III. c. 10. p. 350. Καὶ τῶν τετραπόδων δὲ γινομένων πρεσβυτέρων, τῶν μὲν αἱ τρίχες, τῶν δὲ τὰ ἔρια βαθύτερα μὲν γίνεται· ἐλάττω δὲ τῷ πλήθει. *Senescentibus quoque quadrupedibus, his quidem pili, his lana fit crassior, sed infrequentior.* H.

y. Ventres glabri) Aut minus pilosi, aut omnino glabri ac laeues. Arist. p. 360. Τὰ δὲ ὕπτια ἢ λεῖα πάμπαν, ἢ δασέα ἧττον. H.

z. Boum coriis) Arist. p. 340. Pressa cute et macera-

ta

XCV. Mammas homo *a.* ſolus e maribus habet: cetera animalia mammarum notas tantum. Sed ne feminae *b.* quidem in pectore, niſi quae poſſunt partus ſuos attollere. Oua gignentium *c.*, nulli: nec lac, niſi animal parienti: volucrum, veſpertilioni *d.* tantum. Fabuloſum enim arbitror de ſtrigibus *e.*, vbera eos infantium labris immulgere. Eſſe in maledictis iam antiquis *f.* ſtrigem conuenit:

ta glutinum elicitur, Dioſcoridi L. III. c. 101. ταυρoκόλλα appellatum: quomodo etiam fit ex piſcibus, quae inde dicitur Ichthyocolla. H.

a. Mammas homo) Albert. M. de anim. L. XIV. tr. 2. c. 3. p. 408. et 409. H.

b. Sed ne feminae) Qua de cauſa habent et ſimiae mammas in pectore, quia fetus ſuos attollunt, et quia ſunt quaedam ſimilitudo hominis, inquit Alb. l. c. p. 408. H.

c. Oua gignentium) Ariſt. H. A. L. III. c. 16. p. 383. Quae ouum aut edunt, aut intra ſe excludunt, vt animal pariant, ea neque mammas, neque lac habent. H.

d. Veſpertilioni) Is et lac et mammas habet. H.

e. De ſtrigibus) Vide Serenum c. de infantibus dentientibus, aut Strige vexatis. Maleficas feminas et quaſi lemures etiam hodie Itali vocant *Strighe.* Vide in Lex.Conſtant.vocem κερχναλέες. *Dalec.*

f. Eſſe in maledictis iam antiquis, etc.) Plaut. in Pſeud. *Et homines ſibi coenas coquunt: cum condiunt, Non conuiuis condiunt, ſed ſtrigibus: Vinis conuiuae inteſtina quae exedunt:* Ovid. lib. VI. Faſt. *Dal.*

Eſſe in maledictis) Hos nempe verſus reſpicit, qui recitantur a Feſto: *Striges, inquit, aues nocturnas, vt ait Verrius, Graeci ςρίγγας appellant, a quo maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant. Itaque ſolent his verbis eas veluti auertere Graeci:* Στρίγγ᾽ ἀπόπομπον, νυκτινόμαν, τὰν ςρίγγα τ᾽ ἀλαὸν, Ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας ἔλαυνε. *Pelle ſtrigem, noctu paſcentem, tu ſtriga coecam, Feralem in celeres volucrem procul eiice naues. Haec auis*, inquit Iſidorus, L. XII. c. 7. *vulgo Amma dicitur, ab amando paruulos, vnde et lac praebere dicitur naſcentibus.* H.

nit: ſed quae ſit *g.* auium, conſtare non arbitror. (XL.) Aſinis a fetu dolent: ideo ſexto menſe *h.* arcent partus *i.*, quum equae anno prope toto praebeant. Quibus ſolida *k.* vngula, nec ſupra geminos [1] fetus, haec omnia binas habent mammas, nec aliubi, quam in [2] feminibus. Eodem loco *l.* biſulca et cornigera: boues quaternas, oues capraeque binas. Quae numeroſo *m.* fecunda partu, et quibus digiti in pedibus, haec plures habent, toto ventre duplici ordine, vt ſues, generoſae duodenas, vulgares [3] binis minus *n.*: ſimiliter canes. *o.* Alia ventre *p.* medio quaternas, vt pantherae: alia binas, vt leaenae. Elephas *q.* tantum ſub armis duas: nec in pectore, ſed citra in alis occultas. [4] Nulli in feminibus *r.* digitos habentium. [5] Primogeniti

1. *partus.* V. 2. *femoribus.* V. 3. *binas.* V. 4. *nullis.* Ch. 5. *Sic ex MSS. em. Hard. Primis ingenitis, etc.* Ch. *Primo geniti in quoque parte ſ. p. premunt.* M. et V. *primis genitis in quique partu ſues primas praebent* Gr. et Al.

g. Sed quae ſit) Haud dubie fabuloſas inter aues cenſenda. H.

h. Ideo ſexto menſe) Varro contra, R. R. L. II. c. 6 de aſinis: *In paſtu*, inquit, *eadem fere obſeruant, quae in equis. Secundum partum pullos anno non remouent a matre.* H.

i. Arcent partus) Hoc eſt, pullos. Vide quae de hac voce diximus L. VII. ſ. 5. H.

k. Quibus ſolida) Vt equae, camelo, etc. Ariſt. de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1035. H.

l. Eodem loco) Haec paulo obſcurius Ariſt. H. A. L. II. c. 8. p. 176. H.

m. Quae numeroſo) Ariſt. de part. anim. L. IV. p. 1035. H.

n. Binis minus) Hoc eſt, dumtaxat denas. H.

o. Similiter canes) Ariſt. l. c. H.

p. Alia ventre) Ariſt. l. c. et H. A. L. II. c. 8. p. 177. H.

q. Elephas) Ariſt. ll. cc. H.

r. Nulli in feminibus) Nullum animal, inquit, inter femora mammas habet, cui pedes diſcreti in digitos ſunt: ὀυδὲν γὰρ ἔχει πολυσχιδὲς

geniti *s.* in quoquo partu suis primas premunt: [1] eae sunt faucibus proximae: [2] suam quisque nouit in fetu quo genitus est ordine, eaque alitur, nec alia. Detracto illa alumno suo sterilescit illico, ac resilit. *t.* Vno vero ex omni turba relicto, sola munifex *u.*, quae genito fuerat attributa, descendit. *x.* Vrsae *y.* mammas quaternas gerunt. Delphini *z.* binas in ima aluo papillas tantum, nec euidentes, [3] et paulum in obliquum porrectas. Neque aliud animal in cursu [4] lambitur. Et balaenae *a.* [5] autem vitulique mammis nutriunt fetus.

XCVI.

1. *Et si escae sunt f. p. tamen suam. V. praue.* 2. *Quidam inserunt, et.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. paulo Gr. et vulgg.* 4. *lambitur. Balaenae autem, vitulique marini mammis D.* 5. *autem, in M. deest.*

σχιδὲς ἐν τοῖς μηροῖς. Arist. de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1035. H.

s. Primo geniti) Arist. l. c. Alb. M. de anim. L. VI. tr. 3. c. 1. p. 209. *Quum autem porca peperit, primo nato filio dat mammam primam, et sic aliis filiis dat ordinate mammas: aliquando tamen hoc non accidit.* H.

t. Ac resilit) In aluum redit, contracta, flaccida, rugosa. *Dal.*

Ac resilit) Mamma contrahitur, et flaccescit. H.

u. Sola munifex) Sola *mamma ea cui suus est fetus lactandus.* H.

x. Descendit) Demittit se ab aluo mamma, et lac sponte fundit. Libentius tamen agnouerim, *distenditur.* H.

y. Vrsae) Arist. H. A. L. II. c. 8. p. 176. H.

z. Delphini) Mammas habent Delphini duas, inquit Philosophus, H. A. L. II. c. 16. p. 215. quia sunt viuipari: eas vero non in parte superiore, sed prope genitale habent: neque papillae exstant, quemadmodum quadrupedibus: sed veluti tubulos habent duos, *οἷον ῥύακας δύο*, vtrimque singulos a latere, qua lac effluat, quod in ipso cursu sugi ab assequentibus catulis nonnulli palam spectarunt. Vide et Oppian. Halieut. L. I. v. 660. H.

a. Et balaenae) Arist. H. A. L. III. c. 16. p. 383. H.

XCVI. (XLI.). Mulieri ante *b.* ſeptimum menſem [1] profuſum lac, inutile. *c.* Ab eo menſe, quod [2] vitalis eſt *d.* partus, ſalubre. Pleriſque autem totis mammis *e.*, atque etiam [3] alarum ſinu *f.* fluit. [4] Cameli lac *g.* habent, donec iterum [5] graueſcant. Suauiſſimum hoc exiſtimatur ad vnam menſuram [6] tribus aquae additis. Bos ante *h.* partum non habet. Ex primo ſemper a partu coloſtra fiunt *i.*: quae

1. *fuſum, etc. quo vital. M.* 2. *vitales partus. Ch.* 3. *in alium ſinus. M. alarum ſinus. Ch.* 4. *Cameli lac mulgetur, nec iterum graueſcat.. Parm.* 5. *grauideſcant. D.* 6. *tribus, duabuſue. Ariſt. c. 5. lib. VII. biſt.*

b. Mulieri ante) Ariſt. Hiſt. L. VII. c. 6. p. 825. H.

c. Profuſum lac, inutile) Varro in Andabatis, *Candidum lacte papilla cum fluit, ſignum putant partuis, quod hic ſequatur mulierem e partu liquor:* Apud Nonium. Idem de liberis educandis; *Eam nutricem oportet eſſe adoleſcentem, Annuis enim vt ſanguis deterior, ſic lac.* Lac enim, vt quidam dicunt Phyſici, ſanguinis ſpuma eſt. *Dal.*

d. Quod vitalis eſt) Quoniam eo tempore, hoc eſt, ſeptimo menſe editus vitalis eſt partus: ſimulque cum natalitio tempore lactis vſus incipit. H.

e. Totis mammis) Ariſt. c. 11. lib. VII. hiſt. *Dalec.*

f. Etiam alarum ſinu) *Lac quibuſdam fluit*, inquit Philoſophus, H. A. L. VII. c. 14. p. 846. *non ſolum per papillas, ſed etiam paſſim per mammas, aliquibus etiam per axillas.* Καὶ ἐνίαις ῥέει ἐ μόνον κατὰ τὰς θηλὰς, ἀλλὰ πολλάκις τῦ μαςῦ· ἐνίαις δὲ κατὰ τὰς μασχάλας. H.

g. Cameli lac) Ariſt. H. A. L. VI. c. 26. p. 765. *Cameli*, inquit, *lac ſemper habent, dum iterum conceperint: atque interea carnes earum, atque lac inter ſuauiſſimos cenſentur cibos: lactis vſus eſt admixto duplo, aut triplo aquae.* H.

h. Bos ante) Ariſt. H. A. L. VI. c. 21. p. 746. Albertus autem de anim. L. VI. tr. 3. c. 2. p. 211. *Vacca ante partum lac non habet, niſi forte modicum.* H.

i. Coloſtra fiunt) Vulgo, *Betton. Dal.*

Coloſtra fiunt) Plin. L. XXVIII. ſ. 33. *Eſt autem coloſtra,*

quae, ni admiſceatur aqua, in pumicis modum coeunt duritia. Aſinae praegnantes continuo lacteſcunt. *k.* [1] Pullis earum *l.*, vbi pingue pabulum, biduo a partu maternum lac guſtaſſe, letale eſt. Genus mali vocatur coloſtratio. *m.* Caſeus non fit ex vtrimque dentatis *n.*, quoniam eorum lac non coit. Tenuiſſimum *o.* camelis, mox equis: craſſiſſimum aſinae *p.*, vt quo coaguli vice vtantur. Conferre aliquid

[1]. *Pullo. V. Pullos. Ch.*

loſtra, prima a partu ſpongioſa denſitas lactis. Mart. L. XIII. ep. 38. *Surripuit paſtor, quae nondum ſtantibus hoedis, De primo matrum lacte coloſtra damus.* H.

k. Continuo lacteſcunt) Menſe tantum decimo praegnantes aſinas lac habere, auctor eſt Ariſt. H. A. L. VI. c. 23. p. 759. Ἴσχει δὲ γάλα κύουσα δεκάμηνος οὖσα. H.

l. Pullis earum) MSS. omnes, *pullos.* H.

m. Coloſtratio) Simili genere morbi tentantur infantes, qui inde coloſtrati dicuntur a Plinio, XXVIII. ſ. 33. qui praepropere nimis, ſtatim a puerperio, lac craſſius matris ſuxerunt, quod in infantium deinde ſtomacho denſatur in caſei ſpeciem: vel qui nutrices ſugunt, quae rurſum conceperint, interim dum lactant. H.

n. Caſeus non fit ex vtrimque dentatis) Fit ex aſinarum et equarum lacte, quae vtrimque dentatae ſunt. *Dal.*

Caſeus non fit) Albert. de anim. L. III. tr. 2. c. 9. p. 150. *Lac animalis*, inquit, *quod anterioribus dentibus caret in ſuperiore mandibula, coagulatur coagulatione qua ſeparatur caſeus a ſero: lac vero habentis dentes in vtraque mandibula, non coagulatur tali coagulatione, propter ſubtilitatem ipſius et tenuitatem: licet forte elixetur, et inſpiſſetur, ſicuti diximus in libro meteororum, vbi diſtinximus inter coagibilia et elixabilia.* Et p. 125. *Lac autem equae, et aſinae, et cameli, et mulieris, non conueniunt ad caſeos faciendos.* Ariſt. H. A. L. III. c. 16. p. 384. breuiſſime: τῶν δ᾽ ἀμφοδόντων οὐ πήγνυται. H.

o. Tenuiſſimum) Ariſt. p. 385. H.

p. Craſſiſſimum aſinae) Falſum id medicorum omnium iudiciis, qui tenuiſſimum poſt

aliquid et [1] candori in mulierum cute exiſtimatur. Poppaea certe Domitii *q.* Neronis [2] coniux, quingentas ſecum per [3] omnia trahens fetas, balnearum etiam [4] ſolio totum corpus illo lacte macerabat; extendi quoque cutem credens. [5] Omne autem *r.* igne [6] ſpiſſatur, frigore ſereſcit. Bubulum caſeo *s.* fertilius, quam caprinum, ex eadem menſura paene

1. *candore. M.* 2. *coniux, in M. deeſt.* 3. *omnia loca trahens.* Salm. 4. *ſolium. M.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. omne autem igne ſpiſ. frig. ferueſcit. Ch. omne aut em. lac igne Gr. et vulgg.* 6. *ſpiſſatum humore ferueſcit. Parm.*

poſt humanum eſſe putant. *Dal.*

Craſſiſſimum aſinae) Ariſt. l. c. Galenus tamen paſſim lac aſinae tenuiſſimum eſſe docet, ac minime coagulari, quin et quoquouerſus in omne corpus digeri T. X. L. V. meth. med. c. 12. p. 123. alibique. H.

q. Poppaea certe Domitii, etc.) Iuuenal. Sat. 6. Vide infra c. 12. L. XXVIII. *Dal.*

Poppaea certe) Refert hoc quoque Dio L. LXII. p. 714. Hinc Iuuenalis, Sat VI. v. 460. *Aut pinguia Poppaeana Spirat.* Et v. 466. *Incipit agnoſci, atque illo lacte fouetur, Propter quod ſecum comites educit aſellas, Exſul Hyperboreum ſi dimittetur ad axem.* H.

r. Omne autem) Vide N. et Em. N. CV. (hic adi.) *Omne*) Ex Hermolai fabrica ea lectio eſt: in Parmenſi olim legebatur, *Omne autem igne ſpiſſatum humore ferueſcit* quod editores ex codd. MSS. veſtigiis elicuerant. Nam in R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. legitur: *Omne autem igne ſpiſſaturum ore ferueſcit.* Verbum ſane illud *ſereſcit*, haud facile eo ſenſu reperias apud vllos auctores, vt in ſerum abire lac ſignificet. Dum quid igitur occurrat aptius, aut Hermolai coniecturae ſtandum, aut ſcribendum fortaſſis, *Omne autem igne ſpumae more ferueſcit.* H.

s. Bubulum caſeo) Ariſt. Hiſt. L. III. c. 16. p. 389. Alb. M. de anim. L. III. tr. 2. c. 9. p. 152. *Caſeus*, inquit, *qui fit ab aequali quantitate lactis vaccae ad lac caprae ſeſquialter dicitur, eo quod lac caprae ſiccius eſt, quam lac vaccae, et minorem facit caſeum.* H.

ne altero tanto. Quae plures *t.* quaternis mammas habent, caseo inutilia, et meliora quae binas. Coagulum [1] hinnulei *u.*, leporis, hoedi laudatum. Praecipuum tamen dasypodis, quod et profluuio alui medetur, [2] vnius vtrimque *x.* dentatorum. Mirum barbaras gentes, quae lacte viuant, ignorare aut spernere tot seculis casei dotem, densantes id alioqui in acorem iucundum *y.*, et pingue butyrum: spuma id est *z.* lactis, [3] concretiorque, quam quod serum *a.* vocatur. Non omittendum in eo *b.* olei vim esse, et barbaros omnes, infantesque nostros ita vngi.

XCVII. (XLII.) Laus caseo Romae, vbi omnium gentium bona cominus iudicantur, e prouinciis, Nemau-

1. *inutile leporis.* *Parm.* *praue. hinuli, leporis.* *Dal.* 2. *vnus.* *Ch.* 3. *Concretiusque Gr.*

t. *Quae plures*) Arist. l. c. Hic vero memineris vaccas quatuor papillas, vt Scaliger monet, sed binas tantummodo habere mammas. H.

u. *Coagulum hinnulei*) Τῶ νεβρῶ, inquit Arist. p. 391. ἀρίστη ἡ πυετία, praestantissimum coagulum non ad profluuium modo alui curandum, vt Scaliger interpretatur: sed et ad caseum faciendum, vt Albertus docet, l. c. H.

x. *Vnius vtrimque*) Vnus est, inquit, ex vtrimque dentatis dasypus, quod coagulum habeat. Arist. l. c. Ἔχει δὲ πυετίαν — — τῶν ἀμφοδόντων δασύπους. Albertus l. c. *Inter animalia autem nota nobis, quae dentes habent in vtraque mandibula, non est vsquam hodie inuentum coagulum, nisi in lepore tantum.* H.

y. *In acorem iucundum*) Mechlam, oxygala. *Dal.*

In acorem iucundum) Qui ex addito butyro percipitur in cibis. Butyrum hoc verborum ambitu nimirum describit. H.

z. *Spuma id est*) Hoc est, pingue lactis, quod, vt in oleo, superne fluitat, instar spumae. Plin. L. XXVIII. f. 35. *Quod supernatat, butyrum est, oleosum natura.* H.

a. *Serum*) Lactis aqua, *le petit lait.* Virg. *Pasce sero pingui.* H.

b. *In eo*) In butyro Diosc. L. II. c. 81. H.

Nemausensi *c.* praecipua, Lesurae Gabalicique [1] pagi *d.*: sed breuis, ac musteo tantum *e.* commendatio. Duobus Alpes *f.* generibus pabula sua approbant:

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Gabalicique pagis Gr. et Al.*

c. Nemausensi) E lacte caprino fit in agro Nemausensi caseus primae commendationis, a Nouembri mense ad Iunium. Vide Ioh. Poldo, L. de antiq. Nemaus. c. 10. p. 46. A pago, qui proxime Nemausum est, nomen ei caseorum generi, *Fromages de Baux.* H.

d. Gabalicique pagis) Ballici (quare ita legendum putem, mox dicam) pagi vulgo *les Baux*, villae aut potius casae, in saltuosis nemoribus sitae, qua itur ex Auenione Tarraconem. Lesura, etiamnum hodie, *Leso*, pagus aliquot domunculis constans. Ibi caprarum et ouium multi greges aluntur, e quorum lacte fiunt casei molliusculi, praepingues, praecipuae commendationis apud Auenionenses et circumuicinos. Hodie *fromages des Baux.* Lego *Ballici*, deprauatumque puto ab iis, qui quum nescirent huius rei historiam, et alibi in hoc scriptore legissent *Gabales*, ex illis Gabalicos pagos sibi finxerunt. In Gaballis, vel vt legitur cap. 19. IV. *Gabalibus*, vulgo *Geuauden*, est etiam mons Lesora vulgo, *Losere*, vnde Tarnis fluuius oritur memoratus a Plinio loco citato. Eius meminit Sidonius Apollinaris in Propemptico ad libellum. *Roaldes.*

Lesurae Gabalicique pagi) Hoc est, Lesurae, circumiacentisque Gabalici agri. Mons est Lesora in agro Gabalico, *le mont de Losere en Gevaudan*, vbi hodieque casei prouentus vberrimus, teste Guil. de Catel, Hist. L. II. c. 7. p. 297. Montis huius, Tarnisque fluuii ex eo profluentis meminit Sidonius in Propemptico: *Hic te Lesora Caucasum Scytharum Vincens adspiciet, citusque Tarnis, Limosum, et solido sapore pressum Piscem perspicua gerens in vnda.* H.

e. Ac musteo tantum) Musteum caseum Sirmondus noster in nott. ad Sidon. Apollin. recentem caseum recte interpretatur, et instar musti, incoctum. H.

f. Alpes) Alpinum caseum Antonius Pius quum in coena edisset auidius, in morbum incidit, quo decessit. Auctor Iulius Capitolinus in eius vita p. 21. H.

bant: Dalmaticae *g.* Docleatem mittunt *h.*, [1] Centronicae Vatuſicum. *i.* Numeroſior Apennino. *k.* Cebanum hic e Liguria mittit *l.*, ouium maxime lactis: Aeſinatem ex Vmbria: miſtoque Etruriae atque Liguriae confinio, Lunenſem *ll.* magnitudine conſpicuum: quippe et ad ſingula *m.* millia pondo premitur. Proximum autem vrbi Veſtinum, [2] eumque

1. *Ceutronicae Gr. et vulgg.* 2. *Cruſtuminumque et e. V. laudatiſſimum et Capityum: Gregibus. V. Capnityum alii, alii Epityrum legunt, quod ſequitur quidem aug. grat. fumo, lectionem Capnityron probat.*

g. Dalmaticae) Τυρὸν Δαλματηκὸν caſeum Dalmaticum pariter commendat Anonymus in ἐξηγήσει, quem vulgauit Iac. Gothofredus, p. 30. De Docleatis Dalmatiae populis egimus, L. III. ſ. 26. Alpes porro Dalmaticas vocat ea mentium iuga, quae ſunt a Carnis ad Dalmatas. H.

h. Docleatem mittunt) *Drina di Sclauonia. Roaldes.*

i. Vatuſicum) Hodie is vocatur *fromage de Paſſi:* quaſi Paſſiacus pro Vatu ſico, et fortaſſis vox, qua Plinius vtitur, corrupta eſt. Aliis *fromages de ſainct Bon en Tarentaiſe. Roaldes.*

Centronicae Vatuſicum). Alii *Natuſicum* legunt. De Centronibus diximus L. III. ſ. 24. H.

k. Apennino) Igitur Apenninus et maritimas etiam Alpes complectitur, vbi oppidum *Ceua*, olim Ceba dictum, hodieque Marchionatus titulo inſigne, *le Marquiſat de Ceve.* H.

l. Cebanum hic e Liguria mittit) Cebanum, *du marquiſat de Ceue.* Eius regionis incolae hos caſeos vocant, *Robles*, et bonitate cum Placentinis ac Marſolinis conferunt. *Roaldes.*

ll. Lunenſem) De Lunenſi caſeo Martial. L. XIII. ep. 30. *Caſeus Etruſcae ſignatus imagine Lunae, Praeſtabit pueris prandia mille tuis.* De Veſtino epigrammate ſequente, cui titulus, *Caſeus Veſtinus: Si ſine carne voles ientacula ſumere frugi Haec tibi Veſtino de grege maſſa venit.* Sed Veſcinum pro Veſtino vtrobique legi viris doctis placet. Diximus de Veſcino agro, L. III. ſ. 9. Sunt autem Veſtini non ab Vrbe modo, ſed ab ipſo Latio diſiuncti longiſſime, in quarta Italiae regione, vt dictum eſt L. III. ſ. 17. H.

m. Ad ſingula) Singuli caſei erant mille pondo. H.

que e Ceditio *n.* campo laudatissimum. Et caprarum *o.* gregibus sua laus est, [1] Agrigenti maxime, eam augente gratiam *p.* fumo *q.*: qualis in ipsa Vrbe conficitur, cunctis praeferendus. Nam Galliarum sapor medicamenti vim obtinet. Trans maria vero Bithynus *r.* fere in gloria est. Inesse pabulis salem, caseo

1. *Recenti maxime Gr. et Al.*

n. Ceditio) De hoc agemus, L. XIV. s. 8. H.

o. Et caprarum) Non bubus, inquit, ouibusque tantum, sed etiam capris est sua laus in caseo, etc. Nam ouium lactis praecipue caseos hactenus memorauit. Vide N. et Em N. CVI. (hic pos.) *Et c.*) Ita MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Toler. Salm. etc. vt merito Georg. Merulam rideat Corn. Withel c. 2. p. 589. Tom. I. Thes. Crit. legentem *Epityrum gregibus*, etc. quum praesertim sequatur mox, *praeferendus Bithynus*, quod de epityro dici non posset. Mox vero *Agrigenti* scripsimus, eorumdem fere omnium codicum admonitu et auctoritate, pro *recenti:* quod ante nos Frobenius fecit. H.

p. Eam augente gratiam fumo) Romae et in plerisque Italiae locis caseus et siccabatur et colorabatur fumo. Columel. cap. 8. VII. Est etiam non ingrati saporis muria perduratus, atque ita maligni ligni vel culmi fumo coloratus. Apud Vlpianum Aristot. censet, ex taberna casearia in aedificium alienum quod superius est, fumum iure non immitti, nisi fuerit nominatim constituta seruitus: alioqui vicino negatoriam actionem competere. Duaren. cap. 24. I. Anniv. Martial. in Xeniis, *Non quemcumque locum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.* Brisson. cap. 15. IV. *Roaldes.*

q. Fumo) Siccabant caseum, colorabantque fumo. Mart. L. XIII. ep. 32. cuius lemma: *Caseus Velabrensis: Non quemcumque focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.* Velabrum locus Romae fuit, vbi casei infumabantur. Raderum vide in eum Martialis locum, p. 783. Hic ille est Vrbis caseus, quem mox Plinius ait cunctis praeferendum. H.

r. Bithynus) Et e Bithynia Salonites, τυρὸς Σαλωνίτης a regione Bithyniae sic appellatus, quae boum pascuis

caſeo ſeneſcente: quales redire in muſteum ſaporem, aceto et thymo maceratos, certum eſt. Tradunt Zoroaſtrem in deſertis caſeo vixiſſe annis viginti, ita temperato, vt vetuſtatem non ſentiret.

XCVIII. (XLIII.) Terreſtrium *s.* ſolus homo bipes. Vni [1] iuguli *t.*, humeris: ceteris armi: vni vlnae. Quibus animalium *u.* manus ſunt, intus tantum carnoſae: extra neruis et cute conſtant.

XCIX. Digiti quibuſdam in manibus ſeni. *x.* C. Horatii *y.* [2] ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepimus, et Volcatium Sedigitum,

1. *Vngulae. M. Lego, iugula. et Al.* 2. *M. Curiatii Gr.*

paſcuis ceteris anteiret, vt eſt auctor Strabo, L. XII. p. 566. H.

s. Terreſtrium) Modo ne ex alitum genere fuerint, vt gallinacei. H.

t. Vni iuguli) Iugula, τὰς κλεῖδας, etiam ſimiis, talpis, ſciuris, muribus Alpinis auctor neſciit. *Dal.*

Vni iuguli) Soli homini iugulus ex Latini ſermonis proprietate tribuitur: ceterorum nulli, niſi καταχρηστικῶς. H.

u. Quibus animalium) Homini, ſimiae. H.

x. Digiti quibuſdam in manibus ſeni) Pollex (in pedibus, halluchus) μέγας, ἀντίχειρ, Index, ſalutaris, δεικτικὸς, λιχανὸς: Medius infamis, verpus μέσος, ἰατρὸς, καταπυτος: Annularis, παράμεσος, δακτυλιώτης: Minimus, auricularis μικρὸς, ὠτίτης. Medium vnguem oſtendere, probroſe ac contumelioſe deſpicere. Iuuenalis: — *cum fortunae ipſe minaci Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet vnguem.* Martial. *Rideto multum, qui te Sextile cynaedum Dixerit, et digitum porrigito medium* Alex. ab Alexand. cap. vlt. IV. *Dal.*

y. C. Horatii) Vide N. et Em. N. CVII. (hic adi.) *Horatii*) Vetus haec omnium librorum lectio eſt, exhibentibus MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. *Coraci*, pro *C. Oratii*, vel *Horatii*, nam Ὠρατίοις ſine adſpiratione Graeci ſcribunt. Hanc vocem prior Frobenius immutauit, nimium confidenter, in *M. Curiatii.* H.

tum z., illustrem in Poetica. Hominis digiti articulos habent ternos, pollex binos, et digitis aduersus a. vniuersis flectitur: per se vero in obliquum porrigitur, crassior ceteris. Huic minimus mensura [1] par est: duo reliqui sibi, inter quos medius longissime protenditur. Quibus ex rapina b. victus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus; reliquis quaterni. Leones, lupi, canes, et pauca in posterioribus quoque quinos vngues habent, vno iuxta cruris articulum dependente: reliqua quae sunt c. minora, [2] et digitos quinos. Brachia non

1. *pari.* *M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. partic. et Gr. et Al. omittunt.*

z. *Sedigitum*) Quem de poetis librum scripsisse, auctor est Gellius, L. XV. c. 24. p. 841. Exstat huius Volcatii Sedigiti carmen de poetis Comicis, inter Epigrammata, poematiaque vetera, collecta a Pithoeo, L. II. p. 51. H.

a. *Et digitis aduersus*) Siue fortassis rectius, *et in digitos aduersos vniuersim flectitur.* H.

b. *Quibus ex rapina*) Verbum *leones* scribi non debet cum maiore litera, vt praebeat initium sequentibus, sed cum minore, vt adiungatur praecedentibus. Legendumque, *Reliquis quaterni, vt leonibus, lupis, canibus:* ex Aristotele euidenter libro De partibus animalium quarto, capite nono. *Vt nonnullorum quorum pedes in digitos finduntur. Ob id pedes priores quinis distinctos digitis habent, posteriores quaternis, vt leones, et canes, atque etiam lupi et pantherae: quintus enim eorum quinto magnoque manus respondet. Sed quae parua interdigitata sunt posteriores etiam quinque digitos obtinent, quoniam serpere solent, scilicet vt vnguibus numerosioribus apprehendendo, facilius obrepant ad sublimiora.* Item, non, *Vngues* praefert vtrumque exemplar, sed *Lynces*, et vt reor non male: de digitis enim hic agitur tantum. De vnguibus infra capite 45. Praeterea addenda coniunctio *et*, scribendumque, *Minora et digitos quinos.* Pint.

Quibus ex rapina) Arist. de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1035. H.

c. *Reliqua quae sunt*) Arist. l. c. Ratio est, quoniam serpunt, διὰ τὸ ἑρπυστικὰ εἶναι, etc. H.

omnibus *d.* paria [1] secum. Studioso Thraci in C. Caesaris *e.* ludo notum est dextram fuisse procerio-rem. Animalium quaedam *f.*, vt manibus, vtuntur priorum ministerio pedum: sedentque ad os illis admouentia cibos, vt sciuri.

C. (XLIV.) [2] Nam simiarum *g.* genera perfectam hominis [3] imitationem *h.* continent, facie, naribus, auribus, palpebris *i.*, [4] quas solae quadrupedum et in inferiore habent gena. Iam mammas *k.* in pectore, et brachia, et crura in contrarium similiter *l.* flexa: in manibus vngues, digitos, longioremque medium. Pedibus paulum differunt. Sunt enim, vt manus, praelongi *m.*, sed vestigium pal-

1. *esse. M.* 2. *Iam. Pint.* 3. *simulationem. M.* 4. *quae s. q. et inferiorem h. genam. M. quas s. q. et inferiorem h. genam. V.*

d. Brachia non omnibus) Ab simili dextrae proceritate cognomen habuit Longimanus Artaxerxes. H.

e. C. Caesaris) Germanici. Tranquillum vide in eius vita, c. 18. H.

f. Animalium quaedam) Arist. l. c. H.

g. Nam simiarum) Tota haec sectio Aristotelicis verbis etiam exprimitur, H. A. L. III. c. 13. p. 199. H.

h. Perfectam hominis imitationem, etc.) Auctore Galeno, ridiculam, exhilarandis oblectandisque pueris natam, summa tamen aequitate naturae in eius fabricando corpore, quod animam non minus ridiculam eo vestierit. Thersitis deformem turpemque faciem, Lycophron quum exprimere conatur, πιθηκόμορφον appellat. Rhod. c. 10. III. vide c. 54. VIII. Plaut. in Mostell. *Vide vt fastidit simia?* id est, monstrum hominis. Idem in milite glorioso, *Pithecium haec est prae illa, et Sphinturnicium. Dalec.*

i. Palpebris) Quid palpebrae Plinio, quid genae sint, diximus s. 56. et 57. H.

k. Iam mammas) Papillas mammarum, θηλὰς μαςῶν Arist. H.

l. In contrarium similiter) Vti de homine dicetur s. 102. brachia retrorsum, crura antrorsum flexa. H.

m. Sunt enim vt manus praelongi) Lego *Praelongae*, tum

palmae ſimile faciunt. *n.* Pollex quoque his, et articuli, vt homini: ac praeter genitale *o.*, et hoc in maribus tantum *p.*, viſcera etiam interiora omnia ad exemplar.

CI. (XLV.) Vngues [1] clauſulae neruorum *q.* ſummae exiſtimantur. Omnibus hi *r.*, quibus et digiti. Sed ſimiae imbricati *s.*, hominibus lati, et

Hh 3 [1] de-

1. ungues, qui clauſ. ner. ſum. exiſtimantur, omnibus iis, quibus et dig. *M.*

tum ex vtroque apographo, tum etiam Ariſtotele, libro ſecundo: capite octauo, *Pedes*, inquit, *ſui generis habent: ſunt enim velut manus maiuſculae, et digitis vt manus conſtant, medio longiore, veſtigium etiam manus ſimile eſt.* Ex quibus Ariſtotelis verbis planum fit, locum etiam ſequentem mendoſum eſſe. *Pint.*

n. Sed veſtigium palmae ſimile faciunt) Scribendum enim; *Et veſtigium palmae ſimile faciunt. Pint.*

Sed veſtigium palmae) Planta porrecta, ſicuti quam volam appellamus: οἱ δάκτυλοι ἔχουσι τὸ καλούμενον θέναρ. Ariſt. H.

o. Ac praeter genitale tantum) Legendum ex Salmanticenſi exemplari; *Et praeter genitale, et hoc in maribus tantum.* Nam qui dicit, *praeter* (modo de eadem re intelligat) non neceſſe habet addere *tantum*: an non ſatis eſt dicere, omnia animantia eſſe muta praeter hominem, niſi addas etiam, *tantum? Pint.*

p. Et hoc in maribus tantum) Et hoc genitalis diſcrimen in maris tantum genitali agnoſcitur: nam feminae genitale muliebri ſpecie eſt: maribus, canina potius, quam humana: ceterum vniverſo generi viſcera humanis ſimilia. Ariſt. H.

q. Clauſulae neruorum) Extrema neruorum cacumina. Certe vngues circa radicem ligamentis connectuntur, quos antiqui neruos appellarunt. Hippocratem vide, L. de nat. pueri, t. 16. p. 144. vbi de vnguium origine multa prolixe diſputat, quae Plinianae orationi plurimum lucis allatura ſint. H.

r. Omnibus hi) Ariſt. H. A. L. III. c. 9. p. 335. H.

s. Imbricati) In morem imbricum curui, et conuoluti. H.

[1] defuncto crefcunt *t.*: rapacibus vnci: ceteris recti, vt canibus, praeter eum qui a crure plerifque dependet. Omnia digitos *u.* habent, quae pedes, excepto elephanto. Huic enim *x.* informes, numero quidem quinque, fed indiuifi, ac leuiter discreti, [2] vnguliſque, haud vnguibus [3] fimiles: et pedes maiores priores. *y.* In pofterioribus articuli breues. *z.* Idem poplites *a.* [4] intus flectit hominis modo. Cetera animalia, in diuerfum pofterioribus [5] articuli pedibus, quam prioribus. *b.* Nam quae

1. *defunctis. V.* 2. *vngulaeque. M. vnguliſque non. Ch.* 3. *fimiles. Crura maiora priora. In pofterioribus imis malleoli breues. ex Arift. l. II. c. 1. hift. anim.* 4. *pofteriores, ex Arift.* 5. *articulis et pedibus. M.*

t. Defuncto crefcunt) Rationem vide apud Rhodig. cap. 24. lib. III. petitam ex Ariftot. problem. *Dalec.*

Et defuncto) Arift. H. A. L. III. c. 10. p. 348. H.

u. Omnia digitos) Arift. H. A. L. III. c. 9. p. 335. H.

x. Huic enim) Arift. H. A. L. II. c. 2. p. 149. H.

y. Et pedes maiores priores) Hoc eft, anteriores. Arift. l. c. Καὶ τὰ πρόσθια σκέλη μείζω, *anteriora crura maiora multo.* H.

z. In pofterioribus articuli breues) Scrib. *In pofterioribus marculi breues.* Ariftotel. libro fecundo, capite primo. *Excepto elephanto, qui digitos numero quinque indiuifos leuiterque difcretos, crura priora multo pofterioribus longiora et malleolos pofterioribus imis cruribus poffidet. Pint.*

Articuli breues) Arift. l. c. σφυρὰ ἔχει βραχέα, *malleolos* dixit, Plinius *articulos.* H.

a. Item poplites) Arift. l. c. c. 4. p. 153. Priores quidem, more ceterorum, quae animal generant: fed et pofteriores, peculiari praerogatiua. H.

b. In diuerfum pofterioribus articuli pedibus quam prioribus) Sententia imperfecta, praeterque ante reddita, vt fuperuacuum fuerit eam repetere. Quapropter tollenda haec verba e medio tamquam ociofa puto. Id fi fiat, priora cum fequentibus mire quadrauerint. Lego, *tam pofter. etc. Pint.*

In diuerfum) Nam anteriora

quae animal generant, genua ante se flectunt, et suffraginum [1] artus *c.* in auersum. *d.*

CII. Homini genua et cubita contraria *e.*: Item vrsis *f.* et simiarum *g.* generi, ob id minime pernicibus. Oua parientibus *h.* quadrupedum, crocodilo, lacertis, priora genua post curuantur, posteriora in priorem partem. Sunt autem crura his obli-

1. *articulum.* M. et V.

riora crura prorsum et ante se, posteriora retrorsum et pone flectunt: itaque curuaturae poplitum inter se sunt obuersae, Arist. p. 152. H.

c. *Suffraginum artus*) Mallem dixisset, suffragines artuum, vt Philosophus l. c. qui τὰς κάμψεις τῶν κώλων, *crurum plicaturas*, dixit. H.

d. *In auersum*) Hoc est, pone, siue retrorsum flectunt, εἰς τὄπισθεν. H.

e. *Et cubita contraria*) Vtrasque artuum inflexiones inter se contrarias habet: nam brachia retro flectit, crura antrorsum. Arist. p. 154. H.

f. *Item vrsis*) Nam et in his genua, seu pars genuum infima, (sunt qui talum vocent:) retrorsum flectitur: cubita, seu pars infima cubiti, quam alii carpum appellitant, antrorsum. Vide Anatomicos Parisienses, in Vrsi anatome. H.

g. *Et simiarum*) Vt dictum est, s. 100. H.

h. *Oua parientibus*) Verba corruptissima, a mente Aristotelis, et a veritate ipsa abhorrentia. Primo Aristotelis verba praetexam, deinde ad eorum exemplar, quomodo restitui Pliniana queant, ostendam. Aristoteles ergo libro secundo capite primo, sic innuit, *At ouiparis quadrupedibus, crocodilo, lacertae, et reliquis generis eiusdem, crura tum priora, tum posteriora retro flectuntur, paululum in latus vergentia: nec secus in ceteris multipedibus agitur, nisi quod medii pedes subinde ambigui amplius in latus flectuntur.* Haec Aristoteles, quem sequutum Plinium, existimo in haec verba, aut his similia scripsisse, *Oua parient bus quadrupedum, vt crocodilo, lacertis priora genua posterioraque post curuantur.* reliqua, vt superflua, demenda. *Pint.*

Oua parientibus) In quibus et testudinum genera omnia censeri oportet. Haec priora genua flectunt retrorsum: posteriorum, quae geminis constant articulis, alterum prorsum, alterum pone flectunt. H.

obliqua *i.*, humani pollicis modo. Sic et multipedibus *k.*, praeterquam nouiſſima *l.* ſalientibus. Aues, vt quadrupedes, alas in priora curuant, ſuffragines *m.* in poſteriora.

CIII. Hominis genibus *n.* quaedam et religio ineſt,

i. Crura his obliqua) Pauliſper in latus inclinata, μικρὸν εἰς τὸ πλάγιον παρεγκλίνοντα, Ariſt. p. 135. H.

k. Sic et multipedibus) Si relata paulo ante Ariſtotelis verba diligentius inſpiciantur, patebit, *Subeuntibus* hic, aut ſi malis, *Subſequentibus*, non *Salientibus* eſſe legendum: vt ſit ſenſus, crocodilo et lacertis eſſe crura obliqua, et item in multipedibus, praeterquam in cruribus ſubeuntibus poſtrema, hoc eſt, interiacentibus prima et nouiſſima, quae auctore Ariſtotele ambigua ſunt. *Pint.* *Sic et multipedibus, etc.*) Pintianus ex Ariſtot. cap. I. II. hiſtor. legit, *praeterquam nouiſſima ſubeuntibus aut ſubſequentibus* (ſub. pedibus) *qui ambigui ſunt.* Ego nil muto, ſenſumque perſpicuum ac verum eſſe puto, *ſalientibus multipedibus*, vt araneo, locuſtae, nouiſſima ſiue poſtrema crura eſſe minus obliqua, ſed recta potius, quoniam eorum nixu ſaliendo antrorſum in rectum ſe vibrant. *Dalec.*

Sic et multipedibus) Araneis, muſcis, apibus. Ariſt. l. c. H.

l. Praeterquam nouiſſima) Salientibus, inquit, multipedibus, vt araneo, et locuſtae, nouiſſima crura, hoc eſt, poſtrema, minus obliqua ſunt: recta enim oportet eſſe, quorum niſu vibrare ſe ad ſaltum queant: idcirco et longiora videntur. Quam ob rem Ouid. Metam. L. XV. v. 377. *Crura dat: vtque eadem ſint longis ſaltibus apta, Poſterior partes ſuperat menſura priores.* H.

m. Suffragines) Crurum flexuras. Τὰ μὲν σκέλη εἰς τὰ ὄπισθεν κάμπτει. Ariſt. p. 155. H.

n. Hominis genibus, etc.) Priamus apud Homerum, Achillem oraturus vt filii corpus redimere liceret. Γούνων ἁψάμενοι λιτανεύσομεν αἴκ' ἐλεήσῃ. Apud eundem Iliad. ε. — λαβὼν εἰλίσσετο γούνων. Apud Thryphiodorum Sinon periurus Priamo aduolutus ἱκεσίαις παλάμῃσιν ἥψατο γούνων. Apud Euripidem Oreſtes ſupplex Menelaum ſic alloquitur. Τῶν σῶν γονάτων πρατέλεια θιγγάνω. Inde apud Syneſium: Πενὴς καὶ γονυπετὴς ἱκέτης γενόμενος. Virgilius: *Et genua amplectens*

ineſt, obſeruatione gentium. Haec ſupplices attingunt: ad haec manus tendunt: haec, vt aras, adorant: fortaſſis quia ineſt iis vitalitas. Namque in ipſa genu vtriuſque commiſſura, dextra laeuaque, a priore parte gemina quaedam buccarum inanitas *o.* ineſt: qua perfoſſa, [1] ceu [2] iugulo, ſpiritus fugit. Ineſt et aliis partibus quaedam religio: ſicvt dextra oſculis *p.* auerſa appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Graeciae *q.* in ſupplicando mentum

Hh 5 attin-

1. *Seu Gr.* 2. *in gulis. M. vinculis. V.*

ctens effatur talia ſupplex. Claudianus de raptu Proſerpinae: — *genibuſque ſuas cum ſupplice fletu Admouere manus. Dal.*

o. Buccarum inanitas) Os femoris inferiore ſui parte ad genua gemino capite tibiae ſinus intrat: inter ea capita pone rotulam, ſeu molam, qua genu conſtat, ſpatium eſt amplum latitudine pollicis: per quod vaſa neruique ad crura tranſeunt: ſuntque ob conuulſionem in hac parte periculoſa vulnera. Hoc ſpatium ob ſimilitudinem quamdam, buccarum inanitatem vocat: quaſi buccas inflatas cauitate referat: ſeu capita illa duo buccarum ſint veluti receſſus, et protuberationes quaedam. H.

p. Sicut dextra oſculis, etc.) VarroCallimachum ſequutus, rationem affert, quod omnium rerum auctoritas dextrae viribus conſtet: ideoque maiores, quum ſe mutuo ſalutarent, hac parte corporis ſe potiſſimum veneratos fuiſſe. Plethon lib. II. rerum Graec. eius conſuetudinis meminit. Diodorus Perſis id fidei pignus ſanctiſſimum eſſe tradit. Ariſtophanes in Nubibus κυσόν με καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν. Nam, inquit, interpres, ἔθος ἦν ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις. Rhod. c. 3. IV. Eodem loco ὀπισθέναρ extima et auerſa manus pars, quam Catoni de prouincia diſcedenti, raro et inuſitato quodam honore milites oſculatos fuiſſe tradit Plutarchus. *Dal.*

q. Antiquis Graeciae) Exprimitur ille mos ab Homero Il. I. v. 501. Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθίζετο, καὶ λάβε γούνων Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄν ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα. *Ipſo in conſpectu ſedit, laeuaque prehendens Molle genu, dextra mulcebat ſupplice mentum.* H.

attingere mos erat. r. Eſt in aure ima memoriae locus s., quem tangentes [1] anteſtamur. t. Eſt poſt aurem

1. *Sic ex MSS. em. Hard. atteſtantur. M. anteſtantur. V. atteſtamur. Gr. et vulgg.*

r. *Mentum attingere mos erat*) Vlyſſi, vt inexorabili et duro obiicit Hecuba, quod vultum auertiſſet, ὡς μὴ προσθίγειν γηνειάδος. Apud Homerum ſupplices contingunt mentum eorum quos rogant, vt vel annuant, vel apud alios pro ſe intercedant: dextram, vt quod precantur faciendum ſuſcipiant: genua, vt in eo, quod facere aggreſſi fuerint, pergant. Hadr. Iun. cap. 11. II. Supplicandi omnia genera priſcis vſurpata, ſed et quas cui Deo humani corporis partes ſacras eſſe vetuſtas putauerit, recenſet Alex. ab Alexand. c. 19. lib. II. *Dalec.*

s. *Eſt in aure ima memoriae locus*) Hinc *vellere aurem*, admonere dicimus. Virgilius: *mihi Cynthius aurem Vellit et admonuit.* Eius quoque tamen partis contrectatio, beneuolentiam, qua parentes nos proſequimur, auditus ſenſu animis noſtris inſeri monet, ſicut Clemens Alexandrinus V. Stromat. expoſuit. Quamobrem olim mos fuit, vt pueri patres oſcularentur arreptis vtrimque auribus, quod oſculi genus Pollux libro X. χύτραν vocat. *Et foetus matrona dabit, natuſque parenti Oſcula comprenſis auribus eripiet.* Theocrit. Οὐκ ἔραμ' αἰπόλπας ὅτι με πρὰν οὐκ ἐφίλασε Τῶν ὠτῶν κατελοῖσ' ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα. Canterius c. 19. lib. I. Plaut. in Aſinaria: *Prehende auriculis, compara labella cum labellis. Dalec.*

Eſt in aure) Hinc aurem vellere, pro admonere, dictum. Virg. *Mihi Cynthius aurem Vellit, et admonuit.* H.

t. *Atteſtamur*) Lego cum veteribus, *anteſtamur. Anteſtari*, teſtem vocare prehenſa tritaque auricula, quum aduerſarius, qui vadanti non paruit, in ius trahitur. Horat. Serm. Sat. 9. 16. — *et quo turpiſſime? magna Exclamat voce. Et, licet anteſtari? ego vero Oppono auriculam. rapit in ius.* Vide Lipſium epiſt. 27. IV. *Dal.*

Anteſtamur) Teſtes praeſentes appellamus. Anteſtationis mos hic antiquus: Quum quis vadatus non pareret, alicuius e praeſentibus, quem teſtem cupiebant eſſe, aurem tangebant, rogabant an anteſtari liceret: quo conceſſo, voce hac *Memento* a teſte petebant, vt memi-

aurem aeque dextram Nemesios *u.*, (quae Dea Latinum nomen ne in Capitolio *x.* quidem inuenit:) quo referimus [1] tactum ore proximum a minimo digitum, veniam sermonis a diis [2] ibi recondentes. *y.*

CIV. Varices *z.* in cruribus viro tantum: mulieri raro. *a.* C. Marium *b.*, [3] qui septies consul fuit,

1. *tactus more. M. tactum ore. Ch. tacto ore. Gr. et Al.* 2. *exposcentes. V.* 3. *C. Mario q. s. Cos. stante sibi, etc. Ch.*

meminisset alterum in ius vocatum noluisse sequi. Vide Acronem et Porphyrium in illud Horatii, *Licet antestari*, L. I. Sat. 9. Hoc e XII. Tabulis fragmentum adducit Porphyrio: SI. IN. IVS. VOCATIO. FVAT. ANTESTAMINO. I. F. AVREM. CAPITO. ANTESTATI. Vellicabatur autem auris, vt editi a se edendiue testimonii memoriam vel sic asseruarent. Hinc ea forte apud nos recepta loquendi formula: *se faire tirer l'oreille pour dire quelque chose.* In lege Ripuariorum, tit. 60. §. 1. *aures torqueri et alapas dari testibus* solitas legimus: In lege Bajwar tit. 15. c. 2. *testes per aurem tractos.* H.

u. Nemesios) Subintellige locus. H.

x. Capitolio) In Capitolio fuisse Nemesios simulacrum innuit, quod et ipse prodit apertius, L. XXVIII. f. 5. H.

y. A diis recondentes) Veniam taciti exposcentes, digito ibi condito, si quis imprudentibus nobis sermo exciderit. H.

z. Varices) Varices *flegmina* veteres appellarunt, quod flexuosae et tortuosae venae sint ac in multos sinus diuaricatae. Plautus in Epidico, *Alium tibi comitem melius quaerere, ita dum te sequor, Lassitudine me inuaserunt miserum in genua flegmina.* Tamae Festo. Lucilius, *Inguen ne existat, papulae, tamane an boa noxis.* Varicosos Lucilius, vt ex eius verbis post paulo adscriptis manifestum est, *Vatraces* appellauit. *Dal.*

Varices) Varix venae dilatatio est, sanguinis melancholici copia distentae, atque turgentis. H.

a. Mulieri raro) Frequentiores hoc seculo feminis quam viris. *Dal.*

Mulieri raro) Hac aetate frequentius quam viris. H.

b. C. Marium) Non vni tantum homini, C. Mario stanti, varices extractae sunt, sed aliis post eum auctore Cicerone secunda Tusculana, *Caius*

fuit, ſtantem ſibi extrahi *c.* paſſum vnum [1] hominum *d.*, Oppius auctor eſt.

CV. Omnia animalia *e.* a dextris partibus *f.* incedunt, [2] ſiniſtris *g.* incubant. Reliqua, vt libitum eſt,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. vnum hominem Gr. et Al.* 2. *ſiniſtris magis incubant. V. ſiniſtra incubant. Ch.*

Caius, inquit, *Marius ruſticanus vir, ſed plane vir, quum ſecaretur, vt ſupra dixi, principio vetuit ſe alligari. Neque quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. Cur ergo poſtea alii? Valuit auctoritas.* Patet ex his Ciceronis verbis legendum apud Plinium, aut *primum omnium*, aut *primum hominem*: nam *vnum hominem* non procedit. *Pint.*

c. Extrahi) Subintellige varices, venae ſectione adhibita. H.

d. Vnum hominum) Quia primus, et illo quidem tempore ſolus fuit. Sed et fecere poſtea alii, vt Cicero docet Tuſc. L. II. p. 360. *At vero*, inquit, *C. Marius, ruſticanus vir, ſed plane vir, quum ſecaretur, principio vetuit ſe alligari, nec quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. Cur ergo poſtea alii? Valuit auctoritas:* etc. Refert hoc quoque Plutarch. in Mario. Modum ſectionis docet Aegineta L. VI. c. 82. Geminam curandi rationem, Celſ. L. VII. c. 31. H.

e. Omnia animalia) Ex his verbis priora Ariſtotelica ſunt ex lib. II. c. 1. *Initium*, inquit, *incedendi omnibus a dextris partibus.* Repetit idem lib. de inceſſu animalium. Poſteriora ſuſpecta habeo, haerenſque nihil audeo ſtatuere. Certe illud cotidie cernimus, differenter modo dextris, modo ſiniſtris partibus incubare animalia Dal.

f. A dextris partibus) Omnibus incedendi initium a dextra parte eſt, ἡ δὲ ἀρχὴ ἀπὸ τῶν δεξιῶν πᾶσι, Ariſt. H. A. L. II. c. 4. p. 156. Dextrum certe pedem aliquando priorem mouent omnia. In choreis quidem ſiniſtrum mouemus primo pedem: non vt naturae adverſemur, ſed vt didiciſſe aliquid ab arte videamur. Sunt tamen qui etiam choreas dextrorſum ducant, pedemque dextrum producant priorem. H.

g. Siniſtris) Libentius nempe, quam dextris, Ariſt. ſ. 7. probl. 5. p. 715. Elephantus tamen in alterutrum latus incubat: fetae canes frequentius quadratae iacent: item leones. H.

eſt, gradiuntur. Leo tantum *h.* et camelus pedatim, hoc eſt, vt ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur. Pedes homini maximi *i.*, feminis [1] tenuiores in omni genere. Surae homini tantum, et [2] crura carnoſa. *k.* Reperitur apud auctores quemdam in Aegypto non habuiſſe ſuras, *l.* [3] Vola homini *m.* tantum, exceptis quibuſdam. Namque et hinc cognomina inuenta, Planci *n.*, Plauti *o.*, [1] Scau-

1. tenuiores in omni genere ſurae. Homini. V. et M. 2. *Carnoſae. Ch.* 3. *Planta, Dalec.*

h. Leo tantum etc.) Haec iiſdem verbis Philoſophus, H. A. L. II. c. 4 p. 157. H.

i. Pedes homini maximi) Proportione molis; et merito, ſolus enim erectus eſt. Philoſ. de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1038. H.

k. Et crura carnoſa) Crurum nomine femur plerumque et tibia continentur. Ea vis Graecae quoque appellationis σκέλος. Ariſt. l. c. p. 1037. Ἔτι δὲ τὰ σκέλη ὁ μὲν ἄνθρωπος σαρκώδη, καὶ μηροὺς καὶ κνήμας· τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα ἄσαρκα ἔχει, οὐ μόνον τὰ ζωοτόκα ἀλλ᾽ ὅσα σκέλη ἔχει τῶν ζώων. Νευρώδη γὰρ ἔχει καὶ ὀστώδη, καὶ ἀκανθώδη. *Crura etiam homini, femore ſuraque carnulenta ſunt: quum cetera animalia non modo viuipara, verum etiam quaecumque cruribus conſtant, vacua carne haec habeant: neruoſa enim, oſſulenta, ſpinoſa, rigida.* Albertus L. II. p. 100. *Solus autem homo habet inter animalia nota tibias carnoſas.* H.

l. Non habuiſſe ſuras) Sed tibias ſine carne, ἀσάρκας κνήμας. H.

m. Vola homini) Feſtus: *Vola veſtigium medii pedis concauum. Sed et palma manus vola dicitur.* H.

n. Planci) Plautiae familiae, et Munatiae cognomen. Feſtus; *Plancae tabulae planae, ob quam cauſam Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus plani ſunt.* H.

o. Plauti) Plauti quaſi πλατεῖς: Scauri, quaſi γαῦροι, quibus tali ſiue malleoli eminent. *Dalec.*

Plauti) Feſtus in Fragm. *Ploti appellati ſunt Vmbri, quod eſſent pedibus planis: vnde ſoleas dimidiatas, quibus vtuntur in venando, quo planius pedem ponerent, vocant ſemiplotia. Et ab eadem cauſa M. Accius Poëta, quia Vmber Sarſinas erat, a pedum planitie initio Plotus, poſtea Plautus coeptus eſt dici.* H.

[1] Scauri *p.*, Pansae *q.*: sicut a cruribus Vari *r.*, Vaciae *s.*, [2] Vatinii *t.*: quae vitia et in quadrupedibus. Solidas habent *u.* vngulas, quae non sunt cornigera:

1. *Pansae, Scauri. Ch.* 2. *Vatii. Dal.*

p. Scauri) Aemiliorum, et Aureliorum, aliorumque cognomen. Scaurum Horat. L. I. Sat. 3. v. 7. ait esse: *prauis fultum male talis.* Glossae: Scaurus, σκελλὸς, στρεβλόπους. Σκελλὸς idem porro ac peruersus. Hesychius Σκελλὸν, διεστραμμένον. H.

q. Pansae) Pansae dicebantur, qui pedibus erant pansis siue passis, a *pando*: vt Planci, qui planis. Cognomen id familiarum Romanarum fuit, Apuleiae, Seruiliae, Sestiae, Vibiae. H.

r. Vari) Varis Valgi, qui et Vaciae, contrarii sunt. Vari enim distortis sunt cruribus extrorsum, Valgi vero seu Vaciae introrsum. Valgos *Compernes* Lucilius vocat, lib. XVII. Satyr. *Compernem aue Varam fuisse Amphitryonis ἀκοίτιν.* Nonius. Legendum vero hic puto *Vaciae*, quoniam eos Vacaces Lucilius vocat lib. XXVII. Satyr. *Vt si progeniem antiquam qua est Maximus Quintus, Vacax*, qua varicosus, et vatrax. Vacaces, Vatiae Vatii sunt quos *Valgos* dicimus. *Dal.*

Vari) *Varum distortis cruribus*, inquit Horat. l. c. Festus, verbo *Valgos. Vari dicuntur incurua crura habentes.* Notus est Quintilius Varus, qui caesis legionibus Augusti principatu in Germania periit. Cognomen idem praeterea fuit Vibiae genti. Mart. L. II. epigr. 35. ad *Phoebum Varum: Quum sint crura tibi simulent quae cornua Lunae*, etc. H.

s. Vaciae) Ita id nomen a Varrone scribitur de L. L. L. VIII. p. 103. Idem de R. R. L. II. c. 9. vbi de canibus loquitur: *Sint cruribus rectis*, inquit, *ac potius varis, quam vaciis.* Nempe Varus est, qui crura extrorsum contorta: Vacia cui introrsum. Hinc Q. Marcius Rex Vacia cognominatus, Ciceronis et Catilinae temporibus. Hinc P. Seruilius Vacia, Isauricus postea appellatus, post Isauros domitos. H.

t. Vatinii) Ita R. 1. 2. Par. etc. Parm. *Vatieni.* Diversa haec duo sunt Romanarum familiarum nomina. Quae vis vtrique voci subsit, non liquet. H.

u. Solidas habent) Arist. de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1037. H

ra: igitur [1] pro his telum vngula ineſt illis. Nec talos *x.* habent eadem. At quae biſulca ſunt, habent: Iidem digitos habentibus non ſunt *y.*: neque in prioribus *z.* pedibus omnino vlli. Camelo tali *a.* ſimiles bubulis, ſed minores paulo. Eſt enim biſulcus *b.* diſcrimine exiguo *c.* pes imus, veſtigio *d.* [2] carnoſo, vt vrſi: qua de cauſa in longiore itinere ſine calciatu *e.* fatiſcunt.

CVI. (XLVI.) Vngulae veterino tantum generi renaſcuntur. Sues in Illyrico *f.* quibuſdam locis ſolidas

1. *Sic ex MSS. em. Hard. cenſ. Ch. pro eis telum. Gr. et Al.* 2. *carnoſis vt vrſis. Ch.*

x. Nec talos) Ariſtot. ibid. H.

y. Iidem digitos habentibus non ſunt) Ex Ariſtot. hoc Plinius. Aſtragalum tamen ſeu talum in homine eſſe indicat anatome, atque id in epiſtolis Seneca, et Herodotus, affirmant. *Dal.*

Iidem digitos habentibus) Digitatis animalibus tali non ſunt. Ariſt. l. c. p. 1038. Vide ſect. ſq. H.

z. Neque in prioribus) Sed in poſterioribus tantum. Cauſam affert Ariſt. p. 1037. H.

a. Camelo tali) Ariſt. H. A. L. II. c. 6. p. 164. H.

b. Eſt enim biſulcus, etc.) Legend. *Eſt enim biſulcum* (ſc. Camelus biſulcum eſt animal) *diſcrimine exiguo, pes imus veſtigio carnoſo vt vrſo: qua de cauſa, etc.* Salmaſ. p. 986. b.

c. Diſcrimine exiguo) Fiſſura vngulae haud admodum lata: quanta eſt fere boui. H.

d. Veſtigio) Pedis planta carnoſa velut vrſis. Ὁ δὲ πὲς ἐςὶ κάτωθεν σαρκώδης, ὥσπερ καὶ οἱ τῶν ἄρκτων, Ariſt. p. 165. Solin. c. 49. p. 76. *veſtigia* cameli *carnulenta* dixit. H.

e. Sine calciatu) Quam ob cauſam, inquit Philoſ. l. c. in bellicis expeditionibus, carbatinis calciantur, quum ipſis pes dolet. Eſt autem καρβατίνη, vile et ruſticum calciamentum, vna ſuppactum ſolea. H.

f. Sues in Illyrico) Et in Poeonia, et aliis locis, ex Antigono Caryſtio, hiſt. mirab. c. 72. ipſoque Ariſt. H. A. L. II. c. 7. p. 167. Etiam et in Macedonia, vt ſcribit auctor libri de Mirab. Auſcult. p. 1155. Et in Flandria

ſolidas habent vngulas. *g.* Cornigera *h.* fere biſulca. Solida vngula, et bicorne *i.* nullum. Vnicorne *k.* aſinus tantum Indicus *l.*: vnicorne et biſulcum, oryx. *m.* Talos aſinus *n.* Indicus vnus ſolidipedum habet.

dria iuxta mare, teſte Alberto M. de anim. L. II. tr. I. c. 2. p. 100. H.

g. Solidas habent vngulas) Solidipedes ſunt. Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. καὶ ἐν Μακεδονίᾳ δὲ τῇ ἐν τῶν Ἡμαθιώτων χώρᾳ τὰς σῦς εἶναι μώνυχας. *Dal.*

h. Cornigera) Ariſt. l. c. p. 168. et de part. anim. L. III. c. 2. p. 1001. H.

i. Et bicorne) Ariſt. ll. cc. H.

k. Vnicorne aſinus tantum Indicus, etc.) Vnico ac ſingulari cornu, animalia ſeptem armata legimus: Rhinocerontem, Orygem, Monocerotem, Aeliano cap. 3. lib. VII. et auctori cap. 21. lib. I. Bouem Indicum cap. et lib. citatis. Equum Indicum, e cuius cornu poculum factum veneni noxam frangit, Aeliano cap. 12. L. IV. Aſinum Indicum, in cuius cornu eadem vis comperta eſt, et contra multos alios morbos efficax, Aeliano cap. 22. lib. V. Aſinos id genus, quotannis Indiae rex publico ſpectaculo committit, Aeliano cap. 42. lib. IV. Biſontem Aeliano cap. 44. lib. IV. Ludov. Bertheme cap. 2. lib. IV. Nauigat. ſuarum, in inſula Zeilan vaccas aſſerit ſe vidiſſe vno tantum cornu praeditas, *Dalec.*

Vnicorne) Subintellige, idemque ſolida vngula praeditum: idcirco enim ſtatim ſubiicit, *vnicorne et biſulcum, oryx:* et ante praemiſit, *ſolida vngula et bicorne, nullum.* H.

l. Aſinus tantum Indicus) Hoc vnicornis, ſeu monocerotis aſini genus prolixe deſcribitur a Cteſia in Indicis, apud Photium in Bibl. cod. LXXIV. p. 153. Cteſiam ſequuti deinde Ariſt. ll. cc. Aelian. H. A. L. IV. c. 52. Quidquid tamen veteres aut recentiores de monocerote ſolidipede narrant, pro figmento habendum pronunciat Sam. Bochartus, de anim. P. I. L. III. c. 27. p. 952. idque plurimis euincere nititur argumentis, ſane ſatis idoneis. H.

m. Oryx) De oryge diximus L. VIII. ſ. 79. H.

n. Talos aſinus) Ariſt. H. A. L. II. c. 7. p. 186. et ante illum Cteſias l. c. H.

habet. Nam ſues *o.* ex vtroque genere exiſtimantur, [1] ideo foedi *p.* earum. Hominem *q.* qui exiſtimarunt habere, facile conuicti. Lynx tantum *r.* digitos habentium, ſimile quiddam talo habet: leo etiamnum [2] tortuoſius. *s.* Talus autem rectus eſt in articulo pedis ventre [3] eminens concauo *t.*, in vertebra ligatus.

CVII.

1. ideo feruntur diuerſi earum fetus. Par. ideoque fetus earum. V. alii legunt, mutata diſtinctione: Auium quibuſdam grauioribus in cruribus additi radii, ſed nulli vncos habentium vngues. Longipedes porrectis ad caudam cruribus volant. Vide Ariſt. lib. II. hiſt. an. cap. 12. vnde totus hic locus. 2. tortuoſos. M. 3. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. ventre eminens, concaua in v. Gr. et Al.

o. Nam ſues) Nam quod ſuibus, inquit, proprie talus non eſt, ἀςράγαλος, ſed aliquid tamen ſimile, illud in cauſa eſt, quod in vtroque genere cenſetur: ſunt enim et ſolidipedes, et biſulcae ſues: ideoque talos habent foedos ac deformes. Ariſt. l. c. At ſcimus tamen experimento, id quod in ſuibus tali vicem habet, ab aliis talis, cuiuſmodi ſunt in ouibus, nec figura, nec loco, nec ſitu differre. H.

p. Ideo foedi) Ideo deformes ſuum tali ſunt. H.

q. Hominem) Ariſtoteli Plinioque talus ſiue ἀςράγαλος non is eſt quem in imo pede vel vſus vulgi, vel aliorum auctoritas, vt agnoſceremus, extorſit, non in homine ſolum, ſed in aliis quoque: et calcem, ſiue calcaneum plerumque appellamus, quam Graeci πτέρνην dixerunt. Talus Ariſtotelicus inter duos artus locum habet: os eſt inter cruris poſterioris radium, et os coxae. Cuiuſmodi illud ſit, mox cum Plinio deſcribemus. Id interim ineſſe homini, merito, vt et Ariſt. l. c. pernegat. Malleoli quoque, qui humano pedi inhaerent, non in ſuffragine, vbi talum Philoſophus locat, ſed in laterum vertebra inſeruntur. H.

r. Lynx tantum) Ariſt. l. c. H.

s. Tortuoſius) Anfractuoſum, quales effingunt labyrinthos, inquit Philoſ. l. c. ὁ δὲ λέων, οἷόνπερ πλάττουσι λαβυρινθῶδες. H.

t. Ventre eminens concauo) In eo, inquit, articulo, quo olli

CVII. (XLVII.) Auium aliae digitatae *u.*, aliae palmipedes, aliae inter vtrumque diuisis digitis adiecta latitudine. *x.* Sed omnibus *y.* quaterni digiti, tres in [1] priore parte, vnus a calce. *z.* Hic deest quibusdam *a.* longa crura habentibus. Iynx sola vtrimque *b.* binos habet. Eadem linguam serpentium

1. *superiore.* *Parm.*

ossi pedis os coxae committitur, os est, in quadrupedibus bisulcis, quem talum vocant: id duas praecipuas facies habet: vnam ventrosam, seu eminentem: alteram concauam, siue subsidentem ex aduerso illius. H.

u. Auium aliae digitatae) Aristot. lib. II. cap. 12. hist. *Dal.*

Auium aliae) Vide quae diximus superiore libro, s. 13. H.

x. Adiecta latitudine) Addita citra digitos latitudine aliqua, ceu volae specie quadam, et palmae. H.

y. Sed omnibus) Arist. H. A. L. II. c. 15. p. 209. Nihilominus struthocamelum eximi ab hac historia oportuit: bisulcus enim est: vt idem Philosophus animaduertit, de part. anim. L. IV. c. 12. p. 1043. Nisi forte bestiarum generi potius, vt Plinius ait L. X. s. 1. quam volucrum adscribatur. H.

z. Vnus a calce) Calcanei vice ἀντὶ πτέρνης, Arist. Hist. L. II. p. 209. H.

a. Hic deest quibusdam) Quin et Psittaci, Meropes, Pici, nocturnarumque multae. Lego, itaque ex Aristot. cap. 12. lib. II. hist. *Iynx cum aliis paucis vtrimque. Dalec.*

Hic deest quibusdam) Vt struthioni Africano, et phoenicoptero Aldrouandi, Ornithol. L. XX. p. 322. Nec anseres quoque vllum digitum pone habent. H.

b. Iynx sola vtrimque, etc.) Iyngis simplex et teres lingua est, serpentis vero bisulca, cap. 17. lib. II. de part. animal. et capite vltimo, lib. II. histor. quamuis trisulcam serpentibus esse Plinius tradat, cap. 37. lib. XI. Confertur igitur Iyngis lingua non cum lingua serpentum, sed cum eius vibratu, quo serpens exsertam profert. *Dalec.*

Iynx) Ἴυγξ est quam Galli *Torcou*, Gaza *Torquillam* vocat, quod assidue ceruicem collumque contorqueat. Bellon. L. VI. c. 18. A sono apud Graecos nomen inuenit: est enim ἰύζειν *stridere.* H.

tium ſimilem *c.* in magnam longitudinem porrigit. Collum circumagit *d.* [1] in auerſum. *e.* Vngues ei *f.* grandes, ceu gracculis. Auium quibuſdam grauioribus, in cruribus additi radii *g.*: Nulli [2] vncos habentium vngues. *h.* Longipedes *i.* porrectis ad

Ii 2

1. in aduerſum ſe. M. Circumagit collum aduerſum. V.
2. Nulli vncos habent vngues, longi pedes. Porrectis. etc. Gr. et Al.

c. Serpentium ſimilem) Hoc eſt, ſerpentium more arbitratu ſuo nunc porrigit, nunc contrahit. In motu ſolo linguae et exſerendi modo ſimilitudo eſt: in figura, diſparitas. Habent enim ſerpentes planam et bifidam, ad lori ſecti modum: Iynx acutam et teretem. Hanc illa profert tamquam e vagina, vt illectis eius ope formicis vitam alat. H.

d. Collum circumagit in auerſum) Vetus lectio, *Collum circumagit in aduerſum ſe.* Forte legendum, *Collum circumagit in auerſa ſe*: hoc eſt collum in auerſum torquet, non auerſo corpore. Ariſtoteles lib. XI. cap. 12. *Collum retro intorquet, quieſcente reliquo corpore. Pint.*

e. In auerſum) In tergum, cetero corpore immobili, collum circumagit, quemadmodum et angues: περιςρέφει τὸν τράχηλον εἰς τϛπίσω, τϛ̃ λοιπϛ̃ σώματος ἠρεμϛ̃ντος, καθάπερ οἱ ὄφεις, Ariſt. l. c. H.

f. Vngues ei) Ariſt. l. c. H.

g. Additi radii) Calcaria, τὰ πλῆκτρα καλϛ́μενα ἐπὶ τοῖς σκέλεσιν, Ariſt. de part. anim. L. IV. c. 12. p. 1742. H.

h. Nulli vncos habentium vngues) Lego, *Nulli uncos habentium ungues: Longipedes adporrectis ad caudam cruribus volant*: hoc ſenſu, Nulli vncunguium datos a natura radios. Longipedes porrectis, etc. Ariſtoteles lib. XI. c. 12. *Sicut nonnulla ex auibus genera, quibus natura calcar etiam dederit. Sed nulli datum hoc eſt, cui ungues adunci ſunt.* Et paulo ante eodem loco Ariſtoteles; *Cauda etiam tali qualis data quadrupedibus eſt, volucres carent; ſed pennis conditam gerunt. Breuem, quae longipedes ac planipedes ſunt, maiorem autem, quae e contrario conſtant: quae vel contractis ad ventrem pedibus volant, quum illae caudae puſillae gerulae porrectis in caudam cruribus ferantur. Pint.*

Nulli

ad caudam cruribus volant: quibus breues, contractis ad medium. *k.* Qui negant volucrem *l.* vllam sine pedibus esse, confirmant et apodas habere, et

Nulli vncos) Vncunguium auium nulli calcaria sunt, siue radii. Arist. l. c. ἅμα δὲ οἱ αὐτοὶ οὐ γίνονται πλῆκτρα ἔχοντες, καὶ γαμψώνυχοι. H.

i. Longipedes) Haec Philosophus totidem verbis, tum l. c. tum Hist. Anim. L. II. c. 15. p. 212. H.

k. Ad medium) Ad ventrem, πρὸς τῇ γαστρί. Arist. H.

l. Qui negant volucrem) Hermolaus pro *oten*, vt antea legebatur *nycterin* emendauit, quod in vetustis codicibus non *oten*, sed *nectorem*, habeatur. Cuius sententiam minime approbo. Cur enim Hermolaum rogo ad significandum vespertilionem Graeca voce vsus esset Plinius, quum Latina et receptissima praesto et ad manus esset? praesertim ab ipso Plinio (vt alios sileam) semper alias vsurpata. Numquam enim eius auis mentio incidit, vt non semper vespertilionem appellarit, haud alio nomine. Sic lib. X. cap. 51. et 61. et lib. XI. cap. 37. et 39. et lib. XXIX. cap. 30. semper vespertilionem, numquam nycterin appellat. Ego pro *nectorem*, non *nycterin*, vt Hermolaus, sed (quamuis dura castigatio videri possit) *hirundinem* scriberem, ex eodem cuius testimonio Hermolaus vtitur Aristot. libro eodem, cap. 1. vbi tria auium genera, quae hic recensentur a Plinio, coniunctim memorat his verbis. *Sic nonnullae aues depedes sunt, quae ob eam rem apedes a paruitate pedum nuncupantur: quod genus auiculae pennis plurimum valet, sicvt cetera quoque prope similia, vt pennis praeualere, sic pedibus degenerare videntur, vt hirundo et falcula siue riparia. Haec enim omnia et moribus et volatu, et specie, proxima inter se conspiciuntur. Apparet apes omnibus anni temporibus: riparia aestate tantum quum imber incessit; tunc enim et apparet et capitur: denique rara haec avicula est.* Haec Aristoteles, apud quem *apedes* Theodorus vertit, ego cum Plinio et ceteris qui Latine loquuti sunt, *apodes*, dixissem, dictione quidem Graeca, sed iam pridem a Latinis recepta: quod item in *drepani* fecissem et plurimis aliis, quae quum Plinius tantus vir Graecis enunciet vocabulis, Theodorus vt ei visum est, hoc

et [1] hirundinem *ll.*, et drepanin, [2] in eis quae rarissime apparent. Visae iam etiam serpentes anserinis pedibus. *m.*

CVIII. (XLVIII.) Insectorum *n.* pedes [3] primi longio-

1. *Nectorem. V. et ocen, Gr. et Al.* 2. *ex his quae. Ch.* 3. *primo. Ch.*

hoc aut illo modo vertit, vnde apud alios magnam, apud me nullam laudem consequutus est. *Pint.*

ll. Et hirundinem) Vide N. et Em. N. CVIII. (hic adsp.) *Et hir.*) In libris editis, *et ocen.* In Parm. *oten.* In R. 1. et Par. *et rectorem.* In aliis: *et nectorem*, vnde Hermolaus, et *nycterim* legebat, quem plane confutat Pintianus. Nos *hirundinem* rescripsimus, Aristotele auctore: is enim H. A. L. I. c. 2. p. 17. Σχεδὸν δὲ, inquit, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῶν, εὔπτερα μὲν, κακόποδα δ' ἐστὶν, οἷον χελιδὼν καὶ δρεπανίς. . . . Φαίνεται δ' ὁ μὲν ἄπους, πᾶσαν ὥραν· ἡ δὲ δρεπανὶς, ὅταν ὕσῃ τοῦ θέρους· ἄλλως δὲ καὶ σπάνιόν ἐστι τοῦτο τὸ ὄρνεον. *Aliae quidem aues apodibus similes, pedum iacturam alarum compensant bonitate: talis hirundo est et drepanis. . . . apparent autem apodes toto anni tempore: drepanis vero aestate pluuia: alioqui rara inuentu auicula.* Porro quamquam drepanis moribus, et pennis, et facie hirundini proxima ab Aristotele esse dicatur, vt tamen ripariam hirundinem esse concedam, quod Gaza et Scaliger volunt, a me certe non impetrabunt. Quorsum enim obscuro Graecae appellationis vocabulo auem enunciasset, quam et libro superiore, et alias passim, Latino tritoque in ore vulgi nomine indigitauit? Accedit eo quod raram inuentu drepanim et ipse et Philosophus asseuerat: at sunt in ripis fluminum Italiae Galliaeque, vt vt est de Graecia, hirundines ripariae perfrequentes. H.

m. Anserinis pedibus) Id pariter Aristot. H. A. L. I. c. 6. p. 48. recitat. Sed ex auditu tantum, in Aethiopia: λέγονται γὰρ εἶναί τινες ὄφεις τοιοῦτοι (δίποδες) περὶ Αἰθιοπίαν. H.

n. Insectorum) Aristotelica verba paraphrasis instar eruunt. *Pedes priores*, inquit ille, de part. anim. L. IV. c. 6. p. 1028. *nonnulla ex iis longiores ideo habent, vt quoniam propter oculorum duritiem non exquisite cernant, cruri-*

longiores, duros habentibus oculos, vt subinde pedibus eos [1] tergeant, [2] ceu notamus in muscis. Quae ex his nouissimos *o.* habent longos, saliunt: vt locustae. Omnibus autem *p.* his seni pedes. Araneis quibusdam praelongi accedunt bini. *q.* Internodia singulis terna. Octonos et marinis esse diximus *r.*, polypis, sepiis, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium *s.* mouent, pedes in orbem, aut in obliquum. [3] Iisdem solis animalium rotundi. *t.* Cetera binos pedes duces habent: cancri tantum *u.*, quaternos. Quae hunc numerum pedum excessere terrestria, vt plerique vermes, non infra duodenos habent, aliqua vero et centenos. *x.* Nume-

1. *tergant.* V. 2. *seu* Gr. 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Iidem solis: vel iisdem solis. Dal. iidem soli anim.* Gr. *et Al.*

cruribus iis longioribus abstergant incidentem molestiam, atque arceant, quod et facere muscas videmus, et apes. Τοὺς δὲ πόδας τοὺς προσθίους μείζους ἔνια τούτων ἔχει, ὅπως διὰ τὸ σκληρόφθαλμα εἶναι, ἐπειδὰν οὐκ ἀκριβῶς τὴν ὄψιν ἔχει τὰ προσπίπτοντα τοῖς προσθίοις ἀποκαθαίρωσι σκέλεσιν· ὅπερ καὶ φαίνονται αἵ τε μυῖαι, καὶ τὰ μελιττώδη τῶν ζώων. H.

o. Quae ex his nouissimos) Posteriores pedes. H.

p. Omnibus autem) Arist. l. c. H.

q. Accedunt bini) Vt sint omnino octoni. H.

r. Esse diximus) L. IX. s. 44. H.

s. In contrarium) Hoc est, brachia contra quam pedes, flectere solent: hos enim in carnem, illa in orbem, flectunt et circumagunt: est enim ad cibum capiendum admouendumque commodius. Arist. l. c. Κάμπτουσιν ἐναντίως ταύτας (χεῖρας) etc. H.

t. Rotundi) Circinati, in orbem ducti. H.

u. Cancri tantum) Hoc est, cancri soli. Arist. H. A. L. I. c. 6. p. 52. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα δύο τοὺς ἡγεμόνας ἔχει πόδας· ὁ δὲ καρκῖνος μόνος τῶν ζώων τέτταρας. *Reliqua quidem animalia binos pedes, quasi duces habent ad ingrediendum: solus cancer, quatuor.* H.

x. Et centenos) Centipedas, credo, intelligit, quibus

Numerus pedum *y.* impar nulli eſt. Solidipedum crura ſtatim iuſta naſcuntur menſura: poſtea exporrigentia ſe *z.* verius, quam creſcentia. Itaque in infantia ſcabunt aures poſterioribus: quod addita aetate non queunt: quia longitudo ſuperficiem corporum [1] ſolam *a.* ampliat. Hac de cauſa inter initia paſci, niſi ſubmiſſis genibus, non poſſunt: nec vſque dum ceruix ad iuſta incrementa perueniat. (XLIX.) Pumilionum genus in omnibus animalibus eſt, atque etiam inter volucres. *b.*

CIX. Genitalia maribus quibus eſſent [2] retro, ſatis diximus. *c.* Oſſea ſunt lupis, vulpibus, muſtelis, [3] viuerris *d.*: vnde etiam *e.* calculo humano reme-

Ii 4

1. *ſola.* M. 2. *retro ſat.* Salm. *retrorſa.* M. *et* Ch. 3. *viuerrae ſunt, inde etiam.* M. *Sunt in iis etiam.* V.

bus innumera pedum copia nomen fecit. De his L. XXIX. ſ. 39. H.

y. Numerus pedum) Huius rei cauſam indagat Ariſt. Sect. 10. probl. 32. p. 727. H.

z. Exporrigentia ſe) Latitudine potius ac toroſitate extendentia ſeſe, quam altitudine creſcentia. H.

a. Quia longitudo ſuperficiem corporum ſolam, etc.) Locus eſt deprauatiſſimus, et quantum coniectura aſſequi poſſum, ſic aut reſtituendus, aut tamquam concerpta veſtis pro tempore, quoad peritior artifex adhibeatur, reſarciendus, *Quae (aetas) longam reddit ceruicem, crura ſolum ampliat.* Pint. Haec coniectura non admodum firma. Leg. *queunt, quia crurum ſuperficies ſola, non longitudo ampliat.* Dal.

Quia longitudo) Quia incrementum affert aetas ſoli corporum ſuperiori parti, in longitudinem: altitudinem cruribus aut proceritatem nullam addit. Ita et Ariſt. de part. anim. L. IV. c. 10. p. 1033. H.

b. Inter volucres) De gallinis pumilionibus egimus, L. X. ſ. 77. H.

c. Satis diximus) Libro ſup. ſ. 83. H.

d. Muſtelis, viuerris) Haec Ariſt. H. A. L. II. c. 9. p. 182. Muſtela, γαλῆ, *vne Belette.* Viuerra, ἰκτὶς, *vn Furet*, vt quidem pleriſ-

que

remedia praecipua. Vrso quoque *f.* simul atque exspirauerit, cornescere aiunt. Camelino *g.* arcus intendere, Orientis populis [1] fidissimum. Nec non aliqua gentium quoque *h.* in hoc discrimina, et sacrorum etiam, citra perniciem [2] amputantibus *i*, Matris

1. *fidelissimum.* V.

2. *amputatis.* M.

que videtur. Malunt alii Graecorum ἰκτίδα mustelam siluestrem interpretari, quod genus est domesticis haud multum absimile. Ἰκτὶς enim mella populatur, viverra sic odit, vt eo gustato paene intereat. Albertus tamen de anim. L. XXII. tr. 2. c. 1. p. 598. de viverra, siue furunculo haec accepit: *Furonem*, inquit, *vel furunculum*, *Gallici furettum vocant. — Est autem hoc animal medicinale, vt dicunt. Virga enim furonis masculi magnae vtilitatis est eis, qui patiuntur in vesica, et eis qui guttatim et cum difficultate mingunt*, *si teratur ex eo vncia*, etc. H.

e. Vnde etiam) Rasa tritaque ἰκτίδος genitalia, esse laborantibus vrinae difficultate remedium, prodidit Arist. H. A. L. IX. c. 9. p. 1027. Itemque auctor libri Mirab. ausc. p. 1151. H.

f. Vrso quoque) Etiam viventi osseum τὸ αἰδοῖον esse, vt et lupo, sciuro, mustelae, cani, aliisque, quibus os inest in extremo eo, aiunt Anatomici recentiores, in anatomica Descriptione Vrsi, p. 97. H.

g. Camelino) Aristotelica oratio planior, H. A. L. V. c. 2. p. 524. Cameli genitale eiusmodi nerui natura constat, vt etiam ad arcus vsum pro funiculo interpolent. Τὸ δὲ αἰδοῖον ἔχει ὁ κάμηλος νευρῶδες οὕτως, etc. H.

h. Gentium quoque) Vt Iudaeorum, Aegyptiorum. *Dalec.*

Gentium quoque) Vt Iudaeorum, Arabum, ac Mahumetanorum. H.

i. Citra perniciem amputantibus) Teste Samia, infra cap. 12. lib. XXXIX. sub finem. *Praecisos* ob id vocat Lampridius in Heliogabalo: *Iactauit autem caput inter praecisos fanaticos, et genitalia sibi deuinxit.* Solebant porro illi fanatici et lymphati, velut diuino spiritu afflati, et aestu quodam mentis perciti, vagari, caput iactare, contorquere, huc illuc flectere furibundorum specie, virilitatem amputare, vaticinari: quae, vt Plutarchus ait, μανία ἦν τῶν ὀρινομένον σὺν ῥιψαυχένι κλόνῳ.

Matris Deûm Gallis. *k.* Contra mulierum paucis *l.* prodigiosa assimilatio *m.*: sicut hermaphroditis *n.* vtriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas [1] subiunctas carpento suo equas, in [2] Treuerico Galliae agro repertas: [3] ceu plane visenda res esset, principem terrarum insidere portentis.

CX. Testes pecori armentoque ad crura decidui, subus adnexi *o.*: delphino praelongi vltima conduntur aluo, et elephanto occulti. Oua parientium *p.* lumbis intus adhaerent: qualia ocyssima in Venere. Piscibus *q.* serpentibusque nulli, sed eorum vice bi-

Ii 5 nae

1. *subiuges.* V. *subiungi.* M. 2. *Triueria.* Cb. 3. *seu* Gr. κλόνῳ. Lucanus: — *crinemque rotantes Sanguinei populis cecinerunt tristia Galli.* Brissonius cap. 13. II. *Dal.*

k. Matris Deûm Gallis) De hoc ritu iterum L. XXXV. s. 46. H.

l. Contra mulierum paucis, etc.) Ταῖς τριβάσι, quae tentiginem in summa vulua marium pudendo similem habent. *Dalec.*

Contra) E contrario paucae mulieres similitudinem habent *cum pudendo virili, idque* non sine ostento. H.

m. Prodigiosa assimilatio) Ad similitudinem fere masculi genitalis, productiore nympha, ad binos, ternosve digitos: vti Sennertus explicat, Practicae, L. III. p. 9. c. 13. p. 607. H.

n. Hermaphroditis) De his egimus L. VII. s. 3. H.

o. Subus adnexi) De subus, delphino, et elephanto eadem Philosophus tradit Hist. Anim. L. III. c. 1. p. 287. De elephanto idem rursum, L. II. c. 9. p. 179. H.

p. Oua parientium) Arist. de part. anim. L. IV. c. 12. p. 1043. et Hist. L. III. c. 1. p. 258. H.

q. Piscibus etc.) Arist. de part. L. IV. c. 13. p. 1045. et Hist. L. II. c. 16. p. 216. Delphinos interim, de quibus supra, vitulosque marinos ab eo numero excipi necesse est: sunt enim hi testibus praediti. Vipera quoque mas, non duos modo, sed quatuor testes, geminumque τὸ αἰδοῖον habet, quod vt ceteri mares, immittit in feminam: vt quidem recentiorum anatomica inspe-

nae ad genitalia a renibus venae. *r.* Buteonibus terni. *s.* Homini tantum iniuria *t.*, aut sponte *u.* naturae

spectione nuperrime deprehensum est. H.

r. A renibus venae) Hoc est ab eo loco, vbi renes essent, si renes piscibus natura concessisset. Carent enim renibus pisces. Venas autem appellat meatus duos, quos illi habent tum ad excrementa alia, tum ad semen quoque exigendum: τοὺς πόρους Philosophus vocat, H. A. L. III. c. I. p. 288. Hos genitali succo impleri ait coitus tempore, et lacteum humorem emittere. Huic veterum haeresi, quam proxime confutauimus, adstipulatur Albertus quoque, de anim. L. II. tr. 2. c. 3. p. 116. *Serpentum*, inquit, *genera non habent omnino testiculos, sed habent duas vias, sicut canales, descendentes a loco diaphragmatis, vsque aliquantulum supra anum*, etc. H.

s. Buteonibus terni) Buteonum hac parte similem natum esse cum tribus testiculis Philippum Hessum Lantgrauium, Thuanus scribit in Hist. Et Franc. Philelphum Rhodiginus L. XVII. c. 12. p. 783. Aiunt physiologi esse huiuscemodi homines salacitatis immodicae. Contra Syllam et Cottam vno tantum praeditos fuisse legimus in Pandectis, L. XLIX. tit. 17. *de re militari* ex Arriano I C. H.

t. Homini tantum iniuria) Testes olim etiam *vasa* nuncuparunt. Plaut. in Poen. *Facio quod manifesto deprehensi moechi haud ferme solent.* MI. *Quid id est?* Syn. *refero vasa salua.* Τέστωρ prisca vox Graeca, μάρτυρ: μάρτυρας θέσθαι, testes aduocare. δίδυμοι ob id testes vocantur, quod τῆς ἀῤῥενότητος μάρτυρές εἰσὶ, in quibus polimenta, quoniam educta suis folliculis, polis, id est pilis alutaceis similia sunt. Laberius: *Quaenam mens? quaenam deliritas vos suppolitores facit, cum cano eugio puellitarier.* Suppolitores, subagitatores: puellitari, lasciuire: cum eugio, pudendo muliebri. Vide quod adnotatum est supra c. 37. et infra cap. 4. XXVIII. Festus *polimenta* dicta vult, quod castratura exempta vestium modo poliuntur. Arnobius lib. VII. verecundius *proles* dici tradit. Vide Scal. in Festum, voce, Polimenta. *Dal.*

u. Aut sponte) *Qui de matris vtero sic nati sunt.* Matth. XIX. Talis exstitit Dorotheus Antiochenus Praesul, Aureliano Principi gratissimus, Eusebio quidem teste. H.

naturae franguntur: idque tertium ab hermaphroditis et ſpadonibus ſemiuiri genus habent. Mares in omni *x.* genere fortiores, praeterquam in pantheris, et vrſis.

CXI. (L.) Caudae *y.*, praeter homines ac ſimias *z.*, omnibus fere [1] animalium et oua gignentibus, [2] pro deſiderio corporum: nudae hirtis, vt apris: paruae *a.* villoſis, vt vrſis: [3] praelongis *b.* ſetoſae, vt equis. Amputatae *c.* lacertis et ſerpentibus renaſcuntur. Piſcium *d.* [4] meatus gubernaculi modo regunt: [5] atque etiam [6] in dextram atque laeuam motae, vt remigio quodam impellunt. Lacertis inueniuntur et geminae. Boum caudis longiſſimus

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. omnibus fere animalibus, Gr. et vulgg.* 2. *pro differentia.* 3. *praelongae et ſetoſae equis. Dal.* 4. *natatus.* 5. *aeque. M.* 6. *in dextram ac. Ch.*

x. Mares in omni) Habet id Ariſt. Hiſt. Anim. L. IX. c. I. p. 995. Negat tamen Albert. de anim. L. VIII. tr. I. c. I. p. 245. Vrſam feminam tanto tempore in pugna perſtare, quanto marem. *In auibus item*, inquit, *feminae rapacium auium omnium, quae vncoſos habent vngues, fortiores ſunt, et maiores corpore, quam mares*, etc. De pantheris ſubſcribit Ariſtoteli, Plinioque, Aelianus Hiſt. Anim. L. IV. c. 48. H.

y. Caudae) Habet haec et Ariſt. de part. an. L. IV. c. 10. p. 1037. H.

z. Ac ſimias) In his tamen caudae veſtigium ineſt, quam vix oculis deprehendas quidem, tactu tamen ſubeſſe intelligas: quam ſi attrectare tentes, prompta miraque celeritate ſeſe illae ſubtrahunt, ridiculaque indignatione laeſas prae ſe ferunt. H.

a. Paruae) Ariſt. de part. anim. L. II. c. 14. p. 994. H.

b. Praelongis) Subintellige corporibus. Omnia miſcent, qui *praelongae ſetoſis*, contra librorum omnium fidem legunt. H.

c. Amputatae) Ariſt. H. A. L. II. c. 20. p. 278. H.

d. Piſcium) Piſcium natatus regunt eorum caudae gubernaculi modo. Meatus, hoc eſt, varios in natando flexus. H.

ſimus [1] caulis *e.*, atque in ima parte hirtus. Idem aſinis longior quam equis, ſed ſetoſus veterinis. Leoni infima parte, vt bubus et ſorici: pantheris non item: vulpibus et lupis villoſus, vt ouibus, quibus procerior. Sues [2] intorquent: canum degeneres ſub aluum reflectunt.

CXII. (LI.) [3] Vocem non habere *f.*, niſi quae ſpirent, Ariſtoteles putat. Idcirco et inſectis ſonum eſſe, non vocem, intus meante ſpiritu *g.*, et incluſo ſonante. Alia murmur edere, vt apes. Alia cum tractu ſtridorem *h.*, vt cicadas. Recepto enim vt

1. *pilus.* *M.* 2. *retorquent.* *Gr.* 3. *Vocem non habere niſi quae ſpirant, Ariſt. etc. ita Tol. Ch. et M. recte. nam quae inter ea leguntur gloſſema ſunt. Ch. habet, ſpirent.*

e. Longiſſimus caulis) Στόλον Ariſt. vocat de part. anim. L. II. c. 14. p. 994. vbi breuibus pilis caudas eſſe inſtructas ait, quarum eſt tenor ſeu caulis longior, vt in bubus euenit: contra longioribus, quarum eſt breuior, vt in equis. H.

f. Vocem non habere) Quae deinceps ſequuntur vſque ad ea verba, *Ranis ſonus ſui generis* etc. ea totidem plane verbis habet Ariſt. Hiſt. anim. L. IV. c. 9. p. 489. Vide Not. et Em. N. CIX. (hic poſ.) *Vocem.* et.) Hunc locum gloſſemate auxerunt editores, quod librorum manu exaratorum ne vnus quidem agnoſcit: *Vocem non habere, niſi quae pulmonem et arterias habent, hoc eſt, niſi quae ſpirant*, etc. Graſſata eadem interpolandi libido eſt et paulo poſtea, ad ea verba *attritu eius ſonare*, adiecta iſtis, *viſcera ſat notum eſt*, quae ob omnibus abſunt MSS. vt ante nos alii obſeruarunt. H

g. Meante ſpiritu) Admiſſo extrinſecus adueniente aere, eoque motu membranae incluſo, et intercepto. H.

h. Alia cum tractu ſtridorem) Alius verborum conceptus in apogr. Toletano; *Alia cum tractu ſtridorem, vt cicadas. Recepto enim vt duobus ſub pectore cauis ſpiritu, mobili occurſante membrana, intus attritu eius ſonare. Muſcas, et cetera ſimilia, cum volatu incipere audiri, et deſinere. Sonum enim attritu,* etc. Porro ſcribendum reor, non *cum tractu*, ſed *attritu*, vt

vt duobus fub pectore [1] cauis *i.* fpiritu, mobili occurfante membrana intus, attritu eius [2] fonare. Mufcas *k.*, apes et fimilia cum volatu et incipere audiri et defmere. Sonum enim attritu et interiore aura *l.*, non anima, reddi. Locuftas *m.* pennarum et feminum attritu fonare, creditur fane. Item aquatilium pectines *n.* ftridere, quum volant: mollia *o.*, et crufta intecta *p.*, nec vocem nec fonum vllum habere. Sed et ceteri *q.* pifces, quamuis pulmone et arteria careant, non in totum fine vllo fono funt. Stridorem eum dentibus fieri cauillantur. Et is qui [3] caper vocatur *r.*, in Acheloo amne, grunnitum

1. *cannis. M. caueis. V.* 2. *fonare. Mufcas, apes, et cetera fimilia cum vol. et inc. aud. et defmere. Sonum, etc. Tol. Legitur et fimilia, in M. et Ck. attritu eius fonare vifcera fat notum eft. Cetera fimul cum volatu et incipere audiri et defmere, vt mufcas, apes. Sonum Gr. et Al.* 3. *apes. V.* κάπρος. *Arift. quem aprum, non caprum verti debere monftrat Leopard. c. 10. lib. II.*

vt ex fequentibus patet: *et duobus fub pectore, etc.* non *vt duobus*, nifi malis commutatione particularum fcribere, *et enim, etc. Pint.*

i. Sub pectore cauis) Recepto aere cauis duobus quae funt circa ventrem, τοῖς ἐντὸς τοῖς περὶ τὴν κοιλίαν. Arift. p. 490. H.

k. Mufcas, apes) Vide N. et Em. N. CX. H. Memoria lapfum effe Harduinum patet, nam nihil ibi reperitur.

l. Interiore aura) Interius recepto aere, non emiffo. Non edunt fonum, qui habent principia motus in fe ipfis. H.

m. Locuftas) Arift. p. 489. ἀκρίδας, locuftas terreftres. H.

n. Pectines) Et marinae hirundines. Arift. p. 490. H.

o. Mollia) Sepiam, loliginem, polypum. H.

p. Crufta intecta) Μαλακόστρακα, fquillas, locuftas, cancros. H.

q. Sed et ceteri) Arift. p. 489. H.

r. Qui caper vocatur) Graecam vocem Κάπρος Latina inflexione donat. Alii aprum dicere fatius putarent. Habet haec quoque Arift. l. c.

tum habet, et alii de quibus [1] diximus. *s.* Oua parientibus *t.* sibilus, serpentibus longus, testudini abruptus. Ranis sonus sui generis, vt dictum est *u.*, (nisi si et in his ferenda dubitatio est,) qui mox in ore concipitur, non in pectore. Multum tamen in iis refert et locorum natura. [2] Mutae in Macedonia traduntur *x.*, muti et apri. *y.* Auium loquacio-

1. *diximus, oua parientes. Sibilus serpent. V.* 2. *Mutae Cyrenis traduntur, muti et in Macedonia sues.*

c. Etsi fluuiatilis Acheloique incola, piscis hic dicatur, esse tamen eumdem cum porco marino arbitror, cui grunnitum, quum capitur, Apion quoque attribuit ap. Plin. L. XXXII. s. 9. Is κάπρος, et καπρίσκος, et χοῖρος dicitur. H.

s. De quibus diximus) L. IX. s. 7. H.

t. Oua parientibus) Quae oua pariunt, alia sibilum productiorem, vt serpentes: alia breuem mittunt, vt testudines: ὅσα μὲν ᾠοτόκα ἐςὶ. — τὰ μὲν συριγμὸν, ὥσπερ οἱ ὄφεις· τὰ δὲ σιγμὸν μικρὸν, ὥσπερ αἱ χελῶναι. Arist. p. 491. H.

u. Vt dictum est.) Sect. 65. huius libri. H.

x. Mutae in Macedonia traduntur, muti et apri) Mutas esse apud Cyrenen Africae ranas Aristoteles auctor est libro octauo, capite 28. et in lib. De admiranda auditione. In Macedonia vero ranas mutas esse, mutosque apros, apud Aristotelem (nisi memoria fallor) neutiquam reperietur. Nec verebor hic aperire, pro consuetudine mea, ingenue quid sentiam. Puto aut hiantem esse locum, nonnullis verbis omissis: aut si hoc non est, Plinium errasse, perperam acceptis Aristotelicis verbis. Ea sunt in libro De admiranda auditione ad hunc modum: *Apud Cyrenen aiunt ranas mutas omnino esse. Et in Macedonia quoque in Haematiotarum regione sues esse solidorum unguium.* Hoc ipsum et libro secundo, capite primo scribit idem Aristoteles. Et ante Plinius meminit hoc libro, capite 16. *Pint.* Vide supra lib. VIII. cap. 58.

Mutae) Aquarum fortassis nimia frigiditate, vt diximus, L. VIII. s. 83. H.

y. Muti et apri) Aelian. Hist. An. L. III. c. 35. "Αφωνοι ἐν Μακεδονίᾳ ὗς. H.

quaciores z. quae minores, et circa coitus maxime. Aliis in pugna vox, vt coturnicibus: aliis ante pugnam *a.*, vt perdicibus: aliis quum vicere, vt gallinaceis. Iisdem sua maribus: aliis [1] eadem, vt feminis, vt lusciniarum generi. Quaedam toto anno canunt, quaedam certis temporibus, vt in singulis dictum est. *b.* Elephas [2] citra nares *c.* ore ipso, sternutamento similem elidit sonum: per nares autem, tubarum raucitati. Bubus tantum *d.* feminis vox grauior: in omni alio genere exilior, quam maribus: in homine etiam castratis. *e.* Infantis

1. eadem quae fem. V. eadem feminis. Alii V. eadem ac feminis. Alii. V. 2. *circa. V.*

z. *Auium loquaciores*) Arist. p. 494. eadem plane, totidemque verbis, de vocum discrimine in auibus scribit. H.

a. Ante pugnam) Quum pugnam ineunt, prouocantes, vt perdices. Arist. p. 494. H.

b. Dictum est) Toto libro superiore. H.

c. *Elephas citra nares*) Ex ore, non ex naribus proficiscente spiritu conflatam dat vocem, ἄνευ μέντοι τῶν μυκτήρων, αὐτῷ τῷ στόματι πνευματῶδες, ὥσπερ ὅτ' ἄνθρωπος, ἐκπνέει καὶ λαλεῖ, Arist. p. 489. H.

d. Bubus tantum) Arist. H. A. L. IV. c. 11. p. 512. Caussam eius rei profert Albert. M. de anim. L. XIX. c. 9. p. 537. H.

e. In homine etiam castratis) Non homo dumtaxat castratus, sed omnia castrata animalia exiliorem emittunt vocem. Quapropter videtur mihi legendum hic esse non, *in homine:* sed *in omnibus.* Aristoteles libro quinto, capite 14. *Verum non in omnium animalium genere ita agitur. Sunt enim in quibus econtrario fit, vt in bubus: nam boum feminae grauiorem quam mas agit vocem, et vitulis grauior quam adultis perfectisque: quam ob rem his castratis vox econtrario mutatur. Transeunt castrata in feminam.* Et apertius volumine De generatione animalium v. capite penultimo: *Exsecta omnia in feminam mutantur: et quoniam vtres neruosae in suo originali principali laxantur, similem feminis mittunt vocem. Pint.*

In homine etiam) Neque in

fantis [1] in nascendo nulla auditur, antequam totus *f.* emergat vtero. [2] Primus sermo anniculo [3] est. Semestris loquutus est *g.* Croesi filius *h.* in crepundiis: quo prodigio *i.* totum id concidit regnum. Qui celerius fari *k.* coepere, tardius ingredi incipiunt. Vox

1. nascentis. V. 2. primo. Ch. 3. est et semestri. Loquutus M.

in homine modo, sed et in aliis animalibus, in quibus quum ars mutet naturam, mutat et naturae vim: si marem mutat in feminam, in feminae quoque mutabit affectus. Boues igitur, quam tauri, grauius mugiunt. In alterius vero generis animalibus, acutius castrata. Haec Arist. Hist. Anim. L. V. c. 13. p. 559. H.

f. Antequam totus) Etiam capite exstante, quum aegre prodit, ac reliquum corpus intus habet: tunc enim pectus maxime, et pulmo laborat: et ipse nihil aliud quam exire nititur. Prodidit eadem Arist. H. A. L. VII. c. 13. p. 844. H.

g. Semestris loquutus est Croesi filius) Herodot. lib. I. in capta vrbe Sardis fuisse cum patre scribit, et patri timentem, quum eum stricto gladio occisurus Persa inuaderet: exclamasse ne Croesum interimeret: quae si vera sunt iam adultus fuit, non in cunis. *Dalec.*

h. Croesi filius) Alterum hunc Croesi filium fuisse constat ab eo, quem Herodotus, Clio L. I. n. 85. p. 36. ceterique scriptores referunt, Sardibus captis, quum hostis in Croesum stricto gladio irrueret, exclamasse, *ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον, ne Croesum interfice.* Nec sane pauca, neque exigua alterum ab altero signa secernunt. Ille enim adulta iam aetate fuit, teste Herod. Nicol. Damasc. in Excerpt. p. 456. Gellio, L. V. c. 9. p. 351. aliisque. Plinianus hic semestris tantum, atque in crepundiis. Ille Sardibus iam captis fatus: iste antequam regnum concideret, etc. Vide Tullium, de diuin. L. I. p. 205. H.

i. Quo prodigio) Id vero sine prodigio, quemadmodum accidat aliquando, docet Arist. s. 11. probl. 27. p. 739. H.

k. Qui celerius fari) Huius rei causam inuestigat Fortun. Licetus, de quaesitis per epist. L. III. p. 209. Forte in causa est praecipua cerebri caliditas, cuius vi absumto celeriter humore super-

Vox roboratur *l.* [1] XIV. annis. *m.* Eadem in senecta *n.* exilior: neque in alio animalium saepius mutatur. Mira praeterea sunt de voce digna dictu. In theatrorum orchestris *o.*, scobe aut arena superiecta deuoratur *p.*, [2] et in rudi *q.* parietum circumiectu, doliis

1. a tredecim annis, eadem in senecta exiliore. M. Tol. XIV. *annos. Gr.* *2. et rudi. V.*

superfluo, eloqui citius incipiunt. Debili contra crurum colore humilitatem nimiam lentius concoquente, haud satis ea ad progrediendum firma redduntur. H.

l. Vox roboratur, etc.) Quo tempore adolescentes, vt inquit Aristot. ἀφροδισιάζειν ἄρχονται, hirquitallire, et ad Venerem concitari. Est autem τραγίζειν illud tum vocem grauiorem emittere, tum alis foetere. Nam quod ait Theophr. περὶ ὀσμῶν. τράγοι, ἔλαφοι, λαγοὶ καὶ τ' ἄλλα περὶ τὰς ὀχειὰς μάλιστα ὄζει. In vetere glossario *Hirquitallus*, τραγῶν παῖς, ἀρχὴν vel ἀκμὴν ἐβώσας. Vide Festum. *Dal.*

m. XIV. annis) Tum sane mutatur in asperiorem sonum, inaquaebilioremque vocem: ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς δὶς ἑπτά. Arist. H. A. L. VII. c. 1. p. 790. H.

n. Eadem in senecta) Homini nimirum: nam canibus, ac forte aliis animantibus senescentibus ingravescit Arist. l. c. et Hist. L. V. c. 13. p. 557. H.

o. Orchestris) Theatri parte quinque gradibus non altiore, vt omnia commode spectarentur: in qua scenici artifices saltabant et agebant. Senatoresque et ciuium honoratissimi considebant. *Dalec.*

Orchestris) Orchestra, ab ὀρχοῦμαι deriuata vox, locus in scena fuit, in quo scenici artifices saltationes suas exercebant. Est etiam in Theatro locus, vbi sua senatores habent subsellia. Pro tota theatri cauea id vocabulum vsurpari nunc a Plinio reor. H.

p. Deuoratur) Vox absumitur, minorque sentitur. Quaerit Philosophus, s. 11. probl. 25. p. 739. quam ob causam paleis in orchestram sparsis, chori vox minor sentiatur: Διὰ τί ὅταν ἀχυρωθῶσιν αἱ ὀρχῆστραι, ἧττον οἱ χοροὶ γεγόνασιν; An propter asperitatem vox pauimento minus laeui occurrens, vt minus vna, ita minor exsistit, quippe quae minus

doliis etiam inanibus *r.*: currit eadem *s.* concauo vel recto parietum spatio, quamuis leui sono dicta verba ad alterum caput perferens, si nulla inaequalitas *t.* impediat. Vox in homine magnam vultus habet partem. Agnoscimus [1] eam prius quam cernamus, non aliter quam oculis: totidemque sunt eae, quot in rerum natura mortales, et sua cuique, sicut facies. Hinc illa gentium, totque linguarum, toto orbe diuersitas: hinc tot [2] cantus et moduli, flexionesque. Sed ante omnia explanatio animi, quae nos distinxit a feris, inter ipsos quoque *u.* homines discrimen alterum aeque grande, quam a belluis, fecit.

CXIII. (LII.) Membra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Placuit in

1. *ea. Pint. M.* 2. *cantibus moduli. V. cantib. et modulis. Alii V.*

minus continua sit: quemadmodum etiam lux amplior resplendet in laeuibus, eo quod nihil impedimenti interuenit, quo interpelletur? etc. H

q. Et in rudi) Rudis paries appellatur, impolitus, et asper, vt qui nullo tectorio inductus, aut solum trullisatus asperrime. Villam rudem Cicero, epist. L. II. ep. 9. ad Q. Fratrem impolitam, imperfectamque sic appellat. Talium igitur parietum circumpositu vox frangitur. H.

r. Doliis etiam) Inanium quidem doliorum vicinitate vox obscuratur: secus, si obducta opertaque sint. Vide Arist. s. 11. probl. 8. et 9. p. 736. H.

s. Currit eadem) Fertur vox scilicet ab vno capite ad alterum loci, vel parietis, vel trabis caput. Similiter loquutus idem, L. XVI. s. 73. *Ideo fit vt aure ad caput trabis quamlibet praelongae admota, ictus ab altero capite vel graphii sentiatur, penetrante rectis meatibus sono.* H.

t. Si nulla inaequalitas) Asperitas. H.

u. Inter ipsos quoque) Tullius concinit, qui de Inuent. L. I. *Praeclarum*, inquit, *mihi quiddam videtur adeptus is, qui qua re homines bestiis praestent, ea in re hominibus ipsis antecellat.* H.

in Aegypto nutrire portentum, binis et in auersa capitis parte oculis hominem, sed iis non cernentem.

CXIV. Miror quidem Aristotelem non modo credidisse praescita vitae esse aliqua in corporibus ipsis, verum etiam prodidisse. Quae quamquam vana existimo, nec sine cunctatione proferenda, ne in se quisque et auguria anxie quaerat: attingam tamen, [1] quae tantus vir in [2] doctrina non spreuit. Igitur vitae breuis *x.* signa ponit raros dentes, praelongos digitos, plumbeum colorem, pluresque in manu incisuras, nec perpetuas. Contra longae esse vitae incuruos humeris, et in manu vna duas incisuras *y.* longas habentes, et plures *z.* quam XXXII. dentes, auribus amplis. Nec vniuersa haec (vt arbitror) sed singula obseruat, friuola, (vt reor) et vulgo tamen narrata. Addit morum quoque [3] aspectus simili modo apud nos Trogus *a.*, et ipse auctor [4] seuerissimus: quos verbis eius subiiciam: Frons vbi est magna *b.*, segnem animum subesse significat: quibus parua, mobilem: quibus rotunda, iracundum, velut hoc vestigio tumoris apparente. Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant: quibus iuxta nasum [5] flexa sunt *c.*, austeros: quibus iuxta tempora inflexa, derisores:

Kk 2 quibus

1. *quia.* *Cb.* 2. *doctrina.* *V.* 3. *spectus.* *Tol.* 4. *e seuerissimis.* *Tol.* 5. *plexa sunt.* *M. et Cb.*

x. Igitur vitae breuis) Arist. H. A. L. II. c. 11. p. 193. H.

y. Duas incisuras) Arist. H. A. L. I. c. 14. p. 105. H.

z. Et plures) Arist. s. 34. probl. 1. H.

a. Trogus) Habet illa totidem omnino verbis Arist. H. A. L. I. c. 9. p. 64. et sq. H.

b. Frons vbi est magna) Signa haec longa oratione colligit Alex. ab Alexand. cap. 19. lib. II. *Dal.*

c. Flexa sunt) Vel inflexa. Αἱ δὲ πρὸς τὴν ῥῖνα τὴν καμπυλότητα ἔχουσαι, etc. Arist. p. 65. H.

quibus in totum demissa, maleuolos et inuidos. Oculi quibuscumque *d.* sunt [1] longi, maleficos esse indicant. Qui [2] carnosos a naribus angulos habent, malitiae [3] notam praebent. Candida pars extenta, notam [4] impudentiae habet: qui identidem *e.* operire solent, inconstantiae. [5] Oricularum *f.* magnitudo, loquacitatis et stultitiae nota est. Hactenus Trogus.

CXV. (LIII.) Animae leonis virus graue *g.*, vrsi pestilens. Contacta halitu *h.* eius nulla fera attingit:

1. *longi moribus malef.* M. *mali moribus.* Ch. 2. *carnosos naribus.* M. 3. *nota praeuenti.* M. 4. *imprudentiae.* Ch. 5. *Auricularum.* M.

d. Oculi quibuscumque) Oculorum anguli sunt iuxta nares duo, duo iuxta tempora. Hi si longi sunt, nequitiam significant. Si carnosi sunt prope nares, prauitatis indicia sunt. Arist. p. 67. H.

e. Qui identidem) Frequentius nictabundi, σκαρδαμυκτικοί. Arist. p. 72. H.

f. Oricularum) Vetere scriptura, pro *auricularum.* Arist. p. 76. Τὰ δὲ μεγάλα ὦτα, καὶ ἐπανεστηκότα, μωρολογίας, καὶ ἀδολεσχίας. *Magnae et surrectae aures, stultiloquentiam, multiloquentiam*, indicant. H.

g. Animae leonis virus graue) Ob id Plauto in Menaech. maritus aedes suas, in quibus vxor habitabat, *leoninum cauum* appellat, *Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo.* Ac rursum, *Vt ego hunc proteram leonem, Getulum, olentem edentulum.* Dal.

h. Contacta halitu) Legendum diuersa distinctione, *Citiusque putrescunt. Afflatu reliquis homini tantum infici natura pluribus modis voluit:* hoc sensu, cetera animalia tantum inficere animam, hoc est aërem, hominem autem volente sic natura pluribus modis, ciborum dentiumque vitiis, sed praecipue senio. *Pint.*

Contacta halitu eius) Vrsi nimirum, cuius halitu esse afflatas carnes putrescere scribit Albertus quoque de animal. L. XXII. tr. 2. p. 608. et L. VII. tr. 1. c. 5. p. 201. De leonis halitu nihilominus eadem referunt Arist. H. A. L. VIII. c. 9. p. 901. Aelian. H. A. L. V. c. 39. Chrysost. aliique, quos laudat Bochart. P. I. L. III. de anim. c. 3. p. 744. H.

git: [1] citiusque putrescunt afflata reliquis. Hominis tantum *i.* natura infici voluit pluribus modis, et ciborum ac dentium vitiis *k.*, sed maxime senio. Dolorem sentire non [2] poterat: [3] tactu, sensuque omni [4] carebat, sine qua nihil sentitur. Eadem [5] commeabat *l.*, recens assidue, exitura supremo *m.*, et sola [6] ex omnibus superfutura. Denique haec [7] trahebatur e caelo. Huius quoque tamen reperta poena

Kk 3

1. *ocyusque.* Ch. 2. *potest.* Dal. 3. *tactu in* M. d. 4. *caret.* Dal. 5. *commeat, ab eo recedens assidue.* M. 6. *ex homine.* Pint. 7. *trahitur.* Dal.

i. Hominis tantum) Subintellige, animam siue halitum oris, qui plurimis modis corrumpitur, inficiturque, dentium vitio, senio, cibo, vino, ieiunio denique ipso: olet enim grauiter halitus a ieiuno ore. Vnde illud Martial. L. IV. epigr. 4. in graueolentem: *Quod ieiunia sabbatariorum, Moestorum quod anhelitus reorum, Mallem, quam quod oles, olere, Bassa.* H.

k. Et ciborum ac dentium vitiis) Est etiam sua ieiunis graueolentia, quae sumto cibo emendatur. Graeci νηστείας ὄζειν vocant. Eius meminit Aristot. in problemat. Significat et eam Caecilius Comicus apud Nonium, inducto marito, qui vxoris parum acceptae odiosam comitatem et blanditias dedignaretur: *Quis mihi*, inquit, *vbi Domum adueni, assedi, extemplo suavium Dat ieiuna anima.* Plaut. in Mercat. *Ieiunitatis plenus animam foetidat.* Victorius cap. 2. vinosis postero die foedos halitus esse auctor scribit cap. vltim. lib. XV. vide quod notatum est ad eum locum. *Dal.*

l. Eadem commeabat) Animam scilicet aliud esse nihil opinatur praeter aerem illum, quem spiritu ducimus, quemque subinde per vices respirant, redduntque pulmones, ac semper recentem trahunt. Ita Cicero, de N. D. L. II. *Anima*, inquit, *quae spiritu in pulmones ducitur.* H.

m. Exitura supremo) Supremo vitae die. Lucretii haec scholam sapiunt, cuius carmina de somno consule, quae superiore libro retulimus, sect. vlt. H.

na est; vt neque idipsum, [1] quo viueret, in vita iuuaret. Parthorum populis [2] hoc praecipue *n.*, et a iuuenta, propter indiscretos cibos: namque et vino foetent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali *o.*, cuius est suauitas praecipua in esculenta [3] addito. Elephantorum anima serpentes extrahit *p.*, ceruorum [4] item vrit. Diximus hominum *q.* genera, qui venena serpentium suctu corporibus [5] eximerent. [6] Quin et subus *r.* serpentes in pabulo sunt, [7] et aliis venenum est. Quae insecta appellauimus, omnia olei *s.* aspersu necantur. [8] Vultures vnguento *t.* qui fugantur, alios

1. *quo viuitur Gr. et Al.* 2. *haec. M. et Ch.* 3. *additi. V. addita. Ch.* 4. *item, in M deest.* 5. *exigerent. M. et Ch. exugerent. V.* 6. *Quin ex his. M.* 7. *et ali veneno ceruis. V. et M.* 8. *Vultures qui alias alios odores. V. vult. vnguem quidem etc. rosa. Alii V. cui assentitur Theophr. L. VI. caus. 4.*

n. Hoc praecipue) Hoc malum: hic foetor oris et halitus. H.

o. Assyrii mali) Le Citron. Namque *animas et olentia Medi ora fouent ipso*, Virg. Georg. L. I. v. 134. De eo rursum L. XII. s. 7. H.

p. Serpentes extrahit) Cavernis extrahit: quod et de ceruorum anima dictum est, L. VIII. s. 50. H.

q. Diximus hominum) Psyllos intelligit, de quibus vide quae nos in Notis addidimus, s. 2. L. VII. H.

r. Quin et subus) A suibus sane mandi salamandras, Plinius iterum repetit L. XXIX. s. 23. H.

s. Omnia olei) De ea re egimus iam superius, s. 21. Adde Aelianum, H. A. L. IV. c. 18. H.

t. Vultures vnguento) Ordinem horum verborum vitiatum esse, Theophrastus nos admonet, volumine de causis plantarum sexto, capite quarto, odores tractans his verbis: *Enim vero aliis alii aduersi, nec quidquam commodi sentiuntur: non ita solum vt non indigeant, neque quaerant, sed etiam ab his perimantur, quae nobis suauissime olent, seu vultures ab vnguentis, et scarabaei rosis nec non et apes vehementer, eos oppugnare videntur, qui vncti*

alios appetunt odores, ſcarabaei roſam *u.*: Quaſdam ſerpentes ſcorpio occidit. Scythae ſagittas tingunt viperina ſanie *x.*, et humano ſanguine: irremediabile id ſcelus, mortem illico adfert leui tactu.

CXVI. Quae animalium paſcerentur veneno, diximus. *y.* Quaedam innocua alioqui, venenatis

vncti ſunt. Haec Theophraſtus, ex cuius auctoritate ſic Plinii verba lego et diſpono: *Vultures vnguento quidem necantur, ſcarabaei roſa. Pint.*

Vultures vnguento) Non fugari modo, ſed et necari vultures vnguento ſcribit Aelian. H. A. L. III. c. 7. *Εὐωδία δὲ καὶ μῦρον γυψὶν αἰτία θανάτου.* Idem Phile, p. 26. vbi de vulturibus: *Οἱ τῷ μύρῳ θνήσκουσι κανθάρων δίκην.* H.

u. Scarabaei roſam) Hoc eſt, vnguentum roſaceum. Cl. Alex. L. II. Paedag. *οἱ γῦπες καὶ κάνθαροι ῥοδίνῳ χρισθέντες μύρῳ τελευτᾷν λέγονται.* Eadem ſcribit et auctor libri Mirab. Auſc. p. 1166. Fuit idcirco aliquando, quum ſcribendum putarem: *alio appetunt odore, ſcarabaei roſa*; vel, *alios appetunt odores. Scarabaeos roſa, quaſdam etc.* H.

x. Sagittas tingunt viperina ſanie) Quomodo id venenum pararetur ac miſceretur, docet Rhodig. c. 10. XXIII. Arabas quoque veneno ſagittas illinire Pollux ſcribit, in India milites Alexandri ſagittis veneno imbutis, ſaucii, protinus moriebantur: at Alexandro monſtrata per quietem herba, quae praeſentiſſimo remedio eſſet. In Harmatis Bragmanum ciuitate ſagittae veneno tingebantur. Limaeo Gallos ſagittas inficere auctor ſcribit c. 11. XXVII. Straboni Tranſalpini Galli pernicioſiſſimo lacte arboris ficui ſimilis ſagittas tingunt, inde fortaſſis dictum *Toxicum* veneni genus. Vide quod annotatum eſt cap. vlt. XVII. *Dalec.*

Scythae ſagittas) Auctor libri Mirab. Auſc. p. 1166. H.

y. Diximus) Libro ſuperiore, ſ. 33. Puellam vidiſſe ſe ſcribit Albertus M. de animal. L. VII. tr. 2. c. 5. p. 236. quae araneas in primis, nullo diſcrimine, ſeu paruas, ſeu magnas, in ciborum deliciis lautiſſimis haberet. H. Ego quoque vidi Grammaticum Francogallum araneas cum voluptate comedentem.

pasta noxia fiunt et ipsa. Apros *z.* in Pamphylia et Ciliciae montuosis, salamandra ab his deuorata, qui edere moriuntur. [1] Nec est intellectus *a.* vllus in odore, vel sapore: et aqua vinumque interimit salamandra ibi immortua, vel si omnino biberit, vnde [2] potetur: item rana, quam rubetam vocant. Tantum insidiarum est vitae! Vespae serpente auide vescuntur, [3] quo alimento *b.* mortiferos ictus faciunt. Ideoque magna differentia est victus: vt in tractu pisce viuentium *c.* Theophrastus [4] prodit *d.*, boues quoque pisce vesci, sed non nisi viuente.

CXVII. Homini cibus *e.* vtilissimus simplex. Acer-

1. *Nec enim est. V.* 2. *petetur. V. Leg. vel si omnino vnde biberit potetur. Dal.* 3. *quae. M.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. prodidit Gr. et Al.*

z. Apros) Aelian. Hist. A. L. IX. c. 28. H.

a. Nec est intellectus) Nec pronum est veneni vim, quae latet, odore, vel sapore, deprehendere: nam, seu vinum, seu aqua fuerit, nihil interest: par vtrobique vitae discrimen, si inde potus hauriatur, vnde salamandra praebiberit. H.

b. Quo alimento) Eo alimento, serpente nimirum pastae, longe fiunt morsu infestiores. Aelian. H. A. L. IX. c. 15. de crabronibus, qui sunt vespis congeneres. Ὁ γȣ̃ν σφὴξ γευσάμενος ἔχεως χαλεπώτερός ἐςι τὴν πληγήν. Sic etiam auct. L. Mir. Ausc. p. 1166. H.

c. Pisce viventium, etc.) Ichthyophagorum. *Dal.* et sic Harduinus quoque.

d. Theophrastus prodit) Eo forte libello, quem inscripsit, περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθȣς, de animalium solertia et more, cuius meminit Laertius, L. V. p. 125. H.

e. Homini cibus) De hoc placito multa erudite et copiose scripsit in vtramque partem Macrobius Sat. L. VII. c. 4. p. 586. et c. 5. p. 591. Hor. L. II. Sat. 2. v. 70. *Accipe nunc victus tenuis quae quantaque secum Afferat. In primis valeas bene: nam variae res Vt noceant homini, credas, memor illius escae, Quae simplex olim tibi sederit. At simul assis Miscueris elixa, simul conchylia turdis, Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum Lenta feret pituita. Vides*

Aceruatio saporum pestifera, et [1] condimento perniciosior. Difficulter autem perficiuntur [2] omnia in cibis acria, nimia, et auide hausta: et aestate, quam hieme, difficilius: et in senecta, quam in iuventa. Vomitiones homini *f.* ad haec in remedium exco-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et condimenta perniciosiora. Gr. et Al.* 2. *omnibus. V.*

des vt pallidus omnis Coena desurgat dubia? Quin corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque praegrauat vna, Atque affigit humo diuinae particulam aurae. H.

f. Vomitiones homini) *Fragiliora,* non *frigidiora,* scribendum esse, omnium medicorum tam Graecorum quam Latinorum placita proclamant, qui frequentes vomitiones corpus debilitare, multaque alia aduersa gignere tradunt. Paulus lib. primo, capite 42. et plerique alii, et, si recipitur, Auicenna etiam fen quarta primi, vbi multis capitibus de vomitu disserit, laudatque eum, modo non sit nimius: alioquin nocere stomacho, et debilitare, et resoluere reddereque aptum, vt materiae ad eum perueniant. Obesse quoque pectori, et visui, et dentibus, et antiquis capitis doloribus. Nocere etiam hepati et pulmoni, et venam quandoque scindere, et actionem eius ex eis esse, quae perducunt homines ad malas aegritudines. *Pint.* *Vomitiones homini*) Vomunt qui ex tempore dicunt. Aristides Rhetor se non esse τῶν ἐμέντων, seu ἀκριβέντων, imperatori Marco respondit. *Vomitores* dicuntur, qui crapulam vomitu leuant. Pompeius Marcellino acerbius contra se in senatu oranti exprobrauit suo beneficio e muto vocalem factum, ex esuritore vomitorem, ἐκ πεινατικῆ ἐμετικόν. Vomitus quotidianos aut nimis frequentes vniuersa medicorum schola damnat. Queritur Seneca multos vomere vt edant, comesse vt vomant, epulas toto orbe conquisitas, quas coquere dedignantur. Plutarchus vomitiones et per aluum purgationes esse inquit μικρὰ παραμύθια πλησμονῆς: vtendum vero potius ὑδρωποσίᾳ καὶ ἀσιτίᾳ: remedia porro haec esse veluti ἐκβόλια et φθόρια, quibus intemperantes mulieres partum necant et abigunt, vt Venerem repetant et iterum concipiant.

excogitatae, frigidiora *g.* corpora faciunt, inimicae oculis *h.* maxime ac dentibus.

CXVIII. Somno concoquere, corpulentiae *i.*, quam firmitati vtilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Peruigilio *k.* quidem praecipue vincuntur cibi. (LIV.) Augescunt corpora dulcibus *l.*, atque pinguibus, et potu: minuuntur siccis et aridis, frigidisque, ac siti. Quaedam animalia,

cipiant. Rhodig. cap. 10. XXI. vide cap. 1. lib. XXIX. *Dalec.*

Vomitiones) Frequens erat apud veteres vomendi consuetudo. Caesarem vomere solitum ostendunt illa ex or. pro Deiot. *Quum te post coenam vomere velle dixisses.* Diem sibi vnum deligebant ex mense, quo coenarent copiosius, vt postea vomerent: id vero ἐμετικὴν agere, ἡμέραν subintellige, appellabant. Damnat eiusmodi vomitiones Plutarch. L. de valet. tuenda. Damnavit et Asclepiades in eo volumine, quod de tuenda sanitate scripsit, teste Celso, L. I. c. 3. Contra laudat impense Soranus Ephes. c. 11. H.

g. Frigidiora) Extenuare corpora vomitiones scripsit Hippocr. de vict. rat. L. II. c. 10. p. 473. Tom. VI. H.

h. Inimicae oculis) Prodesse tamen vomitiones, quando madent oculi, Celsus est auctor, l. c. H.

i. Corpulentiae) Grauiter et acute Pythagoras, quum audiret quemdam ex familiaribus exercitatione ac pleniore cibo id curare, vt habitior foret, dixit molestiorem sibi illum carcerem parare. Rhodig. cap. 10. XXI. *Dalec.*

k. Peruigilio) Somno magis quam vigilia concoqui cibos, statuere Galenus videtur, Comm. V. in L. VI. Epid. text. 10. p. 522. calore in somno intus secedente: in peruigilio, se extra effundente. H.

l. Augescunt corpora dulcibus) Duo illa verba *frigidisque*, etsi in scriptis exemplaribus, Romanaque impressione leguntur, in Parmensi tamen et recentioribus impressionibus redundant, vt opinor, recte. Scribendum item reor, *amaris* non *aridis*. Oppone pinguia, siccis: Potum, siti: Dulcia, amaris: non omnino sententiam nostram improbabis. *Pint.*

malia *m.*, et pecudes quoque in Africa, quarto die bibunt. Homini [1] non vtique feptimo *n.* letale eft inedias duraffe: at vltra vndecimum *o.* plerofque certum eft mori, efuriendi femper inexplebili auiditate *oo.*, animalium vnciuique.

CXIX. Quaedam rurfus exiguo guftu famem ac fitim fedant, conferuantque vires, vt butyrum, [1] hip-

1. *non ante feptimum. Alii non vtique ante feptimum laetales inedias duraffe et vlt. vnd. cer. eft vt plerofque I mori ef. fem. in aui. Animalium quaedam exiguo, etc. M. Mori efurientes femper, etc. V. efurienti. Alii. Septimo letalis inedia: duraffe et vltra vndecimum plerofque certum eft. Mori efuriendi femper inexplebili auiditate, animalium vni homini. Gr. et Al.*

m. Quaedam animalia) De camelis id fuperius dictum, L. VIII. f. 26. H.

n Non vtique feptimo) Contra quam Varro fcripfit, tefte Gellio, L. III. c. 10. p. 239. H.

o. At vltra vndecimum) Vide N. et Em. N. CX. (paulo poft) Inediae ad plures menfes, annofque, toleratae exempla congeffit Schenk. Obff. med. L. III. tit. de afitis p. 351. *At vltra*) Locum hunc partim ex ingenii coniectura, partim ex veftigiis veterum codicum, integritati fuae reftituimus. Editi hactenus libri in hunc modum: *Homini non vtique feptimo letalis inedia: duraffe et vltra vndecimum plerofque certum eft. Mori efuriendi femper inexplebili auiditate, animalium vni homini.* At R. 1. 2. aliique: *Homini non vtique feptimo letales inedias duraffe, et vltra vndecimum plerofque certum eft mori efuriendi femper inexplebili auiditate animalium vnicuique.* H.

oo. Mori efuriendi femper inexplebili auiditate animalium vni homini) In exemplar. Salmant. tria poftema verba fuperfluunt. In Tol. vnum tantum *homini.* Nec *mori efuriendi*, legendum crediderim, fed, *moriendi. Pint.*

[1] hippace *p.*, glycyrrhizon. *q.* Perniciosissimum autem in [2] omni quidem vita, quod nimium, praecipue tamen corpori: minuique, quod [3] grauet, quolibet modo vtilius. Verum ad reliqua naturae transeamus.

1. hippice: vt et c. 8. lib. XXV. et in Ch. glycyrrhiza. Ch. 2. est in omni. M. 3. graue. Parm. et Ch.

p. Hippace) Vel herbae id nomen, vel equini coaguli. De vtroque dicemus opportunius L. XXV. f. 44. H.

q. Glycyrrhizon) Herba eadem Scythice appellata. Vide L. XXI. f. 11. et L. XXII. f. 44. H.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER DVODECIMVS.

I. Animalium omnium, quae nosci potuere, naturae generatim membratimque ita se habent. [1] Restant neque ipsa anima carentia (quandoquidem nihil sine ea viuit) [2] terra edita, vt inde eruta dicantur *a.*, ac nullum sileatur rerum naturae opus. Diu fuere occulta eius beneficia: summumque munus homini datum, arbores siluaeque intelligebantur. Hinc primum [3] alimenta, harum fronde [4] mollior specus *b.*, libro vestis. *c.* Etiamnum gentes *d.* sic degunt. Quo magis ac magis [5] admirari subit, ab

1. *Restat vt neque ipsa. M.* 2. *terra editum, aut. Vet.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. alimentum Gr. et Al.* 4. *melior. Vet.* 5. *admireris ab iis. M. adm. sub his a prin. Cb.*

a. Vt inde eruta dicantur) Exemplar Tolet. *erudita* legit, non *eruta*. *Pintianus.*

Vt inde eruta) Vt deinde metalla dicantur, quae sunt e terra eruta. H.

b. Mollior specus) Tum scilicet, vti Naso cecinit Metam. L. I. *Cum primum subiere domos, domus antra fuerunt, Et densi frutices, et iunctae cortice virgae.* H.

c. Libro vestis) Et arborum libro, inquit, seu cortice, mollior hominum in illis rerum primordiis vestis fuit. H.

d. Etiamnum gentes) Ad rationem maxime aedium hic gentium mos spectat. Eximius est Vitruuii locus L. II. c. 1. vbi multa eleganter de priscorum hominum vita, et de initiis humanitatis atque tectorum, et incrementis eorum. Nam vt aliqua ex iis delibemus: *Ad hunc diem*, inquit, „nationibus exteris ex his rebus aedificia constituuntur: vt in Gallia, Hispania, Lusitania, Aquitania, scandulis robusteis, aut stramentis,“ etc. H.

ab iis principiis *e.* caedi montes in marmora, veſtes [1] ad Seras peti: vnionem in Rubri maris [2] profundo *f.*, ſmaragdum in ima tellure quaeri. Ad hoc excogitata ſunt aurium vulnera: nimirum quoniam parum [3] erat collo [4] crinibuſque geſtari, niſi infoderentur etiam corpori. Quamobrem ſequi par eſt ordinem vitae, et arbores ante alia dicere, [5] ac moribus *g.* primordia ingerere.

II. (I.) Haec fuere numinum templa *h.*, priſcoque ritu [6] ſimplicia rura etiam nunc Deo praecellentem arborem dicant. *i.* Nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulacra, quam lucos, et in iis ſilentia ipſa adoramus. Arborum genera numinibus ſuis dicata [7] perpetuo ſeruantur: vt Ioui eſculus *k.*, Apollini laurus, Mineruae olea, Veneri

myrtus,

1. *a Seribus. Vet.* 2. *profunda. M.* 3. *eſſet. Vet. eſt. Parm.* 4. *crinibus, manibus geſt. Ch.* 5. *ac morbis. Vet. ac orbis. Alii, Vet. ac deorum horum honorib. Dal.* 6. *vt ſimplicia. M. ſimplici. Parm.* 7. *perpetue. M. et Ch.*

e. Ab iis principiis) A cultu corporis tam ſimplice, ad tam luxurioſam in veſtitu aedibuſque lautitiam delapſos eſſe mores. H.

f. Vnionem in rubri maris profundo) Scribo *in rubri maris profunda*, ex eodem: nam eadem loquutione qua dixit *veſtes ad Seras peti*, ſubdidit *in rubri maris profunda. Pint.*

g. Ac moribus) Atque inculcare animis legentium, qui priſci hominum mores fuerint, quibus initiis mores noſtri ad hanc luxuriam venerint. H.

h. Haec fuere numinum templa) Hoc etiam noſtro ſeculo fit. Proceriſſimas arbores in aedium ſacrarum veſtibulis, et ſepulchretis vicinis alunt. *Dalecamp.*

i. Arborem dicant) Qui mos hodieque obtinet: nam proceras arbores, ruri praeſertim, in veſtibulis ſacrarum aedium poſitas videmus. H.

k. Vt Ioui eſculus) Lepide in eam rem Phaedrus Fabb. L. III. *Olim quas vellent eſſe in tutela ſua Diui legerunt arbores: quercus Ioui, Et myrtus Veneri placuit, Phoebo*

myrtus, Herculi populus. Quin et Siluanos *l.*, Faunosque, et dearum *m.* genera siluis, ac sua numina, tamquam et caelo, attributa credimus. Arbores postea blandioribus fruge succis hominem mitigauere. Ex iis recreans membra olei liquor, viresque potus vini *n.*: tot denique sapores [1] annui sponte venientes: et mensae, (depugnetur licet [2] earum causa cum feris, et pasti naufragorum corporibus pisces expetantur) etiamnum tamen secundae. *o.* Mille praeterea sunt vsus earum, sine quis vita degi non possit. Arbore sulcamus maria, terrasque admouemus: arbore exaedificamus tecta.

1. anni. Ch. 2. *epularum, vel ciborum. Dal.*

Phoebo laurea, Pinus Cybelae, populus celsa Herculi. Minerua admirans, quare steriles sumerent, Interrogauit: causam dixit Iupiter: Honore fructum ne videamur vendere. At me Hercule narrabit quod quis voluerit, Oliua nobis propter fructus est gratior. Tum sic Deorum genitor, atque hominum sator: O nata, merito sapiens dicere omnibus: Nisi vtile est, quod facimus, stulta est gloria. H.

l. Quin et Siluanos) Locum esse supicor non solum corruptum, sed verbis etiam aliquot deminutum. Vtcumque melior erit lectio, *Quin et Siluanis Faunisque et nympharum generibus e siluis sua nomina tamquam e caelo attributa credimus.* Nam et codex Toletanus *nomina* praefert, non *numina. Pint.*

m. Et Dearum) Dryadas, Hamadryadasque intelligit, quas Semideas appellat Ouid. ep. 4. v. 49. *At quas semideae Dryades, Faunique bicornes*, etc. H.

n. Viresque potus vini) Ouidius, *Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi, Vt solet infuso vena redire mero. Dalecamp.*

o. Secundae) Vitruuius c. 1. lib. II. *Dal.*

Secundae) Arbores, inquit, mensas etiam secundas subministrant: poma nimirum, quae mensis, vt vocat Horat. L. IV. ode 5. alteris ponebantur. Hinc illud satyrici vatis, L. I. Sat. 3. v. 7. ab ouo, quod erat coenae initium, vsque ad mala, qui coenae finis. H.

cta. Ex arbore et ſimulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum *p.* cadaueri: antequam, vt a Diis nato iure luxuriae, eodem ebore [1] numinum ora ſpectarentur, et menſarum pedes. Produnt Alpibus coercitas, et tum inexſuperabili munimento Gallias, hanc primum habuiſſe *q.* cauſam ſuperfundendi ſe Italiae, quod [2] Helico ex Helvetiis ciuis earum *r.*, fabrilem ob artem Romae commoratus, ficum ſiccam et vuam, oleique ac vini [3] praemiſſa *s.* remeans ſecum tuliſſet. Quapropter haec vel bello quaeſiſſe venia ſit.

III.

1. *hominum. Dal.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Elico Gr. et Al.* 3. *proemia primitias, Coelius lib. III. promiſſa. Vet. promiſſo. Ch.*

p. Belluarum) Elephantorum ebori. H.

q. Hanc primum habuiſſe) Liuius lib. V. Decadis I. Plutarchus in Camillo, ſcribunt fama iactatum, Gallos dulcedine frugum, maximeque vini tunc noua voluptate captos, Alpes tranſiſſe agroſque ab Hetruſcis ante cultos poſſediſſe. Inuectum autem in Galliam vinum illiciendae gentis cauſſa, ab Arunte Clauſino. Eius rei fortaſſis exemplo, imperatores Valentinianus et Gratianus in Codice prohibent, ad barbaros, vinum, oleum, liquamen transferre, ne guſtus quidem cauſſa aut commercii. Magius c. 12. lib. III. *Dal.*

r. Elico ex Heluetiis ciuis earum) Alia exemplaria, *ciuis eorum:* ego puto ſcriptum fuiſſe a principio, *ciuis Rom.* pro *ciuis Romanus.* et poſtea deprauatum fuiſſe in *ciuis eorum. Pintianus.*

Ciuis earum) Heluetiarum ſcilicet. H.

s. Praemiſſa) Primitias, quas e muſto *Sacrima* vocari Feſtus tradit, ex meſſe *Praemeſſum.* Hermolaus *promiſſa* legit: ſed vt cenſet Rhod. c. 6. VI. ieiuno ſenſu. *Dalecamp.*

Praemiſſa) Ita libri omnes. Diligentem exquiſiti olei ac vini delectum ea vox ſignificare mihi videtur: etſi aliter forte Rhodigino viſum, L. VI. c. 6. Liuius L. V. Gallorum gentem ex vulgi fama tradit, dulcedine frugum, maximeque vini noua tum voluptate captam, Alpes tranſiſſe, etc. H.

III. Sed quis non iure miretur, arborem vmbrae gratia *t.* tantum ex alieno petitam orbe? Platanus *u.* [1] haec eſt, mare Ionium in Diomedis inſulam eiuſdem tumuli gratia primum inuecta, inde in Siciliam transgreſſa, atque inter primas donata Italiae, et iam ad Morinos vſque peruecta, [2] ac tributarium etiam detinens ſolum *x.*, vt gentes vectigal et pro vmbra *y.* pendant. Dionyſius prior *z.*, Siciliae

1. *Sic ex MSS. em. Hard. ea eſt. Haec per mare. Vet. Eſt in M. d. haec eſt mare Ionium Diomedis inſula tenus eiuſd. Ch. platanus haec eſt, per mare Gr. et Al.*
2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. et Cuiac. ad tributum pert. ſoli, vt. Dal. ad tributarium etiam pertinens. Gr. et Al.*

t. Vmbrae gratia) Ex qua fructus alius, praeterquam vmbrae, nullus percipi poſſit. H.

u. Platanus) Platanum multam in Etruria ſponte naſci vide apud Victorium c. 19. lib. XIX. *Dal.*

Platanus) Gallis, *Plane.* Ionium mare appellat, vt libro III. ſ. 14. quod Italiam ab Apulia vſque in Pachynum Siciliae promontorium circumcingit. De hoc mari Ionio Virgil. Georg. L. II. v. 108. *Noſſe quot Ionii veniant ad litora fluctus.* Non ab Ionibus tamen nomen habet, quippe qui hinc procul abſunt, et ſui nominis penultimam producunt, Ἴωνες. H.

x. Ad tributarium etiam pertinens ſolum) Harmenopulus ſuo ſeculo non tantum pro ſolo, ſed etiam pro caelo et aëre vectigal exactum fuiſſe tradit a Michaele Paphlagone imperatore. *Dal.*

Detinens ſolum) Ita MSS. *non pertinens.* Inter ſiluas ſuas Morini platanonas habebant, pro quibus vectigal populo Rom. pendebant. Solarium id vectigalis genus Pandectae vocant, quod pro ſolo penditur. H.

y. Et pro vmbra) Pro arboribus alioqui infrugiferis, ac ſolius vmbrae beneficio commendandis, pro qua etiam vectigal pendere gentes cogerentur. Hunc locum Cuiacius in obſ. praepoſtera interpretatione corrumpit. H.

z. Dionyſius prior) Theophraſtus c. 7. L. IV. hiſtor. *Dalec.*

Dionyſius prior) Hoc eſt, antiquior, ὁ πρεσβύτερος. Haec

liae tyrannus, Rhegium [1] in vrbem transtulit eas, [2] domus suae miraculum, [3] vbi postea factum gymnasium *a.*: nec potuisse in amplitudinem adolescere; [4] et alias fuisse *b.* in Italia, ac nominatim [5] Hispania, apud auctores inuenitur.

IV. Hoc actum circa [6] captae Vrbis *c.* aetatem: tantum-

1. *in vrbem, glossema hoc indicat Fulu. Vrs. app. ad Ciac. pagin. 99.* 2. *domui suae vmbraculum.* 3. *quae nunc in gymnasio stant. Theophr. cap. 7. IV. hist.* 4. *vt alias. M. aut Parm. et Cb. raras. Vrsin. d. l.* 5. *in Adrian. Idem.* 6. *Capuae. M.*

Haec totidem fere verbis Theophr. Hist. Plant. L. IV. c. 7. H.

a. Gymnasium) Sic Theophr. l. c. ἐν τῷ παραδείσῳ, αἵ εἰσι νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ. Successit igitur hortis gymnasium, siue palaestra, vbi athletae exercebantur. H.

b. Et alias fuisse) Vide N. et Em. N. I. (hic adi.) *Et alias* Theophr. L. IV. c. 7. Ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον ἐ φασὶν εἶναι, πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν. Σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ. Alios sequutus auctores Plinius legit, ἐν Σπανίᾳ δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ, aut ita certe recitantem libertum audierit. Atque adeo genuina videtur vulgati codicis Pliniani lectio, quam et MSS. omnes tuentur: quum alioqui sic mutanda foret, ex vero Theophrasteae orationis intellectu. *Et raras fuisse in Italia, ac nominatim in Adria, apud auctores inuenitur.* Quod porro proxime antea legitur, *Rhegium in vrbem*, sic conspirante consensu exhibent libri omnes: etsi has voces *in vrbem* glossema esse arbitratur Fulu. Vrsinus, in appendice ad L.A.Ciaconii p. 99. Nec fauet MS. codex vllus, nec ratio ipsa, Pintiani coniecturae, qui paulo post pro iis vocibus, *domus suae miraculum*, substituit, *domui suae vmbraculum.* H.

c. Captae Vrbis) Romae a Gallis captae A. V. C. CCCLXIV. Vide N. et Em. N. II. (hic consp.) *Circa c.*) Vetus Dalec. cod. *circa Capuae Vrbis aetatem.* Male. Adeone enim insignes huius vrbis ortus, et Romanis commendabiles visi sunt, vt signandos inde fastos et denotanda tempora Plinius putauerit? H.

tantumque poſtea honoris increuit, vt mero infuſo *d.* enutriantur: compertum id maxime prodeſſe radicibus: docuimuſque etiam arbores vina potare.

V. Celebratae ſunt primum in ambulatione [1] Academiae *e.* Athenis cubitorum [2] XXXIII., a radice

 ce

1. *Academia* Ch. *Lycaei. Vrſin. ad Var. de re ruſt. pag.* 47. 2. *Sic ex MSS. em. Hard. XXX. M. XXXI. Ch. XXXIII. Vrſin. dict. l. XXVI. vnius radice Gr. et Al.*

d. Vt mero infuſo) Macrob. Sat. L. II. c. 9. p. 353. *Hortenſius platanos ſuas vino irrigare conſueuit: adeo vt in actione quadam, quam habuit cum Cicerone ſuſceptam, precario a Tullio poſtulaſſet, vt locum dicendi permutaret ſecum: abire enim in villam neceſſario ſe velle, vt vinum platano, quam in Tuſculano poſuerat, ipſe ſuffunderet.* Mart. L. IX. ep. 11. *Creuit et affuſo latior vmbra mero.* Elegans de eodem argumento epigramma Philippi in Anthol. Gr. L. I. p. 59. quod Grotius ita tranſtulit in MS. codice, quem Bibliotheca noſtra Pariſienſis ſeruat: *Frondiferam platanum me de radice reuulſam Strauerat inſani vis truculenta Noti. Lota reſurrexi Bromio: mihi ſcilicet aeſtu Imber is, et bruma gratior imbre Iouis. Sic mihi vita redux: aliorum corpora flectit Euius: at noſtrum rectius eſſe dedit.* H.

e. Academiae) Villa fuit Athenis impoſita litori, cum porticu et nemore, vt Plinius docet, L. XXXI. ſ. 3. Cicero Acad. Quu. L. I. n. 17. *Qui erant cum Ariſtotele Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo: illi autem qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium,* etc. Horat. L. II. ep. 2. v. 45. *Atque inter ſiluas Academi quaerere verum.* Vide N. et Em. N. III. (hic adp.) *Acad.*) Arboris amplitudinem cubitorum XXXIII. non vt eſt hactenus editum, XXXVI. ex Varrone et Theophraſto didicimus. Sic enim ille de R. R. L. I. c. 37. *Aliae enim,* inquit ille, *radices anguſtius diffunduntur, vt cupreſſi; aliae latius, vt platani: vſque eo, Theophraſtus ſcribit, Athenis in Lycaeo, quum etiamnum platanus nouella eſſet, radices trium et triginta cubitorum egiſſe.* Theophraſti verba ſunt iſta; Hiſt. Plant. L. I. c. 11. Ἦγε ἓν ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος, ἡ κατὰ τὸ ὀχετὸν, ἔτι νέα ἆσα περὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πηχεῖς ἀφῆκεν, etc. H.

ce *f.* ramos [1] antecedente. Nunc eſt clara in [2] Lycia *g.* gelidi fontis ſocia amoenitate, itineri appoſita, domicilii modo, caua LXXX. atque vnius pedum ſpecu, [3] nemoroſa vertice *h.*, et ſe vaſtis protegens [4] ramis, arborum inſtar, agros longis [5] obtinet vmbris: ac ne quid deſit ſpeluncae imagini, [6] ſaxeae intus crepidinis corona muſcoſos complexa [7] pumices: tam digna miraculo, vt Licinius [8] Mutianus *i.* ter Conſul, et nuper prouinciae eius Legatus,

1. *agente.* *Vrſin. d. l.* 2. *Lycio.* *Quidam. Lydia. Dal.* 3. *numeroſa. M.* *nemoroſo Gr. et Al.* 4. *ramorum arborib. inſtar, agros. M.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. obtinens, Gr. et Al.* 6. *Sic ex MSS. em. Hard. ſaxea intus crep. et cor. muſc. compl. pumices ſtat digna miracula Licinius M. Saxea Gr. et Al.* 7. *punices exſtat. Parm.* 8. *Lucinius Gr.*

f. A radice) Ita MSS. omnes. Reg. Colb. Par. etc. Sententia eſt, non tam patulis hanc platanum diffuſam ramis, quam radicibus fuiſſe. H.

g. Nunc eſt clara in Lycia) In Lydia Xerxem Herodotus ſcribit platanum comperiſſe, quam ob pulchritudinem monili aureo donauerit, et cuſtodiendam mandauerit vni ex immortalibus Idem ex Aelianus: θερειλέχεα πλάτανον Nicander vocat, quod aeſtate, τοῖς σκιατροφημένοις lectum ac cubile vmbram frondis ſuae praebeat. Rhod. c. 1. XXV. Vide ibidem cur ſe platano ſimilem eſſe Themiſtocles diceret. Platanum a foliorum latitudine dici in confeſſo eſt. Lycium et gymnaſium et Apollinem Athenis fuiſſe Callimachus, Thebis Sophocles in Oedipode ſcribit. Idem c. 20. XIX. *Dal.*

In Lycia) Ita libri omnes. Diuerſa haec a Lydiaca platano, quam monili aureo Xerxes donauit, vt refert Aelian. H. V. L. II. c. 14. H.

h. Nemoroſo vertice, et ſe vaſtis protegens ramis) Lege: *nemoroſa vertice, et ſe veſtis protegens ramis, nemoris inſtar agros longis obtinens vmbris: ac ne quid deſit ſpeluncae imagini ſaxeae intus crepidinis corona muſcoſos complexa pumices, tam digna miraculo, etc.* Vide Salmaſ. p. 816. a.

i. Licinius Mutianus) Ex gente

tus, prodendum etiam posteris putarit, epulatum intra eam se cum duodeuicesimo comite: large ipsa 1 toros praebente fronde, ab omni afflatu securum, optantem imbrium per folia crepitus *k.*, 2 laetiorem, quam marmorum nitore, picturae varietate, laquearium auro, cubuisse in eadem. Aliud exemplum Caii *l.* principis, in Veliterno rure mirati vnius tabulata *m.*, 3 laxeque ramorum trabibus scamna patula, et in ea epulati, 4 quum ipse pars esset vmbrae *n.*, xv. conuiuarum ac ministerii capace triclinio,

Ll 3

1. toris praeb. frondes. M. 2. latioremque marm. Ch. 3. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. laxaeque. M. laxisque Gr. et Al. 4. circum sparsa ipsius vmbra. Dal.

gente Licinia; ex qua fuere Licinius Crassus, Licinius Nerua Augustus, Licinii Valerianus et Gallienus, Licinianus Licinius Augustus, cum filio Caesare, etc. Est in Cimelio Comitis de Pembrok in Anglia, nummus Othonis Augusti aereus, cum eadem epigraphe, quae in nummo Galbae legitur, in parte auersa, ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΖΙΡ. *Sub Mutiano nummus Antiochensium, anno* CXVII. aerae Caesarianae, currente ab autumno anni Christi LXVIII. Ex quo manifeste intelligitur, a legato siue Duce et Consulari Mutiano, atque ab Antiochensibus aeque agnitum Imperatorem fuisse Othonem, atque Galbam. H.

k. Optantem imbrium per folia crepitus) Honestior quorumdam codicum lectio, *captantem imbrium per folia crepitus*, et paulo ante, Domus suae miraculum, *domui* legit, non *domus*, exempl. Tolet. vt forte legi debeat, *Domui vmbraculum. Pint.*

Optantem) Caue credas Pintiano legenti, *captantem*. Captatur ille crepitus auribus, si quidem adsit: si non adsit, optatur. H.

l. Caii) Quem Caligulam vocant. H.

m. Vnius tabulata) Vnius platani ramos labe diffusos, tabulatorum instar, et scamnorum. H.

n. Quum ipse pars esset vmbrae) Scribendum reor, *cum imparis esset umbrae.* Conuitium quidem in Caium, non tamen Plinii. *Pint.*

Pars esset vmbrae) Sic libri

clinio, quam coenam appellauit ille nidum. *o.* Eſt Gortynae in inſula Creta *p.* iuxta fontem platanus vna, inſignis vtriuſque linguae *q.* monumentis, numquam folia dimittens: ſtatimque ei Graeciae fabuloſitas *r.* [1] ſuperfuit, Iouem ſub ea *s.* cum Europa concubuiſſe: [2] ceu vero non alia eiuſdem generis eſſet in Cypro *t.* Sed ex ea *u.* primum [3] in ipſa Creta (vt eſt natura hominum nouitatis auida) platani ſatae rege-

1. *ſuperfluit. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch ſeu v. n.; a. eius gen. Gr. et Al.* 3. *in ipſa creuit. Nat. hom. nou. auida platanis adiecit genera vitium. M.*

bri omnes: etſi Pintianus malit, *quum impar is eſſet vmbrae.* Sententia eſt, Caium principem proceritate corporis maximam vmbrae, quam platanus efficeret, partem occupaſſe: nihilominus XV. conuiuas, cum miniſtris ac ſeruis ſub eadem vmbra latuiſſe. H.

o. Nidum) Quam feſtiua tranſlatione Virg. Georg. L. II. v. 209. arbores appellat antiquas auium domos: tam lepide Caius hominum nidum iſtud, quod platanus praebuit, triclinium vocat. H.

p. Eſt Gortynae in inſula Creta) Theophraſtus cap. 15. lib. I. hiſt. Ex Cretica tamen ſatam fuiſſe, is non ait. *Dalec.*

q. Vtriuſque linguae) De ea Graece Theophraſtus Hiſt. Pl. L. I. c. 15. ex eoque Latine Varro, de R. R. L. I. c. 7. p. 51. H.

r. Graeciae fabuloſitas) Plinius ipſe initio L. IV. de tertio Europae ſinu: *Omnis Graeciae fabuloſitas, ſicut et litterarum claritas, ex hoc primum ſinu effulſit.* H.

s. Iouem ſub ea) Theophr. l. c. ἐπὶ ταύτῃ, vbi ἐπὶ ἀντὶ τȢ ὑπὸ praue dictum. H.

t. In Cypro) Varro et Theophr. ll. cc. ſimilem extitiſſe et in Cypro platanum pariter prodiderunt. H.

u. Sed ex ea) Ex Gortynenſi platano aliae deinceps ſatae, non eamdem retinuere dotem, vt numquam folia dimitterent: quae laus illius propria et peculiaris fuit: ſed natiuum retulere arboris eius ſeu vitium, ſeu ingenium: vt quemadmodum opacitate frondium aeſtate ſolem arcerent, ſic hieme foliorum amiſſione, totum admitterent. H.

regenerauere vitium *x.*: quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior eſt, quam Solem aeſtate arcere, hieme admittere. Inde in Italiam quoque ac ſuburbana ſua, Claudio principe, Marcelli *y.* Eſernini libertus, [1] ſed qui ſe *z.* potentiae cauſa Caeſaris libertis adoptaſſet, ſpado Theſſalicus praediues, et merito dici poſſet *a.* is quoque Dionyſius *b.*, tranſtulit [2] id genus. *c.* Durantque [3] etiam in Italia portenta terrarum, praeter illa ſcilicet, quae ipſa excogitauit Italia.

VI. (II.) Namque et chamaeplatani *d.* vocantur coactae breuitatis: quoniam arborum etiam abortus *e.* inuenimus. [4] Hoc quoque ergo in genere, pumi-

1. *ſed in M. d.* 2. *ingeniis. M.* 3. *et in. Ch.* 4. *Haec ergo. M.*

x. Platani ſatae regenerauere vitium) Legendum credo, *Platani ſatae degenerauere in vitem*: quia ſequitur illico: *quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior quam Solem aeſtate arcere, hieme admittere. Pint.*

y. Marcelli) Is eſt Marcellus Aeſerninus, quem Cn. Piſo caedis Germanici accuſatus, patronum petiit, vt ſcribit Tacitus, Annal. L. III. Tiberii principatu vixit: Filius fuit Claudii Marcelli Aeſernini, qui cum L. Arruntio Conſulatum geſſit A. V. C. DCCXXXII. H.

z. Sed qui ſe) Haec tam ſolicita diſquiſitio fortunarum ac morum hominis libertinae conditionis, nec praeſenti inſtituto congruit, et indigna eſt Pliniana gravitate. Itaque verba haec non Plinii, ſed aliena cenſemus. *Pint.*

a. Dici poſſet — Dionyſius) Cuius factum imitatus eſſet, de quo dictum eſt, ſ. 3. Forte ſatius, *vt merito dici poſſet.* H.

b. Dionyſius) Fortaſſis ob vineta multa et ampla, quae poſſidebat. *Dal.*

c. Id genus) Platani Gortynenſis. H.

d. Chamaeplatani) Noſtris, *des planes nains.* H.

e. Arborum etiam abortus invenimus) Theophraſtus c. 4. lib. IV. hiſtor. *Dal.*

Arborum — abortus) *Abortus dicitur*, inquit Feſtus, *quod non ſit tempeſtiue ortus.* Nunc Plinius *abortum* vocat, quod

pumilionum *f.* infelicitas [1] dicta erit. Fit autem et ſerendi genere, et recidendi. Primus [2] C. Matius *g.* ex equeſtri ordine, Diui Auguſti amicus, inuenit nemora tonſilia *h.* intra hos [3] LXXX. *i.* annos.

VII. (III.) Peregrinae *k.* [4] et ceraſi, Perſicaeque, et omnes quarum Graeca nomina aut aliena: ſed quae [5] ex his incolarum numero eſſe coepere, dicentur inter frugiferas. In praeſentia [6] externas perſequemur, a ſalutari maxime orſi. Malus Aſſyria *l.*, quam [7] alii vocant Medicam *m.*, [8] venenis *n.* mede-

1. *exit.* *M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Cn. Matius Gr. et Al.* 3. XXX. *M.* 4. *et in M. d.* 5. *ex incolarum nomine. M. et Ch.* 6. *externa. M.* 7. *alias. M.* 8. *Veneri. M. praue.*

quod infeliciter, nec iuſta menſura ortum eſt: ſed pumilionum breuitate. H.

f. Pumilionum) Staturae breuis et pumilae cauſſas inveſtigat Rhod. c. 10. L. III. citato etiam hoc loco. *Dal.*

g. C. Matius) Auguſto carum hunc fuiſſe Tacitus innuit, Annal. L. XII. p. 191. Libros tres edidiſſe, quos inſcripſit nominibus coci, cetarii, et ſalgamarii, auctor eſt Columella, L. XII. c. 44. p. 558. Alius videtur a Caio Matio, quem inter Iulii Caeſaris Dictatoris amicos refert Sueton. in eius vita, c. 52. H.

h. Tonſilia) De ſiluis tonſilibus mentio apud Senecam in prooemio Quaeſt. natur. *Dal.*

i. Intra hos LXXX) Circa A. V. C. DCCL qui ante Chriſtum natum fere quartus. H.

k. Peregrinae) E peregrinis primum terris aduectae. In MSS. R. 1. 2. *ceraſae.* In Colb. 2. *ceraſeae*, forte pro *ceraſiae:* nam Graecis et ὁ *κέρασος*, et ἡ *κερασία* arbor vocatur. De Perſicis eodem libro, ſ. 13. Nam et eae caeli iam ſunt huius incolae, ſolique noſtri. H.

l. Malus Aſſyria) Noſtris, *vn Citronnier:* Galen. De fac. ſimpl. med. p. 209. Μηλέα Μηδική. H.

m. Medicam) Theophraſt. l. IV. c. 4. hiſtor. *Dalec.*

n. Venenis) Vide quae dicturi ſumus, L. XXIII. ſ. 55. H.

medetur. Folium eius est *o.* vnedonis *p.*, intercurrentibus spinis. Pomum ipsum *q.* alias non manditur: odore praecellit foliorum quoque, qui transit in vestes vna conditus *r.*, arcetque animalium [1] noxia. *s.* Arbor ipsa *t.* omnibus horis *u.* pomifera est,

 aliis

1. *noxas.* *Dal.*

o. Folium eius est vnedonis) Virgilius; *Ipsa ingens arbos, faciemque simillima lauro: Et si non alium late iactaret odorem, Laurus erat.* Dal.

p. Vnedonis) Id arboris genus est, quod nostri vocant, *vn arbouzier*: cui folia lauri simillima. Vnde et ipsius Assyriae mali folia cum laurinis confert Athen. ex Theophr. L. III. p. 83. ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον, καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης etc. Virgil. quoque Georg. L. II. v. 131. *Ipsa ingens arbos, faciemque simillima lauro: Et si non alium late iactaret odorem, Laurus erat.* Apud Theophr. Hist. Pl. L. IV. c. 4. non δάφνης, sed ἀδράχνης, librariorum incuria legitur. Solinus Plinium transscribit, c. 46. p. 75. H.

q. Pomum ipsum) Quod κίτριον Graecis dicitur, teste Galeno l. c. Citreum malum ipsi Plinio, L. XV. s. 14. nostris, *vn citron.* Tradit eadem Theophrast. l. c. a quo accepit et Athenaeus L. III. p. 83. vbi adiungit suorum suorum memoria edi coeptum esse citrium malum, quum ad illa vsque tempora nemo inter esculenta habuisset. H.

r. Qui transit in vestes vna conditus) Oppius apud Macrobium cap. 14. lib. III. et citrum et θύαν vocatam arborem putat, et de illa versum hunc Homeri exponendum, εἵματα δ' ἀμφιέσασα θυώδεα σιγαλόεντα. Leopardus c. 6. VIII. Quidnam id sit, quod eius florem apprime tenacem esse Virgilius tradidit, vide diligenter explicatum a Victorio c. 8. XXXII. Observ. Fructum huius arboris aureum malum dictum volunt: cuius meminit Orpheus, crepundia Bacchi et suppellectilem infantium enumerans, Κῶνος, καὶ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγυια, Μῆλα τε χρύσεα καλὰ παρ' ἑσπερίδων λιγυφώνων. Scalig. Vide Athenaeum lib. III.

s. Noxia) Hoc est, vt recte Oppius apud Macrob. Sat. L. II. c. 15. p. 375. interiectum vesti tineas necat. Theophr. et Athen. ll. cc. ἱμάτια ἄκοπα διατηρεῖ, vestes

aliis matureſcentibus, aliis vero ſubnaſcentibus. Tentauere gentes tranſferre ad ſeſe propter remedii praeſtantiam fictilibus in vaſis, dato per cauernas *x.* [1] radicibus ſpiramento: qualiter omnia tranſitura longius ſeri arctiſſime transferrique meminiſſe conveniet *y.*, vt ſemel quaeque dicantur. Sed niſi apud Medos *z.*, et in Perſide, naſci noluit. [2] Haec eſt autem, cuius [3] grana Parthorum proceres incoquere

1. *radicitus.* *M.* 2. *Haec eſt cuius.* *M.* 3. *corticem.* *Dal.*

ſtes ſeruat illaeſas. Dioſc. l. c. ἄβρωτα, ab eroſionis vitio vindicat. Hinc apud Naevium poetam teſte Macrobio, *citroſa veſtis.* H.

t. Arbor ipſa.) Solinus, aliique modo citati. H.

u. Omnibus horis) Hoc eſt, quocumque anni tempore. Theophr. πᾶσαν ὥραν. Dioſc. δι᾽ ὅλȣ τȣ̃ ἔτȣς. Eleganter Palladius L. IV. in Martio tit. 10. c. de citreo, p. 95. *Aſſerit Gargilius Martialis*, inquit, *apud Aſſyrios pomis hanc arborem non carere: quod ego in Sardinia, et in territorio Neapolitano in fundis meis comperi: quibus ſolum et caelum tepidum eſt, et humor exundans: per gradus quoſdam ſibi ſemper poma ſuccedere, quum maturis ſe acerba ſubſtituant: acerborum vero aetatem florentia conſequantur: orbem quemdam continuae fecunditatis ſibi miniſtrante natura.* Plinius *omnes horas* more Graeco dixit: nam *annalia tempora*, inquit Cael. Aurel. L. III. c. 8. fol. 274. b. hoc eſt, ver, aeſtatem, autumnum, atque hiemem, *Graeci horas appellant*, Plinius ipſe L. IX. ſ. 54. *genitalis anni horam* pro verna tempeſtate dixit. H.

x. Per cauernas) Per vaſorum foramina. Breuiter Theophr. εἰς ὄστρακα διατετρημένα, *in vaſis perforatis.* H.

y. Meminiſſe conueniet) Verior lectio, *monuiſſe conueniet.* Quamquam puto verborum quoque ordinem mutatum eſſe et rectiorem eſſe ſcripturam: *qualiter omnia tranſitura longius ſeri, arctiſſimeque tranſferri monuiſſe conueniet.* Pintianus.

z. Niſi apud Medos) Solin. l. c. At Palladii poſtmodum diligentia in Italia arbos ea conualuit, atque alio inde propagata. H.

re diximus *a.* esculentis, commendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis.

VIII. Lanigeras Serum *b.* in mentione gentis eius [1] narrauimus *c.*: (IV.) Item Indiae *d.* arborum magnitudinem. [2] Vnam e pecularibus Indiae Virgilius *e.* celebrauit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodotus *f.* eam Aethiopiae intelligi maluit, [3] in tributi vicem regibus Persidis e materie eius centenas *g.* phalangas *h.* tertio quoque anno pensi-

1. *narrauimus IV. Item Gr. et Al.* 2. *vnamque peculiarius Virgilius. M.* 3. *tributi vice. M.*

a. Incoquere diximus) Penultimo cap. libri superioris. Virgilius: *Flos apprime tenax, animas et olentia Medi, Ora fouent illo, et senibus medicantur anhelis. Dalec.*

Incoquere diximus) Libro sup. s. 15. Haec pariter Theophr. Athen. L. III. p. 84. Virgil. quoque Georg. L. II. v. 134. H.

b. Lanigeras Serum) Lanigeras Tyli insulae vide apud Theoph. cap. 6. lib. IV. histor. Indicas vero cap. 5. libri eiusdem. Vide et supra cap. 17. lib. VI. *Dalec.*

c. Narrauimus) L. VI. s. 20. H.

d. Item Indiae) L. VII. s 2. H.

e. Virgilius) Georg. Vide infra c. 11. l. XXIV. et Theophrast. c. 5. l. IV. *Dal.*

Virgilius) Georg. L. II. v. 116. *Sola India nigrum Fert ebenum.* Adde Solinum, c. 52. p. 81. H.

f. Herodotus) Libro III. siue Thalia, p. 201. n. 97. Subscribit Diosc. L. I. p. 129. vbi Aethiopicam nigramque ebenum inprimis commendat: Ἔβενος κρατίστη καὶ Αἰθιωπικὴ καὶ μέλαινα. Lucanus quoque, L. X. v. 117. *Ebenus Meroëtica vastos Non operit postes.* Vbi *Mareotica* in libris vulgg. perperam legitur. Nam idem v. 303. *Ambitur nigris Meroë fecunda colonis Laeta comis ebeni.* Sed ab iis propterea Virgilius non discedit, qui omnem Aethiopiae plagam Indiae nomine complectitur. H.

g. Centenas) Ducentenas Herodotus in Thalia. *Dal.*

Centenas) Herod. l. c. ducentas, διηκοσίας φάλαγγας ἐβένυ, hoc est, fasces ebeni ducentos. De hac voce *phalangas* egimus, L. VII. s. 57. nota 70. H.

h. Phalangas) Phalanges, ἔργματα, ligna rotunda, fustes

pensitasse Aethiopas, cum auro et ebore, prodendo. Non omittendum id quoque, vicenos *i.* dentes elephantorum grandes, quoniam ita significavit, Aethiopas eadem causa pendere solitos. Tanta [1] ebori auctoritas erat, Vrbis nostrae *k.* trecentesimo decimo anno: tunc enim auctor ille historiam eam condidit Thuriis in Italia. Quo magis mirum est, quod eidem credimus *l.*, qui Padum amnem vidisset, neminem ad id tempus Asiae Graeciaeque, aut sibi cognitum. Aethiopiae forma *m.*, vt diximus *n.*, nuper allata Neroni principi, raram arborem *o.* [2] Meroën vsque a Syene fine imperii, per

[1] DCCCXCVI.

1. *eborea.* *M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch.* *arborem ebenum Meroën Gr. et Al.*

fustes teretes, quibus subiectis in litus naues subducuntur, et in mare deducuntur. Praelium Afros contra Aegyptios primum fecisse fustibus, quos Phalangas vocant, dixit supra lib. VII. cap. 57. Phalanx Chananaeorum vox est. Afri certe qui Carthaginem et plerasque maritimas vrbes incoluerunt, a Chananaeis originem habuerunt. Atque hoc quidem a Mitalerio obseruatum est. *Dal.*

i. Vicenos) Herod. ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι. H.

k. Vrbis nostrae etc.) De tempore conditae ab Herodoto historiae dissentit a Plinio Lucianus in Herodoto: ab vtroque Suidas et Eusebius in Chronico. H.

l. Eidem credimus) L. III. Thalia num. 115. p. 206. H.

m. Aethiopiae forma) Quam nos Graeco nomine Geographicam, siue Chorographicam delineationem vocamus: et historicam rerum narrationem in ea regione singularium. H.

n. Vt diximus) Lib. VI. c. 29. *Dal.*

Vt diximus) L. VI. s. 35. H.

o. Raram arborem) Scribe: *raram arborem a Syene fine imperii per nongenta M. passuum, nullamque nisi palmarum generis.* Et quod sequitur, sic emenda: *fortassis in tributis auctoritate tertia res fuerit ebenus:* in tributis quae pensitabant Aethiopes regibus Persidis tertius ebeno locus fuit. Vide *Salmas.* pag. 387. a.

[1] DCCCXCVI. *p.* M. passuum, [2] nullamque aliam nisi palmarum *q.* generis esse docuit. Ideo fortassis in [3] tributi auctoritate tertia res *r.* fuerit ebenus.

IX. Romae *s.* [4] eam Magnus Pompeius in triumpho Mithridatico ostendit. Accendi [5] Fabianus negat *t.*: vritur tamen odore iucundo. Duo genera eius *u.*: rarum id, quod melius, arboreum *x.*, trunco [6] enodi *y.*, materie nigri splendoris *z.*, ac vel sine

1. *nongenta* XCVI. *Gr. et Al.* 2. *nullamque nisi. Ch.* 3. *Sic ex MSS em. Hard. conf. Ch. tributorum Gr. et Al.* 4. *etiam. M.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. accendi eam Fabianus Gr. et Al.* 6. *et enodi materia.*

p. DCCCXCVI) Sic MSS. Reg. Colb. et Par. Tamen L. VI. s. 35. spatium id ex ipso Neronis exploratorum relatu, DCCCLXXIII. mill. passuum esse pronunciauit. H.

q. Nisi palmarum) Nec fuit igitur e palmarum genere ebenus, neque ex eo verius quod apud nos pro ebeno venditur: sed Gaiaci potius Indorum genus, quale a Dalecampio describitur Hist. Plant. L. II. c. 20. p. 166. non quod Italis *Egano* et *Giegano* dicitur, etsi aliter visum Aloysio Anguilla L. de simpl. part. 4. p. 86. H.

r. Tertia res) Quoniam, vt dictum est, cum auro et ebore, Persicis regibus ebenum Aethiopes pensitarent. H.

s. Romae) Solin. c. 52. p. 82. H.

t. Fabianus negat) Affirmat Diosc. L. I. c. 129. *Recens*, inquit, *ebenus igni admota, ob pinguitudinem accenditur:* διὰ τὴν λιπαρίαν ἀνάπτεται. *Vetus prunis imposita, cum odore iucundo et citra fumum.* H.

u. Duo genera eius) Theoph. cap. 5. lib. IV. hist. aliter haec recitat. *Dalec.*

Duo genera) Haec pariter Theophr. Hist. Pl. L. IV. c. 5. H.

x. Rarum id, quod melius, arboreum trunco, etc.) Lege: *rarum id quod melius, arbore mire enodi.* Salmas. p. 1035.

y. Trunco enodi) Et qui sit venarum pectinumque expers, ac laeuore similis cornui elaborato, μὴ ἔχουσα κτηδόνας, ἐμφερὴς κέρατι εἰργασμένῳ τῇ λειότητι, inquit Diosc. l. c. H.

z. Nigri splendoris) Εὔξυλον καὶ καλὸν, praestanti pulchroque ligno. *Dal.*

arte protinus iucundi *a.*: alterum fruticosum *b.* cytisi modo, et tota India dispersum.

X. (V.) [1] Est ibi *c.* et spina [2] similis, sed deprehensa vel lucernis, igni [3] protinus transiliente. *d.* Nunc eas exponam, quas mirata est Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto.

XI. Ficus ibi [4] exilia [5] poma habet. *e.* Ipsa se

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Est. d. in Gr. et vulgg.* 2. *humilis, candida, lucernis vsu deprehensa, vel lucernarum vsu, Quidam. Alii, spina humi sedet, etc.* 3. *protinus fusi transil. M.* 4. *eximia. Ch.* 5. *poma semper ferens vastis diffunditur ramis, quorum pondera ad.*

a. Sine arte protinus iucundi) Coloris gratiam recondita et asseruata (θησαυριζομένη) non accipit, sed natura statim. Theoph. *Dal.*

Vel sine arte) Theophr. *sine aetate*: commendat enim eam inprimis, quae quem habet colorem, eum non decursu temporis acquirit, sed statim ac caesa est, a natura habet. H.

b. Alterum fruticosum, etc.) De vtroque id Theophrastus, non tantum de viliore. *Dal.*

Alterum fruticosum, etc.) Finalia huius capitis verba cum sequenti capite coniungenda sunt, eo modo: *alterum fruticosum cytisi modo et tota India dispersum. Est ibi et spina similis, sed deprehensa vel lucernis igni protinus transiliente.* Vide *Salmas.* p. 1033. a.

Alterum) Rectius id Plinius, quam Theophr. qui de vtroque ebeni genere pronunciat: ἔστι δὲ τὸ δένδρον θαμνῶδες, ὥσπερ ὁ κύτισος. Fruticosum dicitur, quod multos habet a radice fruticantes ramos. H.

c. Est ibi) In India. Huius libri ac loci index, *Spina Indica.* Hanc similem ebeno, atque ad lucernarum lumen translucentem Plinius facit. H.

d. Igni protinus transiliente) Haec omnia ex Theophrasto c. 5. l. IV. et c. 12. l. I. *Dal.*

e. Ficus ibi exilia poma habet, etc.) Lege: *Ficus ibi exilia poma sed ipsa semper ferens, vastis diffunditur ramis.* Salmas. pag. 1015. b.

Ficus ibi) In India. Vide N. et Em. N. IV. (hic adi.)

Fic.) In Chiffl. cod. *eximia.* Falso, quum et pauca et exilia ficum eam ferre poma constet ex Theophr. Sic enim ille Hist. Pl. L. IV. c. 5.

se *f.* semper ferens, vastis diffunditur *g.* ramis: quorum imi adeo in terram curuantur, vt annuo spatio infigantur, nouamque sibi propaginem faciant circa parentem in [1] orbem, quodam opere topiario. Intra sepem eam aestiuant *h.* pastores, opacam pariter et munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, proculue, fornicato ambitu. Superiores [2] eiusdem rami in excelsum emicant, silvosa multitudine, vasto matris corpore *i.*, vt LX. p. [3] plerique orbe colligant *k.*, vmbra vero bina stadia

1. *orbes.* *M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard conf. M. et Ch. eius Gr. et vulgg.* 3. *pleraque. Gr. plerumque in orbem colligant, vmbram vero bino stadio pariant. M. leg. binis stadiis.*

5. Ὀλίγον δὲ θαυμαςῶς τὸν καρπὸν, ἐκ ὅτι κατὰ τὸ τῆ δένδρε μέγεθος. Et paulo ante: καρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν, ἡλίκον ἐρέβινθος, *pomum fert exiguum valde, ciceris magnitudine, similitudine fici,* ὅμοιον δὲ σύκα. H.

f. Ipsa se) Quae hac sectione continentur, totidem verbis exstant ap. Theophr. Hist. Pl. L. I. c. 12. maxime vero L. IV. c. 5. Huius Indicae ficus iconem Clusius exhibet, Exot. L. I. c. 1. p. 2. Est et in Eystettensi horto. H.

g. Vastis diffunditur) Ad duodecim cubitos. Strabo. *Dalec.*

h. Aestiuant) Morantur homines. Theoph. 50 equites apud Strabonem Aristobulus. *Dal.*

i. Matris corpore) Stirpis, trunciue. Sic Virg. Georg. L. I. v. 23. *Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum,* etc. H.

k. Vt LX. p. pleraeque) Eadem Ouiedus scribit de Mangle c. 6. L. IX. Strabo L. XV. ex Onesicrito et Nearcho describit, et in Musicana Indiae prouincia nasci tradit. *Dal.*

Vt LX pass. plerique) Rami scilicet in orbem fusi. Ita MSS. omnes. Reg. Colb. etc. Credibilius id nimirum, quam quod Theophr. ait l. c. vel vnius caudicis crassitudinem LX saepe, XL. crebrius passus aequare. Καὶ τὸ πάχος τῆ ςελέχες ἔνια πλειόνων ἢ ἑξήκοντα βημάτων, τὰ δὲ πολλὰ τετταράκοντα. Quamquam non sum nescius et pedem βῆμα significare: vnde

dia operiant. Foliorum latitudo peltae effigiem Amazonicae habet *l.*: [1] hac causa fructum integens, crescere prohibet. Rarusque est, nec fabae magnitudinem excedens *m.*: sed per folia Solibus coctus praedulci sapore, dignus miraculo arboris: gignitur circa Acesinem *n.* maxime amnem.

XII. (VI.) Maior alia *o.*: pomo et suauitate praecellentior, quo sapientes *p.* Indorum [2] viuunt. Folium

1. haec. M. lege, hac. et sic ex MSS. em. Hard. Ea causa Gr. et Al. *2. viuunt. Fructum cortice, etc. Alexandri termino. Est et alia similis huic, etc. pomum attingeret. Est et alia cuius folium alas auium, etc. duum. Genera arborum. Ex Theophr.*

vnde apud Hesych. βηματίζειν, τὸ τοῖς ποσὶ μετρεῖν. H.

l. Foliorum latitudo peltae effigiem Amazonicae habet) Theophrastus lib. IV. de historia plantarum, cap. 4. effigiem tradit, sed magnitudinem habere peltae. *Folium*, inquit, *pelta non minus habet.* *Pint.*

Peltae effigiem) Et magnitudinem. Theophr. l. c. τὸ δέ γε φύλλον οὐκ ἔλαττον ἔχει πέλτης. Addit Plinius, Ἀμαζονικῆς. Pelta porro Thracum propria fuit. Amazonica peculiarem formam habuit, qualem diximus L. III. f. 6. Scutum id erat, Lunae aequa portione diuisae, siue iam semiplenae, vt aiunt, imaginem referens. Pelta proprie, clypeus, scutum vmbone carens. Hesych. et Suid. Πέλτη, ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα. H.

m. Nec fabae magnitudinem excedens) Digna transformatio quae inter Ouidianas reponatur, ciceris in fabam. Theophrastus loco proxime citato, *Fructum admodum paruum, magnitudine ciceris, ficui similem.* *Pint.*

Nec fabae) Theophr. Καρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν, ἡλίκον ἐρέβινθος. *Fructum fert admodum exiguum, magnitudine ciceris.* Nempe eadem fabae veterum, vt suo loco dicturi sumus, quae ciceri, rotunditas fuit. H.

n. Circa Acesinen) Theophr. περὶ τὴν Ἀκεσίνην, quo de amne dictum est L. VI. f. 23. H.

o. Maior alia) Haec rursus idem Theophr. totidem verbis, Hist. Pl. L. IV. c. 5. H.

p. Sapientes) Gymnosophistae scilicet. H.

lium alas auium *q.* imitatur *r.*, longitudine trium cubitorum *s.*, latitudine [1] duûm. Fructum cortice *t.* [2] mittit, admirabilem ſucci dulcedine, vt vno quaternos ſatiet. Arbori nomen palae *u.*, pomo arienae. Plurima eſt in Sydracis *x.*, expeditionum Alexan-

1. *duorum.* *M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. emittit. Gr. et Al.*

q. Alas auium) Στρουθίων, Struthiorum (Struthiocamelorum) quae galeis imponuntur. Theophr. *Dalec.*

Alas auium) Theophr. hanc arborem, cuius folium alas auium imitatur, ab ea qua ſapientes Indorum viuunt, diuerſam facit. Verba ſcriptoris Graeci ſunt iſta: Καὶ χρῶνται τροφῇ τῶν Ἰνδῶν οἱ σοφοὶ . . . Ἕτερον δὲ, ȣ̈ τὸ φύλλον τὴν μὲν μορφὴν πρόμηκες, τοῖς τῶν ςρȣθῶν πτεροῖς ὅμοιον ἃ παρατίθενται παρὰ τὰ κράνη. Et Graecis quidem ςρȣθὸς auis quaelibet dicitur: ſed Attici τὴν ςρουθὸν ſtruthocamelum ſolent appellare, vt ex Heſychio liquet. Et ſic accepiſſe Theophraſtum appoſita nota demonſtrat, quum ait galeis imponi ea folia. H.

r. Imitatur) Sic deſcribitur Indicum Lycium a Garcia. *Dal.*

s. Trium cub.) Theophr. duûm tantum, μῆκος δὲ ὡς διπηχυαῖον. At videtur mutilus Theophraſti locus, ex loco Plinii integro explendus. H.

t. Fructum cortice) Ex ipſo caudicis cortice fructus enaſcitur. H.

u. Arbori nomen palae) Quidam vt dixi, Muſam eſſe putant, Theuetus c. 33. arborem vocari ait *Pagouere*, fructum *Pacona*. Ouiedus Platanos, vtrumque nomen ad Palam accedit. Aliam huic ſimilem et vſus frequentiſſimi Theuetus ibidem ſcribit vocari *Hoyriri*. Ouiedus *Iaiama*. *Dal.*

Palae, etc.) Non habet haec nomina Theophr. Arbori nomen eſſe *Tala*, ait Arrian. in Indic. p. 522. Cluſius hanc Muzam eſſe exiſtimat, Hiſt. Pl. L. II. c. 10. p. 229. cuius iconem apud Mathiolum vide, in L. I. Dioſc. p. 223. et 224. H.

x. Plurima eſt in Sydracis) Scribo *in Oxydracis* ex Strabone lib. XVI. et Stephano, et reliquis. *Pintianus.* *Plurima eſt in Sydracis*) Ad Aceſinem amnem. Theophr. *Dalecamp.*

Alexandri termino. Eſt et alia *y.* ſimilis huic, dulcior pomo *z.*, ſed interaneorum valetudini *a.* infeſta. *b.* Edixerat *c.* Alexander, ne quis agminis ſui id pomum attingeret.

XIII. Genera *d.* arborum Macedones narrauere, [1] maiore ex parte ſine nominibus. Eſt et terebintho ſimilis *e.* cetera, pomo amygdalis, [2] minore tantum [3] magnitudine, praecipuae [4] ſuauitatis. In Bactris vtique *f.* hanc aliqui terebinthum eſſe proprii

1. *ex parte maiore.* M. 2. *ſed minor.* Vet. 3. *magnitudine, vacat.* 4. *ſuauitatis in Bactris vtique. Hanc.* M.

Sydracis) Ita libri omnes. Hos Syndracos idem appellat, L. VI. ſ. 25. H.

y. Eſt et alia) Vt Theophr. iterum Hiſt. L. IV. c. 5. H.

z. Dulcior pomo) Fructu longo; contorto, non recto, in cibo ſuaui. Theophr. Hanc Tamarindos noſtros eſſe putant. *Dal.*

a. Interaneorum valetudini infeſta) Quia morſum facit et dyſenteriam excitat. Theophr. *Dal.*

Interaneorum) Ventris et inteſtinorum: ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμὸν ποιεῖ, καὶ δυσεντερίαν, inquit Theophr. *morſus in aluo facit, et dyſenteriam.* Haud fruſtra ſunt, qui Tamarindorum arborem hanc eſſe augurantur: nam et huius dactyli aluum cient, teſte Mathiolo, in L. I. Dioſc. p. 220. H.

b. Infeſta) Ita libri omnes: non *infeſto*, vt vult Gronouius. Eodem pomo dulcis arbos, eodem infeſta valetudini. H.

c. Edixerat) Theophr. l. c. H.

d. Genera) Sic rurſum Theophr. Hiſt. L. IV. c. 5. H.

e. Terebintho ſimilis) Arborem hanc Piſtaciam noſtram eſſe volunt. *Dal.*

f. In Bactris vtique) Haec verba, ni fallor, ad praecedentia pertinent. Theophraſtus L. IV. c. 4. hiſt. plant. *Ferunt et terebinthum haberi, vt alii ſimilem terebintho, cui folia et rami, et reliqua omnia terebintho ſimilia, fructus autem diuerſus: ſimilis enim amygdalis. Nam et in Bactris terebinthum hanc eſſe ferreque nuces amygdalarum magnitudine: quoniam non magnae ſint, ſed viſu ſimiles et ſuauitate amygdalis prae-*

prii generis potius, quam ſimilem ei, putauerunt. Sed vnde veſtes lineas faciunt *g.*, foliis moro ſimilis *h.*, [1] calyce pomi *i.*, cynorrhodo. Serunt eam

1. calyce bombycino cyn. Parm.

praeſtantiores. Ex his Theophraſti verbis colligitur, verba quae ſtatim ante praecedunt, aliter legenda eſſe: *Pomo amygdalis minore tantum magnitudine.* Scribendum enim: *pomo amygdalae magnitudine*, vt ſuperfluant duae illae dictiones, *minore tantum:* niſi quis velit erroris notam Plinio inurere, qui verba illa Theophraſti, *quoniam magnae non ſint*, male verterit, *minore tantum magnitudine:* nam Theophraſtus non minora amygdala, ſed pari cum amygdala magnitudine poma ferri ab ea arbore prodit. *Pintianus.*

In Bactris) Theophr. l. c. H.

g. *Sed vnde veſtes lineas faciunt*) Scribo *laneas*, non *lineas;* nihil enim notius lanigeris Indiae arboribus; nam praeter Herodotum in tertio, Theophraſtus quoque de arboribus laniferis Tyli inſulae ſic loquitur lib. IV. de hiſtoria plant. c. 8. *In Tylo*, inquit, *inſula, quae in ſinu Arabico eſt, parte ad orientem ſpectante, tantam arborum multitudinem eſſe affirmant, vbi aeſtus receſſerit, vt locus frequentiſſimo vallo munitus elinquatur: atque his omnibus magnitudo quae fico, flos odore excellens, fructus inguſtabilis, et viſu lupino ſimilis. Lanigeras quoque arbores multas eamdem inſulam ferre; has folia vitigena gerere, verum minora fructum nullum: id in quo lana continetur, mali amplitudine cerni, verum naſcens compreſſum quum tempeſtiua maturitatis ſit, aperiri, et lanam excipi, qua telas texunt, alias viles, alias pretioſas. Hoc idem et in India ſicut dictum eſt, et in Arabia fieri aſſeuerant. Pint.*

Sed vnde) Genus hoc arboris alterum, vnde veſtes conficiunt, ἐξ ἧς τὰ ἱμάτια ποιοῦσιν, inquit Theophr. *Lineas* Plinius poſuit: ſic enim libri omnes: vnde hoc lini genus eſſe quoddam intelligas, quod vt ſubiungit idem ſtatim, ſeritur in campis. H.

h. Foliis moro ſimilis) Sic Hermolaus corrigit, ex Theophraſti auctoritate ſe id facere profeſſus: ſed temperare mihi nequeo, quo minus dicam mirari me in pleriſque Hermolai frontem, auctores cum magno ſtudio-

in campis *k.*, nec eſt gratior villarum [1] proſpe-ctus. *l.*

XIV.

1. *vllarum* Gr. et Al.

ſorum diſpendio falſo ſubinde citantis, et quorum nec minima ſubſit mentio, eis tribuentis, vt plane videatur impoſturam voluiſſe lectoribus facere. Theophraſti verba ſubtexam, vt planum fiat omnibus quam vera Hermolaus tradiderit. *Plantae*, inquit, *ex quibus veſtes conficiunt folium moro ſimile habent, totam autem ſtirpem ſimilem cynorrhodo.* Haec ad verbum Theophraſtus: in quibus verbis vbi obſecro eſt, ſimilem eſſe laniferam arborem calyce pomi cynorrhodo? Nec ſcio vnde Hermolaus collegerit valere argumentationem a ſimilitudine totius ad totum, ad ſimilitudinem partis ad partem; vt ſi ſic argumenteris: Tota ſimia toti homini ſimilis eſt, ergo ſimiae naſus naſo hominis. Ita et ſi tota arbor lanigera ſimilis eſt cynorrhodo, non conſequetur, puto, vt calyx pomi arboris lanigerae ſimilis ſit calyci pomi cynorrhodi. Publica ante Hermolaum lectio impreſſorum codicum erat: *Calyce bombycinorrhodo:* ex qua, ſi Theophraſtum et Plinium conuenire volumus, hanc eliciemus: *corpore toto cynorrhodo*, hoc eſt, ſtirpis vniuerſitate. At durior, inquis, eſt correctio; quis neget? ſed multo duriores praeceſſere aliae, quas tamen fatearis neceſſe eſt veriores eſſe Sibyllae foliis, tam eximiis ſcriptorum teſtimoniis obuallatae ſunt. *Pint.*

i. Calyce pomi) Calyx eſt folliculus, quo dehiſcente, in ſua folia primum ſe flores pandunt, vt in roſis: mox pomum fructuſue emergit. Theophr. folium moro ſimile pariter eſſe tradit, totam ſtirpem cynorrhodo: τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον τῇ συκαμίνῳ· τὸ δὲ ὅλον φυτὸν (rectius Plinium legiſſe arbitror, τὸ μῆλα κύτινον) τοῖς κυνορόδοις ὅμοιον. H.

k. Serunt eam in campis) Addit Theoph. per ordines: quare procul aſpicienti vites eſſe videntur. *Dalecampius. Serunt eam in campis, etc.*) Lege: *Serunt eam in campis, nec eſt gratior villarum proſpectus.* Villarum proſpectum poſuit pro vinearum. Et ſane villa diminutiuum a vinea. Vide Iſ. *Voſſium* in Melam, p. 266.

l. Nec eſt gratior vllarum proſpectus) Vetus lectio, *Nec eſt*

XIV. Oliua Indiae [1] sterilis, praeterquam [2] oleastri fructu. *m.* (VII.) * Passim vero *n.* quae piper gignunt, iuniperis nostris similes *o*: quamquam in fronte Caucasi Solibus opposita gigni tantum eas

 aliqui

1. sterilis: ceteris praeterquam fructu oleastri. Const.
2. oleastri fructu. VII. pass. Gr. et Al.

est gratior villorum aspectu: scribo non *villorum aspectu*, sed *vinearum aspectu*. Theophrastus lib. IV. hist. plant. *Seruntur ordinatim, quapropter e longinquo aspicienti vites apparent.* Nec est quod minus credam quam verba illa, *nec est gratior*, sincera esse: sed quomodo castigem ad praesens non occurrit. *Pintianus.*

Villarum prospectus) Hoc est, vinearum. Vide N. et Em. N. V. (hic adi.) *Nec est*) Sic emendauimus ex R. 1. 2. et Par. codicum auctoritate. Prius *villarum* legebatur; Pintianus *vinearum* malebat. Villam pro vinea diminute dictum a Plinio suspicamur, quod ita exigere Theophrasti locus videtur. Sic enim ille Hist. Pl. L. IV. c. 5. Φυτεύουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὸ κατ᾽ ὄρχους· διὸ καὶ πόῤῥωθεν ἀφορῶσιν ἄμπελοι φαίνονται. *Seruntur in campis ordinatim: quamobrem eminus cernentibus vineae esse existimantur.* H.

m. Oliua Indiae sterilis, praeterquam oleastri fructu) Et natura paene inter oleum et oleastrum, folio latiore, quam oleastri; angustiore quam oleae. Theophr. *Dalec. Oliua Indiae sterilis, etc.*) Sic postrema huius capitis verba, cum sequenti capite coniungenda: *Oliua Indiae sterilis, praeterquam oleastri fructu. Passim vero quae piper gignunt, iuniperis nostris similes: quamquam in fronte Solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere.* Eorum porro opinio qui tradidere piper in ea parte Caucasi quae Solibus opposita est, tantum gigni, prorsus hodie falsa deprehenditur. *Salmas.* p. 1023. b.

*) Ad capitis inscr. haec Dalecampius: De pipere pauca Theophrastus cap. vlt. lib. IX. histor. paulo plura Philostratus in vita Appollonii lib. III. c. 1.

n. Passim vero) Plinium transcripsit Solinus, c. 52. 81. H.

o. Iuniperis nostris similes) Plinius ex aliena fide falsa haec narrat omnia. Certas omnium generum piperis historias pete ex Garcia, c. 22. lib. I. *Dal.*

aliqui tradidere. Semina a iunipero diſtant paruulis ſiliquis, quales in faſeolis videmus. Hae *p.*, priuſquam dehiſcant, [1] decerptae, toſtaeque Sole, faciunt quod vocatur piper longum: paulatim vero dehiſcentes [2] maturitate, oſtendunt candidum piper: quod deinde toſtum Solibus, colore rugiſque mutatur. Verum et iis *q.* ſua iniuria eſt, atque caeli intemperie [3] carbunculantur: fiuntque ſemina caſſa et inania *r.*, quod vocant [4] brechma, [5] ſic Indorum

1. *decerptae faciunt quod voc. pip. long. paul. ve. dehiſcentes maturitate toſtaeque ſole oſtendunt, etc. Ex Dioſc.* 2. *per maturitatem. M.* 3. *carbunculant, fiuntque ſemine. M. carbunculant, etc. vt vulg. Ch.* 4. *braſima. Dioſc. bricma. Ch. brechmaſin Gr. et Al.* 5. *ſic, in M. d.*

p. Hae) Siliquae nimirum, quibus piper continetur. Fuit haec veterum opinio, piper ante maturitatem collectum, candidum eſſe: idem maturitate nigreſcere. Ita non Plinius modo, eiuſque tranſſcriptor Solinus l. c. ſed et Dioſc. L. II. c. 189. Auctor libri de ſimpl. medic. ad Patern. inter opera Galeni, Tom. XIII. p. 997. Galen. ipſe ſimpl. medic. L. VIII. p. 217. aliique. E recentioribus contra Cluſius, Arom. L. I. c. 22. p. 182. et alii bene multi, quibus Salmaſ. fauet in Solin. p. 1026. vbi Cluſium tranſcribit, diuerſas albi et nigri piperis plantas eſſe cenſuerunt, vti vitis albae ac nigrae. Vtriſque Saracenus in nott. ad Dioſc. experientiaque ipſa aduerſatur: conſtat enim piper album, quod ad nos aduehitur, ipſum piper nigrum eſſe, cortice ſuo nigro rugoſoque ſpoliatum: quo cortice nudatur tum, cum Soli obiectum torretur. Longum vero piper a rotundo diuerſum in Bengala naſci, auctor eſt idem Cluſius l. c. a quo recte pingitur, quale nos vidimus. H.

q. Iis) Piperi nigro. Dioſc. *Dalec.*

r. Fiuntque ſemina caſſa et inania) Lego *fiuntque ſemine caſſae et inanes*; vt referatur ad ſiliquas: nam et ſcripta lectio *ſemine* agnoſcit, non *ſemina*. *Pint.*

Caſſa) Dioſc. l. c. ἄτροφον, κενὸν, καὶ κοῦφον, *nutrimento defectum, caſſum, ſeu inane ac leue.* H.

dorum *s.* lingua ſignificante abortum. Hoc ex omni genere [1] aſperrimum eſt, leuiſſimumque, et pallidum. Gratius *t.* nigrum: [2] lenius *u.* vtroque candidum. Non eſt *x.* huius arboris radix, vt aliqui *y.* exiſtimauere, [3] quod vocant [4] zimpiberi, alii vero [5] zingiberi *z.*, quamquam ſapore ſimile. Id enim *a.* in Arabia atque Troglodytica in villis naſcitur, paruae herbae, radice candida. Celeriter ea cariem ſentit, quamuis in tanta [6] amaritudine. *b.* Pre-

1. *acerrimum.* *Dal.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. lentius. Ch. leuius vulgg.* 3. *quam. M.* 4. *Singiuerim. Vet. ſingiueri. Ch.* 5. *zimpiberi. Ch.* 6. *acrimonia potius.*

s. Quod vocant brechmaſin ſic Ind.) Ambo antiqui codices: *quod vocant brigma: ſic Indorum lingua ſignificante mortuum. Pint.*

Brechma) In indice libri huius, *Brecma.* In MSS. *Brioma.* Dioſc. l. c. ὃ καλεῖται βράσμα. H.

t. Gratius) Ἐννομώτερον. Dioſc. *Dalec.*

Gratius) Suauius, ori iucundius, et magis aromaticum: ἥδιον, εὐϛομώτερον, καὶ μᾶλλον ἀρωματίζον. Dioſc. l. c. H.

u. Lenius) Imbecillius pavido et nigro. Vide N. et Em. N. VI. (hic adp.) *Lenius*) Subintellige, *piper.* Ita R. 2. At in R. 1. *Leuius.* In Chiffl. *lentius.* Vt vt eſt, imbecillius ac minus efficax noluit dicere, ἀσθενέϛερον, vt Dioſc. L. II. p. 189. ſed minus acre, mitius, benignius; quale nos quoque guſtu experti ſumus. H.

x. Non eſt) Sic Dioſc. L. II. c. 189. de pipere: ἡ δὲ ῥίζα αὐτῆ ἐκ ἔϛι ζιγγίβερ, καθάπερ ἔνιοι ὑπέλαβον. H.

y. Vt aliqui) Quos inter Dioſcorides Alexandrinus fuit, aliique, quos erraſſe Galenus recte admonet, Tom. II. in explic. voc. Hipp. p. 92. H.

z. Zingiberi) Et Galeno, Γιγγίβερι, de fac. ſimpl. med. L. VI. c. 175. Noſtris, *Gingembre.* H.

a. Id enim) Haec pariter Dioſc. L. II. c. 109. Oribaſ. L. XI. p. 196. et Auct. libri de ſimpl. medic. ad Patern. inter opera Galeni T. XIII. p. 999. Scimus et ex Americanis inſulis ad nos aduehi. H.

b. Amaritudine) Hoc eſt, acrimonia. Sic voces illas, *acre*,

Pretium eius in libras, VI. *c.* Piper longum *d.* facillime adulteratur Alexandrino sinapi. Emitur in libras, [1] X. XV. *e.* Album, X. VII. nigrum, X. IV. Vsum eius adeo placuisse mirum est. In aliis quippe suauitas cepit, in aliis species inuitauit: huic nec pomi nec baccae commendatio est aliqua: sola placere amaritudine *f.*, et hanc in Indos peti. Quis [2] illa *g.* primus experiri cibis voluit? aut cui in [3] appetenda auiditate esurie non fuit satis? Vtrumque *h.* siluestre gentibus suis est, et tamen pondere emitur, vt aurum vel argentum. Piperis arborem iam et Italia habet *i.*, maiorem myrto, nec [4] absimilem.

1. X. VI. *Dal.* 2. *ille.* *M. et Ch.* 3. *explenda aui. esur. non fuit satius.* *M.* 4. *absimilem amaritudinem.* *Grano.* *M.*

acre, *asperum*, *acerbum*, *amarum*, Plinius saepe permutat. H.

c. In libras VI.) Hoc est, sex denariis librae singulae zingiberis permutantur. Monetae Gallicae, asses aerei sunt octo et quadraginta. H.

d. Piper longum) Auctor libri mox citati inter Galeni opera, p. 997. *Adulteratur*, inquit, *longum piper*, *sinapi et gummi formatis in speciem piperis longi*, etc. Et p. 1001. *Est autem efficacissimum sinapi Alexandrinum*, etc. Vide etiam Galen. L. de theriac. ad Pison. c. 12. p. 948. H.

e. In libras X. XV.) Hoc est denariis XV. Gallicae monetae, centeni sunt ac viceni asses: seu librae sex, vt vulgo vocant. Sic album denariis VII. Gallicae monetae assibus sex et quinquaginta. Nigrum denique denariis IV. monetae nostrae assibus tribus ac tricenis. Sic longum albo, album nigro, fere dimidio carius aestimatum. H.

f. Sola placere amaritudine) *Placuere*, exemplar Toletanum, non *placere*. *Pint.*

g. Quis illa) MSS. *Quis ille.* H.

h. Vtrumque siluestre gentibus suis est) Tria piperis genera indicata sunt, non duo, longum, album, nigrum: non est igitur locus verbo illi *vtrumque*, quare *vtcumque* lego, non *vtrumque*. *Pint.*

Vtrumque) Piper et zingiberi. H.

i. Italia habet) Italici piperis

milem. Amaritudo grano eadem, quae [1] piperi musteo *k.* creditur esse. Deest tosta illa maturitas, ideoque et rugarum colorisque similitudo. Adulteratur iuniperi baccis mire vim trahentibus. *l.* In pondere quidem multis modis.

XV. Est etiamnum in India piperis grani simile, quod vocatur garyophyllon *m.*, grandius fragiliusque. Tradunt [2] in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia. Fert [3] et *n.* in spinis piperis

Mm 5

1. *peperi must. credatur. Ch.* 2. *in India id. M. in Indicato loco id. Ch. et in emend. Indico.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. fert et in spina. Gr. et Al.*

peris arbusculam esse, quam adhuc officinae et olitores piper vocant, quidam Ison nigrum, descriptum in historia nostra plantarum. *Dalecamp.*

Et Italia) Italici piperis arbores, non vnius tantum generis vidisse se Mathiolus testatur in L. II. Diosc. p. 578. H.

k. Piperi musteo) Recentissime lecto, decerptoque ex arbore, νεοδρέπτῳ. H.

l. Vim trahentibus) De hac voce dicemus, L. XXXVI. f. 30. H.

m. Garyophyllon) Hoc quidam esse putant Comacum Theoph. memoratum c. 7. lib. IX. histor. *Dal.*

Garyophyllon) Caryophylli nostri, quibus vtimur ex Indicis Moluccarum commerciis ad condituras, diversi omnino sunt ab hoc aromate, quod Plinius eo nomine agnoscit. Nam neque ii grana sunt, neque vlla in re piperi similes, praeter colorem. Fortasse potius *Cubebe* sit hoc Plinii granum, vt recte coniici a Scaligero puto, Exerc. 147. in Cardan. p. 496. et Ex. 148. p. 499. De Cubebis multa Clusius L. I. c. 23. Dalec. Hist. Plant. L. XVIII. c. 39. aliique. H.

n. Fert et) Subintellige India. Lycium Indicum describit, nec ab eo diuersum, quod ab Dioscoride proponitur L. I. c. 132. vt Dalecampio visum: nam Indicum quoque illud est, etsi in Cappadocia Lyciaque pariter gignitur. Ait esse arborem spinosam, fructu piperis instar nigro, amaro, denso, leui: foliis buxi similibus, densisque, ramis trium

ris similitudinem *o.*, praecipua amaritudine, foliis paruis densisque, [1] cypri modo *p.*, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata lignosaque, buxei coloris. [2] Hac in aqua *q.* cum semine excepta *r.* in aereo vase medicamentum fit, quod vocatur

1. *buxi. Diosc.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. Hac in a. c. s. expressa. Dal. haec in aqua Gr. et Al.*

trium cubitorum, aut paulo longioribus: cortice pallido: radicibus numerosis, latis, lignosis. Quae omnino cum Pliniana descriptione congruunt. Lycium vero quid sit, ignorari etiam a peritis herbariis pronunciat Anguillara, L. de simpl. part. 3. p. 62. Nos arborem in Goana Indiae regione, aliisque *Hacchic:* succum ipsum *Cate* vocitari, Clusio credimus, L. I. c. 10. p. 163. H.

o. Piperis similitudinem) Hallucinatur Plinius. Haec est Lycii descriptio in Cappadocia, Lycia, et vt ait, in Pelio nascentis. Indica spina Lycii, quam Lonchitin vocant, ramos rectos mittit, tricubitales maioresue, rubo crassiores, a radice multos: folia oleae; fractus cortex rubet. Diosc. qui de aromatibus Indicis scripsit narrat, Lycium ab Indis vocari *Cate;* fieri e ramis arboris *Hacchic*, minutim concisis, elixis, contusis, cum farina, Nachani succo mixto, et in pastillos, tabellasue formato. Arborem esse magnitudine fraxini, folio minuto, Ericae, vel Tamaricis, semper virente, multis spinis horridam: florere, sed fructum non ferre: lignum durum et densum vbiuis incorruptum manere. *Dalecamp.*

p. Cypri modo) De cypro dicemus, s. 52. H.

q. Haec in aqua) Scribo, *Hac in aqua cum semine excocta;* reliqua: nam et vetus et recentior omnis lectio *hac* habet, non *haec*, refertque id pronomen, radicem. Item *frutice* malim legere quam *semine*, quamquam violenta correctione. Dioscorides lib. I. *Colligitur ex ea succus, tusis vna cum frutice radicibus, et cum diebus aliquot in aqua maduerint, decoctis: tum exempto ligno, iterum eo qui superest liquore ad crassitudinem mellis decocto:* et Plinius lib. XXIV. cap. 14. *Coquuntur in aqua tusi rami, radicesque summae amaritudinis aereo vase per triduum. Pint.*

r. Excepta) Expressa. Vide

tur Lycion. Ea ſpina *s.* et in Pelio monte naſcitur, adulteratque *t.* medicamentum. Item aſphodeli radix, aut fel bubulum *u.*, aut abſinthium, vel [1] rhus *x.*, vel amurca. Lycion aptiſſimum medicinae, quod eſt ſpumoſum. *y.* Indi in vtribus camelo-

1. *rus. Ch. thus Gr. et Al.*

de N. et Em. N. VII. (hic adp.) *Hac*) Radice nimirum expreſſa cum ſemine. Sic Oribaſ. L. XI. p. 205. *Succus ex Lycio exprimitur tuſis vna cum frutice radicibus*, etc. Vnde apparet ſcripſiſſe Dioſc. L. I. c. 132. non vti hodie legitur, χυλίζεται ἐκ τῶν φύλλων, ſed ἐκ τῶν ῥιζῶν, quod Plinius ipſe confirmat, L. XXIV. ſ. 77. *Coquuntur in aqua tuſi rami, radiceſque*, etc. Idem Oribaſius paulo poſt, ex ſemine quoque expreſſo, et in Sole ſiccato, confici ſuccum tradit. H.

s. Ea ſpina) Eiuſdem quidem nominis, ſed generis omnino diſparis, perinde tamen ignoti: ex quo vilius medicamentum fiebat, quod adulterinum vocabant. H.

t. Adulteratque) *Ea ſpina admixta ſincerum* adulterat Lycium: *neque ea ſpina ſolum*, ſed et aſphodeli radix, etc. H.

u. Fel bubulum) Inter coquendum Lycium admixto felle bubulo, vel abſinthii ſucco, vel amurca, inquit Dioſc. l. c. H.

x. Vel rhus) Vide N. et Em. N. VIII. (hic conſp.) *Vel rh.*) Prius in libris editis *vel thus*, legebatur: At MSS. Reg. Colb. Chiffl. *vel rhus*: quod Plinianae menti ſane congruentius eſt: nam L. XXIV. ſ. 77. vbi haec eadem fere de Lycio repetuntur, *Adulteratur*, inquit, *amaris ſuccis*, *etiam amurca, ac felle bubulo*. At inter ſuccos amaros nemo ſane thus cenſuerit. Ex rhoe vero ſuccum elici, qui Lycii ſimilitudinem ac vim referat, auctor eſt Dioſc. L. I. p. 147. H.

y. Spumoſum) Quod vri poteſt, et reſtinctum ſpumam rubentem oſtendit. Alia eſt Lycii Indici deſcriptio apud Dioſc. et Garciam. *Dalec.*

Spumoſum) Quod igni accenſum, dum reſtinguitur, rubentem ſpumam mittit, inquit Dioſc. l. c. et poſt eum Oribaſ. L. XI. p. 205. Plinius ipſe L. XXIV. ſ. 77. de Lycio: *Spuma eius ac flos quibuſdam oculorum medicamentis additur*. Vide quae ibi dicturi ſumus. H.

melorum aut rhinocerotum id mittant. Spinam ipsam z. in Graecia quidam pyxacanthum *a.* [1] Chironium vocant.

XVI. (VIII.) Et macir *b.* [2] ex India aduehitur, cortex rubens radicis magnae, nomine arboris suae: qualis sit ea, incompertum habeo. Corticis melle *c.* decocti vsus in medicina ad dysentericos praecipuus habetur.

XVII. Saccharon *d.* et Arabia fert, sed laudatius

1. *Chironiam. c. 14. l. XXIV. vocem tamen hic superuacuam arbitror.* 2. *ex Arabia adu. cortex russesc. Diosc.*

z. *Spinam ipsam*) Scribe feminina terminatione, *pyxacantham Chironiam.* Dioscorides praeallegato loco: *Lycion quod pyxacantham aliqui vocant, spinosa arbor est:* et Plinius lib. XXIV. cap. 14. *Lycion praestantius e spina fieri tradunt, quam et pyxacantham Chironiam vocant. Pint.*

a. Pyxacanthum) Πυξάκανθαν Diosc. quia spina est buxi folio. Plin. L. XXII. s. 77. *pyxacanthon Chironiam.* H.

b. Et macir) Diosc. L. I. c. 110. Orib. l. c. Galeno de facult. simpl. med. p. 205. Μάκερ φλοιός ἐστιν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς κομιζόμενος, etc. Sic et Aetius tum in MS. nostro Graeco, tum in edit. Lat. de re med. L. I. p. 23. H.

c. Corticis melle) Hoc est, cum melle. Ita Galenus, et Aetius quoque l. c. Ab ea vi nomen arbori a Lusitanis inditum refert. A Costa L. Arom. c. 12. *Arbore de las Camanis*, hoc est, Arbor dysenteriae: a Brachmanis medicis, *Macre.* In prouincia Malabarica et Cocini regno nasci, ibique visam a se idem testatur. H.

d. Saccharon) Gal. Sim p. 5. Varro Narbonensis, *Indica non magna nimis arbore crescit arundo, Illius e lentis premitur radicibus humor, Dulcia cui succo nequeant contendere mella.* Statius Syl. 1. *Et quas percoquit Ebutia cannas.* Lucan III. *Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos.* Strabo ε. Εἴρηκε δὲ καὶ περὶ καλάμων, ὅτε ποιοῦσι μέλι, μελισσῶν μὴ οὐσῶν. Arrianus in Periplo, καὶ μέλι τὸ καλάμινον, τὸ λεγόμενον σακχαρί. Brod. c. 22. IV Indicum salem vocavit Archigenes, Arabes *Tabaxir*

tius India: eſt autem mel in arundinibus *e.* [1] collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile, ampliſſi-

1. *concretum.* Dioſc.

baxir nominat, Indi *Saccar Mambu.* Dalec.

Saccharon.) Dioſcoridis, apud quem haec totidem verbis exſtant, L. II. c. 104. Pliniique σάκχαρον, ros ille matutinus fuit, quem apes mellis fingendi gratia colligunt: quare in arundinibus collectum, Plinio dicitur: non, vti ſaccharum noſtrum, ex iiſdem expreſſum, ac deinde coctum, coactumque in pyramidales formas. Num ros caeli ipſe foret, num arundinis ipſius humor dulcis, Seneca ſubdubitat, ep. 85. Ipſum rorem eſſe quem Sol in arundinibus cogat, ad ſimilitudinem ſalis, mellisque dulcedinem, affirmant Galen. de fac. ſimpl. medic. L. VII. p. 207. Orib. L. XI. fol. 205. vbi Marcoron vocat: Alex. Aphrod. in probl. et Iſidor. Origg. L. XX. c. 2. Ex iiſdem arundinibus, quibus et noſtrum excipitur, ſenio confectis, lacrymae ſeu gummi modo effluere, ac concreſcere, vnus credidit Saracenus in nott. ad Dioſc. H.

e. In arundinibus) Non dixit, *ex arundinibus.* Aliud tamen ſacchari genus fuit, apud antiquos, ex ipſis arundinum radicibus expreſſum, vt ait Solin. c. 52. p. 81. et Lucan. L. III. v. 237. *Quique bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos.* Et Iſidor. Origg. L. XVII. c. 7. *In Indicis,* inquit, *naſci arundines calamique dicuntur, ex quorum radicibus expreſſum ſuauiſſimum ſuccum bibunt: vnde et Varro ait: Indica non magna nimis arbore creſcit arundo: Illius e lentis premitur radicibus humor, Dulcia cui nequeunt ſucco concedere mella.* Sed et ſacchari genus iſtud a noſtro diſpar eſt ac diuerſum: arundines quoque ipſae forte diſſimiles: quamquam et ſacchari noſtri feraces apud Indos ſunt plurimae: aut ſi ſunt eaedem, diverſus humoris eliciendi modus. Exprimebatur olim ab Indis ipſis ad potum dumtaxat: a noſtris hodie coquitur, denſaturque in ſaccharum. Ac nihil eſt quidem vnde plus iam voluptatis et deliciarum gulae accedat. Soluitur in embammatis, cogitur in orbiculos, digeritur in panes, pinſitur in placentas; tornatur in cruſtula, fingitur in caſtella, in auiculas, et in omnium rerum ſimulacra, coquitur, aſpergitur, duratur, incruſtatur. H.

plissimum nucis auellanae magnitudine, ad medicinae tantum vsum.

XVIII. Contermina Indis *f.* gens Ariana *g.* appellatur, cuius spina [1] lacrymarum pretiosa, myrrhae [2] similis *h.*, accessu propter aculeos anxio. *i.* Ibi et frutex pestilens [3] raphani *k.*, folio lauri, odore equos inuitante, qui paene equitatu orbauit *l.* Alexandrum primo introitu: quod et in Gedrosis accidit. Item laurino folio et ibi spina tradita est *m.*, cuius

1. *lacryma. Dal.* 2. *simili. M. et Ch.* 3. *brassica magnitudine. Theophr.*

f. Contermina Indis) Theophrastus cap. 5. lib. IV. histor. *Dal.*

g. Gens Ariana) Simile quiddam de Ariana spina recitat Theophr. Hist. Pl. L. IV. c. 5. sed codice ibi valde mendoso. H.

h. Myrrhae similis) Strabo lib. XV. Gedrosiam ferre Myrrham et Nardum scribit: est autem Gedrosia Arrianae contermina. Theophrast. eam lacrymam Illyriae aspectu odoreque similem esse tradit. Legunt quidam *Illyricae Iridi:* lego τῇ Γαβιραίᾳ σμύρνῃ, Gabireae myrrhae. *Dal.*

i. Accessu propter aculeos anxio) Accessu Solis profluente quum illuxit: ex Theophrast. *Dal.*

Anxio) Infesto, molesto, difficili. H.

k. Raphani) Subintellige, magnitudine, ex Theophr. l. c. vbi his similia: ἄλλο δὲ ὕλημα, μέγεθος μὲν ἡλίκον ῥάφανος· τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον δάφνῃ, καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ μορφῇ. Cur raphanum, non brassicam, ῥάφανον verterit, alibi dicturi sumus, vbi de brassica et raphano agemus. H.

l. Equitatu orbauit) Quod praesentis noxae venenum id foret! τοῦτο δὲ εἴ τις φάγοι, ἐναποθνήσκει. Theophrast. H.

m. Item laurino folio et ibi spina tradita est) Particulam *item* per minorem literam scriptam, cum duobus verbis sequentibus, superioribus annecte, ex Theophr. lib. IV apertissime. *Pint.*

Item laurino) Vide N. et Em. N. IX. (hic adi.) *Item l.*) In antiquissimis MSS. et probatae fidei, R. 1. 2. Par. etc. *Item lario folio.* Si Theophrastum audimus, *item nullo folio* scribendum fuit: sic enim ille Hist. Pl. L. V. c. 4.

cuius liquor *n.* aſperſus oculis, coecitatem [1] inferret omnibus animalibus. Nec non *o.* et herba *p.* praecipui odoris referta minutis ſerpentibus, quarum ictu protinus moriendum eſſet. Oneſicritus tradit in Hyrcaniae conuallibus [2] ficis ſimiles eſſe arbores, quae vocentur occhi, ex quibus defluat mel horis *q.* matutinis duabus.

XIX. (IX.) Vicina eſt [3] Bactriana, in qua bdellium *r.* nominatiſſimum. Arbor nigra eſt, magnitudine oleae, folio roboris, fructu caprifici [4] naturaque.

1. *infert.* *Gr. et Al.* 2. *fico.* *Cb.* 3. *Bactrianae.* *Cb.* 4. *ipſi natura quae gummi.* *Cb.* *natura gummi.* *Alii.* *M.*

4. Ἑτέραν δὲ ἀκανθάν τινα εἶναι. Ταύτην φύλλον μὲν ἔδεν ἔχειν, πεφυκέναι δὲ ἐκ μιᾶς ῥίζης . . . ὀπὸν ἐκρεῖν πολὺν, ὃς ἀποτυφλοῖ τὰ ἄλλα ζῶα πάντα. *Aliam autem eſſe ſpinam, folio nullo, radice ſingulari . . . ſuccum ex ea multum effluere, qui coecitatem reliquis animalibus inferat.* H.

n. Cuius liquor) Lacteus, e nodis aculeatis, fractis, tritiſue expreſſus. Theophraſt. Idem refert Strabo lib. XV. Sed ſpinae, cuius liquor excoecat, fructum humi iacere et cucumeri ſimilem eſſe tradit, quod tacet Theophraſtus. *Dal.*

o. Nec non et herba) Theophraſt. l. c. H.

p. Herba, etc.) In Maritimis arenae tumulis Gedroſiae naſcens. Strabo. *Dal.*

q. Mel horis) Mel id *Xirqueſt*, id eſt lac arboris *Queſt*, Arabibus et Perſis dicitur: vulgo corrupte *Siracoſt.* Vtribus reconditum venditur, ac Indis in frequenti vſu eſt. Alterum quoque huius generis naſcitur, melli candido ſimile, Hormuſii copioſum. Vide Garciam c. 11. l. I. *Dal.*

Defluat mel) Arbori nomen eſſe, *Queſt*: melli, *Xirqueſt*, vel vt vulgo *Stracoſt*, quod Perſica lingua lac ex arbore vox ea, *Queſt*, ſonat auctor eſt Cluſius, L. I. c. 11. p. 164. H.

r. Bdellium) Graecis βδέλλα et βδέλλιον. H.

raque. Gummi *s.* alii [1] brochon *t.* appellant, alii [2] malacham, alii maldacon *u.* Nigrum *x.* vero et in offas conuolutum, hadrobolon. Esse autem debet translucidum *y.*, simile cerae *z.*, odoratum, et quum fricatur *a.*, pingue, gustu amarum citra acorem. In sacris vino [3] perfusum, odoratius. Nascitur et in Arabia *b.*, Indiaque, et Media, ac Babylone.

1. *procon. M. leg. prochoon, quasi primarium bolchon. Vet. blochon. Diosc. brocon. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Al. malachram. Gr. et Al.* 3. *perfuso moderatius. M.*

s. Gummi) Quod ex arbore bdellio manat, et ipsum quoque bdellium nominatum. Sed quod sub eo nomine nunc prostat in officinis, adulteratum est. Sincerum est, quod vocant Lusitani *Anime*, quale a Nicolao Monarcho describitur, L. de simpl. medic. c. 1. Bactrianum tamen Indicumque bdellium, Beniuinum officinarum est. *Benioin*, siue, *Benzoin.* H.

t. Brochon) Arabes *Molochil* et *Molachal*, Bdellium vocant. Hae dictiones in Bolchon et Madalcon detortae ac corruptae faciunt. *Dalec.*

u. Alii maldacon) In Indice huius libri *Maldacon.* Apud Diosc. L. I. c. 80. litteris permutatis, *μάδαλκον.* H.

x. Nigrum) Alterum hoc bdellii genus est: alterum enim subalbidum, quod praestantissimum. Diosc. l. c. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ῥυπαρὸν καὶ μέλαν, ἁδρόβωλον, παλαθῶδες, κομιζόμενον ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. *Est et alterum bdellium, sordidum, ac nigrum, grandioribus globis, in offas conuolutum, quod ex India aduehitur.* H.

y. Translucidum) Gummi videlicet, Isidor. Origg. L. XVII. c. 8. *Bdella Indiae et Arabiae arbor, cuius lacryma melior Arabica. Est enim lucida, subalbida, leuis, pinguis, aequaliter cerea, et quae facile molliatur, neque ligno, vel terrae commixta, amara, odoris boni. Nam ex India sordida est, et nigra, et maiori gleba.* H.

z. Simile cerae) Taurino glutine. Diosc. *Dal.*

a. Quum fricatur) Ita libri omnes. Alii, *quum friatur*, male. H.

b. In Arabia) Quare et Saracenica arbor a Diosc. appellatur. H.

bylone. Aliqui [1] peraticum *c.* vocant ex Media advectum. [2] Facilius *d.* hoc et crustosius, amariusque: at Indicum humidius et [3] gummosum. *e.* Adulteratur amygdala *f.* nuce. Cetera eius genera *g.* cortice et [4] scordasti. *h.* Ita vocatur [5] arbor aemulo gummi. Sed deprehenduntur (quod semel dixisse et in ceteros odores satis sit) odore, colore, pondere, gustu, igne. Bactriano [6] nitor siccus *i.*, multi-

1. *paraneum. M.* 2. *Fragilius.* 3. *cumminosum. Ch.* 4. *et surd. Vet. et scorti. Ch.* 5. *aemula. V. arboris aemilum. Dal.* 6. *Sic et. M. Bactrio, nitor secus. Ch. nidor siccus Gr. et Al.*

c. *Aliqui peraticum*) Quaedam exemplaria *Pyraticum:* vetus lectio *Parthicum*, quod magis probo: nam, vt supra ostendit Plinius lib. VI. cap. 25. duodeuiginti erant Parthorum regna; vt mirum non sit si ex Media aduectum Parthicum appellaretur. *Pint.*

Peraticum) Sic libri omnes. Περατικὸν ἐκ περάτων γῆς, quod ab extremo fine terrarum petitur. H.

d. Facilius) Tractabilius, nec aeque tactu adhaerescens, atque illud quod humidius est. H.

e. Et gummosum) MSS. *gumminosum.* H.

f. Amygdala) Hoc Beniorum illud est, quod amygdaloides vocant, propterea, quia vngues, seu maculas candidas admixtas habet, amygdalarum instar, vt recte obseruat Clusius, Arom. L. I. c. 5. p. 156. H.

g. Cetera eius genera cortice scordasti, etc.) Adde coniunctionem *et*, *cortice et scordasti.* *Pint.*

Cetera) Siue Benjuini, siue *Anime* genera reliqua, etiam scordasti cortice admixto, vel gummi eius arboris adulterantur. Δολοῦται δὲ μιγνύμενον κόμμει, inquit Diosc. Varia Benjuini genera enumerat idem Clusius l. c. H.

h. Scordasti) In Indice huius libri, *Scordacti.* MSS. R. 1. 2 et Colb. 2. ac Chiffl. h. l. *Scorti.* Simile bdellio gummi fundere ac paene par, aemulumque, dicitur. H.

i. Bactriano nidor siccus) Vetus lectio *nitor* habet, non *nidor.* Legendum existimo, *nitor suus*, hoc est, peculiaris, proprius, vt confestim: *Praeterea suum pondus.* *Pint.*

multique candidi vngues. *k.* Praeterea suum pondus, quod grauius esse [1] aut leuius non debeat. Pretium sincero in libras [2] x. terni. *l.*

XX. Gentes supra dictas *m.* Persis attingit, Rubro mari (quod ibi Persicum vocauimus *n.*) longe in [3] terra aestus agente, mira arborum natura. Namque erosae sale *o.*, inuectis derelictisque similes, sicco

1. *ac.* *M.* 2. *decem tantum terni.* *Parm. X. IIII.* *M.* 3. *terram, vel terras.* *Dal.*

Nitor siccus) Vide N. et Em. N. X (hic adi.) *Bactriano*) Ita MSS. omnes, non vt editi: *nidor.* Et forte rectius: *nitor suus*, cum Pintiano scripseris, hoc est, peculiaris ac proprius, vt statim sequitur, *Praeterea suum pondus.* Sed siccum ξηρὸν Dioscorides commendat in primis, L. I. c. 80. H.

k. Multique candidi vngues) Gal. l. II. de Antidotis, in Antidoto Charmidis Bdellium praestantissimum vocat βδέλλην ὄνυχα: lib. VIII. κ. τόπȣς in Iambicis Damocratis: lib. X. eiusdem operis in malagmate Fabullae: et id quidem, non quod in eo candidi visantur vngues, quemadmodum censet Plinius, sed quia Bdellium accensum vnguis odorati modo oleat. Serapion sic interpretatur verba Dioscoridis, ἐοικὸς εἶναι βδέλλιον τῷ ὄνυχι. *Dalec.*

Vngues) Lucentes ac leues, instar vnguium, maculae: quales in Benjoino amygdalino deprehenduntur. Dioscoridi bdellium, quod et a Bactriano diuersum, et *Anime* a Lusitanis appellari superius diximus, laeuorem, coloremque vnguis aequaliter praefert in tota gleba, ὄνυχι ἐοικός: quae verba Serapion male accepit. H.

l. X. terni) Denarii terni: monetae Gallicae, asses quatuor et viceni. H.

m. Gentes supra dictas) Carmaniam. Theophrastus cap. 8. lib. IV. hist. *Dal.*

Gentes) Quae hac sectione continentur, ea totidem verbis habet Theophr. Hist. Pl. L. VIII. c. 8. H.

n. Vocauimus) L. VI. f. 28. H.

o. Namque erosae sale) Theophrastus arborum harum tria genera memorat. Primum in insulis quas aestus operit, magnitudine ingentis platani populiue, folio lauri, perpetuo: flore violae, odore, et colore: fructu

ſicco littore radicibus nudis [1] polyporum modo amplexae ſteriles arenas ſpectantur. Eaedem mari adveniente fluctibus pulſatae, reſiſtunt immobiles. Quin et pleno aeſtu operiuntur totae *p.*: apparetque rerum argumentis aſperitate *q.* aquarum illas ali. Magnitudo miranda eſt, [2] ſpecies ſimilis vnedoni *r.*, pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.

XXI. (X.) Tylos *s.* inſula in eodem ſinu *t.* eſt, repleta ſiluis, qua ſpectat Orientem, quaque et ipſa aeſtu maris [3] perfunditur. Magnitudo [4] ſingulis arboribus fici, flos ſuauitate inenarrabili, pomum lupino *u.* ſimile, propter aſperitatem intactum omnibus animalibus. Eiuſdem inſulae excelſiore ſuggeſtu lanigerae *x.* arbores alio modo, quam Serum. His folia infecunda *y.*: quae, ni minora eſſent,

1. *adrachnes. Theoph. vnedonis Gr. et vulgg. ſimilis.* 2. *Sic ex MSS. emend. Hard.* 3. *profunditur. Ch.* 4. *M.*

fructu ſuauiter olente, magnitudine oliuae. Secundum in eo mari, ſemper foliosum, fructu lupini. Tertium in maritimis Carmaniae, Adrachnae ſimile, nuda radice polypi modo adhaerens, fructu extrorſum amygdalae, intus in cohaerentes veluti flexuoſas ſpiras conuoluto. Haec Plinius ſuo more confundit. Vide c. vlt. l. XIII. *Dal.*

p. Operiuntur totae) De inſularibus id Plinius, non de iis quae in continente naſcuntur. *Dal.*

q. Aſperitate) Salſitudine. H.

r. Vnedoni) *L'Arbouſier.* Theophr. ὅμοια τῇ ἀδράχνῃ dixit, hoc eſt, portulacae: quam folio ſimilem vnedoni eſſe dicemus, L. XIII. ſ. 40. H.

s. Tylos) Et haec rurſum totidem verbis exſtant apud Theophr. H. Plant. L. IV. c. 9. De Tylo Plin. L. VI. ſ. 32. H.

t. In eodem ſinu) Theophraſtus cap. 9. lib. IV. *Dal.*

u. Lupino) De quo L. XVIII. ſ. 36. H.

x. Lanigerae) Quas Goſſympinos, ſiue goſſypinos mox appellabit. H.

y. His folia infecunda) Lanae: aliter quam apud Seras, quorum in tractu laniferae arbo-

ſent, vitium z. poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas *a.*, quae maturitate ruptae oſtendunt lanuginis [1] pilas, ex quibus veſtes pretioſo linteo faciunt. (XI.) Arbores vocant [2] goſſympinos *b.*: [3] fertiliore etiam Tylo minore, quae diſtat [4] x. M. paſ.

XXII. Iuba circa fruticem lanugines eſſe tradit, linteaque [5] ea Indicis praeſtantiora. Arabiae autem arbores, ex quibus veſtes faciant, cynas *c.* vocari, folio

1. *pilos. Vet.* 2. *goſſampinum. M. goſſympinum. Ch. goſſampinus. Dal. goſſampinos. Gr. et Al.* 3. *fertiliores. V.* 4. *XII. c. 28. l. VI.* 5. *fieri. Vet.*

arbores folia lana operta gerunt. *Dal.*

[1] *Infecunda*) Hoc eſt lanae minime feracia, qualia Serum eſſe diximus, L. VI. ſ. 20. H.

z. *Vitium)* Vitis foliis ſimilia, ὅμοια τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν μικρὸν, inquit Theophraſt. H.

a. Cucurbitas) Fructus cucurbitae ſimiles, id quod lanam continet, vere compreſſum, maturitate ſe recludens, vnde lanas trahunt: ex quibus telas nunc pretioſas texunt, nunc viliores, inquit Theophraſtus. *Dal.*

Cucurbitas) Fructus cucurbitarum ſimiles. Eadem refert Herod. Thalia L. III. n. 106. Fructum deſcribit eleganter Iul. Poll. L. VII. c. 17. H.

b. Arbores vocant goſſampinos) Puto legend. eſſe, *Goſſypinon*; idem quod Goſſypion. Vide *Salmaſ.* pag. 298. b. *Arbores vocant goſſampinos)* Theophraſtus cap. 9. lib. IV. *Dalec.*

Arbores) Quas proxime attigit, et lanigeras vocauit. Haec enim a ſuperioribus hactenus perperam diuulſa. In Indice libri huius, *goſſypinon.* In MSS. hoc loco, *goſſympinos.* Theophr. et Herod. ll. cc. δένδρα ἐριοφόρα, arbores pariter lanigeras vocant: arbores, inquam, vt intelligas ab ea planta ſeu frutice differre, vnde legitur goſſypium noſtrum, *le coton*: de quo L. XIX. ſ. 2. etſi nihil diſcrepare viſum eſt Dalecampio, Hiſt. Plant. L. II. c. 22. ſed errore falſo. H.

c. Cynas) In Indice huius libri, *Chynas.* H.

folio palmae simili. Sic Indos suae arbores vestiunt. In Tylis *d.* autem et alia arbor floret albae violae *e.* specie, sed magnitudine quadruplici, sine odore, quod [1] miremur *f.* in eo tractu. *g.*

XXIII. Est et alia *h.* similis, foliosior tamen, roseique floris: quem noctu comprimens *i.*, aperire incipit Solis exortu, meridie expandit. Incolae dormire eum dicunt. Fert eadem *k.* insula et palmas, oleasque ac vites, et cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt. Rigaturque gelidis fontibus, et imbres accipit.

XXIV. Vicina his [2] Arabia *l.* flagitat quamdam gene-

1. *miremur. In eo tractu est et alia. Vet.* 2. *Arabia. Hic finis capitis: deinde, Flagitant aromata quand. gen. dist. quum fere cuncta ea constant.*

d. In Tylis.) Theophr. L. IV. c. 9. H.

e. Albae violae) Λευκοΐα violae. Theoph. c. 9. l. IV. hist. *Dal.*

f. Quod miremur in eo tractu) De loto Aegyptia eadem post traduntur c. 18. l. XIII. *Dalec.*

g. In eo tractu) In quo sunt fere omnia, quae ibi gignuntur, odorata. H.

h. Est et alia) Theophr. l. c. Contrariae indolis est *Parizataco*, Malabaricae Goanaeque regionis arbos, quam Christ. a Costa describit, L. Arom. c. 37. quae flores aperire incipit Solis occasu, amittit exortu: idcirco Arborem Tristem vocant. Eadem a Clusio describitur, pingiturque L. II. c. 1. p. 225. H.

i. Quem noctu comprimens) Vesperi paulatim colligit, et noctu rursus omnino claudit. Theophrast. *Dal.*

k. Fert eadem) Theophr. l. c. et August. de Ciu. Dei L. XXI. c. 5. H.

l. Vicina his Arabia, etc.) Legendum: *Vicina his Arabia flagitat quamdam generum distinctionem, quoniam fructus his constant radice, frutice, cortice, succo, lacryma, ligno, surculo, flore, folio, pomo. Radix et folium Indis, et maximo pretio.* Fructus Arabibus constant, radice, frutice, folio, etc. Sed radix et folium etiam Indis, et maximo quidem pretio. Radix illa, costi est: Folium nardi. Quae ambae species in India nascuntur. Costum in Arabia quoque. *Salmas.* 1064. b. et 1065. a.

genererum diſtinctionem *m.*, quoniam fructus iis conſtat radice *n.*, frutice, cortice, ſucco, lacryma, ligno, ſurculo, flore, folio, pomo.

XXV. (XII.) Radix [1] et folium *o.* Indis [2] eſt maximo pretio. Radix coſti *p.* guſtu feruens *q.*, odore eximio, frutice alias [3] inutili. Primo ſtatim introitu amnis Indi in Patale *r.* inſula, duo ſunt eius genera,

1. *Lego*, *Nardus*, *coſti radix*, *et folium*, *Indis ſunt et in max. pretio.* 2. *eſt et max.* *M.* 3. *inutili*, *primo*, *etc.* *inſula. Duo.* *M.*

m. Generum diſtinctionem) Odorum ſiue aromatum genera his fere verſibus complexus eſt Plaut. in Curcul. *Nam omnium odor vnguentum prae tuo nautea eſt. Tu mihi ſtacte, tu cinnamum, tu roſa, Tu crocum, et caſia es, tu bdellium, etc.* *Dalec.*

Generum) Aromatum, quae ipſa gignit. Conſtat enim ea, 1. radice, vt coſtus: 2. frutice, vt cinnamomum, et caſia, 3. cortice, vt macir, 4. ſucco, vt ſtyrax, panax et ſilphium: 5. lacryma, vt balſamum, etc. H.

n. Conſtat radice) Aromata conſtant 1. radice, Cyperus: 2. frutice, Caſia: 3. cortice, Macer: 4. ſucco, Silphium, 5. lacryma, Myrrha, 6. ligno, Agallochum: 7. ſurculo, Caryophyllum: 8. flore, Nardus, Roſa: 9. folio, Malabathrum: 10. pomo, Malus Medica. *Dal.*

Fructus iis conſtat) Vtilitatem ea genera afferunt, radice etc. H.

o. Radix et folium) Radix ea coſti eſt; folium, nardi. Haec κατ᾽ ἐξοχὴν, et radix, et folium, appellantur. A malobathro, quod folium Indicum pariter vocant, et in paludibus Indicis gignitur, longe iſtud diuerſum, vt recte admonet Dioſc. L. I. c. 11. quando id nardo ſimilem vim habet, vt docet Galen. de fac. ſimpl. med. L. VII. p. 205. H.

p. Radix coſti) Haec quoque Dioſc. L. I. c. 15. Nomen etiamnum retinet in officinis, *Coſtus.* Deſcribitur accuratius a Charaſio in Pharmacopoea Galenica, c. 20. p. 292. M.

q. Guſtu feruens) Vide Garciam c. 35. L. I. *Dal.*

r. Patale) Vulgo *Patan.* *Dal.*

genera; nigrum, et quod melius *s.*, candicans. Pretium in libras [1] x. vi. *t.*

XXVI. [2] De folio nardi *u.* plura dici par eſt, vt principali in vnguentis. Frutex eſt graui et craſſa radice *x.*, ſed breui ac nigra, fragilique, quamuis pingui, ſitum redolente, [3] vt cyperi *y.*, aſpero ſapore, folio paruo denſoque. Cacumina in [4] ariſtas *z.* ſe ſpargunt: ideo gemina dote nardi ſpicas

1. *XVI. Gr. et Al.* 2. *De modo. Dal.* 3. *aut cupreſſum, aſpero. M. et Ch. vt cypreſſi aſpero ſapore. Vet.* 4. *ariſtae ſpargunt. M. Lego, in ſpicas.*

s. Et quod melius) Dioſc. l. c. et Orib. L. XI. p. 202. H.

t. X. VI.) Ita ſcribendum, non XVI. Hoc eſt, denarii ſex: monetae noſtrae, aſſes octo et quadraginta. H.

u. De folio nardi) Malabathrum, ſiue Φύλλον, Nardi folium eſſe, deceptus Plinius iudicauit, quo errore lapſos quoque multos alios fuiſſe Dioſcorides tradit. Vide Garciam. c. 33. lib. I. *Dal.*

De folio nardi) De Indica nardo haec ſunt accipienda. H.

x. Frutex eſt graui et craſſa radice) Lege: *Frutex eſt graui ac craſſa, etc. vt Cyperi, aſpero ſapore, folio paruo denſoque: cacumine ariſtae ſe ſpargunt, etc.* Vide Salmaſ. p. 1064. b.

Frutex eſt) Diuerſi igitur generis a Syriaca nardo, Celtica, Creticaque: quae genera omnia, non frutices, ſed herbae ſunt, vt mox dicetur. H.

y. Vt cyperi) Sic Dioſc. L. II. c. 6. καὶ μετὰ τοῦ κυπειρίζειν ἐν τῇ ὀσμῇ, odore cyperum imitatur. De cypero, cui odor eſt qui nardum imitetur, dicemus L. XXI. ſ. 70. At in MSS. R. Colb. Chiffl. et Pariſ. hoc loco, *aut cupreſſum*, legitur. H.

z. In ariſtas) Auctor libri de ſimpl. medic. ad Paternian. inter Galeni opera, Tom. XIII. p. 999. *Spica nardi*, inquit, *ad ſimilitudinem cognominata eſt: ſimilis enim eſt ſpicae frumenti, et plurimas habet velut ariſtas*, etc. Statius L. V. Silu. *Odoratas nec Arabs decerpſit ariſtas.* Spicae, ſeu ariſtae, folio paruo denſoque conſtant.

ac folia celebrant. Alterum eius genus *a.* apud Gangem nascens, damnatur in totum, [1] ozaenitidis *b.* nomine, virus redolens. Adulteratur et pseudonardo *c.* herba, quae vbique nascitur crassiore atque laxiore folio, et colore languido in candidum vergente. Item sua radice permixta ponderis *d.* causa, et gummi, spumaque [2] argenti, aut stibio,

1. *Gangitidis.* *D.* 2. *argentea, vt stibi, ac cypero, cyperiue.* *M.* *argenti aut stibii, ac cyperiue.* *Ch.* *aut stibio, cyperiue cortice Gr. et Al.*

stant. Nardus idcirco Indica gemino nomine commendatur, spicae, et foliorum. Quamquam nardi spica a Galeno de antid. L. I. c. 14. p. 887. pro radice accipitur, quoniam quae pars spicae nomen habet, radici est proxima. Nardi aristarum iconem Clusius exhibet, Arom. L. I. c. 33. p. 202. Hoc nardum est pisticum, Ioh. XII. 3. fidele, probum, non adulteratum: sed, (vt mox Plinius dicet,) sincerum. In Batauia Indiae agro nascitur. H.

a. Alterum eius genus) Legendum videtur *Gangitidis* non *ozaenitidis.* Dioscorides lib. I. vnde hoc mutuatus videtur Plinius, *Ex Indicis*, inquit, *nardum quoddam Gangitis vocatur, a fluuio Gange apud quem enascitur.* Nec me fugit Hermolaum in Corollario aliter sentire: sed ille coniectura ducitur, nos Dioscoridis auctoritate nitimur. *Pintian.*

Alterum) Haec pariter Diosc. L. I. c. 6. H.

b. Ozaenitidis) Ab ὄζαινα, quod odore foedo nares feriat. H.

c. Pseudonardo) Item luto siccae radici permixto, ex Diosc. *Dalec.*

Pseudonardo) Lectam a se pseudonardum in Genebra monte Delphinatus, testatur Charasius in Pharmac. Gal. c. 20. p. 292. Quamobrem hallucinantur ii qui putant esse lauendulam, *la Lavande.* H.

d. Idem sua radice permixta ponderis, etc.) Legend. *Item sua radice permixta ponderis causa et gummi, spumaque argenti ac stibio, ac Cypiri Cyperiue radice.* Item nardus adulteratur sua radice, ac Cypiri vel Cyperi, permixta et gummi ponderis causa et spuma argenti ac stibio. Vide *Salmas.* pag. 1065. b.

Sua radice) Radiculis seu fibris tenuibus. H.

bio, ac cypiro *e.*, cyperiue cortice. Sincerum *f.* quidem leuitate deprehenditur, et colore rufo, odorisque suauitate, et gustu maxime siccante os, sapore iucundo. Pretium spicae in libras x. c. *g.* 1 Folii diuisere annonam *h.*: ab amplitudine hadrosphaerum

1. *Folia Gr. et Al.*

e. Ac cypiro) Has voces ex MSS. R. et Colb. addidimus. De cypiro, cui candor odorque vicinus nardo, dicemus L. XXI. f. 69. de stibio, L. XXXIII. f. 33. Habet his paria Diof. L. I. c. 6. H.

f. Sincerum) Diofc. l. c. H.

g. In libras X. C.) Denarii centum, monetae Gallicae libras efficiunt quadraginta. Nunc vilius emitur, multo expeditiore ac frequentiore commercio apud Indos, quam olim fuit, vt notat Garcias, Arom. L. I. c. 33. p. 202. H.

h. Folia diuisere annonam) Lege: *Folii diuisere annonam: ab amplitudine hadrosphaerum vocatur, maioribus pilulis.* Mercatores scil. dum aliud pretium faciunt, folio hadrosphaero, aliud mesosphaero, etc. Non plura folia in vnam pilulam solebant conglobari, sed ex singulis foliis complicatis singulae sphaerae fiebant. Vide *Salmas.* p. 1070. b. *Folia diuisere annonam*) Folia sub. Malabathri. De malabathro verbis totidem, et iisdem haec refert Arrianus. Annonam pretium mercis vocat. *Dal.*

Folii — annonam) Hoc est, pretium aliud alii nardi folio mercatores fecere: maiori minus: minimo maximum. Ita MSS. omnes, non *folia.* Quod porro de foliis nardi Plinius, hoc de malobathro quoque, quod Indicum folium κατ' ἐξοχὴν vocant, prodidit Auctor Peripli maris Erythraei: qui tria malobathri genera facit: primum quod maiore folio, hadrosphaerum: forte quod in sphaeras seu pilulas folia ea conuoluerentur: quod minore, mesosphaerum: quod ex minimo denique, microsphaerum. Γίνεται δὲ γένη τρία· ἐκ μὲν τοῦ μείζονος φύλλου, τὸ ἁδρόσφαιρον, μαλάβαθρον λεγόμενον· ἐκ δὲ τοῦ ὑποδεεστέρου, τὸ μεσόσφαιρον· ἐκ δὲ τοῦ μικροτέρου, τὸ μικρόσφαιρον. Nota loquutio, *incendere annonam*, vel vt Varro loquitur, *excandescere annonam*: Galli dicunt, *encherir.* H.

phaerum vocatur maioribus [1] foliis *i.* x. l. *k.* Quod minore folio est, mesosphaerum appellatur: emitur x. lx. Laudatissimum microsphaerum e minimis folium: pretium eius x. lxxv. Odoris gratia omnibus: maior recentibus. Nardo color *l.* [2] qui inueterauit, nigriori melior. In nostro orbe *m.* [3] proxime *n.* laudatur Syriacum *o.*, mox Gallicum, tertio loco [4] Creticum *p.*, quod aliqui agrium *q.* vocant,

1. *pipulis*, *Ch.* *foliis L. M.* *foliis X. XXX. Gr.* et *Al.* 2. *si. M.* 3. *primum. Dal.* 4. *Ponticum. Diosc.*

i. *Maioribus foliis X. XXX.*) Exemplar Salmant. *populis* legit, non *foliis*: Toletanum *pipulis*: vt forte legendum sit *scripulis*. *Pint.*

Maioribus foliis) Sic Auctor Peripli mox laudatus. At in MSS. R. et Colb. *pipulis* legitur, forte pro *pilulis*, seu sphaerulis. H.

k. *X. L.*) Ita MSS. omnes. Denarii quinquaginta, sunt monetae Gallicae, librae viginti. Denarii LX. librae viginti quatuor. Denique LXXV. librae tricenae. H.

l. *Nardo color*) Rufus. H.

m. *In nostro orbe*) In Romano imperio. Nam quare Syriaca nardus diceretur, quam tamen India mitteret, perridiculam rationem Dioscorid. excogitauit L. I. c. 6. vel ab aliis proditam probauit: quod nempe montis Indici in quo nardus nasceretur, pars vna Syriam, altera Indos spectaret: quod ante nos risit Dalecampius, Hist. Pl. L. VIII. c. 21. Syriaca dicitur, quae in Syria oritur: vt Gallica Creticaque, quae in Galliis Cretaque prouenit. H.

n. *Proxime*) Post Indicum. H.

o. *Syriacum*) Spicam nardi Syriacae ad torminosos commendat Scrib. Larg. Compos. 113. Gallicam, Κελτικὴν νάρδον Diosc. L. I. c. 7. In officinis Spica Celtica dicitur: recte pingitur a Clusio Hist. Pl. L. IV. c. 39 et a Mathiolo, in Diosc. L. I. c. 7. p. 33. In Pyrenaeis montibus frequens. H.

p. *Creticum*) Et Creticae nardi meminit Galen. de antid. L. I. c. 14. H.

q. *Agrium*) Hoc est, silvestre. Diosc. L. I. c. 10. Φȣ̃, οἱ δὲ καὶ τȣ̃το ἀγρίαν νάρδον καλȣ̃σι. Ex hac porro Dioscoridis et Plinii descriptione (sunt enim ambae geminae

vocant, alii phu *r.*, folio olusatri *s.*, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante *t.*, radice obliqua villosaque *u.*, et imitante auium pedes. *x.* Baccharis vocatur nardum rusticum, de quo dicemus inter *y.* flores. Sunt autem ea omnia herbae praeter Indicum. Ex iis Gallicum *z.* et cum radice vellitur, abluiturque vino. Siccatur in vmbra, alligatur fasciculis in charta, non multum ab Indico differens, Syriaco tamen leuius. [1] Pretium x. III. *a.* In his probatio vna, ne sint fragilia, et arida potius, quam sicca, folia. Cum Gallico *b.* nardo [2] semper nascitur

1. *Pretium sic XIII. Parm. praue. Pretium XIII. Gr. et Al.* 2. *saepe, Dal.*

minae ac plane pares,) nardum Creticam liquet esse eam, quam et herbarii et officinae vocant Valerianam maiorem, vt Mathiolus animaduertit, a quo recte depingitur in loc. Diosc. cit. p. 39. In Gallia frequens, locis montuosis. H.

r. Phu) Plinius hoc loco tacet flores Phu esse Narcisso similes, vt est apud Dioscoridem, nondum animaduerso mendo codicis Graeci, quum legendum sit, ἄνθη πρὸς τὰ τȣ̃ κισσȣ̃ quod optime conuenit et colori, et figurae. *Dal.*

s. Olusatri) Ἱπποσελίνȣ, de quo L. XIX. f. 48. H.

t. Purpura albicante) Ἐμπορφύρῳ Dioscor. purpurascente, ex obliquo villosa. *Dal.*

In purpura) Caulis, inquit, in purpura albicat. Diosc. ait caulem purpurascere: flores in purpura albicare: καυλὸν ἐμπόρφυρον, ἄνθη ἐν τῷ λευκῷ διαπόρφυρα. H.

u. Villosaque) Fibrosa. H.

x. Auium pedes) Veratrum nigrum, seu Melampodium, ex Dioscoride. Ex voce *Melampodium*, vetustorum exemplarium corruptores effecerunt τȣ̀ς τῶν ὀρνίθων πόδας. *Dal.*

y. De quo dicemus inter flores) Cap. 6. et 9. L. XXI. *Dalec.*

De quo dicemus) L. XXI. f. 16. H.

z. Ex iis Gallicum) Diosc. L. I. c. 7. H.

a. Pretium X. III.) Ita scribendum, non coniunctim XIII. Hoc est, denarii tres, monetae Gallicae asses viceni quaterni. H.

b. Cum Gallico) Reliqua dein-

nascitur herba *c.*. quae hirculus vocatur, a grauitate odoris et similitudine *d.*, qua maxime adulteratur. Distat, quod sine cauliculo est, et quod minoribus foliis, quodque radicis neque amarae, neque odoratae.

XXVII. (XIII.) Nardi [1] vim habet et asarum *e.*: quod et ipsum aliqui siluestre nardum *f.* appellant. Est autem *g.* ederae foliis, rotundioribus tantum mollioribusque, flore purpureo, radice Gallici [2] nardi: semen acinosum *h.*, saporis calidi ac vinosi. Monti-

1. *Nardum habetur et asarum.* M. 2. *nardi simile acinos.* Ch.

deinceps habet totidem verbis Diosc. l. c. et Oribas. L. XII. p. 208. Inter nardi Celticae fasciculos herbam eam, quae hirculus dicitur, Car. Clusius deprehendisse se testatur Arom. L. I. c. 33. vbi eius iconem repraesentat. Vidit et Lobelius, vt eidem credimus in Nott. MSS. ad lib. Aloys. Anguillara, de simpl. p. 23. H.

c. Semper nascitur herba) De suo id Plinius. Dioscorides ea tantum herba Nardum adulterari scribit. *Dal.*

d. Et similitudine) Cum nardo Celtica, vt testis est Clusius, qui contulit. H.

e. Asarum) Vide infra c. 6. et 9. lib. XXI. *Dalec.*

f. Siluestre nardum) Ἄσαρον, οἱ δὲ νάρδον ἀγρίαν καλοῦσι. Diosc. L. I. c. 9. a quo iisdem ferme verbis describitur. In officinis retinet nomen. Galli *Cabaret* vocant. A Mathiolo recte pingitur, in loc. Diosc. cit. p. 36. H.

g. Est autem) Lege: *Est autem hederae foliis rotundioribus tantum mollioribusque, flore purpureo radici alligato, alterci simili, acinoso, saporis, etc. Altercus* Latinis ὑοσκύαμος, quasi *altericus* quod mentem alteret et alienet. De Saliunca minime dubium, quin Latini nardum montanum ita appellarint. Vide *Salmas.* p. 1069. a.

h. Acinosum) Ἐοικὸς γιγάρτῳ. Dioscor. acini grano simile. *Dalec.*

Semen acinosum) Florem habet purpureum, inquit Orib. L. XI. fol. 191. in quo semen est acino simile. In MSS. Reg. et Colb. *radice Gallici nardi simile acinosum.* H.

Montibus *i.* in vmbrosis bis anno floret. Optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico. Foditur quum folia mittere incipit, et in Sole siccatur, celeriter [1] situm trahens, ac senescens. Inuenta nuper et in Thracia herba est, cuius folia nihil ab Indico nardo distant.

XXVIII. Amomi vua *k.* in vsu *l.* [2] est, Indica vite labrusca: vt alii existimauere, frutice [3] myrtuoso *m.*, palmi altitudine: [4] capiturque cum radice, [1] mani-

1. *succum.* *M.* 2. *est ex Indica.* *Dal.* 3. *venoso.* *Vet.* *mutuoso.* *Ch.* 4. *capitur.* *M.*

i. Montibus) Haec Diosc. et Orib. ll. cc. H.

k. Amomi vua) Lege: *Amomi vua in vsu est, Indica vite labrusca: vt alii existimauere, frutice botruoso.* Amomum veram esse vuam ex Indica labrusca, hoc est βότρυν, nonnulli veterum crediderunt. Alii fruticem esse botrosum, θάμνον βοτρυώδη. *Salmas.*

Amomi vua) Vuam vocat, quoniam vuae similis fructus est, vt arbor ipsa labruscae viti. Diosc. L. I. c. 14. Ἀμωμόν ἐςι θαμνίσκος οἱονεὶ βότρυς, etc. Ipsum est, quod in officinis vidimus *Amomum racemosum* appellari, quodque luculenter a Charasio describitur, in Pharmac. Gal. c. 20. p. 295. In MSS. *Amomi iuba*, lectione haud aspernanda. H.

l. In vsu) In compositione Theriacae, Vide Charas. l. c. H.

m. Frutice myrtuoso) Scaliger legit *Frutice myrteolo:* nempe coloris myrtei, id est inter nigrum et flauum medii, sicut apud Horatium exposuit Porphyrio hoc versu: *Myrteum nodo cohibere crinem:* vt hac appellatione id nos intelligamus, quod Dioscorides dixit ὑπόκιῤῥον. *Dalec.*

Myrtuoso) Simili myrto, quam ipsius plantae veram esse faciem tradit Nicol. Maronea Veron. L. de amomo p. 54. Vide N. et Em. N. XI. (hic adi.) *Frutice myrtuoso*) Sincera haec lectio est librorum omnium, tum MSS. tum etiam editorum: quam dum conuellere Salmasius nititur, in Solin. p. 1069. vt *frutice botruoso* legat, et ab exemplarium fide temere discedit, et vocem inuehit in latinitatem, non modo Plinii stilo alienam, sed ceteris, quos quidem legi,

[1] manipulatim leniter componitur, protinus fragile. Laudatur *n.* quam maxime [2] Punici mali foliis simile, nec rugosis, colore rufo. *o.* Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius, pessimumque candidum, quod et vetustate euenit. Pretium vuae in libras [3] X. LX. friato *p.* vero amomo [4] X. XLVIII. *q.* Nascitur *r.* et in Armeniae parte, quae vocatur Otene, et in Media, et in Ponto. Adulteratur foliis [5] Punicis, et gummi liquido, vt cohaereat convolvat-

1. *manu paulatim et leniter. M. manipulatim leuiter. Ch.* 2. *bryoniae. Diosc.* 3. *sicli LXX. Vet.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. X. LVIII. Gr. et Al.* 5. *Punici. M. bryoniae vt antea Diosc.*

gi, scriptoribus incognitam, praeter vnum Apuleium, hominem Africanum, c. 66. in descriptione bryoniae. Denique ταυτολογίαν Plinio perridiculam affingit, si sit haec huius loci sententia: alios ex Indica vite, alios ex βοτρυώδει frutice, quod plane idem est, amomi vuam nasci dixisse. H.

n. Laudatur) Diosc. l. c. H.

o. Colore rufo) Dioscorides, recens et candidum, vel subrubrum praefert. Armeniacum, optimum, χρυσίζει: Ponticum, secundum, subrufum est: Medicum, deterrimum, ὑπόχλωρον, subuiride. *Dal.*

p. Pretium vuae in libras X. LX. *friato, etc.*) Lege: *pretium vuae in libras* X. LX. *friato vero amomo* X. XLIV. Dicit pretium vuae in libras denarios quadraginta octo. Vide *Salmas.* p. 400. a, b.

X. *LX.*) Denarii sexaginta, hoc est, monetae Gallicae, librae viginti quatuor. H.

q. X. XLVIII.) Denarii XLVIII. monetae Gallicae efficiunt libras nouemdecim, cum assibus quaternis. Friatum amomum vua fracta dicitur, acinique a pediculo diuulsi. H.

r. Nascitur) Non in India solum, inquit, sed et in Armenia. Ad Pontum vero quod attinet, Busbequius, qui eas lustrauit oras, sic retulit, ep. I. p. 34. *Amomum, quod Dioscorides etiam in Ponto nasci scribit, nequidquam magno studio requisiuimus: vt nesciam, stirpsne ea interierit, an solum verterit.* H.

volvatque ſe in vuae modum. Eſt et quae vocatur amomis *s.*, minus venoſa atque durior, ac minus odorata: quo apparet, aut aliud eſſe, aut colligi immaturum.

XXIX. Simile his *t.* et nomine et frutice cardamomum *u.*, ſemine oblongo. Metitur eodem modo et in Arabia. *x.* Quatuor eius genera: viridiſſimum ac pingue, acutis angulis, contumax fricanti *y.*, [1] quod maxime laudatur; proximum e rufo candicans: tertium breuius atque nigrius. Peius tamen varium et facile tritu, odoriſque [2] parui: qui verus *z.*, coſto vicinus eſſe debet. Hoc et apud Medos *a.* naſcitur. Pretium optimi in [3] libras X. duodecim. *b.*

XXX.

1. *hoc.* *Ch.* 2. *parui.* *Quod verius Coſto vicinius eſſe.* 3. *Sic et Dal. libras duodecim Gr. et Al.*

s. Amomis) Amomide Dioſcorides ſcribit Amomum adulterari. *Dal.*

Amomis) Ἀμωμὶς Dioſcoridi, l. c. qua amomum ipſum adulterari ſcribit, vt et Oribaſ, L. XI. fol. 189. Haud recte pingitur a Cluſio, Arom. L. I. c. 31. neque a Dalecampio, p. 1814. H.

t. Simile his) Amomo, et amomidi. H.

u. Cardamomum) Καρδάμωμον, de quo Dioſc. L. I. c. 5. In officinis retinet nomen. Deſcribitur a Charaſio, l. c. ea plane facie, qua ipſi vidimus. H.

x. In Arabia) Aduehitur ex India et Media, Theophraſt. c. 7. IX. hiſt. *Dal.*

Et in Arabia) Et in India, inquit, et in Arabia metitur eodem modo: hoc eſt, carpitur cum radice, manipulatimque componitur, Dioſc. l. c. H.

y. Fricanti) Vel *frianti*, frangenti. Dioſc. δυσθραυστον. Orib. L. XI. fol. 200. quod difficulter frangitur. H.

z. Qui verus) Subintellige, odor. Confidenter nimis emendat Dalecampius, *Quod verius, coſto vicinius.* H.

a. Et apud Medos) Hoc eſt, non in India ſolum, et Arabia. Dioſc. l. c. H.

b. X. duodecim) Denarii notam, quae exciderat, adiecimus. Efficiunt duodeni, monetae Gallicae, libras quatuor, cum aſſibus ſedecim. H.

XXX. Cinnamomo proxima gentilitas *c.* erat, ni prius Arabiae diuitias indicari conueniret, causasque, quae cognomen illi felicis ac beatae dedere. Principalia ergo in illa thus, et myrrha: haec [1] et cum Troglodytis communis: (XIV.) thura *d.*, praeter Arabiam, nullis, ac ne Arabiae quidem vniuersae. In medio eius fere sunt [2] Atramitae, pagus *e.* Sabaeorum, [3] in monte excelso, a quo octo mansionibus *f.* distat regio eorum thurifera, [4] Saba appellata *g.*, quod significare Graeci mysterium dicunt: spectat ortus Solis aestiui, vndique rupibus inuia, et a dextra mari scopulis [5] inaccesso. Id solum *h.* e rubro lacteum traditur. Siluarum longitudo

1. *atque.* *Ch.* 2. *Adramyta.* *Theophr.* 3. *addunt Gr. et vulgg. verba: capite regni Sabota, sed Dal. caput.* 4. *Saribus appellatur, hoc. Ch.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et M. maris scopulis Gr. et Al.*

c. Gentilitas) Nominis affinitas, propter quam proxime post amomum et cardamomum dici de cinnamomo videbatur opportunum. H.

d. Thura) Theophr. c. 4. lib. IX. histor. *Dal.*

Thura) Transscribit hic Plinium Solinus, c. 33. p. 62. et Theophrastum Hist. Pl. L. IX. c. 4. H.

e. Pagus) Non κώμην ea vox, vicumue: sed regionem, praefecturam, toparchiamque significat. Glossae: *Pagus*, τοπαρχία, χώρα, νομός. De his egimus, L. VI. s. 32. H.

f. Mansionibus) Mansio iter est vnius diei. Mansiones camelorum mox appellantur s. 33. H.

g. Saba appellata) Paucioribus verbis ambo exemplaria: *Saba appellatur, hoc significare Graeci mysterium dicunt: spectat ortus soli aestiui, vndique maris scopulis inaccessa.* Pint. Leg. *Saba appellatur, quod significare Graeci mysterium dicunt.* Vide Salmas. p. 496. b. 497. a.

Saba) An ἀπὸ τȢ σέβειν, quod in cultu Deorum praecipuus thuris vsus? Σαβȣ̃ς appellatos esse, qui Deo Sabasio, hoc est, Baccho, initiati forent, scribit Harpocration, p. 265. H.

h. Id solum) Terra, humus. H.

gitudo eſt, [1] ſchoeni xx. *i.* latitudo dimidium eius. Schoenus *k.* patet Eratoſthenis ratione, ſtadia xl. hoc eſt, paſſ. quinque M.: aliqui xxxii. ſtadia ſingulis ſchoenis dedere. Attolluntur colles [2] alti *l.*, decurruntque et in [3] plana arbores ſponte natae. Terram [4] argilloſam *m.* eſſe conuenit, raris fontibus ac nitroſis. Attingunt et Minaei, pagus alius, per quos euehitur vno tramite anguſto. Hi primi commercium thuris fecere, maximeque exercent: a quibus et Minaeum dictum eſt. Nec praeterea Arabum alii thuris arborem vident, ac ne horum quidem omnes. Feruntque [5] MMM. *n.* non amplius eſſe familiarum, quae ius per ſucceſſiones id ſibi vindicent. Sacros vocari ob id, nec vllo congreſſu feminarum, funerumque, quum [6] incidant eas arbores, aut metant, pollui: atque ita [7] religione merces

1. *Sic et Ch. ſchoenorum. Gr. et Al.* 2. *alii. M.* 3. *plana arbore ſponte naſcente. D.* 4. *arenoſam. Vet. ſubargilloſam, et in latas cruſtas fiſſilem. Theophr.* 5. *quinque. M. CCC. Vet.* 6. *incidunt eas arb. aut metunt. D.* 7. *religionem mercis. Dal.*

i. Schoeni XX.) De ſchoenis egimus L. VI. ſ. 30. H.

k. Schoenus) Supra c. 10. l. V. ſtadia triginta: Herodoto lib. II. ſexaginta. Eraſmus Prov. *Hirundo totos ſchoenos anteibit. Dalecamp.*

l. Colles alti) Et niue operti. Theophr. *Dal.*

Colles alti) Iidemque operti niue, inquit Theophr. H. Pl. L. IX. c. 4. H.

m. Terram argilloſam) Theophr. l. c. H.

n. Feruntque MMM. *non amplius eſſe familiarum*) Deeſt in libris numerus familiarum et ſane tot familiae vrbem vel populoſam facere queant. Scriptum, vt opinor fuerat: *ferunt* CIↃ. *non amplius eſſe familiarum.* Vide *Salmaſium* pag. 501. a.

Feruntque MMM.) Deeſt in R. et Colb. 2. familiarum numerus. At in Colb. 3. *Feruntque non amplius eſſe familiarum quinque, quae ius, etc.* Habet haec quoque Solinus tacito familiarum numero, c. 23. p. 62. et 63. H.

merces augeri. Quidam promiscuum ius iis populis esse tradunt in siluis: alii per vices annorum diuidi.

XXXI. Nec arboris ipsius quae sit facies, constat. Res in Arabia gessimus, et Romana arma in magnam partem eius penetrauere. C. etiam Caesar *o.* Augusti filius inde gloriam petiit, nec tamen ab vllo (quod equidem sciam) Latino arborum [1] earum tradita est facies. Graecorum [2] exempla variant. Alii folio *p.* piri, minore dumtaxat, et herbidi coloris [3] prodidere. Alii lentisco similem subrutilo. *q.* Quidam *r.* terebinthum esse, et hoc visum Antigono regi allato frutice. Iuba *s.* rex iis voluminibus, quae scripsit ad C. Caesarem Augusti filium ardentem fama Arabiae, tradit contorti *t.* esse caudicis, ramis aceris maxime Pontici, succum amygdalae modo emittere: talesque in Carmania apparere, et in Aegypto satas studio Ptolemaeorum regnantium. Cortice lauri *u.* esse constat: quidam et

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. arborum etiam tradita. Gr: et Al.* 2. *exemplaria. D.* 3. *prodire Gr. et Al.*

o. Caius enim Caesar) Vide quae diximus, L. VI. c. 32. H.

p. Alii folio) Vt Theophrast. l. c. H.

q. Alii lentisco similem subrutilo) Verum hos (Theophr.) prodidisse. Vide apud Garciam c. 7. l. I. *Dalec.*

Alii lentisco) Et arboris specie, et ipso fructu, sed folio subrutilo. Theophr. l. c. quod et Garcias probat, Arom. L. I. c. 6. p. 157. H.

r. Quidam) Sic Theophr. l. c. Fuit Antigonus, de quo hic sermo, Macedoniae rex, Demetrii Poliorcetae F. H.

s. Iuba) Plin. L. VI. s. 31. et nos in Auctorum Indice. H.

t. Contorti) Solinus, *intorto vimine:* male. Nam aliud vimen, aliud caudex est. Vimina sunt virgae thuris, quas minime intortas esse, sed teretes, ex Plinio mox liquebit. H.

u. Cortice lauri) Laeui ex omni parte cortice, lauri ritu.

et folium *x.* ſimile dixere. Talis certe fuit arbor Sardibus. *y.* Nam et Aſiae reges ſerendi curam habuerunt. Qui mea aetate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt, quod iure miremur, virgis etiam thuris ad nos commeantibus *z.*: quibus credi poteſt, matrem quoque [1] terete et enodi fruticare trunco.

XXXII. Meti ſemel anno ſolebat, minore occaſione vendendi. Iam quaeſtus *a.* alteram [2] vindemiam

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. terentem enodi fr. tr. Gr. et Al.* 2. *viam. Ch.*

ritu. Theophr. l. c. λεἰόφλοιον δὲ πᾶν ὥσπερ τὴν δάφνην. H.

x. Quidam et folium) Haec pariter habet Theophr. l. c. δαφνοειδὲς καὶ λειόφυλλον. Nec certe multum abludit a ſimilitudine cum lauri foliis ramus ille, quem in Traiani nummo mulier dextra tenet, cum epigraphe, ARAB. ADQ. hoc eſt, *Arabia adquiſita.* H.

y. Sardibus) Plinius iterum, L. XVI. ſ. 59. *Vixit et in Lydia thuris arbor.* Et Theophr. l. c. H.

z. Virgis etiam thuris ad nos commeantibus, etc.) Legend. *virgis etiam thuris ad nos commeantibus: quibus credi par eſt matrem quoque terete, enodi frutificare trunco.* Vide *Salmaſ.* pag. 500. b.

a. Iam quaeſtus alteram vindemiam affert) Legend. *Iam quaeſtus alteram vim adfert.* Nam vis adfertur arbori, dum inciditur ac vulneratur: *faucias arbores, et plagam arboris* paulo poſt dicit: *prior atque naturalis vindemia circa canis ortum flagrantiſſimo aeſtu, incidentibus qua maxime videatur eſſe praegnans tenuiſſimuſque tendi cortex.* Vindemia non erat circa canis ortum, ſed tantum inciſio. Nam quae incidebantur aeſtate, et circa canis ortum, non ante autumnum legebantur. Infra: *autumno legitur de aeſtiuo partu. Secunda vindemia eſt vere, ad eam hyeme corticibus inciſis,* non igitur prior vindemia circa canis ortum, ſed ἐντομὴ tantum et partus. Heic Plinius videtur ſui oblitus, niſi diſtinguendum ſit: *prior atque naturalis vindemia, circa canis ortum flagrantiſſimo aeſtu incidentibus*: vt circa canis ortum incidant, quae poſtmodum autumno legantur, ac vindemientur; quod verum eſt. Sequitur: *laxatur heic plaga,*

miam affert. Prior atque naturalis *b.* vindemia circa Canis *c.* ortum flagrantissimo aestu, incidentibus qua maxime videatur esse praegnans, tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. *d.* Inde prosilit *e.* spuma pinguis. Haec concreta densatur, [1] vbi loci natura poscat, tegete palmea excipiente, aliubi area [2] circumpauita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore haesit, ferro depectitur, ideo corticosum. *f.* Silua diuisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est; [3] neque vllus saucias *g.* arbores custo-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. poscat tegere, palmea excipiente Gr. et Al.* 2. *circumpauimentata. M.* 3. *nemo saucias. M.*

plaga, non adimitur. Heic in thuris arbore incidenda: cortex laxatur et aperitur tantum plaga; non adimitur, vt in picea; de qua lib. XVI. cap. 12. his verbis; *aperitur picea e parte solari non plaga, sed vulnere ablati corticis,* vbi notandum est, plagam a vulnere distingui. *Plaga* est ἐντομὴ, vbi cutis tantum laxatur et scinditur: *vulnus* τὸ ἕλκος, quum distrahitur et tollitur ac separatur a corpore: sequitur: *nec corpori ipsi parcitur, vt in ceteris quoniam astula in fructu est.* Vulnus in picea fiebat sola detractione corticis, id est, postquam humore confluente repletum esset, abscindebatur securi. Vide *Salmas.* hac de re latius differentem pag. 501. a, b. 502. a.

Alteram vindemiam) MSS. R. Colb. et Chiffl. *alteram viam*, haud poenitenda lectione: subintellige, *metendi.* H.

b. Prior atque naturalis) Vide Theophr. c. 2. l. IX. hist. *Dalec.*

c. Circa canis) Theophr. Hist. L. IX. c. 2. H.

d. Non adimitur) Sic arbos inciditur, vt nihil de cortice detrahatur. H.

e. Inde prosilit) Quae deinceps sequuntur ad eum vsque locum, *At hercule Alexandriae*: ea totidem verbis Theophr. habet, Hist. Pl. L. IX. c. 4. H.

f. Corticosum) Admixtum corticem habet: διὸ καὶ φλοιὸν ἐνίοις προσεῖναι. Theophr. l. c. H.

g. Saucias) Incisas, ac thus emittentes. H.

custodit: nemo furatur alteri. At hercule Alexandriae, vbi thura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria *h.* signantur opifici: persona adiicitur capiti *i.*, [1] densusue reticulus: nudi emittuntur. Tanto minus fidei apud nos *k.* poena, quam apud illos siluae habent. Autumno *l.* legitur [2] ab aestiuo partu. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hieme corticibus incisis. Rufum hoc exit, nec comparandum priori. Illud *m.* carpheotum *n.*, hoc dathia-

1. *densumue reticulum.* *Dal.* 2. *Sic et Dal. et Ch. ex Gr. et Al.*

h. Subligaria) Vox Martiali etiam vsurpata, L. III. epigr. 87. Cicero subligaculum dixit, tegumentum quo obscena velantur. Signabantur ea porro opifici, ab hero, impresso anulo, ne partem thuris aliquam opifex in ea coniiceret. Eam ob rem persona vultui obducebatur, aut reticulus, *vn mouchoir*, ne videret opifex, quo thus deferret, aut vbi reconderetur. H.

i. Persona adiicitur capiti) Ne videat opifex qua adeundum sit ad furtum, qua exeundum. *Dalec.*

k. Apud nos) In orbe Romano, atque inprimis Alexandriae. H.

l. Autumno) Autumno legitur, quod incisis aestate arboribus manauit . . . . vere quod incisis hieme corticibus fluxit. H.

m. Illud carpheotum, etc.) Legend. *Illud Carphiotum; hoc Dadioton.* ἀπὸ τȣ̃ δαδίȣ, quod simile esset τῷ δαδίῳ siue resinae quae ex arboribus πισσοφόροις manat. Resina quidem picea candidior est, ideo thus ea adulterabant. Τὸ καρφιωτὸν, ἀπὸ τῶν καρφίων, ita vocabant thus quod autumno colligebatur candidissimum et purissimum. *Salmas.* pag. 505. b.

Illud) Quod autumno legitur. In MSS. R. Colb. aliisque; *Carsiathum*, et *Dathiatum*: quae barbara potius, quam Graeca vocabula esse reor: etsi aliter Salmasio visum, in Solin. p. 505. vbi *Carphioton* et *Dadioton* legi iubet. H.

n. Carpheotum) A festucacea leuitate, κάρφος Graeci *festucam* dicunt. *Dalec.*

thiatum *o.* vocant. Creditur *p.* et nouellae arboris candidius, sed veteris odoratius. Quidam et in insulis *q.* melius putant gigni. Iuba in insulis negat nasci. Quod ex eo rotunditate guttae pependit, masculum vocamus, quum alias non fere mas vocetur, vbi non sit femina. Religioni tributum, ne sexus alter vsurparetur. Masculum *r.* aliqui putant a specie testium dictum. Praecipua autem gratia est mammoso, cum haerente lacryma priore consequuta alia miscuit se. Singula *s.* haec manum implere

o. Dathiatum) Ἀπὸ τῆς δᾳδὸς καὶ τοῦ θείου: quod incensum taedam aut sulphur oleat: aut quod ἐν τῷ θύειν, in sacrificiis odorem taedae imitetur: quo etymo scribendum fuerit dathyaton. *Dal.*

p. Creditur) Theophr. l. c. H.

q. Quidam et in insulis) Arabiae vicinis. Theophr. H.

r. Masculum) *Melato* Arabes hodie vocant. Masculum thus ab iis, qui sacris operando eblandiri fauorem Deorum omni industria et cura cupiebant, et ab iis, qui magico sacro et amatoriis carminibus mentem alicuius mutare, aut Deos placare, propensioresque reddere conabantur, potissimum adolebatur. Virgil. Ecloga 8. *Verbenasque adole pingues, et mascula thura.* Turn. c. 2. l. X. Aduers. *Mascula thura* Virgilius adoleri praecipit tamquam excellentia, quoniam ea primam bonitatis gloriam obtinent. Diis enim quod offertur, praestantissimum esse debet, vt eximia hostia: Brodaeus cap. 34. lib. I. Plautus in Poenul. *granum thuris* vocat. *Quiue vllum thuris granum sacrificauerit. Dal.*

Masculum) Etiamnum in officinis, *l'Encens mâle, ou Oliban.* Virgilio, *mascula thura.* H.

s. Singula) Haec nihil ad rem vt alieno plane loco infulta. Praecessit de mammoso quod ex germinatione guttae manantis formatum est: subiungit, *haec singula manum implere solita.* Vide *Salmas.* 508. b. Et in sequentibus legend. *etiamnum tamen inueniuntur guttae, quae tertiam partem minae; hoc est, 28. denariorum pondus aequent.* Octoginta quatuor denarii Romani minam constituebant, cuius pars tertia viginti octo denarii. *Idem ibid.*

plere solita inuenio, quum [1] minore *t.* diripiendi auiditate lentius nasci liceret. Graeci stagoniam *u.* et atomum *x.* tali modo appellant: minorem autem orobiam *y.* Micas concussu elisas mannam *z.* vocamus. Etiamnum tamen inueniuntur guttae, quae tertiam partem minae *a.*, hoc est [2] XXVIII. *b.*

Oo 4 dena-

1. *inope. M. et Ch.* 2. *Sic et M. et Ch. Quaedam exemplaria habent*, XXIX. *denariorum, scribendum*, XXXIII. X. *hoc est, 33. denar. et insuper scrupuli. Hotoman. de re numar. p.* 114. *XXXIX. Gr. et vulgg.*

ibid. et 509. a. *Singula haec manum, etc.)* Theophr. c. 4. l. IX. histor. *Dalec.*

Singula) Theophr. l. c. Singulae, inquit, glebae, seu guttae, mole sua manum implent: pondere tertiam minae partem aequant. H.

t. Cum minore) MSS. R. Colb. Chiffl. Par. *cum inope.* H.

u. Stagoniam) Σταγονίας Diosc. L. I. c. 81. a stillando ἀπὸ τοῦ ςάζειν. Et ἄτομος siue ἄτμητος indiuisus, integer, qui sectionem passus non fuerit. Ἀτμήτου λιβανωτοῦ meminit Hesychius: Polemon item apud Athen. L. XI. p. 462. H.

x. Et atomum) Et Syagron, Dioscor. *Dal.*

y. Minorem autem orobiam) Sic legendum, non *Arabiam*, tum ex apographo Toletano, tum ex Dioscoride l. I. quantitate minimum: sic dictum ab eruo notissimo leguminis genere, quod Graeci appellant orobos. *Pintian.*

Orobiam) Sic Diosc. l. c. Δευτερεύει δὲ ὁ ὀροβίας, *secundas tenet orobias appellatus.* Nam ab ὄροβος, hoc est, ab erui magnitudine: quo sensu ὀροβίαν ἐρέβινθον, cicer erui mole appellat Gal. de fac. simpl. medic. L. VI. H.

z. Mannam) Ita Sext. Platon. c. 2. de lepore, n. 6. thuris mannam vocat, quod alii thuris micas, et pollinem. Glossae: *thuris pollen*, μάννα. H.

a. Quae tertiam partem minae, hoc est, 39. denariorum pondus aequat) Exempl. Salmant. 28. non 39. neutra lectio vera: scribendum 33. nam mna seu mina pendet drachmas Atticas c. auctore Plinio lib. XXI. capite trigesimoquarto; ergo tertia pars minae erunt fere 33. drachmae seu denarii. *Pint.*

Quae tertiam) Theophr. l. c. H.

b. Hoc est, XXVIII.) Minae nomen hoc primum loco

denariorum pondus aequent. Alexandro *c.* Magno in pueritia sine parcimonia thura ingerenti aris, paedagogus Leonides dixerat, vt illo modo, quum deuicisset thuriferas gentes, supplicaret. At ille Arabia potitus, thure onustam nauem misit ei, exhortatus, vt large Deos adoraret. *d.* Thus collectum [1]Sabota *e.* camelis conuehitur, porta ad id vna patente.

1. *Sic et Ch. Sabotam Gr. et Al.*

eo Plinius ad Romanae librae pondus accommodat: quam LXXXIV. denariorum esse disertis verbis admonet, L. XXXIII. s. 46. Nam tertia pars LXXXIV denariûm, denarii sunt XXVIII. Vide Not. et Em. N. XII. (hic coll.) *Tertiam p.)* Sic restituimus ope codd. R. Colb. Chiffl. Par. et Rigalt. quem Salmasius vidit, ipso prodente in Solin. p. 508. quamquam in libris vulgatis, XXXIX. Ciaconius, L. de ponder. p. 42. Agricola, de ponder. L. IV. p. 104. et Mariana, L. de pond. p. 66. XXIX. Hottomann. L. de re nummaria p. 114. et Pintianus XXXIII. reponere nituntur: Sed minae voce, hoc loco Plinius, vt in prioribus notis indicavimus, pro libra Romana abutitur: nec Atticam intelligit, quae centum drachmarum fuit: cuius tertia pars proinde drachmae XXXIII. fuere. Sic idem L. XIV. s. 21. quas *mellis decem libras*, ad oxymeli concinnandum postulat, has ipse L. XXIII. s. 29. *mellis minas decem* appellat. H.

c. Alexandro) Hoc totidem verbis Plutarch. in Apophth. p. 179. H.

d. Large Deos adoraret) Fieri id solebat thure ex acerra tribus digitis sumpto. Ovid. Fast. II. *Et digitis tria thura tribus sub limine ponit.* Lactant. V. Instit. *Nam cruciari atque interfici malle, quam thura tribus digitis comprehensa in focum iactare.* Apud Porphyrium, Pythia inquit Deum non magis laetatum fuisse Thessalo boues auratis cornibus (χȣσοκέρȣς) et Hecatombas offerente, quam Ἑρμιωνέως θύσαντος τῶν ψαιστῶν ἐκ τȣ̃ πηριδίȣ τοῖς τρισὶ δακτύλοις quam quum Hermionensis quidam ex sacculo tribus digitis de placenta libaret. Brodaeus c. 8. V. Sic apud Plautum in Bacchidibus: *Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus.* Idem in Milite: *Inde ignem in aram, vt Ephesiae Dianae laudes latas Gratasque agam, eique vt Arabicos fumicem odores, amoenae. Dal.*

e. Sabota) Τὰ Σάβοτα, vel

tente. [1] Digredi *f.* via capitale leges fecere. Ibi decimas Deo *g.*, quem [2] vocant Sabin, menſura, non pondere, ſacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet: inde impenſae publicae tolerantur. Nam et benigne certo [3] itinerum *h.* numero Deus hoſpites paſcit. Euehi non poteſt *i.*, niſi per [4] Gebanitas *k.*: itaque et horum regi penditur vectigal. Caput eorum Thomna abeſt a Gaza noſtri litoris in Iudaea oppido *l.* XLIV. [5] XXXVI. *m.* millia paſſuum,

Oo 5 quod

1. *Digredi via capital.* *Ch.* 2. *Inuocant Sabin.* *M.* *quem vocant Sabin.* *Ch.* 3. *iterum.* *M.* *et Ch. et apogr. Tol.* 4. *Catabanitas.* *Strabo.* 5. *D. M.* *oppido.* XXXXIV. XXXVI. *d. p.* *Ch.* *oppido* LXXX. XXVII. *Gr. et Al.*

vel vt Auctor Peripli, τὰ Σάββαθα, numero multitudinis. Vide L. VI. ſ. 32. H.

f. Digredi) In MSS. *Degredi.* H

g. Deo) Soli, Theophraſt. pretii tertiam partem. *Dal.*

Deo) Solem ait eſſe Theophr. Hiſt. L. IX. c. 4. Iouem tamen hunc intelligunt aliqui, et Aſſabinum vocant, Plinio teſte, ſ. 43. H.

h. Itinerum) MSS. omnes, *iterum.* Sententia eſt, certo dierum numero, mercatores qui thus vehunt, pro hoſpitio vti aedibus ei Deo ſacris, eiuſdemque ſumtibus ibi ali. H.

i. Euehi non poteſt) Notant docti hos Gebanitas Straboni vocari *Catabanitas.* falſum. Καταβανεῖς Strabo nominat, non Καταβανίτας et Catabanes Gabanitis vicini. *Gebanitae* porro ſunt qui alii *Gebalitae* ab oppido Gebala. *Salmaſ.* p. 494. b.

k. Gabanitas) De his et de Tomna oppido egimus L. VI. ſ. 32. H.

l. Thomna abeſt a Gaza noſtri litoris in Iudaea oppido LXXX. XXVII. (*alii* XLIV. XXXVI.) *millia paſſuum, quod diuiditur in manſiones camelorum* LXII.) Nimis paucae ſunt manſiones pro tanto interuallo, credo ſcribendum: IV *decies*, XXXVI. *millia*, id eſt quatuor decies centena millia paſſuum. Vide *Salmaſ.* pag. 496. a, b. *Abeſt a Gaza noſtri littoris Iudaeae oppido*) Sic alii leg. Codex Tolet. *abeſt a Gaza noſtri littoris in Iudaea oppido.* *Pintian.*

m. XLIV. XXXVI) Ita MSS.

quod diuiditur in mansiones camelorum [1] LXV. Sunt et quae sacerdotibus dantur portiones, scribisque regum certae. Sed praeter hos *n.* et custodes, satellitesque, et [2] ostiarii, et ministri populantur. Iam quacumque iter est, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo, aut pro mansionibus, variisque portoriis pendunt, vt sumptus in singulos camelos denariûm DCLXXXVIII. *o.* ad nostrum litus colligat: iterumque imperii nostri publicanis penditur. Itaque optimi thuris [3] libra X. VI. *p.* pretium habet: [4] secunda X. V. [5] tertia X. III. Apud nos adulteratur resinae *q.* candidae [6] gemma *r.* perquam simili: sed deprehenditur, quibus dictum est, modis. *s.* Probatur *t.* candore, amplitudine, fragilitate, carbone, vt statim

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. LXII. Gr. et Al. 2. hostearii. Ch. hostiarii Gr. 3. Sic ex MSS. em Hard. XVI. Gr. et Al. 4. Sic ex MSS. em. Hard. XV. Gr. et Al. 5. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. verti XIII. Ch. XIV. Gr. et Al. 6. gumma. M. lego gutta.

MSS. omnes. Hoc est, quadragies, et quater centena, ac triginta sex millia passuum. H.

n. Sed praeter hos) Theophr. l. c. H.

o. DCLXXXVIII.) Monetae nostrae, librae sunt 267. cum assibus quaternis. H.

p. X. VI.) Denarios sex. Librae sunt e nostris duae, cum assibus octo. Denarii quinque, asses sunt quadrageni. Tres denique denarii, asses efficiunt quatuor et vicenos. H.

q. Apud nos adulteratur resinae, etc.) Lege: *apud nos adulteratur resinae candida gemma, per quam simili.* hinc δαδιωτὸν thus rufum a colore resinae dictum est. *Salmas.* pag. 505. b.

r. Gemma) Gemmam pro mica, seu gutta dixit. H.

s. Quibus dictum est, modis) Nempe odore, colore, pondere, gustu, igne, vt dictum est §. 19. Ita Diosc. L. I. c. 81. H.

t. Probatur) Diosc. l. c. H.

tim ardeat. Item ne dentem [1] recipiat potius, quam in micas *u.* frietur.

XXXIII. (XV.) Myrrham in iisdem siluis [2] permixta arbore nasci tradidere aliqui, plures separatim: quippe multis in locis Arabiae gignitur, vt apparebit in generibus. *y.* Conuehitur et [3] ex insulis *z.* laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas Sabaei transitu maris. Satiua quoque prouenit, multum silueſtri praelata. Gaudet *a.* rastris [4] atque ablaqueationibus, melior *b.* radice refrigerata.

XXXIV. Arbori *c.* altitudo ad quinque cubita *d.*; nec sine spina, caudice duro et intorto *e.*, crassiore, quam [5] thuris *f.*, et ab radice etiam, quam reliqua

1. *recipiat, potiusque. M.* 2. *permixtam arborem. M.* 3. *ex siluis. Alii, et Ch.* 4. *et. M.* 5. *sura hominis. Theoph. cruris. D.*

u. In micas) *In miculas minutas, et vt sabulum dissipetur*, inquit Auctor libri de simpl. medic. ad Patern. inter opera Galeni T. XIII. p. 1002. H.

y. In generibus) Quum myrrhae genera plura dicentur, s. 35. H.

z. Et ex insulis) Vti de thure dictum est, sect. sup. De his insulis odoriferis egimus, L. VI. s. 32. H.

a. Gaudet) Solin. c. 33. p. 62. Diod. quoque Bibl. L. V. p. 317. ἐπίζεται δὲ περισκαφείσης τῆς γῆς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν. *Effossa circum radices terra*, quod ablaqueare dicunt, *succus emanat.* H.

b. Melior) Solini paraphrasis, *Radices nudatae, pinguiore fluunt lacryma.* H.

c. Arbori) Solin. l. c. ex Plinio. Habet eadem Theophr. Hist. L. IX. c. 4. H.

d. Ad quinque cubita) Theophrasto arbor quinque fere cubitos alta est, myrrhae vero ea minor. *Dal.*

e. Caudice duro et intorto, etc.) Legend. *caudice duro et intorto, crassiore quam cruris, et ab radice etiam quam reliqua sui parte; ἐπὶ τῆς γῆς, ab radice*, ea parte quae terrae ac radici propior. *Salmas.* p. 522. a.

f. Quam thuris) Vide N. et Em. N. XIII. (hic pos.) *Crass. q. th.*) Sic libri omnes, etiam MSS. Haud inanis tamen Dalecampii coniectura, legentis, *crassiore quam cruris.* Sic enim Theophr.

qua sui parte. Corticem laeuem, similemque [1] vnedoni *g.*: scabrum alii, spinosumque *h.* dixere. Folium [2] oliuae *i.*, verum crispius, et aculeatum: Iuba olusatri. Aliqui similem [3] iunipero *k.*, scabriorem tantum spinisque horridam, folio rotundiore, sed sapore iuniperi. Nec non fuere, qui e thuris arbore vtrumque nasci *l.* mentirentur.

XXXV. Inciduntur [4] bis et ipsae, iisdemque *m.* temporibus, sed a radice vsque *n.* ad ramos, qui valent. Sudant autem sponte prius, quam incidantur, [5] stacten dictam *o.*, cui nulla praefertur. Ab

1. *adrachni*. *Theophrast. c. 49. hist.* 2. *vlmi. Idem.* 3. *therebintho. Idem.* 4. *binis et ipsae denique. M.* 5. *stacte dicta. Ch.*

Theophr. H. Pl. L. IX. c. 4. παχύτερον δὲ ἡ κνημόπαχυς, *crassiore quam sit sura hominis* H.

g. Vnedoni) *L' arbousier.* Theophr. l. c. τῇ ἀδράχνῃ, hoc est, portulacae, cuius folia vnedoni simillima: quam ob causam, quoties fere ea vox ἀδράχνη apud Theophr. occurrit, vnedonem Plinius habet. De vnedone dicemus, L. XV. c. 27. H.

h. Spinosumque) Spinae Aegyptiacae similem facit Diosc. L. I. c. 77. H.

i. Folium oliuae, etc.) Solinus et Theophr. ll. cc. H.

k. Iunipero) Theophr. terebintho: reliqua in vtroque scriptore paria ac gemina sunt. H.

l. Vtrumque nasci) Thus scilicet ac myrrham. Theophr. l. c. H.

m. Iisdemque) Quibus thuris arbor, hoc est, aestate et hieme, vt dictum est, c. 33. Vere et aestate dixit Diod. Sic. Bibl. L. V. p. 317. H.

n. Vsque) Vsque ad ramos qui possunt incidi. H.

o. Prius, quam incidantur, stacten dictam) Theophrastus περὶ ὀσμῶν, ἐκ κιναμώμε καὶ ἐκ σμύρνης κοπτομένης ἔλαιον ῥεῖ. Dioscorid. vocat τὸ λιπαρὸν προσφάτε σμύρνης κεκομμένης, quae Plinio aduersantur. Basilius in Psalm. 4. *Stactem* myrrhae tenuissimae genus esse scribit. Quum enim odoris exprimitur, quod effluit, in stactem seponi, quod crassum restat myrrham vocari; σάκτα μύρα Graecis liquida. Archestr. apud Athenaeum καὶ σακτοῖσι

Ab hac satiua, et in siluestri [1] quoque melior aestiua. *p.* Non dant ex myrrha portiones Deo, quoniam et apud alios nascitur. Regi tamen Gebanitarum quartas partes eius pendunt. Cetero passim a vulgo coemptam in folles [2] conferciunt, [3] nostraque vnguentarii digerunt *q.* haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis. (XVI.) Genera

1. *quae melior. Dal.* 2. *conferciunt. Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. ipsique vng. Gr. et Alii.*

τοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε. Stactem vnguentum e stacte Lucretius vocat: *Sicut Amaracini blandum stactaeque liquorum.* Brod. c. 7. lib. V. Parum attente Plinius existimauit *stactem* sudare ex arbore myrrhae, non ipsa myrrha. *Dalec.*

Stacten dictam) Duplex est vis huius vocis ϛακτή. Nam et myrrham sonat, quae sponte manet ex arbore; et recentis myrrhae pinguedinem, quae per se vnguentum faciat sine oleo. Priore significatu a Plinio modo accipitur: posteriore, L. XIII. s. 2. et a Diosc. L. I. c. 73. et 77. Ab Athenaeo quoque L. XV. p. 688. Denique a Theophr. l. c. vbi ϛακτὴν myrrham omnem vocat, quae fluit ex arbore, vt distinguatur a πλαϛῇ, quae in pastillos conformatur. Plinii sententiam de stacte, quae ex arboribus sponte manet, sequuti sunt Mercurial. Antiq. lectt. L. V. c. 24. aliique, quos citat et sequitur P. Seruius L. de odorib. p. 57. vbi eam sententiam egregie tuetur. E vetustioribus subscribit Solinus, c. 33. p. 63. *Sponte manans*, inquit, *pretiosior ex ea sudor est: eliciens corticis vulnere vilior iudicatur.* Ac si poetas licet in partes aduocare, Ouid. Metam. L. X. v. 499. vbi Myrrhae puellae in arborem describit transformationem: *Quae quamquam amisit veteres cum corpore sensus, Flet tamen: et tepidae manant sub arbore guttae. Est honor et lacrymis: stillataque cortice myrrha Nomen herile tenet, nulloque tacebitur aeuo.* H.

p. Melior aestiua) Quae aestate incipit, legiturque autumno. H.

q. Digerunt) Odore et pinguitudine genera myrrhae diuersa discriminant. H.

ra *r*. complura: Troglodytica siluestrium [1] prima. Sequens Minaea *s*., in [2] qua Atramitica est, et Ausaritis [3] Gebanitarum regno. Tertia Dianitis. *t*. Quarta collatitia. *u*. Quinta Sembracena *x*., a ciuitate regni Sabaeorum mari proxima. Sexta, quam [4] Dusaritin *y*. vocant. Est et candida vno tantum loco,

1. primas Erythraea sequens, et Minaea, in qua stactaea, et Atramitica. V. pro stactaea, lego ex Theophr. Citibaena. 2. qua et Atr. Gr. et Al. 3. est et Gebanitica. M. et Ch. Lego ex eod. Theophr. Mamalitia, vel Diosc. Caucasis. 4. Dusyritin. Ch.

r. Genera) A regionibus, in quibus nascuntur, pleraque nomen sortita. De his regionibus L. VI. qui de Geographicis agit, dictum est abunde, f. 32. Troglodyticae primas attribuunt, et Diosc. L. I. c. 77. et Galen. de antid. L. I. c. 14. H.

s. Sequens Minaea) Eam approbari Dioscorides tradit. Galenus libro de Antidot. καλλίστην εἶναι tradit, et eamdem cum Troglodytica. *Dal.*

t. Tertia Dianitis) Forte *Danniatis*, ab oppido Sabaeorum Dannia Plinio L. VI. c. 28. vt paulo post: *quanta Sembracena a ciuitate regni Sabaeorum. Pintian.*

Dianitis) Ita libri omnes. Forsan ab insula Dia, cuius meminit Strabo, L. XVI. p. 777. H.

u. Collatitia) Hinc illinc collata et contributa. Alii *colaticia*, a colando, excolata. *Dal.*

Collatitia) Quae non vno genere constabat, sed ex permixtis earum generibus, quarum portiones a mercatoribus diuersarum regionum, sacerdotibus, scribis, custodibus, satellitibusque conferebantur, vt dictum est f. 33. Vide N. et Em. N. XIV. (hic pos.) *Quarta, c.*) Ita libri omnes, etiam MSS. At quum nullum hic myrrhae genus enumeretur, quod non a patria, in qua nascitur, nomen obtineat, praeter istud: quid si legas: *Quarta Caucalitia?* Nam Diosc. L. I. p. 77. de myrrhae generibus differens, ἡ δὲ Καυκαλὶς, inquit, λεγομένη, *alia Caucalis nuncupatur.* H.

x. Sembracena) De hoc oppido, et de Messalo diximus L. VI. f. 32. H.

y. Dusaritin) Δωσαρηνοὶ Arabes Ptolemaeo cogniti, L. VI. c. 7. in Arabia felice.

loco, quae in Meſſalum oppidum confertur. z. Probatur [1] Troglodytica a. pinguitudine, et quod aſpectu [2] aridior eſt, ſordidaque ac [3] barbara, ſed acrior ceteris. Sembracena praedictis caret vitiis, ante alias hilaris, ſed viribus tenuis. In plenum b. autem probatio eſt minutis glebis, nec rotundis, in concretu c. albicantis ſucci et tabeſcentis: vtque [4] fracta candidos vngues d. habeat, guſtu leniter amara. Secunda bonitas intus varia. e. [5] Peſſima, intus

1. Troglodyticae pinguedinis. M. Troglodyticae pinguidinis. Ch. 2. viridior eſt horrida. χλωρoτέρα. *Dal. ex Dioſcorid. 3. barbara. Acrior ceteris. Sembracena, ante alias. M. barb. ſed acr. ceteris Sembracena praedictis, ante alias. Ch. caneſcentis. M. 4. confracta. M. 5. peſſima quae intus.*

ee. Tertull. in Apol. *Vnicuique prouinciae et ciuitati ſuus eſt Deus, vt Syriae Aſtarte, vt Arabiae Duſares.* Duſarin quoque Arabum Deum Stephanus vocat. Is autem Bacchus ipſe eſt. Nam Heſychius ex Iſidoro Δoύσαρıν τὸν Διόνυσον Ναβαταῖοι ὀνομάζουσιν. Igitur vel a Duſarenis populis, apud quos naſcebatur, vel a Duſari Deo, cui offerebatur, id ei myrrhae nomen factum. H.

z. *In Meſſalum oppidum confertur*) Plinius lib. VI. c. 28. *Meſſallam* appellat, non *Meſſallum*. *Pint.*

a. *Troglodytica*) Silueſtris nimirum, et quae ἐργασίμη a Dioſc. dicitur L. I. c. 77. Nam ſatiua Troglodytica, quam Dioſc. laudat, et Galen. l. c. non ſordium et ſqualoris plena eſt, vt διαυγὴς potius dicatur, et pellucida: et haec, vt dictum eſt, ſilueſtri praefertur. H.

b. *In plenum*) Ὅλως δέ. *Dalec.*

In plenum) Vniuerſe, generatim. Haec Dioſc. quoque l. c. H.

c. *In concretu*) Dum liquida concreſcit. H.

d. *Candidos vngues*) Intercurrentes lineas candidas, vnguium ſpeciem prae ſe ferentes, ac laeues: ἐν τῷ θλασθῆναι ἔνδοθεν λευκὰς, ὀνυχοειδεῖς, ἐχούσαν διαφύσεις, λείας. Talem probat et Charaſius, in Pharmac. Gal. p. 296. talem et ipſi vidimus. H.

e. *Varia*) Quae intus varii coloris eſt, ſecundas tenet. Vndequaque concolorem laudat Dioſc. l. c. H.

intus nigra: peior, si etiam foris. Pretia ex occasione ementium varia. [1] Stactae vero a xiii ad xl. *f.* Satiuae summum, x. xi. *g.* Erythraeae, ad xvi. *h.* Hanc *i.* volunt Arabicam intelligi. Traglodyticae nucleo *k.*, [2] xvi. [3] eius vero, quam odorariam *l.* vocant, [4] xiiii. *m.* Adulteratur lentisci glebis, et gummi. *n.* Item cucumeris *o.* succo amaritudinis causa: sicut ponderis, spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi *p.*, dente lentescentis.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. a. VI. ad L. Gr. et Al. stactaea* x. xxx. *ad* xl. *Quidam a* xlvi. *ad* l. *Satiuae sum. ad XXII. Gr. et Al.* (x. xlii.) *M. Erythr. XVI. hac, etc. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. XXI. M. nucleo ad XIII. Gr. et Al.* 3. *Seae vero. Parm. sextae vero. M.* 4. *adorariam vocant, ad XIIII. Gr. XV. M. XVII. Ch.*

f. XIII. ad XL.) Ita MSS. omnes. Denarios hic subintellige, quorum quadrageni, libras efficiunt monetae Gallicae, sedecim. Ter et deni, libras quinque, asses quaternos. H.

g. X. XI.) Denarii vndecim. Librae sunt quatuor, et asses octoni, H.

h. Ad XVI.) Sedecim denarii sunt librae sex, asses octo. H.

i. Hanc) MSS. *hac.* H.

k. Nucleo) Subintellige pretium. Quod in thure micam, mannam, pollinem: id in myrrha nucleum vocat, nempe grana concussa. H.

l. Adorariam) Θυματικήν. *Dalec.*

Odorariam) Sic MSS. omnes, non *adorariam.* H.

m. XIIII.) Denarii quatuordecim, librae sunt quinque, et asses duodeni. H.

n. Et gummi) Adulteratur gummi macerato in aqua, in qua myrrha maduerit, et cum myrrha permixto, inquit Diosc. l. c. H.

o. Cucumeris) Cucumeris agrestis succo. Nam, vt inquit Dioscorides, frutex totus amarus est. Nec amaritudinis tantum causa, sed vt color subuireat. *Dal.*

p. Sapore gummi) Myrrha adulteratur gummi macerato aqua, in qua myrrha maduerit. Dioscor. *Idem.*

scentis. [1] Fallacissime autem adulteratur Indica myrrha, quae ibi de [2] quadam spina colligitur. Hoc solum peius India affert *q.*, facili distinctione: tanto deterior est.

XXXVI. (XVII.) Ergo [3] transit *r.* [4] in mastichen, quae et ex alia spina fit in India, itemque in Arabia: lamam vocant. Sed mastiche [5] quoque gemina est: quoniam et in Asia [6] Graeciaque reperitur herba radice folia emittens *s.*, et carduum similem malo, seminis plenum: lacrymaque erumpit [7] incisa parte summa, vix vt dignosci possit a mastiche vera. Nec non et tertia in Ponto est *t.*, bituminis similior.

1. *Fallacissima.* M. 2. *aliqua.* M. 3. *Iam ergo transeo ad mast. quae et ex humili (nempe Chamaeleone) spina, etc.* vel, *Transeamus ad mast. etc.* Dal. 4. *Hard. id, certe operarum vitio.* 5. *nobis quoque.* Dal. 6. *Graeciaque, in M. d.* 7. *lima.* Dal.

q. Hoc solum peius India affert, etc.) Posteriora huius capitis coniungenda cum prioribus capitis sequentis: hoc modo: *Hoc solum peius India affert facili distinctione tanto deterior est: ergo transit in mastichen, quae et ex alia spina fit in India, itemque in Arabia: Lainam vocant.* Indica myrrha quae ex spina colligitur, mastichae proprior, quae mastiche ex alia spina Indica legebatur, item in Arabia. *Salmas.* p. 529. b.

Peius) Quam quod alibi nascitur: quum Indica omnia sint fere reliquis toto orbe nascentibus praestantiora. H.

r. Ergo transit) Igitur ea myrrha, quae ex Indica spina colligitur, in mastichen degenerat, et mastiche verius appellanda: quae mastiche et ex alia rursum Indica spina legitur: item et in Arabia: vtrobique lamam seu lainam vocant. H.

s. Herba radice folia emittens) Chamaeleonem album significat, qui Ixiam Mastichae similem gignit. *Dal.*

Herba) Helxine, de qua L. XXI. s. 56. Ἰξίνη Theophr. dicta, Hist. L. VI. c. 4. vbi haec descriptio totidem ferme verbis exstat. H.

t. Tertia in Ponto est) Eam vini condituris olim admisceri solitam vide c. 20. L. XIV. *Dal.*

similior. Laudatissima autem Chia candida *u.*, cuius pretium in libras xx. *x.* nigrae vero xii. Chia e lentisco *y.* traditur gigni gummi modo: adulteratur, vt thura *z.*, resina.

XXXVII. Arabia etiamnum et ladano *a.* gloriatur: forte casuque hoc et [1] iniuria fieri odoris *b.*, plures tradidere. Capras maleficum alias frondibus animal *c.*, odoratorum vero fruticum [2] appetententius.

1. Auctores. Pint. iniuria odores, (lego odorem, id est, ἄρωμα) fieri, plures. M. iniur. fieri odoris genus. Alii. casuque hunc et in. fi. odorem. Alii. 2. *expetentius. M. et Ch.*

Et tertia) Quae nigra, vt dicetur L. XIV. f. 25. H.

u. Chia candida) De qua Galen. de fac. simpl. med. L. VII. p. 206. Μαςίχη ἡ μὲν λευκὴ καὶ Χία. Nostris, *du Mastic*, in officinis *Mastix* et *Mastiches*. H.

x. In libras XX.) Subintellige, denarii; quorum viceni libras monetae Gallicae octonas aequant: duodeni, libras quaternas, cum assibus sedecim. H.

y. Chia e lentisco) Diosc. I. 90. H.

z. Vt thura) Quae resinae candidae gemma seu mica adulterari dixit, f. 33. Vide N. et Em. N. XV. (hic adi.) *Adulteratur*) A veterum omnium exemplarium consensu non discedo, quorum haec constans lectio est: quamquam, si Dioscoridem vnum in consilium aduocem, (id quod quidam inconsulte facere ausi sunt, vt Plinium erroris insimularent,) legi posse videtur, *adulteratur thure et resina:* sic enim ille, L. I. c. 90. δολοῦται δὲ λιβάνῳ καὶ ῥητίνης στροβιλίνης μιγνυμένων αὐτῇ. At vero nunc respicit, vt diximus, ad eum locum auctor, in quo similiter adulterari thura scripsit. H.

a. Ladano) In officinis retinet nomen, quod in Creta fit, teste Bellonio, Obss. L. I. c. 7. sed minime sincerum quidem: immo nullarum virium. H.

b. Odoris) Odoratorum fruticum, quos maleficum animal caprae rodunt. H.

c. Capras maleficum alias frondibus animal) Apud Eupolin in Capris de varietate frondium, quas depascuntur, eae gloriantur. Versus Poëtae lepidissimos vide apud Macrobium c. 5. L. VII. Saturn.

tentius, tamquam intelligant [1] pretia, [2] germinum caules *d.* praedulci liquore turgentes, diſtillantemque ab his ([3] caſus mixtura) ſuccum *e.* improbo barbarum villo abſtergere: hunc [4] glomerari puluere, incoqui Sole: et ideo in ladano caprarum pilos eſſe: ſed hoc non alibi fieri, quam in Nabataeis *f.*, qui ſunt ex Arabia contermini Syriae. *g.* Recentiores ex auctoribus [5] ſtrobon *h.* hoc vocant: traduntque ſiluas Arabum paſtu caprarum infringi, atque ita [6] ſuccum villis inhaereſcere: verum autem ladanum Cypri [7] inſulae eſſe: (vt obiter quaeque genera odorum dicantur, quamuis non terrarum ordine:) ſimiliter *i.* hoc et ibi fieri tradunt, et eſſe

 oeſypum

1. *pretia carpere germinum Gr. et Al. capere.* *M.* 2. *germini caulium praedul. turgentia c. liqu.* 3. *caſu mixturae. Par. quaſi caeſura. Alii. morſu caeſis. Alii.* 4. *glomerari in puluerem. Parm.* 5. *ſtobolon.* *M.* 6. *ſucco villos inhorreſcere.* *V.* 7. *inſula.* *Ch.*

turn. et Plutarchum in Sympoſiacis, Leopardum c. 10. VIII. *Dalec.*

Capras) Accepta haec ab Herod. Thal. L. III. p. 206. H.

d. Germinum caules) Vel germina caulium. H.

e. Diſtillantemque ab his caſus mixtura ſuccum, etc.) Scribe: *diſtillantemque ab his ſuccum improbo barbarum villo abſtergere; hunc glomerari puluere, incoqui Sole.* Salmaſ. p. 368. a. *Diſtillantemque ab his caſus mixtura ſuccum*) Duo illa verba *caſus, mixtura*, non puto eſſe Pliniana. *Pintian.*

Caſus mixtura) Habent has voces MSS. omnes: ſed gloſſema inutile eſſe, quod ab ora in contextum irrepſerit, recte cenſuit Pintianus. H.

f. Nabataeis) De his L. VI. ſ. 32. H.

g. Qui ſunt ex Arabia contermini Syriae) Vide c. 8. L. XXVI. *Dalec.*

h. Strobon) Vide N. et Em. N. XVI. (hic app.) *Strobon*) Ita R. et Colb. At in Indice libri huius tum his ipſis codicibus, tum aliis conſentientibus, *ſtobolon* legitur. H.

i. Similiter) Quemadmodum

oesypum *k.* hircorum barbis [1] genibusque villosis inhaerens, sed [2] ederae [3] flore *l.* deroso, pastibus matutinis,

1. genisque. V. 2. *κισσȢ, pro κισϑȢ legit Plin.* 3. *folio. Dal.*

dum in Arabia: succo nempe ex germinibus erosis stillante, ac barbis hircorum adhaerescente, etc. H.

k Oesypum) Sordes pecudum, sudoresque feminum et alarum adhaerentes lanis oesypum vocant, inquit Plinius, L. XXIX. s. 10. et Diosc. II. 84. H.

l. Sed ederae flore) Vide N. et Em. N. XVII. (hic adi.) *Sed*) Rectene an secus senserint ii, quorum placita de ladano Plinius refert, qui ex ederae succo, seu flore deroso, atque ex matutino rore qui ex eodem flore decutitur, inhaerescitque barbis hircorum, constare crediderunt, non est nostrum diiudicare, quod Plinius ipse reliquit in medio, rem indicans tantum, non iudicans. Duo interim ausim affirmare: Primum, minime deceptum Plinium, vt Dalecampio, aliisque visum est, neque *κισσȢ*, hoc est, ederae, pro *κισϑȢ*, hoc est pro cistho frutice, apud scriptorem Graecum, vnde haec mutuatus sit, temere legisse: quoniam ex *κισϑȢ* fieri ladanum Galenus affirmet, de fac. simpl. med. L. VII. p. 191. Diosc. L. I. c. 128. aliique: nam alteram de ladano sententiam statim huic subiungit Plinius, quae ex leda herba seu verius frutice, nasci ladanum asseuerat: est autem leda cisthi genus, vt diximus. Et de edera ita veteres aliquos sensisse, testis adhuc est, cuiuscumque demum is fidei est, auctor libri de simpl. med. ad Patern. inter Galeni opera T. XIII. p 996. *Aliquando etiam*, inquit, *genibus et feminibus caprarum quae edera vescuntur, adhaerens hoc ipsum ladanum inuenitur*, etc. Nisi forte Plinium transscribit, quod ab eo scriptore factitatum non semel intellexi. Alterum quod subnotari non pigeat, istud est; multo minus Ios. Scaligerum audiendum, quum L. I. ep. 17. ad Fr. Vertunianum legi praecipit: *sphaerulae flore deroso*: ac sphaerulam *σφαίριον* vocat, cisthi corymbum: nam et MSS. pugnant codd. vniuersi, et a Pliniano maxime stilo id abhorret. Nec minus confidenter ab exemplarium omnium fide discedit, dum ex iis verbis: *quum est roru-*

matutinis, quum est rorulenta Cypros. Deinde nebula Sole discussa, puluerem madentibus villis adhaerescere, atque ita ladanum depecti. Sunt qui herbam in Cypro *m.*, ex qua id fiat, [1] ledam

[1] ap-

1. *ledon.* *Ex Diosf.*

rorulenta Cypros, postremam hanc vocem *Cypros* expungit: aut quum pro *attractis funiculis*, *tractis* legit, et *funiculis* eradi iubet; etsi eam vocem sententiamque Dioscorides his verbis praese ferat; l. c. ἔνιοι δὲ καὶ τὰ σχοινία ἐπισύρουσι τοῖς θάμνοις, etc. H.

m. Sunt qui herbam in Cypro, etc.) Emenda: *Sunt qui herbam in Cypro ex qua id fiat ledam appellent: etenim illi ledanum vocant huius pingue: ei insidere: idque attractis funiculis herbam in eam conuolui atque offas fieri.* Vel etiam hoc modo: *Ledanum vocant huius pingue insidere id, atque attractis funiculis, etc.* Herba ex qua Ladanum fiebat *ladam* a quibusdam appellari scribit, et *ladanum* a Cypriis huius herbae pingue, id est τὸ λίπος vel τὴν λιπαρίαν, quae illi herbae insidet. Et in pingue quod insidit herbae ledae tractis ad herbam eam funiculis conuoluitur, id est, circa funiculos voluitur, et inde exemptum in offas formatur. *Salmas.* pag. 362. b. *Sunt qui herbam in Cypro ex qua id fiat, ledam appellent: etenim illi ledanum appellant*) Budaeus *ledam* et *ledanum* hic legit: ego *ladona* et *ladonon* legi posse video. Paulus L. VI. *Ladonon*, inquit, *a cistho vocato ladone fit; est autem in Cypro*. Appellari porro ladonem fruticem testis est et Dioscorides L. I. Galenus vero L. VII. de simplicium facultate cisthon fruticem ladanon vocat. *Pint.*

Sunt qui herbam) Paullo illi latius accepto herbae nomine loquuti: nam fruticem, θάμνον, cum Diosc. I. 128. et αὐτοψία ipsa verius dixissent. Sic Plinio L. XXIV. s. 61. herba sabina dicitur, quae frutex est. Vt ii porro herbam genere muliebri ledam, sic Diosc. virili fruticem λῆδον vocat, aitque esse alterum cisthi genus, quod vnus omnium recte describit Prosp. Alpinus, L. de plant. exot. c. 40. In Creta hodieque nascitur. Genera eius plura depinguntur a Clusio, hist. rarior. plant. L. I. c. 50. quae fere omnia in horto Regio vidimus. H.

[1] appellant: (etenim illi ledanum vocant *n.*:) [2] huius pingue *o.* insidere itaque [3] attractis funiculis *p.*: herbam eam [4] conuolui, atque ita offas fieri. Ergo in vtraque gente *q.* bina genera, terrenum et factitium. *r.* Id quod terrenum est, friabile: factitium, lentum. Nec non *s.* et fruticem esse dicunt in Carmania, et super Aegyptum per Ptolemaeos translatis plantis: aut (vt alii) [5] generante et id thuris

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. appellent Gr. et Al.* 2. *huius foliis pingue super eam herbam. Alii: huius pingui. Ch.* 3. *attractos funiculos herbae ei aduolvi. Dal. atque extract. Ch.* 4. *reuolui. Dal.* 5. *generari et id in iis, vt thuris arborem, V. generatis et ibid. cum thuris arb. Dal.*

n. Ledanum vocant) Id medicamentum scilicet, eumve succum, quem alii ladanum appellauere. Λήδανον Herodoto, Thal. L. III. p. 206. H.

o. Huius pingue insidere) Lego, *huic pingue insidere.* Dioscorides loco ante dicto: *Sunt etiam qui tractis per frutices funibus inhaerentem illis pinguitudinem deradunt, conformatamque pariter seruant.* Pint.

Huius pingue) Hujus herbae foliis pinguitudinem quamdam verno tempore aiunt insidere: Φύλλα λιπαρίας τινὰς κατὰ τὸ ἔαρ ἐπισπώμενα inquit Diosc. L. I. c. 128. H.

p. Insidere itaque attractis funiculis) Ita MSS. omnes. Funiculos, inquit, in fruticem eum, seu folia fruticum iniiciunt, quibus funiculis pinguitudo ea adhaerescit: iisdem attractis ea exprimitur, deraditurque, et in offas cogitur, circa quas herbam ipsam seu folia convoluunt. Ita fere Diosc. l. c. H.

q. In vtraque gente) Arabica et Cypria. H.

r. Terrenum et factitium) Non colatum, sed cum arenis et puluere adhuc permixtum: alterum colatum et purgatum. Frigide hoc Plinius. Vide c. 8. l. XXVI. Rupibus inhaerent, in quas ascendunt caprae, vt cisthum decerpant. *Dalec.*

Terrenum) Terrenum est quod hircorum caprarumque villis adhaerens, glomeratur puluere. Factitium, quod funiculis ex ea herba legitur. H.

s. Nec non) Tertium ladani genus. H.

thuris arbore: colligique, vt gummi, inciso cortice, et caprinis pellibus excipi. Pretia sunt laudatissimo in [1] libras, [2] asses XL. *t.* Adulteratur myrti baccis, et aliis animalium sordibus. Sinceri odor debet esse ferus, et quodammodo solitudinem redolens: ipsum visu [3] aridum, tactu statim [4] mollescere, accensum fulgere, odore iucundo gratum. *u.* [5] Myrtata *x.* deprehenduntur, crepitantque in igne. Praeterea sincero *y.* calculi potius e rupibus inhaerent, quam puluis.

XXXVIII. In Arabia et olea dotatur lacryma, *z.* qua medicamentum conficitur, Graecis enhaemon *a.* dictum, singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. *b.* In maritimis [6] eae fluctibus aestu-

Pp 4 que

1. *libra.* 2. *Alias, asses XXX.* 3. *viride. vt infra c. 8. lib. XXVI.* ὑπόχλωρον *Dioscor.* 4. *mollescit, accensum fulget.* 5. *Myrrata Gr.* 6. *hae.* *Ch.*

t. Asses XL.) Seu denarii quaterni: monetae Gallicae asses duo ac triginta. H.

u. Odore iucundo gratum) Rectius in vtroque exemplari: *Odore iucunde graui. Pintian.*

x. Myrtata) Myrti baccis adulterata, vt dictum est. H.

y. Sincero) Subintellige, ladano. H.

z. In Arabia et olea dotatur lachryma) Vide vlt. cap. huius libri. *Dalec.*

In Arabia) Haec totidem verbis Theophr. hist. Pl. L. IV. c. 8. H.

a. Enhaemon) Ἔναιμόν, Theophr. hoc est, sistendo sanguini vtile, vt Gaza vertit: vel, vt alii, quod cruentis iniicitur vulneribus. Cels. L. V. c. 19. *Ex emplastris,* ait, *nulla maiorem vsum praestant, quam quae cruentis protinus vulneribus iniiciuntur:* ἔναιμα *vocant.* Sunt qui hanc lacrymam esse officinarum *Elemni* putant, quae ex Arabia et Perside affertur. Neque id immerito: quia vires vtrique eaedem: sanguinem enim fluentem sistit, inflammationesque arcet. H.

b. Contrahendis vulnerum cicatricibus) Sistendo potius sanguini, quod vox ἔναιμον indicat. Apud Theophrastum recte Gaza vertit cap. 8. lib. IV. *sistendo sanguini vtile. Dal.*

que operiuntur. *c.* Nec baccae nocetur, quum constet et in follis salem relinqui. Haec sunt peculiaria [1] Arabiae: et pauca praeterea communia, alibi dicenda, quoniam in iis vincitur. *d.* Peregrinos ipsa [2] mire odores et ad exteros *e.* petit. Tanta mortalibus *f.* suarum rerum satietas est, [3] alienarumque auiditas.

XXXIX. Petunt igitur in [4] Elymaeos *g.* arborem [5] bratum *h.*, cupresso fusae *i.* similem, exalbidis ramis, iucundi odoris accensam, et cum miraculo historiis *k.* Clau-

1. *Arabiae, et pauca. Praeterea alibi communia dicenda. M.* 2. *myrrhae odores et ab exteris. M.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. alienarum auiditas Gr. et Al.* 4. *Sic et M. et Ch. Helimaeos Gr. et M.* 5. *Sic et Ch. brutam Gr. et Al.*

c. In maritimis eae fluctibus aestuque operiuntur) Non de Arabicis oleis Theophr. loco citato id scribit, sed de oleis Indicarum insularum. Vide locum eum et confer. *Dalec.*

Operiuntur) Prorsus vt eae oleae pelagiae esse videantur, aut certe iis similes, de quibus rursum L. XIII. s. 51. De his certe id quoque Theophr. prodidit, l. c. H.

d. In iis vincitur) Praestantiora sunt ea in aliis regionibus, quam in Arabia. H.

e. Ad exteros) Hoc est, ab exteris. Similis loquutio sect. 1. *Vestes ad Seras peti:* atque alibi saepius, vt constabit ex Indice. H.

f. Tanta mortalibus) In eam sententiam multa praeclare Plinius Iunior. L. VIII. ep. 20. ad Gallum. H.

g. Elymaeos) De Elymaide L. VI. s. 31. H.

h. Arborem brutam) Bruten esse quidam volunt arborem Paradisi. *Dalec.*

Bratum) Ita MSS. non *brutam.* Et in indice libri huius, *Bratus arbor.* Peregrina haec arbos fuit: a sabina herba, quae et brathy appellata est, de qua L. XXIV. dicetur s. 62. diuersa. Hebraeis, vt quidam volunt, ברות cuius mentio in sacris paginis, Cant. l. 17. H.

i. Cupresso fusae) Pumilioni; atque in latitudinem magis fusae, quam in sublime elatae. H.

k. Historiis) Quas Claudius Caesar scripsit, vt diximus in Auctorum indice. H.

Claudii Caesaris praedicatam. Folia eius inspergere potionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumumque eius contra ligna [1] alia remedio. *l.* Nascitur vltra Pasitigrin *m.* in finibus [2] oppidi Sittacae, in [3] monte [4] Zagro.

XL. Petunt et in Carmanos arborem strobum *n.* ad suffitus, perfusam vino palmeo accendentes. Huius odor redit a cameris ad solum iucundus, sed aggrauans capita, citra dolorem tamen. Hoc somnum aegris quaerunt. His commerciis Carrhas *o.* oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. *p.* Inde Gabbam omnes petere solebant *q.*, dierum xx. itinere, et Palaestinam Syriam: postea Characem peti coeptum, ac regna Parthorum ex ea causa, auctor est Iuba. [5] Mihi ad Persas etiam prius [6] ista portasse, quam in Syriam aut Aegyptum, videntur,

Pp 5 Hero-

1. *exitialia.* 2. *opimis Scytrae. V. praue. oppidi Scytrae. Ch.* 3. *Sic et M. et Ch. Sitacae, monte. Gr. et Al.* 4. *Scantho. Vet. Schantro. Ch.* 5. *Minaei et ad. Vet.* 6. *ista, in M. d.*

l. Contra ligna alia remedio) Quae noxium et venenatum, vel grauem et iniucundum accensa odorem mittunt. *Dal.*

Contra ligna) Quorum grauis exitiosusque fumus, vt sunt ipsius myrrhae sarmenta. H.

m. Pasitigrin) De Pasitigri, Sittace et Zagro, L. VI. s. 31. H.

n. Strobum) In Indice libri huius, ex MSS. omnibus, *Strobrum.* H.

o. Carrhas) Mesopotamiae, siue Arabiae, vt dictum est L. V. s. 21. H.

p. Nundinarium) Nundinis frequens et celebre. Obserua. *Dal.*

Nundinarium) Et L. VIII. s. 77. forum nundinarium dixit: epulas quoque nundinarias Vlpianus: Plautus, coquum nundinalem. H.

q. Inde Gabbam omnes petere solebant) Scribo *Gabbala*, non *Gabbam:* tum ex Dioscoride, qui styracem Gabbalitem celebrat, tum ex Plinio infra c. 26. *Pint.*

Inde Gabbam.) Ita libri omnes. De ea L. V. s. 16. De Palaestina Syria, s. 14. De Charace L. VI. s. 31. H.

Herodoto *r.* teste, qui tradit singula millia [1] talentûm thuris annua pensitasse Arabas regibus Persarum. Ex Syria reuehunt styracem *s.*, acri odore eius in focis abigentes suorum *t.* fastidium. Cetero, non alia ligni genera sunt in vsu, quam odorata: cibosque Sabaei coquunt thuris ligno, alii myrrhae, oppidorum *u.* vicorumque non alio, quam ex aris, fumo atque nidore. Ad hunc ergo sanandum vrunt styracem *x.* in pellibus hircinis *y.*, suffiuntque

1. *talentum annuorum thuris pensit. M. talentum thuris annuatim pens. Alii.*

r. Herodoto) Thalia, L. III. p. 203. Ἀράβιοι δὲ χίλια τάλαντα ἀγίνεον λιβανωτοῦ ἀνὰ πᾶν ἔτος. Dario nempe Persarum regi id vectigal Arabes pensitabant. H.

s. Ex Syria reuehunt styracem, etc.) Lege: *Ex Syria reuehunt styracem acri odore eius abigentes suorum fastidium, cetero non alia ligni genera sunt in vsu, quam odorata: cibosque Sabaei coquunt thuris ligno, alii myrrhae, oppidorum vicorumque non ex aris fumo atque nidore, ad hunc ergo sanandum vrunt styracem, suffiuntque tecta.* Corrige: *ad hoc ergo sanandum*, id est, ad hoc fastidium sanandum et abstergendum. *Salmas.* 540. b.

Styracem) De quo dicemus, s. 55. H.

t. Suorum) Subintellige, odorum siue lignorum odoratorum. Solini paraphrasis c. 33. p. 63. *Arabes sarmentis myrrhae ignes fouent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahunt.* H.

u. Oppidorum) Non alius ibi ex oppidis, vicisque, quam ex aris, nidor conuoluitur. H.

x. Ad hunc ergo sanandum vrunt styracem in pellibus hircinis) Tria postrema verba, *in pellibus hircinis*, per errorem hoc in loco inserta coniectamus, arbitramurque locanda esse post illa quae non longe ante praeiere, *ex Syria reuehunt styracem.* quandoquidem et de Ladano supra dictum est, excipi pellibus caprinis, et de myrrha, conferciri in follibus promiscue. *Pintian.*

Ad hunc) Nempe nidorem abigendum, fastidiumque sanandum. Ita libri omnes. H.

y. In pellibus hircinis) Haec verba suo loco mota existimat Pintianus, reclamantibus omnibus libris. H.

fiuntque tecta. Adeo nulla est voluptas, quae non [1] assiduitate fastidium pariat. z. Eumdem [2] et ad serpentes fugandas vrunt, in odoriferis siluis frequentissimas.

XLI. (XVIII.) Non sunt eorum *a.* cinnamomum aut casia: et tamen Felix appellatur Arabia, [3] falsa et ingrata cognominis *b.*, quae hoc acceptum superis ferat, quum plus ex eo inferis debeat. *c.* Beatam illam fecit hominum etiam in morte luxuria *d.*, quae

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. assiduitate sui fastid. Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. eumdem ad serp. Gr. et Al.* 3. *falsi et ingrati. M. falso. V.*

z. *Quae non assiduitate sui fastidium pariat)* Verbum *sui* redundat ex Toletano archetypo. *Pint.*

a. Non sunt eorum) Non sunt Arabum propria et peculiaria: sed ab Aethiopia ad eos deferuntur. H.

b. Falsa et ingrata cognominis) Codex Salmant. *falsi* legit, non *falsa:* scribendum reor permutatis dictionibus, *ingrata et falsi cognominis. Pint.*

c. *Quum plus ex eo inferis debeat)* Quoniam odores ii magno pretio empti mortuorum bustis atque rogis cremantur. *Dalec. Quum plus ex eo inferis debeat. Beatam illam fecit, etc.)* Vtrumque exemplar: *quum plus ex eo inferis debeat, armillam facit;* scribo, *quum plus ex eo inferis det. Beatam illam fecit, etc.* Sic paulo post: *aceruatim congesta honori cadauerum, quae diis per singulas micas dantur. Pint.*

Inferis debeat) Quum odores ii magno redemti pretio, in mortuorum busta et rogos infumantur, ibi cremari soliti, et vngendis corporibus adhiberi. Quo Iuuenalis allusit, Sat. 14. *Et matutino sudans Crispinus amomo Quantum vix redolent duo funera.* H.

d. Etiam in morte luxuria) Persius Satyr. 3. *Hinc tuba, candelae, tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque lutatus amomis In portam rigidos calces extendit. Dalec.*

quae Diis intellexerat [1] genita *e.*, adhibens *f.* vrendis defunctis. Periti rerum asseuerant *g.*, non ferre tantum annuo fetu, quantum Nero Princeps nouissimo Poppaeae *h.* suae die concremauerit. Aestimentur postea toto orbe *i.* singulis annis tot funera, aceruatimque congesta honori cadauerum, quae Diis per singulas micas dantur. *k.* Nec minus propitii erant

1. *genita, vrentium defunctis. Periti rerum astruxerunt. M. et Ch. nisi quod habet, adstruerant.*

e. Quae diis intellexerat genita, adhibens vrendis defunctis) Verbum *adhibens* superfluit ex ambobus exemplaribus, et scribendum *intellexerunt* numero multorum, ex eisdem. *Pint.*

f. Adhibens) Haec vox abest a MSS. H.

g. Asseuerant) In MSS. omnibus, *adstruxerunt.* H.

h. Nouissimo Poppaeae) Eam Nero cremari noluit, sed rogum externorum modo, variis odoribus conditam et refertam sepeliri. Auctor Tranquillus. *Dalec.*

i. Aestimentur postea toto orbe) Funerum impensae sunt odores, vnguenta, loci pretium in quo defunctus inhumatur, vectigal quod in itinere praestatur, dum corpus ex vno loco perfertur in alium, marmoreus sarcophagus, vestis, τὸ τέλος, ἡ σορὸς, ἡ στολή: ac tandem compotatio siue silicernium, dictum a silentio, quod in eo nullo accenso lumine silentes vmbrae tantum cernantur, λύχνους γὰρ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις. Varro in Meleagris: *Funus exsequiati ante ad sepulchrum antiquo more, Silicernium confecimus:* (id est, περίδειπνον) *quo pransi discedentes, diximus, alius alii, vale.* Cuiacius cap. 20. XI. Obser. Iuuenal. Satyr. 4. *Et matutino sudans Crispinus amomo, Quantum vix redolent duo funera* Festo, acerra, ante mortuum posita, in qua odores incendebantur. Eos Apuleius Apologia prima recenset, thus, myrrham, casiam, illos medicamento parari ait, et sacrificio, nempe foetori vstrinae emendando. Raevard. c. 15. in leg. 12. tabul. *Dalec.*

k. Quae Diis per singulas micas dantur) Profusiore in cadauer vrendum, quam in Deorum cultu impensa. *Dal.*

Singulas micas) Minuta grana. Tibull. L. IV. c. 1. *Farumque caelestes pacauit mica.* H.

erant mola salsa *l.* supplicantibus, imo vero (vt palam est) placatiores. Verum Arabiae etiamnum felicius mare est: ex illo namque margaritas mittit. Minimaque computatione millies *m.* [1] centena millia sestertiûm annis omnibus India et Seres *n.*, peninsulaque illa *o.* imperio nostro adimunt. Tanto nobis deliciae et feminae constant. Quota enim portio ex illis ad Deos quaeso iam, vti ad inferos, pertinet?

XLII. (XIX.) Cinnamomum *p.* et casias [2] fabulose

1. *H. S. quingenties. supra c. 23. l. VI.* 2. *Sic et M. Fabulosa Gr. et Al.*

l. Mola salsa) Vtrumque morem complexus est Poeta Comicus, in Amphitr. Act. II. Sc. 2. v. 108. *Prodigiali Ioui Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit.* Mola, inquit Festus, a molito farre, dicitur far tostum, et sale sparsum, quod eo molito hostiae aspergantur. H.

m. Millies) Monetae Gallicae librae sunt, vt vocant, 10000000 seu decem milliones. H.

n. India et Seres, peninsulaque illa imperio nostro adimunt) Per *peninsulam illam* manifestum est intelligere Arabiam Felicem; non eadem est haec summa quam lib. VI. cap. 23. de sola India posuit, vt male sibi persuadent: haec verba sunt: *digna res, nullo anno Imperii nostri minus sestertio quingenties exhauriente India, etc.* sestertium quingenties, efficit quingenties centena millia sestertiûm, quae summa dimidio minor est: sed ibi de India sola loquebatur; heic de India, Seribus et peninsula Arabiae. *Salmas.* 546. a.

o. Peninsulaque illa) Vbi est Malaca, et regnum Siam a Seribus dictum. *Dalec.*

Peninsula) Arabia, de qua nunc sermo: quam peninsulam inter duo maria procurrentem vocat, Rubrum, Persicumque, L. VI. s. 32. H.

p. Cinnamomum etc.) Permutandae particulae, et vbi legitur *ve*, scribendum *quae*, et econtrario, ex Herodoto euidentissime lib. III. *Cinnamomum,* inquit, *etiam quam superiora mirabilius legunt: nam aut quomodo, aut qua in terra gignatur, illud nequeunt dicere, nisi quod probabili*

lose narrauit antiquitas, princepsue Herodotus *q.*, auium nidis, et priuatim phoenicis, in quo situ *r.* Liber Pater educatus esset, ex inuiis rupibus arboribusque decuti *s.*, carnis quam [1] ipsae inferrent pondere, aut plumbatis sagittis. Item casiam *t.* circa [2] paludes propugnante vnguibus diro vespertilionum genere, aligerisque serpentibus *u.*: his commentis augentes rerum pretia.

[1] Co-

1. *ipse inferret.* M. 2. *paludes gigni propugn.*

babili ratione vtuntur, quod quidam volunt id gigni in his regionibus, vbi Dionysius educatus est, et ipsas cinnamomi festucas afferri a grandibus quibusdam alitibus ad nidos e luto constructos in praeruptis montium et homini inaccessis. Haec Herodotus; a quo quia ambigue subobscureque dictum fuit in praeruptis montium nidos strui, neque additum in rupibusne eos construant, an in arboribus, vt pleraeque aues solent, ideo Plinius per disiunctiuam, ex *inuiis rupibus arboribusue* dixit. *Pint.*

q. Herodotus) Herodoti sensum, quem auctorem citat, non satis videtur assequutus Plinius. *Dalec.*

Herodotus) Thalia, L. III. p. 205. et 206. H.

r. In quo situ) In quo terrarum tractu.

s. Decuti) Nidis per se ac sponte discissis, siue dehiscentibus, quum impares essent carnium ponderi ferendo: vel sagittarum iactu deiectis. H.

t. Item casiam) Scribendum *paludem*, vnitatis numero: vna enim tantum palus est, ex qua legitur. Herodotus loco citato L. III. de casia agens. *Ea*, inquit, *nascitur in palude non alta, circa quam et in qua degunt ferae alatae, vespertilionibus simillimae, stridore diro et viribus praeualentibus.* Ex quibus Herodoti verbis liquet, mendose legi verba etiam statim sequentia: *Aligerisque serpentibus*, videtur enim scribendum *aligerisue serpentibus.* *Pint.*

Item casiam) Herod l. c. p. 205. n. 110. de casia: de cinnamomo idem Theophr. Hist. L. IX. c. 5. H.

u. Aligerisque serpentibus) Fabulae de serpentibus, sed non aligeris, meminit Theophrast. c. 5. L. IX. Vide Garciam c. 15. L. I. *Dal.*

[1] Comitata *x.* vero fabula est, ad meridiani Solis repercussus inenarrabilem quemdam vniuersitatis *y.* halitum e tota peninsula *z.* exsistere, tot generum *a.* [2] aurae [3] spirante concentu, Magnique Alexandri classibus Arabiam odore primum nuntiatam *b.* in altum. Omnia falsa, siquidem cinnamomum, idemque cinnamum, nascitur in Aethiopia *c.* Troglodytis connubio permixta. [4] Hi mercantes *d.* id a conterminis *e.*, vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant vel impel-

1. *Commenta. Alii. commutata Gr. et Al.* 2. *auris. Parm. odoris. Alii.* 3. *spirantis conceptum. M. Lego, spiratu conceptum. spirante conceptum. Cb.* 4. *Sic et M. et Cb. Ii. Gr. et Al.*

x. *Comitata*) Sic MSS. non *commutata.* Simili forma loquendi vsus L. IX. f. 58. *Comitatur fama vnionis eius parem*, etc. H.

y *Vniuersitatis*) Omnium simul odorum. H

z. *E tota peninsula*) Arabia, vt diximus. H.

a. *Tot generum*) Tot odorum, quot in Arabia nascuntur, afflatu suaui simul adspirante H.

b. *Odore primum nunciatam.*) Mallem legeres, *odore praenuntiatam. Pint.*

Odore primum) Odore Arabiam prope positam ex alto sensisse. H.

c. *Aethiopia*) De hac gente Aethiopum dictum est L. VI. f. 34. H.

d. *Mercantes*) Aethiopes qui in Arabiam vehunt. Chinenses sic vocat. Insulse tamen Plin. apud Aethiopas nasci tradit, mox subiungens Aethiopas mercari a conterminis. Si enim apud illos nasceretur, ab aliis non emerent. Multo magis etiam oscitat, quum per vasta maria eas merces Aethiopas vehere scribit. Nam si contermini sunt qui vendunt, nauigatione tam longa quorsum opus est? Vt nunc, ita et olim, e Moluccis in superiorem Indiam Cinamomum vehebatur, mercimonium id potissimum exercente, quae ad rubrum mare iacet, Aethiopum gente, quos Abyssinos vocamus, ob commodam Oceani propinquitatem: quae res Plinium fefellit. *Dal.*

e. *A conterminis*) Troglodytae ab Aethiopibus. H.

pellant, non vela, non ratio vlla adiuuet, quum omnium inſtar ibi ſint, homo tantum et audacia. Praeterea hibernum mare [1]exigunt *f.* circa brumam, Euris tum maxime flantibus. Hi recto *g.* curſu per ſinus *h.* impellunt, atque a promontorii *i.* ambitu Argeſte *k.* deferunt in portum Gebanitarum *l.*, qui vocatur [2] Ocila. *m.* Quamobrem illi maxime id petunt, produntque [3] vix quinto anno reuerti negotiatores, et multos interire. Contra reuehunt *n.* vitrea, et ahena, veſtes, [4] fibulas cum armillis ac monilibus. Ergo negotiatio illa feminarum maxime fide

1. *eligunt. Dal.* 2. *Ocilia. Ch.* 3. *vix peracto anno. Dal.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. fibulaſque cum armillis Gr. et Al.*

f. Exigunt) Decurrunt. Ita libri omnes. H.

g. Hi recto) Euri rates impellunt per ſingulos ſinus, ita vt a terra vix illae abſcedant, ſed oram ſemper legant. H.

h. Per ſinus) Ab Oriente in Aethiopiam redeuntes. *Dalec.*

i. Promontorii) Quod eſt in Serum peninſula. Promontorium Camorin intelligit, Zeilan inſulae obiectum. *Dalec.*

A promontorii) Arabici nimirum eius promontorii a quo ad continentem Troglodytarum C. mill. paſſ. interuallum eſt, vt dictum eſt L. VI. ſ. 32. H.

k. Argeſte) Vento ſpirante ab occaſu aeſtiuo; vulgo *Meſtral. Dal.*

Argeſte), Ventus eſt, qui ab ortu ſolſtitiali ſpirat, vt diximus L. II. ſ. 46. De Ocila legimus L. VI. ſ. 26. H.

l. In portum Gebanitarum qui vocatur Ocila) *Ocelin* non *Ocilam* vocauit portum hunc libro ſexto capite vigeſimo tertio: *Nauigare*, inquit, *incipiunt aeſtate media ante canis ortum, aut ab exortu protinus, veniuntque circiter triceſimo die Ocelin Arabiae, aut Canan thuriferae regionis.* Pint. *In portum Gebanitarum*) Vulgo *Zigen Aden. Dalec.*

m. Ocila) Vulgo, *Porto Oceli.* Vide c. 23. L. VI. *Dalec.*

n. Reuehunt) Ex Arabia et Aethiopia in Indiam. *Dalec.*

fide constat. *o.* Ipse frutex *p.* duûm cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, [1] IV. digitis surculosus, arido similis. Quum viret, non odoratus, folio origani *q.*, siccitate gaudens, sterilior imbre, [2] caeduae *r.* naturae. Gignitur in planis quidem *s.*, sed densissimis in vepribus, [3] rubisque, difficilis collectu. Metitur *t.* non nisi permiserit Deus: (Iouem *u.* hunc intelligunt aliqui: Assabinum illi vocant:) XLIV. boum, caprarumque, et arietum extis impetratur venia caedendi. Non tamen aut ante ortum Solis, aut post occasum licet. Sarmenta hasta diuidit sacerdos, Deoque partem ponit: reliquum mercator *x.* in [4] massas condit. Est et alia fama cum Sole diuidi, ternasque partes fieri:

1. IV. digitorum crassitudinis, statim a terra sex digitis Gr. et Al. 2. *seu dirae. Vet.* 3. *rubrisque Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. naues Dal. nassas Gr. et Al.*

o. Fide constat.) Ex mutabili feminarum ingenio pendet. Nam si affectare illa monilia, armillasque desierint, tum sublata omnis permutatio negotiatioque intelligetur. H.

p. Ipse frutex) Ita fere Theophr. Hist. L. IX. c. 5. H.

q. Origani) De quo dicemus L. XX. s. 67. H.

r. Caeduae) Hoc est, quae caeditur. Sic siluam caeduam dicimus. H.

s. Gignitur in planis quidem) Duo postrema verba in neutro quidem exemplari leguntur, legitima tamen esse apparet ex illis quae sequuntur: *Frutex et casia est, iuxtaque cinnami campos nascitur.* Pint.

t. Metitur) Haec Solinus à Plinio mutuatur, c. 30. p. 57. H.

u. Iouem) Solem alii, vt diximus, s. 33. et Solin. l. c. H.

x. Reliquum mercator, etc.) Legend. *reliquum mercator massa condit.* Vel: *reliquum mercator massas condit.* massas condit cinnamomi sarmentis, vt eas auehat mercator. Salmas. p. 406. a.

fieri: dein *y.* forte [1] gemina *z.* difcerni: quodque Soli *a.* cefferit relinqui, ac fponte conflagrare. Praecipua *b.* bonitas virgultorum tenuiffimis partibus, ad longitudinem palmi. *c.* Secunda proximis breviore menfura, atque ita ordine. Viliffimum, quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis, in quo fumma [2] gratiae. Qua de caufa praeferuntur cacumina, vbi plurimus cortex. Ipfum vero lignum in faftidio eft, propter origani acrimoniam *d.*: xylocinnamomum vocatur. Pretium *e.* eft in libras xx. Quidam cinnami *f.* duo genera *g.* tradi-

1. *germina. M. gemia. Ch. cremia Gr. et Al.* 2. *gratia. Dal.*

y. Dein forte) Repetita iterum fubfortitione difcerni, *quae cui fit tribuenda pars: quae Soli, quae Ioui, quae mercatori.* H.

z. Sorte gemina) Ita MSS. omnes R. Colb. etc. non *forte cremia.* H.

a. Quodque Soli) Solinus l. c. a Plinio et Theophr. ll. cc. H.

b. Praecipua) Et haec a Theophrafto prodita, Hift. IX. c. 5. H.

c. Ad longitudinem palmi) Theophr. c. 5. L. IX. hift. *Dalec.*

d. Propter origani acrimoniam) Vel quod origanum olet, vt vult Diofcorides, vel quod origanum fapit. *Dalec.*

Propter origani) Quoniam origani inftar guftui acerbum eft. Diofc. non cinnamomum, vt Dalec. affirmat, fed amomum dixit origanum olere, L. I. c. 14. H.

e. Pretium) Xylocinnamomi pretium in libras fingulas denarii viceni: Gallicae monetae, librae octo. An legendum potius, *in libras XX.* hoc eft, *denarii deni?* H.

f. Quidam cinnami) Theoph. duo, Diofcorides vero qinque genera Cinnamomi refert. Ex iis duo tantum peculiari nomine vocata, Moffyliticum, et Montanum, reliqua odore, colore, et aliis huiufmodi notis diftincta. Cafiae idem Diofc. feptem genera memorat, Auchy fiue Daphnitin, hic Daphnoëidem, et Ifocinnamum, quod bonitate et viribus aequet Cinnamomum, aut pretio: nam, quod inquit Galenus, quum Cinnamomum abeft, eius loco

tradidere, candidius, [1] nigriusque. Quondam praeferebatur candidum, nunc contra nigrum laudatur, atque etiam varium praeferunt candido. [2] Certissima *h.* tamen [3] aestimatio, ne sit scabrum, atque vt inter [4] sese tritum tarde frietur. [5] Damnatur in primis molle *i.*, aut [6] cui labat *k.* cortex. Ius eius [7] a Gebanitarum rege solo proficiscitur: is [8] edicto mercatu vendit. Pretia quondam fuere in libras

Qq 2 dena-

1. *nigricansque. Alii. et Ch.* 2. *Certissimo. Ch.* 3. *aestimatione si sit scabr. etc. frangatur. M.* 4. *sestertium. Ch.* 5. *Damnatum, etc. aut cui labitur cortex. Ch.* 6. *cui albet cortex Gr. et Al.* 7. *ad Gebanitarum reges solos proficit: thuris edicto mercata venditur. M.* 8. *indicto. V.*

loco duplum Casiae substituitur: Zigir, hic Balsamoden: Mossyliticum germen, id est, e Zeilan, hic lactam: Aphemon, hic vnguentariam: Darca, Persis Dardimi, id est, Chinae lignum; Citto, corrupte pro *Cuurdo*, quo nomine Zeilani vocant: et Pseudocasiam. *Dal.*

g. Duo genera) Candidum et nigrum, λευκὸν καὶ μέλαν, aliaque genera Diosc. affert L. I. c. 13. Idem nigrum candido anteponit. H.

h. Certissima) Similia habet Diosc. L. I. c. 13. a quo et scabra casia reiicitur, c. 12. H.

i. Damnatur in primis molle, aut cui albet cortex) Inter cinnami genera nullum apud auctores recensetur, cui cortex albidus sit. Lege: *aut cui abit cortex*, ὃ περιφλοΐζεται. *Salmas.* p. 406. a.

k. Aut cui labat) Cui cortex a caudice sponte seiungitur. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic adi.) *Cui*) Prius legebatur, *aut cui albet cortex*. Verum inter cinnamomi genera, nullum memoratur, cui sit cortex albidus. In MSS. R. Colb. Paris. *cui labit cortex*. In Chiffl. teste Dalecampio et in Toletano teste Pintiano, *cui labitur*. Nos propius litterarum ductus, et codicum vestigia sequuti, *cui labat cortex*. Adiuuat mirum in modum Plinius f. 44. vbi in casia corticem, contra atque in cinnamomo, leuari et exinaniri, pretium esse ait: vbi *labare* codex Toletanus: R. et Colb. *leuare* legunt. H.

denariûm [1] millia. *l.* Auctum id parte dimidia *m.* est, incensis, vt ferunt, siluis ira barbarorum. Id [2] acciderit ob iniquitatem praepotentium, an forte, non satis constat. *n.* Austros ibi tam ardentes flare, vt aestatibus siluas accendant, inuenimus apud auctores. Coronas ex cinnamo interrasili *o.* auro inclusas, primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicauit Imperator Vespasianus Augustus. Radicem eius magni ponderis vidimus in Palatii *p.* templo,

1. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. mille Gr. et vulgg.*
2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. acciderit ne ob, Gr. et Al.*

l. Denariûm millia) Denarii mille, monetae nostrae libras efficiunt quadringentas. H.

m. Parte dimidia) Ita vt pretium foret in libras, denarii mille et quingenti: hoc est, monetae Gallicae, librae sexcentae. H.

n. Incensis vt ferunt siluis ira barbarorum. Id acciderit-ne ob iniquitatem praepotentium, an forte non satis constat) Confusissimus verborum contextus, simul et distinctio: scribendum puto: *incensis vt ferunt siluis; ira ne barbarorum ob iniquitatem praepotentium? an forte id acciderit, non satis constat. Pint.*

o. Interrasili) Partim caelato, partim plano. Sic *interrasa* vasorum latera dixit, L. XXXIII. f. 49. *Interrasum* marmor, L. XXXV. f. 1. Papias: *interrasilis, anaglypha, sculpta.* Vvil. Brito, in Vocab. *Interrasile dicitur interpolatum caelatura, et plana. Planum enim inter caelaturas, quasi rasum videtur.* Rasili igitur interrasile opponitur, quod subinde caelatura et plano variatur ac distinguitur. Alexander: *Quod nunc sculpturis, nunc planitia variatur, Hoc et non aliud opus interrasile dicas.* Anonymus de gestis Constantini M. *Laminam auream iussit interrasilem fieri.* Anastasius Bibl. in Leone III. *Hic idem praesul fecit — — crucem anaglypham interrasilem ex argento purissimo.* Plura apud V. Cl. du Cangium in Glossario vide, vnde ista fere omnia decerpsimus. H.

p. In Palatii) Vidit et Galenus in scriniis Traiani, ceterorumque Impp. vsque ad Seuerum, cui coaeuus fuit, ipso ita prodente, de Antid.

templo, quod fecerat Diuo Augusto coniux Augusta *q.*, aureae paterae impositam: ex qua *r.* guttae editae annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum incendio consumptum est.

XLIII. Frutex et [1] casia *s.* est, iuxtaque cinnami campos nascitur: sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute *t.* verius, quam cortice, [2] quem contra atque in cinnamo, leuari *u.* et exinaniri pretium

1. casiae est. *2. quem conteri (leg. alteri) atque in cinnamo leuare pretium est.* *M.*

Antid. L. I. c. 13. p. 884. Hodie nullam eius esse notitiam ait Pancirollus L. rer. Memorab. tit. 9. p. 28. Pharmacopolae in medicamentorum compositione, vt Charasius monet, in Pharmac. p. 293. cinnamomi nomine, nihil hodie aliud praeter casiam intelligunt quam canellam vocamus. Et sane casiam optimam in cinnamomum degenerare, auctor est idem Galenus, c. 11. p. 882. At Petr. Quiqueranus, Ep. Senec. L. II. de laud. Provinciae; fol. 58. *Lites sunt,* inquit, *inter litigantes. Ego vidi, tetigi, essitaui, verum atque natiuum cinnamomum, frequenter repertum inter ignobiliora fragmenta, ex odore vinoso facile semper venatus quod quaerebam,* etc. H.

q. Augusta) Liuia. A Tiberio et Liuia perfectum id fuisse Dio testatur, L. LVI. p. 600. De Augustae cognomine dicemus, L. XV. f. 40. H.

r. Ex qua) Ex qua radice guttae manantes. H.

s. Et casia) Graecis κασσία. Nos canellam vocamus: quod suo volumine tubos et canales imitatur. Haec eius fruticis descriptio apud Theophrast. quoque exstat L. IX. c. 5. Accuratius paulo a Charasio expeditur, in Pharmac. p. 166. Ab insula Taprobana, siue Ceilano, nunc ad nos aduehitur. H.

t. Tenui cute) Nempe interiore libro, ex quo fistularum tubuli parantur, quam canellam dicimus. Alioqui crassi corticis sarmentum habet, ἔχει δὲ ῥάβδον παχύφλοιον, inquit Diosc. L. 12. H.

u. Quem contra atque in cinnamomo leuari pretium est) Codex Toletanus rectius *labare* legit, non *leuari*. Vt non multo ante: *Damnatur in primis molli, aut cui labitur cortex.* Quod ergo illic dixit *labitur*, hic alio verbo, sed paris intellectus repetiit. *Pint.*

-*Leua-*

tium *x*. eſt. Amplitudo [1] frutici trium cubitorum. Color triplex. Quum primum emicat, candidus pedali menſura: dein [2] rubeſcit addito ſemipede: vltra nigricans. Haec pars *y*. maxime laudatur, ac deinde proxima: damnatur vero candida. [3] Conſecant ſurculos *z*. [4] longitudine binûm digitorum *a*.: mox praeſuunt recentibus coriis [5] quadrupedum ob id interemptarum, vt iis putreſcentibus vermiculi lignum erodant, et excauent [6] corticem *b*. tutum *c*. amari-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. fruticis Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. rufeſcit Ch. deinde rubeſcit Gr. et Al.* 3. *Tum ſecant. V.* 4. *longitudine binûm cubitorum Gr. et Al.* 5. *boum. Theophr.* 6. *cortice tuto. V.*

Leuari) Hoc eſt candice et ſtirpe eximi. V. N. et Em. N. XVIII. ſupra p. 611. lit. *x*. H.

x. Exinaniri pretium) Tenue, ac gracile eſſe. *Dal.*

y. Haec pars) Sic Dioſc. I. 12. H.

z. Conſecant ſurculos) Alia exemplaria, *Tum ſecant ſurculos*: ſcribo: *Cum ſecant ſurculos*, ex Theophraſto libro nono, vt ſtatim liquebit. *Pint.*

a. Longitudine binûm cubitorum) Lego *digitorum* non *cubitorum*, ex Theophraſto apertiſſime lib. IX. 5. his verbis: *Quum itaque virgas ſecant longitudine binûm digitorum aut paulo ampliores abſcidere, recentesque bouis corio eas perſuere. Tum ex eo lignis putreſcentibus vermiculos naſci qui lignum erodant, corticem vero nullatenus tangant ob amaritudinem acrimoniamque odoris.* Haec Theophraſtus: quae omnia vides, optime lector, hic a Plinio tralata. Praeterea dictio ſequens *mox*, cum minore ſcripta, praecedentibus aſſuenda eſt. *Pint.*

Binûm digitorum) Vide N. et Em. N. XIX. (paulo poſt.) Prodita haec a Theophr. l. c. *Longitudine*) In libris editis, *binûm cubitorum*, contra omnium exemplarium fidem, R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Par. etc. quodque haud paulo eſt grauius, contra Theophraſtum ipſum: ſic enim ille Hiſt. L. IX. c. 5. Ὅταν ἂν τέμνωσι τὰς ῥάβδους, κατακόπτειν ὡς διδάκτυλα τὸ μῆκος, ἢ μικρῷ μείζω, etc. H.

b. Excauent corticem) Fabuloſum id eſt. *Dalec.*

c. Tutum) A vermiculorum

amaritudine. Probatur *d.* recens maxime, et quae ſit odoris [1] molliſſimi, [2] guſtuque quam maxime feruens *e.* potius, quam lento [3] tepore leniter mordens, colore [4] purpurae, quaeque plurima minimum ponderis faciat, breui tunicarum fiſtula *f.*, et non fragili. [5] Lactam vocant talem barbaro nomine. Alia eſt [6] balſamodes *g.*, ab odore ſimili appellata, ſed amara, ideoque vtilior medicis, ſicut nigra *h.* vnguentis. Pretia nulli diuerſiora. Optimae

Qq 4

1. *grauiſſimi. Alii.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. guſtuue Gr. et Al.* 3. *tempore. M.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. colore purpureo Gr. et Al.* 5. *Laedam: Vet. Ladam. Ch. fortaſſe achy, vt apud Dioſc.* 6. *balſamoides. Vet.*

rum eroſione tutum, propter amaritudinem. H.

d. Probatur) Dioſc. I. 12. probat recentem, odore vinoſo, guſtu mordacem, et aromaticam. H.

e. Guſtuue quam maxime feruens) Scribe *guſtuque quam maxime feruens*, ex vetere lectione. *Pint.*

f. Tunicarum fiſtula) Tunicae, ſeu corticis, qui fiſtulae inſtar habet, quum vaginae in morem a ligno ſeiungitur, diuelliturque, anguſto foramine ac meatu. Sic Auctor libri de ſimpl. medic. ad Patern. T. XIII. Opp. Galeni, p. 989. Caſiae fiſtulas appellat quoque Scrib. Largus, comp. 36. Caſiam fiſtulam, Plin. Valer. L. II. c. 37. Sic Galenus de antid. L. I. c. 14. p. 887. σύριγγα καλᾶσιν. H.

g. Balſamodes) Dioſcoridi ῥοδίζεσα τῇ ὀσμῇ, quae roſam odore imitatur, craſſa, e purpureo nigricans, et praecipui quod idem ait, vſus in medicina, Zigir nomine, vel, vt apud Gal. legitur lib. de Antidotis, Gizi. *Zangues* Nigros Arabes vocant. Colligit eam gens inſulae Zeilam quae nigra eſt. Inde nominis ratio. In Malauar Cais manis, id eſt, dulce lignum, vocant. Hinc Caſiae nomen. *Dal.*

Balſamodes) Quae Dioſcoridi purpuraſcens, roſae odorem ſpirans, et ad vſus medicos maxime accommodata. Βαλσαμώδης. H.

h. Sicut nigra) Ἄφημον, quaſi minime fama claram vocat Dioſcorides. *Dal.*

Sicut nigra) Quae vilis habetur

mae in libras x. l. *i.* ceteris x. v. (XX) His addidere [1] mangones, quam daphnoiden *k.* vocant, isocinnamon *l.* cognominatam: pretiumque [2] ei faciunt x. ccc. *m.* Adulteratur *n.* styrace, et propter similitudinem [3] corticum, [4] lauri *o.* [5] tenuissimis surculis. Quin et in nostro orbe *p.* seritur: extremoque

1. *mangoniis quam daphnidis.* Ch. 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf.* Ch. *pretiumque eius* Gr. *et* Al. 3. *cortice.* Vet. 4. *laurus.* Ch. 5. *tenerissimis.* M.

betur εὐτελὴς, Dioscoridi, l. c. H.

i. x. L.) Denarii quinquaginta. Monetae Gallicae, librae, vt vocant, viginti. Denarii quinque, librae duae. H.

k. *Daphnoiden*) Dioscor. primum Casiae genus, quod *Achy* Barbari vocant, a negotiatoribus Alexandrinis *Daphnitin* vocari scribit, quod lauri cortici similis sit. *Dal.*

Daphnoiden) Δαφνοειδῆ, a similitudine cum lauri cortice, vt mox dicetur. Ab indigenis Ἄχυ id genus vocatur: ab Alexandrinis mercatoribus Δαφνῖτις inquit Diosc. l. c. Casia Daphnitis Scribonio Largo laudata, comp. 39. et Oribas. L. XI. fol. 200. H.

l. *Isocinnamon*) Quasi pari virtute cum cinnamo: ab ἴσον et κίνναμον. H.

m. x. ccc.) Denarios trecentos. Monetae nostrae, libras centum et viginti. H.

n. *Adulteratur*) Casia styrace adulteratur, et lauro. H.

o. *Lauri*) MSS. omnes, *laurus.* H.

p. *Quin et in nostro*) Casia, Lauendula nostra, Theophrasti alba Casia: eidem nigra nostra, libanotis coronaria. Casiam Hyginii, quae Theophrasto Cneôrum est, cum Indica negligenter Plinius hic confundit. *Dal.*

In nostro orbe) Casia nempe aromatica, sed degenerans, caeli solique natura. De ea rursum idem L. XVI. s. 59. vbi de peregrinis arboribus, quae alibi nasci fastidiunt. *Viuit* tamen, inquit, *in Italia piperis arbor: casiae vero etiam in septemtrionali plaga.* Nugantur, qui casiam alteram hic intelligunt, de qua L. XXI. s. 29. quum sit ea Italici magis caeli, quam septemtrionalis. Quin et in ipsa Italia Arabicam siue aromaticam illam casiam visam esse iam aeuo suo Columella est auctor, de R. R. L. III. c. 8. *Iudaeam aiunt*, inquit, *et Ara-*

que in margine [1] imperii, qua Rhenus [2] alluit, vivit in aluеariis apum sata. Color abest ille torridus Sole, et ob id simul idem odor.

XLIV. Ex confinio casiae cinnamique, et cancamum *q.* ac tarum *r.* inuehitur, sed per Nabataeos. [3] Troglodytas *s.*, qui considere ex Nabataeis. *t.*

XLV. (XXI.) Eo comportatur et serichatum, et gabalium, quae intra se consumunt Arabes, nostro orbi tantum nominibus *u.* cognita, sed cum

 cin-

1. *per id quod Rhenus.* *M.* 2. *alluit. Vidi*, etc. *satam. Vet.* 3. *Troglodytasque confines Nab. M.* *confines qui considere. Vet.*

Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi: sed nec nostram ciuitatem praedictis egere stirpibus: quippe quum pluribus locis Vrbis iam casiam frondentem conspicimus, iam thuream plantam, florentesque hortos myrrha et croco. H.

q. Cancamum) Cancamum, Lusitanis: hodie *Anime.* *Dal.*

Cancamum) Diosc. c. 23. Κάγκαμον arboris est Arabicae lacryma, myrrham quadamtenus referens, virosi gustus. Garcias Arom. L. I. c. 8. putat esse Lusitanorum *Anime:* verum id esse bdellium diximus superius, s. 19. Esse *Laccam* officinarum defendit Mathiolus in l. Diosc. cit. Ab Amato Lusitano, in eumdem Diosc. L. Enarr. 23. recte coarguitur. H.

r. Tarum) Tarum hodie Lusitanis *Aquila braua*, id est, Agallochum siluestre: lignum odoratum, Agallocho vero nonnihil simile. Nascitur in promontorio Comorin, quod olim Cori nuncuparunt, et in Zeilam insula. In Malaca Agallochum *Garo* vocant, inde sumtum Tari nomen. Garc. c. 16. I. *Dal.*

Tarum) Aetius, L. XVI. c. 137. p. 155. *Tari*, inquit, *quod est lignum aloes.* In officinis et Agollochi, et Ligni aloes nomen habet: sed rarum admodum. In India solum nasci Garcias tradit Arom. L. I. c. 16. H.

s. Troglodytas) Sic Chinenses vocat. *Dal.*

t. Qui considere ex Nabataeis) Haec verba in exemplari Salmanticensi superfluunt. *Pint.*

Qui considere) Qui ex Nabataeis Syriae vicinis huc commigrantes, sedes ibi suas posuere. H.

u. Tantum nominibus) Neque magis etiamnum cognita. H.

cinnamo casiaque nascentia. Peruenit tamen aliquando serichatum *x.*, et in vnguenta additur ab aliquibus. Permutatur in libras x. vi. *y.*

XLVI. Myrobalanum *z.* Troglodytis, et Thebaidi, et Arabiae, quae Iudaeam ab Aegypto disterminat, commune est, nascens vnguento *a.*, vt ipso nomine *b.* apparet. Quo item indicatur et [1] glandem esse arboris, heliotropio *c.*, quam dicemus *d.* inter herbas, simili folio. Fructus magnitudine auellanae *e.* nucis. Ex his in Arabia nascens Syriaca appellatur, et est candida: contra in Thebaide nigra. Praefertur illa *f.* bonitate olei, quod exprimitur:

1. *grandem eius arborem.* M.

x. Serichatum) Serichatum quidam esse coniectantur nostrum *Beniuinum:* Gabalium vero, *Caphuram.* Alii Sericatum Santalum flauum, a Serici crudi colore: Cabalium vero, Beniuinum. *Dal.*

y. x. vi.) Denarii sex, monetae nostrae asses octo et quadraginta. H.

z. Myrobalanum) Ita Diosc. L. IV. c. 160. a quo βάλανος μυρεψική, glans vnguentaria nominatur. In officinis priscum retinetur nomen, *Myrobalan:* sed res plane diuersa. Ibi genera quinque Myrobalanorum, quae ex America aduehuntur: sed ea veteribus prorsus incognita: pruna potius, quam glandes, appellanda. Plinii et Dioscoridis myrobalanum officinae *Ben* vocant. H.

a. Vnguento) Vide Theophr. c. 1. l. IV. hist. et libro de odoribus. *Dal.*

b. Vt ipso nomine) Μῦρον vnguentum, βάλανος glandem sonat Martial. L. XIV. ep. 57. cui lemma, *Myrobalanum. Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex vnguento constat, et ex balano.* H.

c. Heliotropio) Dioscoridi myricae similis est. Theophrast. loco citato folium myrto simile est, sed longius. *Dal.*

d. Quam dicemus) L. XXII. s. 29. H.

e. Auellanae) Sic Diosc. l. c. Hinc myrobalano nomen apud Hispanos, *Auellana della India.* H.

f. Praefertur illa) Syriaca, Diosc. l. c. H.

mitur: ſed copia Thebaica. Inter haec Troglodytica viliſſima eſt. Sunt qui Aethiopicam iis praeferant, [1] glandem nigram, nec pinguem *g.*, nucleoque gracili, ſed liquore *h.*, qui exprimitur, odoratiori, naſcentem in campeſtribus. Aegyptiam pinguiorem [2] eſſe, et [3] craſſiore cortice *i.* [4] rubentem: et quamuis in paluſtribus [5] naſcatur *k.*, breuiorem ſiccioremque. E diuerſo Arabicam viridem ac tenuiorem, et quoniam ſit [6] montuoſa, ſpiſſiorem. *l.* Longe autem optimam Petraeam, ex quo diximus oppido *m.*, nigro cortice, nucleo candido. *n.* Vnguentarii autem *o.* tantum cortices premunt: medici

dici

1. *Sic et M. et Ch. glande nigra ac pingui. Dal. nigram ac pinguem Gr. et Al.* 2. *eſſe aiunt, etc. Dal.* 3. *Sic et Ch. craſſiori Gr.* 4. *rubenti. Dal.* 5. *naſcitur. Ch.* 6. *ſic ex MSS. em. Hard. vbique conſ. M. et Ch. montoſa Gr. et Al.*

g. Nec pinguem) Ita MSS. omnes: vbi perperam editi, *et pinguem.* H.

h. Sed liquore) Quod vitium eſt. Prorſus enim odoris expertem oportet eſſe liquorem eum. *Dal.*

i. Craſſiore cortice) Rubenti. Tali fere colore eſt durum putamen. Vide ann. ad vlt. hoc caput. *Dal.*

k. Naſcatur) In MSS. omnibus, *naſcitur.* H.

l. Spiſſiorem) Denſiori et firmiori cortice. *Dal.*

m. Diximus oppido) Petra, de quo oppido dictum eſt, L. VI. ſ. 32. H.

n. Nucleo candido) Falſum eſt. Nucleos vtrique premunt: ſed vnguentarii abſque igne et aqua calida, vt quod fluit oleum alienae prorſus qualitatis expers ſit, nec ranceſcat: medici affuſa calida, vt plus olei extundant. Quidam cortices premi cenſent, non eliciendi olei gratia, quod nullum habent, ſed vt vnguentis ſint pro ſtymmate. *Dal.*

o. Vnguentarii autem) Lego, *vnguentarii autem exuto cortice premunt, affuſa eis paulatim calida aqua, medici nucleis tuſis vtuntur.* Sic porro vocat ἐκκοπείσης καὶ ἐκθλιβείσης πίεσμα apud Dioſcoridem, tuſae et expreſſae faecem. Fefellit Plinium corrupta Theophraſti litera, τȣ̃ καρπȣ̃ δὲ τοῖς κελύφεσι

dici nucleos, [1] tundentes affuſa eis paulatim calida aqua.

XLVII. (XXII.) *p.* Myrobalano in *q.* vnguentis ſimilem proximumque vſum habet palma in Aegypto *r.*, quae vocatur adipſos *s.*, viridis, odore mali cotonei,

1. *tundendo. Dal. medici nucleos tundunt, affuſa. M. tundentes adfuſa paul. Ch.*

λύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κόπτοντες. εὐῶδες γὰρ ἔχει. τὸν δὲ καρπὸν αὐτοῦ ἀχρεῖον: pro quibus lego, τῷ καρπῷ δὲ ἐκ τοῖς, etc. κόπτοντες· εὐῶδες γὰρ κατέχει. ὁ δὲ καρπὸς ἐσθίων ἀχρεῖος. Vnguentarii putamine non vtuntur, ſed tuſo fructu. Is enim odorum ſuauitatem retinet. Eſt autem edendo inutilis c. 2. l. IV. hiſtor. *Dal.*

Vnguentarii) Sic Theophr. tum Hiſt. L. IV. c. 2. tum L. de odoribus. *Contuſo fructus putamine vnguentarii vtuntur: eſt enim odoris iucundi.* H.

p. Ad inſcriptionem huius capitis haec notat Dalecamp. *Calamo odorato*) Ob eius elaten odoratam, qua in ſpiſſamentis vtuntur vnguentarii.

q. Myrobalano in) Rondeletius apud Dioſcor. putauit Arabicam Myrobolanum non eſſe intelligendam vnguentariam, ſed noſtrarum officinarum flauam myrobalanum palmulae valde ſimilem. Legendum puto, *Myrobalano vnguentariae ſimilem proximamque figuram habet.* Dioſcorides enim ait palmae fructum παρεμφέρειν τῇ ἀραβικῇ μυροβαλάνῳ, nempe figura ſimilem eſſe, quod ad eumdem vſum in vnguentis Plin. negligenter refert. *Dal. Myrobalano in vnguentis ſimilem, etc*) Vide quae Salmaſ. ibi obſeruauit p. 463. b. 464. a, b.

r. Palma in Aegypto) Palmula Aegyptia medio ſuae maturitatis tempore πῶμα, quaſi potus ſiue porio vocatur Dioſcoridi, auctori ἄδιψος, quoniam humore multo plena non aliter ſitim minuit, quam ſi bibatur aqua, nec caput tentat ac maturitate peracta a puniceo, ſiue phoeniceo colore Phoenicobalanus dicitur: ac ſic caput grauat, vt quod ait Solinus, ſenſus intercipiatur, greſſus praepediatur, lingua retardetur, obſeſſaeque mentis et corporis officiis, imitetur vitium ebrietatis. Had. Iun. c. 2. V. *Dalec*

Palma in Aegypto) Palma hoc loco fructus arboris eſt, ipſa nimirum balanus. Solinus

cotonei, nullo intus ligno. *t.* Colligitur autem *u.* paulo ante, quam incipiat maturescere. [1] Quod si relinquatur, phoenicobalanus *x.* vocatur, et nigrescit, vescentesque inebriat. *y.* Myrobalano pretium in libras x. *z.* bini. *a.* Institores *b.* et faecem *c.* vnguenti hoc nomine appellant.

XLVIII.

1. Sic et M. et Ch. quod relinquitur Gr. et Al.

linus eadem refert c. 32 p. 61. et Diosc. L. I. c. 148. vbi palmam Aegyptiam Arabicae myrobalano similem pariter esse prodit. H.

s. Adipsos) Ἄδιψος, a siti quam sedat. Graeci δίψα vel δίψος *sitis.* H.

t. Nullo intus ligno) Ἀπύρηνος. Aëtius cap. 30. lib. XI. id fieri tradit et natura, et arte: sed quaenam ars fuerit non explicat: ossa reliquarum modo in balano non habet, c. 5. l. XXIII. De palmulis Diosc. ea scribit, quae hic tradit Plin. nisi quod ille nusquam prodit os siue lignum intus nullum esse. Theophrastus c. 8. l. II. Hist. in fructu palmae candidum, nigrum, flavum colorem agnoscit: et alios sine ligno, alios cum ligno: quosdam cum ligno molli, quosdam cum duro esse testatur. Phoenicobalanum dictum volunt non a colore phoeniceo seu puniceo, sed quasi palmae glandem. *Dal.*

Nullo intus ligno) Hoc est, molli adhuc teneroque nucleo. Colligitur enim, antequam is gignatur. Diosc. l. c. H.

u. Colligitur autem, etc.) *Colligitur autem paulo ante quam incipiat maturescere: quod si relinquatur phoenicobalanus, etc.* Vide *Salmas.* 471 a.

x Phoenicobalanus) Hoc est, palma cum nucleo. Diosc. εἰ δὲ ἀφεθῇ πεπαινόμενος, γίνεται φοινικοβάλανος. H.

y. Inebriat) Si copiosius eo vescare. Diosc. H.

z. Myrobalano precium in libras x. *bini)* Codex Toletanus, x. *binis.* alia exemplaria *binas*, non *bini* aut *binis*, vt forte legendum sit, *bini asses*, vt infra cap. 27. *precium optimo in libras bini asses.* Pint.

x. *bini)* Denarii bini, qui monetae nostrae asses omnino sedecim. H.

a. Bini) Denarii. *Dalec.*

b. Institores) Negotiatores. H.

c. Faecem) Faecem, τρίμμα, siue ἐκπίεσμα. *Dal.*

XLVIII. Calamus quoque *d.* odoratus in Arabia nascens *e.*, communis [1] Indis atque Syriae est, [2] in qua vincit *f.* [3] omnes, a nostro mari centum L. stadiis. *g.* Inter Libanum *h.* montem, aliumque ignobilem, non (vt quidam existimauere) Antilibanum, in conualle modica *i.* iuxta lacum, cuius palustria aestate

1. *Indiae. Dal.* 2. *in qua viuit omnis. V.* 3. *annis. M. omnes. A nostro mari centum L. stadiis inter Liban. Dal.*

d. Calamus quoque) Calamus aromaticus, siue odoratus duplex est: alter Syriacus, ad ripas lacus Genesaretici, quem alii mare Galilaeae, alii mare Tiberiadis vocant, nascens, a vulgari nihil dissimilis, praeterquam quod, post quadragesimum diem siccatus, nonnihil flagrat: alter Indicus, descriptus, a Diosc. olim: nuper a Garcia *Horto Lusitano*, diversissimus a Syriaco. Dionysius de Situ orbis ἐρυθραῖον vocat a colore, non vt Eustathius putat, quod eius altrix India Erythraeo mari contermina sit. Diosc. κιῤῥὸν esse tradit. Apud Vegetium, l. IV. de re veterinaria, Absyrtus in confectione pulueris quadrigarii calamum Syriacum et aromaticum, id est Indicum, memorat. Ea calami genera plurimum inter se discrepantia Plin. ignoranter miscuit ac confudit. *Guillandinus.*

Calamus) In officina *Calamus aromaticus* vocatur: sed perrarus; sic vt pro eo *Acorum verum*, qui ex Tartaria conuehitur, in trochiscis et medicamentis myropolae adhibeant. H.

e. In Arabia nascens) Plutarch. libro, Quod Bruta ratione vtuntur, id quoque prodidit, sed errore manifesto. *Guilland.*

f. In qua vincit) Qua in Syria qui calamus prouenit, ceteris aliarum gentium bonitate antecellit. H.

g. Centum L. *stad.*) XVIII. M. DCCL. passus. H.

h. Inter Libanum) Haec ad verbum ex Theophr. c. 7. l. IX. hist. Calamum aromaticum Arabes vocant *cassab ossiri*, et *cassab Alderina.* Guilland.

Inter Libanum) Haec ad verbum habet etiam Theophr. Hist. L. IX. c. 7. H.

i. In conualle modica, etc.) Lege: *in conualle modica iuxta lacum cuius palustria aestate siccantur tricenis spatio stadiis, calamus et iuncus odorati nascuntur.* Salmas. 1052. a.

aestate siccantur, tricenis [1] ab eo *k.* stadiis calamus et iuncus *l.* odorati gignuntur. Sane enim dicamus et de iunco *m.*, quamuis alio herbis dicato volumine, quoniam tamen hic vnguentorum materia tractatur. Nihil ergo a ceteris sui generis differunt aspectu: sed calamus praestantior odore, statim e longinquo *n.* [2] inuitat, mollior tactu, meliorque qui minus fragilis; et qui assulose *o.* potius, quam raphani modo frangitur. Inest fistulae [3] araneum *p.*, quod vocant florem. Praestantior est, cui numerosius.

1. in eo. ex Theophr. 2. *inuitat. Mollior tactu melior, et qui minus fragilis.* 3. *araneosum, vel arachnion ex Dioscor. araneus, quem etc. numerosior.*

k. Tricenis ab eo) Iuxta eum lacum, vbi siccata palus est, spatio stadiorum tricenûm, seu MMM. DCCL. pass. H.

l. Et iuncus) In officinis, *Iuncus odoratus.* Nunc ex Nabataea Arabiae regione defertur: et aeuo ipso Plinii, vt ipse docet L. XXI. s. 72. Describitur a Charasio, in Pharmac. p. 305. H.

m. De iunco) Vide infra c. 18. l. XXVII. *Dalec.*

n. Statim e longinquo) Aliena fide Theoph. hoc scripsit, quod minime verum esse Guillandinus testatur, qui eam regionem peragrauit. Idem sctipsit et Vitruuius c. 3. l. VIII. *Dalec.*

o. Assulose) Qui in multas assulas frangitur, inquit Interpres Oribasii, L. XI. p. 200. εἰς πολλὰς σκινδάλμους θραυόμενος inquit Diosc. L. I. c. 17. quem Oribasius transscribit. Assulose vel assulatim fracta dicuntur: ea fragmenta, quae in longitudinem dissecantur cuiusmodi sunt, quae desiliunt, quum franguntur asserculi. H.

p. Inest fistulae araneum, etc.) Vide Sarraceni notas in Dioscorid. p. 6. a. Mox leg. apud Plin. ibid. *lentusque in frangendo*, mallem, *in mandendo.*

Inest fistulae) Serapionis interpres, c. 205. *Canna eius plena est cuiusdam rei similis texturae araneae, cuius color est albus et viscosus.* Oribasii interpres l. c. *Fistulis aranearum plenis.* Sequutus Diosc. l. c. γέμων ἀραχνίων τὴν σύριγγα. Araneum vocant iunci medullam, quae telae aranearum similis est. H.

sius. Reliqua [1] probatio, [2] vt niger sit. *q.* Damnatur aliubi. Melior, quo breuior [3] crassiorque, et lentus [4] in frangendo. *r.* Calamo pretium in libras, XI. *s.* iunco, XV. Traduntque *t.* iuncum odoratum et in Campania inueniri.

XLIX. Discessimus a terris Oceanum spectantibus ad [5] conuexas *u.* in nostra maria. (XXIII.) Ergo Aethiopiae subiecta Africa *x.* Hammoniaci *y.* lacrymam stillat in arenis [6] suis: ([7] inde nomine etiam

1. probatio vt fuluus sit. Niger alias damnatur. Melior. Dal. 2. ne. M. 3. Sic ex MSS. em. Hard. quocum cons. M. et Ch. Et crassior, lentusque in, Gr. et Al. 4. in mandendo. Diosc. 5. deuexas. Dal. conuersas. Alii. 6. suis resinae modo aut gummi: inde, etc. vocant. Genera eius, etc. Dal. 7. inde nomine etiam Hammonis. M. et Ch. inde et nomen. Vet. inde et nomine etiam ab Hammonis or. i. q. g. arbor. Gr. et Al.

q. Vt niger sit) Ille nimirum Syriacus iuncus: nam is color, vt statim subdit, damnatur aliubi: subalbidus commendatur in Indico, ὑπόλευκος, vt monet Diosc. l. c. subcandidus, vt Oribasii interpres, l. c. H.

r. In frangendo) Praesertim dum frangitur, dum commanducatur, ἐν τῇ διαμασσήσει γλισχρός, inquit Diosc. l. c. H.

s. In libras XI.) Denarii scilicet vndecim: monetae nostrae librae quatuor et asses octo. Quindeni, librae sex. H.

t. Traduntque) Id quidem ait ab aliis tradi: sed fidem ipse suam non adstringit. Et vero falsum esse Matthiolus asseuerat, in Diosc. L. I. c. 16. H.

u. Conuexas) Quae nostro mari praetenduntur. Forte *conuersas* sincerius. Sic L. VI. s. 22. *versa in meridiem plaga:* quae familiaris ei admodum loquutio est. Africae nunc oram intelligit, quae mediterraneo alluitur: deinde Syriam, Aegyptum, et Asiam minorem. H.

x Africa) Pars Africae, quae iuxta Cyrenen. Diosc. L. III. c. 98. H.

y. Hammoniaci) Vide c. 6. lib. XXIV. *Dalec.*

Hammoniaci) Adhuc in officinis pharmacopolarum nomen seruat, *Gomme Ammoniac.* H.

etiam ab Hammonis z. oraculo, iuxta quod gignitur arbor a.:) quam [1] metopion b. vocant, resinae modo aut gummi. Genera c. eius duo: [2] thrauston d., masculi thuris similitudine, quod maxime probatur: alterum pingue et resinosum, quod phyrama e. appellant. Adulteratur arenis, velut nascendo apprehensis. Igitur quam minimis glebis probatur, et quam purissimis. Pretium optimi in libras, [3] asses XL. f.

L. Sphagnos g. [4] infra eos situs h. in Cyrenaica pro-

1. *Metopon. M. et Ch. agasyllin. Diosc.* 2. *Thrausma. Diosc.* 3. *asses XXX. M.* 4. *intra. Dal.*

z. *Inde nomine etiam Hammonis*) Ita MSS. R. Colb. etc. Hoc est, Hammonis oraculo ipsi nomen est etiam ab arenis: ἄμμος enim arenam sonat. Alii ab arietino Iouis vultu, vt diximus L. V. s. 5. nominis originationem petunt. Quamobrem Ouid. Metam. L. V. dicitur *Corniger Ammon.* H.

a. *Arbor*) Ferulacea Diosc. *Dalec.*

Arbor) Ferulacea illa quidem, δένδρον ναρθηκοειδὲς, Diosc. l. c. et Galeno de fac. simpl. med. L. VI. c. 17. p. 155. Arbori nomen Ἀγασυλλὶς, ex eodem Diosc. H.

b. *Quam metopion*) Quam Agasyllim vocant. Diosc. *Dalec.*

Quam metopion) Quam nempe lacrymam μετώπιον vocant. Id quoque nomen lacrymae siue succo galbani attributum, auctore Diosc. L. III. c. 97. quoniam cum Hammoniaco similitudinem habet, vt Plinius docet, s. 57. H.

c. *Genera*) Reliqua deinceps totidem verbis habet Diosc. L. II. c. 98. et Oribasius, L. XI. p. 189. H.

d. *Thrauston*) Θραυστὸν, siue vt habet Diosc. Θραῦσμα, quasi fragmentum siue friaturam dixeris. H.

e. *Phyrama*) Collectis terra et calculis sordidum. Diosc. *Dal.*

Phyrama) Φύραμα, hoc est, mixtura: quoniam admixta terra calculisue sordidum. H.

f. *Asses XL.*) Siue denarii quaterni: monetae Francicae, asses duo ac triginta. H.

g. *Sphagnos*) Sphlanchnon a Dioscoride, Phascos is vocatur a Theophrasto c. 9. lib. III. hist et posthac c. 6. L. XXIV. *Dal.*

prouincia maxime probatur, alii bryon *i.* vocant. Secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phoenicius. Fertur et in Aegypto nasci: quin et in Gallia: nec dubitauerim. Sunt enim *k.* hoc nomine cani arborum villi, quales in *l.* quercu maxime videmus, sed odore praestantes. Laus prima candidissimis atque [1] altissimis *m.*: secunda rutilis, nulla nigris. [2] Et in insulis *n.* petrisque nati improbantur, omnesque quibus [3] palmarum, atque non suus [4] odor est.

LI. (XXIV.)

1. *Longissimis.* Dal. *cubitali longitudine.* Theophr. 2. *Et in haliphloeis plerisque ex* Theophr. 3. *plantarum.* Dal. 4. *oderit.* Ch. *odor sit* Gr.

Sphagnos) Diosc. L. I. c. 20. Σπλάχνον. Hesychio, Σφακὸς et Φάσκος. Aliis etiam σφάγνος. H.

h. Infra eos situs) Infra eas regiones, in quibus Hammoniacum legitur: nempe propius a mari, in Cyrenaica prouincia. H.

i. Bryon) Graeci σφάγνον, σφάκνον, σπλάγνον, βρύον, φάσκον vocant, Soranus βρύον ἀρωματικόν: Vide cap. 28. huius libri. *Dal.*

Alii Bryon) Βρύον Diosc. Galli *Mausse.* Muscum Latini vocant. H.

k. Sunt enim) Haec deinceps ad verbum Oribas. L. XI. fol. 193. H.

l. Quales in) Ex omnibus quercuum generibus in Cerro solo, quem Aegylopem Graeci vocant, gignuntur. c. 8. l. XVI. et loco supra citato Theophrastus. *Dal.*

In quercu) In quercu, cedro, et populo alba. Diosc. l. c. et Orib. Galenus item de fac. simpl. med. L. VI. p. 166. Adde et aegilopem, seu fagum Latinorum, cuius villos iis similes, quas quercus habet, praeter odorem, nunc Plinius praecipue signat, ipso teste, L. XVI. S. 13. H.

m. Altissimis) Recte. Nam vt Theophr. ait Hist. L. III. c. 9. et similiter Plinius, L. XVI. s. 13. cubitali longitudine maxime commendantur. H.

n. Et in insulis) Haec τῶν βρύων genera in insulis nata a superiore diuersa sunt: terrestre, saxatile, marinum. Vide Dalec. Hist. Pl. L. XI. c. 59. H.

LI. (XXIV.) Cypros *o.* [1] in Aegypto eſt arbor ziziphi *p.* foliis, ſemine coriandri; [2] candido *q.*, odorato. Coquitur [3] hoc in oleo, premiturque poſtea; quod [4] Cyprus vocatur. *r.* Pretium *s.* ei in [5] libras,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. cyprus Gr. et Al.* 2. *ſemine coriandri flore candido Gr. et Al.* 3. *hic. Dal. flos, nempe.* 4. *Cyprinum. Dal.* 5. *libras XV. Ch. libras quinque Gr. et Al.*

o. Cyprus) Vide infra c. 4. l. XXIII. *Dalec.*

Cypros) Mira in hac arbore deſcribenda Plinium inter ac Dioſcoridem diſſenſio eſt. Illi cyprus eſt ziziphi foliis: iſti, oleae: illi ſemen coriandri ſimile: iſti, Sambuci: illi ſemen candidum, et odoratum: iſti, nigrum. Et arborem tamen eſſe, et in Canopo atque Aſcalone naſci, inter vtrumque conuenit: plane vt licet natale ſolum ac nomen ipſum vtrique arbori idem ſit, genus omnino diſpar eſſe conſtet. H.

p. Ziziphi) Iuiubier. De hac arbore, L. XV. ſ. 14. H.

q. Flore candido) Inde Virgilio: *Alba liguſtra cadunt, etc.* Ouid. XIII. Metamorph. *Candidior folio niuei Galathea liguſtri.* Vt quod flori Virgilius, foliis Ouidius tribuat. *Dalec.*

Candido) Vide N. et Em. N. XX. (hic adi.) *Semine)* Sic libri omnes tum MSS. tum editi ante Hermolaum, qui *flore candido* repoſuit, vt Dioſcoridi, vel ea ſaltem parte cum Plinio conueniret. At ſequitur ſtatim, *Coquitur hoc in oleo*, quod ſane de ſemine accipiendum eſt. Itaque quod praetermiſit Barbarus, Dalecampius confecit, dum ex eodem Dioſc. *Coquitur hic*, legi iubet. Nos in peregrina ignotaque arbore, inuitis exemplaribus omnibus, aut nihil mouendum, aut quaerendum amplius arbitramur. H.

r. Cyprus vocatur) Κύπρος, quod non arbori modo, ſed et vnguento nomen eſt: eſt enim hic cyprus, vnguentum cyprinum. Sic τὴν κύπρον dixit Theophr. lib. de odoribus, p. 187. pro ipſo vnguento. Sic ἶριν et οἰνάνθην pro irino et oenanthino dixit Apollonius apud Athenaeum, L. XV. p. 688. Sic νάρδου nomine, non herba tantum, ſed vnguentum ex nardo paratum deſignari ſolet, tum a Graecis, praeſertim Dioſc. L. I. c. 76. tum a Latinis. Horat. Carm. L. II. Od. 12. *Dum licet, Aſſyriaque nardo Potamus vncti.* H.

s. Pretium) Vnguento videlicet. H.

X.V. *t.* Optimum habetur [1] e Canopica *u.* in ripis Nili [2] nata; secundum Ascalone Iudaeae: tertium Cypro insula, odoris [3] suauitate. Quidam hanc *x.* esse dicunt arborem, quae in Italia ligustrum [4] vocetur.

LII. In eodem *y.* tractu aspalathos nascitur, spina candida, magnitudine arboris modicae, flore rosae. *z.* Radix *a.* vnguentis expetitur. Tradunt, in quocumque *b.* frutice curuetur arcus caelestis, eamdem, [5] quae sit aspalathi, suauitatem odoris existere:

1. *Canope. Diosc.* 2. *natum. Dal.* 3. *suauitate praecipuum. Dal.* 4. *vocatur. Dal.* 5. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. quae sit aspalatho Gr. et Al. quaecumque sit aspalathi. M.*

t. In libras, X. V.) Ita MSS. omnes. Denarii quinque, Francicae monetae asses sunt quadraginta. H.

u. E Canopica) Subintellige, arbore cypro, in Nili ripis, iuxta Canopum nata. H.

x. Quidam hanc) Errant ii, neque vero Plinius audire se illos ait. Et cyprus quidem peregrina arbor est, non huius caeli soliue: ligustrum, quod Gallis *Troëne*, ne arbor quidem est, sed frutex: et in sepibus passim ac fruticetis vbique prouenit. Cypro semen coriandri, quod rotundum est, ac subflauum: atrum ligustro, et altera parte latum, modiceque concauum. Cypro Dioscoridis folia oleae similia sunt, flores suauis odoris: quae gemina dos a ligustro abest: quare nec Plinii nec Dioscoridis cypros esse illud potest. H.

y. In eodem) In Istro, Nisyro, Syria, Rhodo. *Dal.*

In eodem) In Aegypto. Vide quae dicturi sumus, L. XXIV. s. 69. H.

z. Flore rosae) Apud Diosc. id non legitur. *Dal.*

a. Radix) Et toto etiam alterius aspalathi frutice, siue ligno, vtuntur vnguentarii ad vnguenta spissanda, vt recte Diosc. I. 19. H.

b. Tradunt, in quocumque, etc.) Legend. *Tradunt in quocumque frutice curuetur arcus caelestis, eamdem quaeque sit aspalathi suauitatem odoris existere, sed si in aspalatho, inenarrabilem quamdam.* i. e. sed si in aspalatho curuetur. *Salmas.* p. 397. b. *Tradunt, in quocumque)* Aristot.

istere: [1] sed si in aspalatho, inenarrabilem *c.* quamdam. Quidam eum erysisceptrum *d.* vocant, alii [2] sceptrum. Probatio *e.* eius [3] in colore rufo vel igneo, tactuque spisso, et odore castorei. Permutatur in [4] libras x. v.

LIII. In Aegypto nascitur et maron *f.*, peius quam Lydium, maioribus foliis ac variis. Illa brevia ac minuta, et odorata.

LIV. (XXV.) Sed omnibus odoribus praefertur balsamum, vni terrarum Iudaeae *g.* concessum, quondam

1. Sed in aspalatho Gr. et Al. 2. sceptrum Helysae (Elysium) cuius probatio est in. M. 3. est in. Cb. 4. libras XV. Gr. et Al.

ristot. in probl. Sect. Quaest. 2. *Dalec.*

Tradunt) Id vero in aspalatho maxime, et rhamno, euenire tradit Arist. s. 12. probl. 3. p. 746. Vide etiam Theophr. de causis, L. VI. c. 25. p. 382. cuius verba afferemus, L. XXI. s. 18. H.

c. Inenarrabilem) Perpetuo verum hoc non esse vide apud Rhod. c. 31. XXII. Inde, nec absque ratione, quidam non *ἐρυσίσκηπτρον* vocandum censent, sed ab incubitu et innixu Iridis, *ἰρίσκηπτρον*. Plutarch. in Symposiacis, Quaest. 2. l. IV. vide c. 13. l. XXIV. *Dal.*

d. Erysisceptrum) Diosc. l. c. Ἀσπάλαθος, *οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος.* Ab incubitu et innixu iridis, Rhodig. L. XXII. c. 31. et post eum Salmas. in Solin. p. 1020. *ἰρίσκηπτρον* malunt. Male. H.

e. Probatio) Probatur, inquit Diosc. ponderosus, detracto cortice rubens, aut in purpuram vergens, densus, odoratus, gustuque subamarus. H.

f. Maron) Retinet in officinis hortisque nomen. Vidimus in horto Regio. Describitur a Charasio perquam accurate, in Pharmac. p. 382. H.

g. Vni terrarum Iudaeae) Et Aegypto, Dioscor. Strabo lib. XVI. siluestre nasci tradit in maritimis Sabaeorum. Pausanias in Boeoticis balsami arbores in Arabia describit, myrtorum magnitudine, foliis amaraci. Vide reliquam historiam viperarum sub eius fronde latitantium, quam longum esset hic adscribere. *Dalec.*

Vni

quondam *h.* in duobus tantum hortis, vtroque regio *i.*, altero iugerum xx. non amplius, altero pauciorum. Ostendere [1] arbusculam *k.* hanc Vrbi Imperatores Vespasiani. Clarumque dictu, a Pompeio Magno, in triumpho *l.* arbores quoque [2] duximus. *m.* Seruit nunc haec, [3] et tributa pendit cum sua gente, in totum alia natura, quam nostri externique prodiderant. Quippe viti similior est, quam myrto. Malleolis seri dicitur, nuper [4] vincta *n.*, vt vitis: [5] et implet colles *o.* vinearum modo, quae sine

1. *Arbutum hanc.* Ch. 2. *ductas.* Alii. 3. *ac.* Ch. 4. *iuncta.* Vet. *dicta.* Ch. 5. *at nunc implet.* Dal.

Vni terrarum) Theophr. Hist. Pl. L. IX. c. 6. Dioscoridis aeuo etiam in Aegypto nascebatur, ipso id prodente, L. I. c. 18. In officinis, *le Baume blanc de Iudée.* Sed vix haberi potest, nisi adulterinum. H.

h. Quondam) Dum regnum Iuda staret: siue vsque ad captam a Nabuchodonosore Iudaeam: vel et sub Herode. H.

i. Vtroque regio) Theophrast. cap. 6. lib. IX. hist. *Dalec.*

k. Arbusculam) MSS. omnes. R. Colb. Par. Chiffl. *arbutum. H.*

l. In triumpho) Mithridatico triumpho Ebenum is ostendit. Supra cap. 4. huius libri. *Dal.*

m. Duximus) In MSS. *diximus.* Supra s. 9. ebenum arborem in Mithridatico triumpho Romae ostensam a Pompeio dixit. H.

n. Malleolis seri dicitur nuper vincta) Apographum Toletanum, *Malleolis seri dicit nuper victa.* Scribo, *Malleolis seri didicit nuper victa.* Pint.

Malleolis) Ramulis ex stirpe decisis, et in terram defossis. Galli malleolos, *des marquotes:* malleolis serere, *marquoter*, vulgo dicunt. Habet haec Solinus quoque c. 35. p. 65. H.

o. Implet colles, etc.) Dalecampius legit, *et nunc implet colles vinearum modo, etc.* inepte; quasi non et ante victoriam Romanorum colles impleret balsami frutex. Praecedit: *quippe viti similior quam myrto Malleolis seri dicitur, nuper vincta, vt vitis.* Haec falsa: nam sequitur: *et implet colles vinearum modo, quae*

fine adminiculis se ipsae sustinent. Tondetur similiter [1] fruticans, ac rastris nitescit, properatque nasci, intra tertium annum fructifera. Folium *p.* [2] proximum rutae, perpetua *q.* coma. Saeuiere in [3] eam Iudaei, sicut in vitam quoque suam. Contra defendere Romani, et dimicatum pro frutice est. Seritque nunc [4] eum fiscus *r.*: nec vmquam fuit numerosior, aut procerior. Proceritas intra bina *s.* cubita subsistit. Arbori *t.* tria genera. *u.* Tenui *x.* et

1. *Fructificans. M. et Ch.* 2. *proxime tuberi. Ch.* 3. *sic ex MSS. emend. Hard. conf. Ch. in eamdem Iudaei Gr. et Al.* 4. *sic et Ch. eam Gr. et Al.*

quae sine adminiculis se ipsae sustinent. si sine adminiculis se ipsa sustinet haec arbuscula; quid opus eam vinciri? frustra vinciatur, quae adminiculatione non eget. *Salmas.* p. 586. a.

Et implet) Et, si non vinciatur, se ipsa in collibus sustinet, nec adminiculatione eget. Iustinus L. XXXVI. in vinearum morem excoli prodidit. Solinus: *Iam nobis latissimi colles sudant balsama.* H.

p. Folium) Theophr. l. c. Sic enim Diosc. I. 18. H.

q. Perpetua) Perpetuo virens, ἀείφυλλος Theophr. H.

r. Fiscus) Fisco Principis addictus balsami reditus omnis: Arborem is idcirco colendam ac serendam curabat. H.

s. Proceritas intra bina) Punicae magnae Theophrast. Cytiso et Terebintho similis. Strabo lib. XVI. *Dalec.*

Intra bina) Simeon Sethi: μικρόν ἐςι τὸ τοιοῦτον φυτὸν πηχέων ἔλαττον δύο. Tit. *de balsamo.* H.

t. Arbori) Xylobalsamo. *Dalec.*

u. Tria genera) Sic Diosc. l. c. διαφέρον αὐτὸ ἑαυτοῦ τραχύτητι, καὶ μήκει, καὶ ἰσχνότητι. Quod Salmasius non intellexit, quum Plinium erroris insimulat, in libello, cui titulum fecit, Praefationis in Plinium, p. 96. H.

x. Tenui et) Hoc est, quod tenues surculos gerit, et capillaceae gracilitatis virgulta, quae ob gracilitatem facile tonderi et amputari possint: τὸ λεπτὸν καὶ τριχῶδες τοῦ θάμνου θερίζον· ἴσως διὰ τὸ εὐχερῶς θερίζεσθαι, ἴσχνον ὄν. Diosc. l. c. Caue enim de capilla-

ceis

et capillacea coma, quod [1] vocant eutheriſton. Alterum ſcabro aſpectu, incuruum, fruticoſum, odoratius: hoc trachy *y.* appellant. Tertium eumeces, quia eſt reliquis procerius, laeui cortice. Huic ſecunda bonitas, nouiſſima eutheriſto. *z.* Semen *a.* [2] eſt vino proximum guſtu, colore rufum, nec ſine pingui: peius in grano, quod leuius atque viridius. Ramus craſſior, quam myrto. Inciditur *b.* vitro, lapide, oſſeiſue cultellis. [3] Ferro *c.* laedi vitalia odit. Emoritur protinus, eadem amputari ſuperuacua patiens. Incidentis manus *d.* libratur arti-

1. *Vocatur eutheriſtrum. Ch.* 2. *ſic ex MSS. emend. Hard. conſ. M. et Ch. ſemen eius vino Gr. et Al.* 3. *Ferrum odit. Laeſis vitalibus emoritur, etc. Moritur. M.*

ceis foliis haec accipienda putes, quae Plinius paulo antea, vt et Theophr. et Dioſc. rutae ſimilia eſſe recte dixit. Vnus etſi Iuſtinus L XXXVI. Plinii verba perperam interpretatus, eiuſmodi folia balſamo attribuit, qualia in piceis arboribus cernere eſt. H.

y. Trachy) Τραχὺ *aſperum.* Et mox εὐμήκες, *procerum.* H.

z. Eutheriſto) Εὐθέριςον, quod facile amputatur. Solent certe ſurculi, non folia, amputari. H.

a. Semen) Carpobalſamum. *Dalec.*

Semen) Siue fructus, καρπὸς, Dioſc. l. c. In officinis Carpobalſamum: ſed ſincerum hodie nullum fere. Vide Charaſ. in Pharm. p. 308. H.

b. Inciditur) Haec Solinus, c. 35. p. 65. H.

c. Ferro) Tacit. Hiſt. L. V. p. 116. *Si vim ferri adhibeas, pauent venae: fragmine lapidis, aut teſta, aperiuntur.* Vitalia Plinius vocat, interiora, quae cortice, velvti cute ambiuntur. Theophr. tamen et Dioſc. ll. cc. σιδηροῖς ὄνυξι ferreis vnguibus ſcribunt incidi arborem: quod Plinio non aduerſatur, qui hoc vnice velit; ſic librandum ictum eſſe, vt ne quid vltra corticem violetur: tutiuſque idcirco ferri acie abſtinere. H.

d. Incidentis manus) Artifex temperamentum et artifex plaga, quae cum artificio facta

artifici temperamento, ne quid vltra corticem violet. Succus e plaga *e.* manat, quem opobalsamum vocant, suauitatis *f.* eximiae, sed tenui [1] gutta ploratu, lanis *g.* parua colligitur in cornua. Ex [2] his nouo fictili conditur, crassiori similis oleo, et in musto *h.* candida. [3] Rubescit deinde, simulque [4] durescit e translucido. Alexandro *i.* Magno res ibi gerente, toto die aestiuo vnam concham impleri iustum [5] erat. Omni vero fecunditate *k.* e maiore

horto

1. Gutta. Ploratus. V. sed tenuis guttae ploratu. Lanis. M. 2. *sic ex MSS. em. Hard. his noua Ch. iis nouo Gr. et Al.* 3. *Rufescit. Ch.* 4. *durescit et translucida. V. durescit et translucet, vel durescens translucet.* 5. *erat, magna fecunditate: annis vero singulis. Ex Diosc. erat. Anni vero fec. e ma. hor. con. senos singulis annis, cum et duplo. Alii.*

facta est. *Salmas.* pag. 591. a. Statim, quod sequitur, sic legend. *toto die aestiuo vnam concham impleri iustum erat homini. anni vero fecunditate, etc.* idem ibid. b. *Incidentis)* Solin. l. c. H.

e. Succus e plaga) Vid. infra c. 4. l. XXIII. *Dal.*

f. Suauitatis) Balsamum bene ac suauiter olere, adversus quosdam recentiores, probat Petr. Seruius L. de odoribus, p. 10. H.

g. Lanis) Lanis colligitur, siue excipitur: mox iisdem expressa lacryma, in cornua parua reconditur. H.

h. In musto) Dum nouella, ac recens. H.

i. Alexandro) Et haec habet etiam Theophr. Hist. Pl. L. IX. c. 6. H.

k. Omni vero fecunditate, etc.) Budaeus lib. V. de Asse, sic leg. *Anni vero fecunditate e maiore horto congios senos singulis annis, cum et duplo, etc.* Vide Sarracen. in Dioscorid. p. 6. b.

Omni vero) Hoc est, maxima et annua fecunditate: quum maxime fecunda lacrymae arbos est. Vide N. et Em. N. XXI. (hic adi.) *Toto die)* Sic totidem plane syllabis et apicibus libri tum editi (etsi horum nonnulli *argento* male) tum vero etiam MSS. Quae tamen Budaeo, de asse L. V. Salmasioque non placent. Ille, *anni vero fecunditate e maiore horto congios senos singulis annis, cum et duplo, etc.* Salmasius in Solin. p. 591. *Concham*

horto congios *l.* senos, minore singulos, cum [1] duplo *m* rependebatur argentum. Nunc etiam singularum *n.* arborum [2] largior vena: ter omnibus percutitur aestatibus, postea deputatur. Et sarmenta quoque *o.* in merce sunt. [3] DCC. IIs. *p.* amputatio ipsa surculusque [4] veniit intra quintum deuictae annum.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. cum duplo rependebatur argento Gr. et Al.* 2. *longior. Ch.* 3. *DCCC. V. DCCIII. Ch. DCCC Gr. et Al.* 4. *venit Dal. venire (leg. veniere) intra quintum deuictae an. Ch. venit intra quintum demum annum. Gr.*

cham impleri iustum erat homini. Anni vero, etc. At formam hanc loquendi, *impleri iustum erat homini,* quo demum scriptore tuebitur? quo codice? Budaeum coarguit Theophrastus; sic enim ille Hist. L. IX. c. 6. Γίνεσθαι δὲ ἐκ μὲν τῦ μείζονος παραδείσε ἀγγεῖα δώδεκα ὅσον ἡμιχόεα· ἐκ δὲ τῦ ἑτέρε, δύο μόνον. Impleri ex maiore horto vasa semichoea duodecim, hoc est, congios senos: ex altero vero duo tantum, hoc est, congium vnum. Est enim χῦς Graecis, qui Romanis congius, vt alibi dicemus. Diosc. quoque L. I. c. 18. Ῥεῖ δὲ ὀλίγον, ὡς καθ' ἕκαστον ἔτος μὴ πλεῖον ἢ ἕξ ἢ ἑπτὰ χόας, etc. H.

l. Congios) Congius sextarios sex continet. De sextario dicemus L. XXI. s. vlt. H.

m. Cum duplo) Alexandri M. aeuo. H.

n. Nunc etiam singularum) Tunc temporis dicit, vel singularum arborum venam largius balsamo sudasse, maioremque balsami copiam dedisse, quam duos hortos illos, qui soli erant aetati Alexandri. septenos congios hi reddebant. hoc vnum est τῶν ἀδυνάτων. *Salmas.* 593. Sequitur, quod ita legend. DCC. HS. *amputatio ipsa surculique veniere intra quintum deuictae annum.* hoc est, septingenties sestertio. Vide *Salmas.* pag. 593. c.

o. Et sarmenta quoque, etc.) Legend. *Et sarmenta quoque in merce sunt.* DCC. *sestertio amputatio ipsa surculique veniere intra quintum deuicta annum.* Vide Salmas. p. 582. a.

p. DCC. III.) Alii Denariis trecentis. *Dal.*

DCC. IIs.) Hoc est, sestertiis septingentis, vt diximus L. VII. s. 40. non vti Salmasius putat, in Solin. p. 593. septingenties sestertiorum.

num. *q.* Xylobalſamum vocatur, et coquitur in vnguentis: pro ſucco ipſum ſubſtituere officinae. Corticis *r.* etiam ad medicamenta pretium eſt. Praecipua autem gratia lacrymae, ſecunda ſeminis., tertia cortici, minima ligno. Ex hoc [1] buxoſum *t.* eſt optimum, quod eſt odoratiſſimum: e ſemine *u.* autem maximum et ponderoſiſſimum, mordens guſtu, feruenſque in ore. Adulteratur *x.* Petraeo hyperico *y.*: quod [2] coarguitur magnitudine, [3] inanitate, longitudine, odoris ignauia, ſapore piperis. Lacrymae probatio, vt ſit pinguis, tenuis, ac modice rufa, et in fricando odorata. Secundus candido colos, peior viridis [4] craſſuſque, peſſimus niger:

1. πυῤῥὸν *Dioſc.* πυξῶδες *videtur legiſſe Plinius.* 2. *ſua arguitur. M.* 3. *inanitate, latitudine, ſeu longitudine. V. quae indicant vocem longitudine irrepſiſſe.* 4. *caeſiuſque. Dal.*

rum. Ita porro MSS. omnes, R. Colb. Par. Chiffl. non vt editi DCCC. *amputatio.* etc. H.

q. Intra quintum demum annum) Ambo exemplaria, *Intra quintum deuictae annum,* nec *venit* legunt ſtatim ante, ſed *veniere.* Pint.

Intra quintum deuictae) Poſt eam arborem, Iudaeamque deuictam. Ita MSS. proxime laudati. Frigide editi, *intra quintum demum annum.* Nummi Veſpaſiani, et Titi, IVDAEA CAPTA. H.

r. Corticis) Valet cortex ad medicamenta, et eſt in pretio. H.

s. Secunda ſemini) Siue fructui, ſiue pomo. Solini paraphraſis, c. 35. p. 65. *Secundum in pretiis locum poma obtinent.* H.

t. Buxoſum) Colore buxeo. H.

u. E ſemine) Dioſc. ſimiliter, L. I. c. 18. H.

x. Adulteratur) Aſportatur ab oppido Arabiae Petra ſemen hyperico ſimile, inquit Dioſc. quo balſami fructus adulteratur: ſed ex eo fraus dignoſcitur, quod maius illud ſit, inane, ignavum, ſapore piperis. De hyperico dicemus, L. XXVI. ſ. 53. et 54. H.

y. Petraeo hyperico) Semine Hyperico ſimili, quod a Petra oppido defertur. Dioſcor. *Dalec.*

ger: quippe vt oleum ſeneſcit. Ex omni [1] inciſura maxime probatur, quod ante ſemen fluxit. Et alias adulteratur ſeminis [2] ſucco, vixque maleficium deprehenditur guſtu amariore: eſſe enim debet [3] lenis, non ſubacidus, odore tantum auſterus. Vitiatur *z.* et [4] oleo roſae, [5] cypri, lentiſci, balani, terebinthi, myrti, reſina, galbano, [6] cera Cypria *a.*, prout quaeque res fuit. *b.* Nequiſſime autem *c.* gummi,

1. *incluſura. Ch.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. ſemine ſuo Gr. et Al.* 3. *laeuis. Dioſc.* 4. *vnguento. Dioſc.* 5. *ſic et M. et Ch. cyperi Gr. et Al.* 6. *cerato Cyprino, aut myrtino. Dioſc.*

z. Vitiatur) Haec ſimiliter Dioſc. l. c. Vide N. et Em. N. XXII. (hic adi.) *Vitiatur)* In libris editis, *cyperi*, male. Nam Dioſc. L. I. c. 18. Δολȣ̃ται δὲ ποικίλως· οἱ μὲν γὰρ χρίσματα μίσγȣσιν αὐτῷ, ὡς τὸ τερεβίνθινον, κύπρινον, σχίνινον, σȣ́σινον, βαλάνινον, etc. Et vero MSS. R. Colb. Par. Chiffl. *cypri* habent. H.

a. Cera Cypria) Quod κηρωτὴν Dioſcorides, hoc Plinius vbique ceram appellat: alii ceratum vertunt. Caue porro credas ceram cypriam, quam κηρωτὴν Κυπρίνην nunc Dioſcorides vocat a Cypro inſula cognominatam, quae cerae laudem nullam habet. Nomen enim ἀπὸ τȣ̃ κύπρȣ, qua de arbore dictum eſt, ſ. 52. Ceratumque cyprinum ex cera oleoque cyprino, certa portione paratur, vt ex cera oleoque roſaceo, roſaceum ceratum. H.

b. Res fuit) Subintellige, in promtu, ad manum, obvia. H.

c. Nequiſſime autem, etc.) Lege: *Nequiſſime autem gummi, quoniam inareſcit in manu inuerſa, et in aqua ſidit, quae probatio eſt gemina. Debet ſincerum et inareſcere, ſed hoc e gummi areſcere addita fragili cruſta euenit, et guſtu deprehenditur.* Inareſcere dicuntur, quae calore denſantur et congelantur, vt de ſale lyncurio et bitumine notauimus, quae omnia vi ardoris coëunt in duritiem lapidis: nequiſſime autem balſamum gummi adulterari dicitur, quia difficillime deprehenditur. *Salmaſ.* 494. a. Sequitur: *Carbone vero, quod cera reſinaque adulteratur, eſt nigriore flamma.* id eſt, nigrio-

mi, [1]quoniam ipsum quoque inhaerescit *d.* manu inuersa, et in aqua sidit: quae probatio *e.* [2]gemina est. [3]Debet sincerum et inhaerescere: [4]sed hoc e gummi arescere *f.* addita fragili crusta euenit. Et gustu deprehenditur. Carbone *g.* vero, quod cera resinaque [5]adulteratum est, [6]nigriore flamma. Nam melle mutatum [7]statim in manu contrahit muscas. *h.* Praeterea *i.* [8]sinceri densatur in tepida aqua gutta sidens ad ima [9]vasa: adulterata *k.* olei modo

1. *Quoniam inarescit in manu inuersa.* Ch. 2. *quae probatio eius gemina est.* Gr. et Al. 3. *debet sincerum et inarescere.* Ch. *Debet enim sincerum inarescere.* Vet. 4. *sic ex MSS. em. Hard. sed hoc et gummi addita fragili crusta euenit.* Gr. et Al. 5. *adulteratur, e nigriori.* M. *adulteratur, est nigriore* Ch. 6. *nigriori.* Gr. 7. *sic ex MSS. em. Hard. statim contrahit muscas,* Gr. et Al. 8. *sincera.* V. M. 9. *sic ex MSS. em. Hard. conf.* Ch. *vasis* Gr. et Al.

nigriorem flammam habet, cum vritur. *Salm. ibid.*

Nequissime) Nequissime adulteratur, quia difficillime fraus deprehenditur. H.

d. Inhaerescit) Ita recte: non *inarescit*, vt Salmasio placet p. 494. in Solin. H.

e. Quae probatio) Sinceri balsami. Geminam hanc notam in sincerissimo balsamo candido, quod ex America ad nos missum est, deprehendimus: nam manu inversa haeret tamen: et in aqua sidit primum, sed mox emergit: Iudaeae balsamum semper sidit. H.

f. E gummi arescere) Sed vt inhaerescat gummi addito, id non fit, nisi fragili crusta simul enata arescat. H.

g. Carbone) Igni impositum, deprehenditur id quod cera resinaue adulteratum est. H.

h. Nam melle mutatum, statim contrahit muscas) Adde *manu. Nam melle mutatum statim manu contrahit muscas*, ex vtroque exemplari, vt paulo ante: *quoniam et ipsum quoque inarescit in manu inuersa.* Pint.

Contrahit) Congregat. Sic L. XXVIII. s. 42. *Sanguine ceruino contrahi serpentes tradunt.* H.

i. Praeterea) Habet hoc quoque Simeon Sethi, tit. de balsamo. H.

k. Adulterata) Diosc. l. c. H.

modo innatat: et si metopio *l.* [1] vitiata est, circulo candido cingitur. Summa probatio *m.* est, vt lac coagulet, in veste maculas non faciat. Nec manifestior alibi fraus: [2] quippe millibus *n.* denariûm, sextarii empti vendente fisco trecenis denariis, veneunt. In tantum expedit augere liquorem. Xylobalsamo pretium *o.* in libras [3] X. V. *p.*

LV. Proxima Iudaeae Syria [4] supra Phoenicen styracem *q.* gignit, circa Gabala *r.* et Marathunta, et

1. *Vitiatum est. M.* 2. *Quippe millibus denariûm sextarii empti vendente fisco, trecentis denariis veneant. Gr. et Al.* 3. *sic et M. et Ch. VI. Gr. et Al.* 4. *super. M.*

l. Si metopio) Et metopio adulterari balsamum, scribit etiam Diosc. L. I. c. 18. Est autem metopion Hammoniaci lacryma, vt diximus, l. 50. H.

m. Summa probatio) Haec pariter Diosc. l. c. et auctor libri de simpl. med. ad Patern. inter opera Galeni, T. XIII. p. 997. H.

n. Quippe millibus etc.) Legend. *Quippe millibus denariûm, sextarii empti vendente fisco trecenis denariis veneunt.* Sextarii empti trecenis denariis vendente fisco, millibus denarium venibant vendentibus institoribus, qui a fisco emerant: hinc fraus manifesta institorum. *Salmas.* p. 592 a.

Millibus denariûm) Purum balsamum, ἄκρατον, vendente fisco in singulos sextarios trecentis denariis venibat. Institores qui a fisco emebant, sic liquorem illum augebant, admixtis alienis succis, vt mille denarios facerent ex ea mensura, pro qua trecentos dedissent. Mille denarii, monetae nostrae sunt librae, vt vocant, omnino quadringentae. Trecenti, librae centum ac viginti. H.

o. Xylobalsamo pretium, etc.) Lege: *Xylobalsamo pretium in libras x. v.* hoc est, denarii quini. *Salmas.* pag. 593. b.

p. In libras X. V.) Ita MSS. denarii quinque, quale cypri pretium esse diximus, l. 52. H.

q. Styracem) In officinis, *Storax*, gummi, seu lacrymae induratae genus: sed illud perrarum, ac vix vmquam adulterationis vitio carens. H.

r. Ga-

et Casium Seleuciae montem. Arbor est *s.* eodem nomine, cotoneo malo [1] similis, lacrymae ex austero iucundioris, intus similitudo *t.* arundinis, succo praegnans. In hanc circa Canis [2] ortus aduolant pennati vermiculi *u.* erodentes: ob id in scobe *x.* sordescit. Styrax laudatur *y.* post supra dicta ex Pisidia *z.*, [3] Sidone, Cypro, Cilicia, [4] Creta minime.

1. *Similis, succo praegnans, lacrymae, etc. arundinis. In hanc circa, etc.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. ortum Gr. et Al.* 3. *Side- Ch.* 4. *Creta: minime, ex Amano. Dal.*

r. Gabala) Vnde styrax Γαβαλίτης a Diosc. laudatur L. I. c. 79. De his oppidis in Geographicis egimus, L. V. H.

s. Arbor est) Diosc. l. c. H.

t. Intus similitudo) Plin. cur καλαμίτης vocetur dicere conatus est, sed absurde. Non enim ratio nominis est, quod arundini similis sit, sed quod arundinibus obuolutus et circumseptus afferretur. Ideo autem arundinibus recondebatur, vt et cetera olim odorata, ne exspiraret, et vires amitteret, quod et de Dictamno Cretico Theophrastus scriptum reliquit c. 16 l. IX. hist. *Dalec.*

u. Pennati vermiculi) Satyracen quoque vermiculatum cognomine Scoleticen, in magno pretio fuisse Dioscor. testatur apud imperitos. *Dalec.*

x. In scobe) Scobe arboris admixta, quae vermiculorum erosione fit, adulteratur ea lacryma, atque adeo vilescit, sordetque. Diosc. l. c. et auctor libri de simpl. med. T. XIII. Opp. Galeni, p. 1000. H.

y. Styrax laudatur, etc.) Legend. *Styrax laudatur post suprascripta ex Pisidia, Cypro, Cilicia, Creta: minime ex Amano Syriae medicis, etc.* Dicit minime laudari medicis, qui ex Amano Syriae veniebat, sed vnguentariis magis, quia fortasse magis succosus esset, ideoque vnguentis et χρίμασιν vtilior. *Salmas.* p. 545. b. Et paulo post, lege: *vel gummi alia, melle aut amygdalis amaris.* Mox legend. *pretium optimo X. VIII.* id est, denarii octo. *Salmas.* ibid.

z. Post supra dicta ex Pisidia) Scribo, *Post supradicta ex Pisidia. Sed et Cypro, Cilicia, Creta,* ex apographo

nime. Ex Amano Syriae medicis, sed vnguentariis magis. [1]Colos in quacumque natione praefertur rufus *a.*, et [2]pinguiter lentus: deterior furfurosus, et cano situ obductus. Adulteratur cedri resina vel gummi, alias [2] melle, aut amygdalis amaris; omniaque ea deprehenduntur gustu. Pretium [3] optimo X. VIII. *b.* Exit et in Pamphylia *c.*, sed [4] acrior *d.*, minusque succosus.

LVI. Dat et galbanum *e.* Syria in eodem Amano monte

1. Colore, etc. ruffus, pingui, et lentius. Dal. 2. *ἰρίνῳ (male vulgo ἴρεως) ὑποςαθμῇ. Diosc. melle, et iam. Dal.* 3. *optimo XVIIII.* 4. *sic et M. aridior. Gr. et Al.*

pho Tolet, rectissime: prouinciae enim hic, non ciuitates enumerantur. *Pint.*

Pisidia) Pisidiacum, Ciliciumque styracem commendat etiam Diosc. l. c. Pamphylium Galenus de antid. L. I. c. 14. p. 889. cuius regionis oppidum Side. Sed hic MSS. omnes, *Sidone* habent, praeter Chiffl. Et vero de styrace Pamphylio mox dicetur. H.

a. Rufus) Diosc. ξανθὸς, καὶ λιπαρὸς, ῥητινώδης, rufus, pinguis, resinosus. Idem mox furfurosum improbat, τὸ πιτυρώδη. H.

b. X. *VIII.)* Ita MSS. omnes. Denarii octo, Gallicae monetae asses sunt LXIV. H.

c. Exit et in Pamphylia, etc.) Legend. *exit in Pamphylia, sed acrior, minusque succosus.* Salmas. p. 545. a.

d. Sed acrior) Sic MSS. Reg. Colb. Par. non *aridior.* H.

e. Dat et galbanum, etc.) Legend. *Dat et Galbanum Syria in eodem Amano monte, e ferulaque eiusdem nominis, resina modo stagonitin appellant.* Χαλβάνην ςαγονῖτιν maxime laudari dicit, quae ita dicitur, quod guttatim fluit nam ςαγόνες sunt guttae. *Salmas.* p. 352. a. *Dat et galbanum Syria)* Vide infra cap. 5. lib XXIV. Theophrast. cap. 7. lib. IX. hist. ferulam eam *Paco* vocari tradit. Diosc. vero a quibusdam nominari *Metopion.* Rotundum et masculum thus Dioscor. *Stagonian* vocat. *Dalec.*

Galbanum) Retinet in officinis nomen. H.

monte [1] e ferula *f.*, quam eiusdem nominis resinae modo stagonitin *g.* appellant. Quod *h.* maxime laudant, cartilaginosum, purum ad similitudinem [2] Hammoniaci *i.*, minimeque lignosum. [3] Sic quoque adulteratur faba, aut [4] sagapeno. *k.* Sincerum *l.* si vratur, fugat nidore serpentes. Permutatur in libras, [5] X. V. *m.* Medicinae hoc tantum.

LVII. (XXVI.) Panacem *n.* et vnguentis *o.* eadem

1. E ferula eiusdem nominis resinae modo, quam stagonitin appellant. Dal. 2. *thuris. Diosc.* 2. *Hoc.* 4. *hammoniaco. Diosc.* 5. *sic et M. et Ch. V. Gr. et Al.*

f. E ferula) Ex arbore ferulacea. Galen. de fac. simpl. med. p. 240. Χαλβάνη, ὀπός ἐςι ναρθηκώδους Φυτοῦ. H.

g. Stagonitin) Ipsa resina, quae galbanum dicitur, etiam ςαγονῖτις appellatur, quod guttatim fluit: arbor eodem nomine, quod illam guttatim emittat. Σταγόνες guttae sunt. H.

h. Quod maxime) Diosc. L. III. c. 97. H.

i. Hammoniaci) Quo idcirco permixto galbanum adulterari prodit Diosc. l. c. H.

k. Sagapeno) In MSS. *Sacopenio.* Recte. Nam Sacopenio, quod est inferioris notae adulterari galbanum, simile veri est: quum sagapenum, quod pretii maioris est ac facultatis, adulterari galbano prodat auctor libri de simpl. med. ad Patern. T. XIII. Opp. Galeni p. 999. *Sagapenum*, inquit, *est lacrymae genus . . . Hoc ipsum galbano aliqui adulterant, formatis ex eo guttulis, eiusdem magnitudinis* De vtroque dicemus opportunius, L. XX. s. 75. H.

l. Sincerum) Nicander in Theriac p. 4. et Diosc. l. c. H.

m. X. V.) Ita MSS. R. Colb. et Chiffl. Denarii quinque, asses sunt XL. H.

n. Panacem) Pharmacopolis, *Panaces Heracleum* dicitur: ipsique Dioscoridi L. III. c. 55. Πάνακες Ἡράκλειον. Succus vero, opoponax. Vide Charas l. c. p. 297. De eo rursum, L. XXV. s. 11. Pingitur a Dodonaeo, p. 305. a quo spondylium etiam alterum appellatur. Vidimus in horto Regio. H.

o. Vnguentis) Imo potius medicinae quam vnguentorum deliciis. Est enim odoris

dem gignit *p.*, nafcentem et in [1] Pfophide *q.* Arcadiae, circaque Erymanthi fontes, et in Africa, et in Macedonia: ferula *r.* fui generis v. cubitorum, foliis [2] primo quaternis, mox fenis in terra iacentibus, ampla magnitudine rotundis *s.*, in cacumine vero oleagineis, femine in mufcariis *t.* dependente, vt ferulae. Excipitur *u.* fuccus incifo caule meffibus, radice in autumno: laudatur *x.* candor [3] eius coacti. Sequens *y.* pallido ftatera. Niger color

1. *Phocide. Diofc. Phonea. Vet.* 2. *Lego, primo ternis, mox quinis, etc. fic enim oriuntur.* 3. *eius recenter coacti. Sequitur pallor ficcato. ξυρανθεὶς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν κροκίζει. Diofc.*

ris ingrati. Vide infra c. 4. lib. XXV. *Dal.*

Vnguentis) Maxime irino. Vide N. et Em. N. XXIII. (hic adi.) *Panacem)* Reprehendit h. l. Plinium Dalecampius: negat panacem vnguentis vtilem. At tuetur Plinium Theophraftus, qui ad vnguentum irinum panacis radicem vtilem effe teftatur, propter fuauitatem eximiam, Hift. Pl. L. IX. c. 10. χρήσιμος δὲ καὶ πρὸς τὸ ἴρινον μύρον διὰ τὴν εὐωδίαν. H.

p. Eadem gignit) Syria nimirum. Theophr. Hift. L. IX. c. 10. Γίνεται δὲ περὶ Συρίαν. H.

q. Et in Pfophide) Diofc. l. c. De his regionibus in Geographicis egimus. H.

r. Ferula) Arbor ferulacea peculiaris generis. Haec defcriptio totidem fere verbis exftat apud Diofc. l. c. H.

s. Ampla magnitudine rotundis) Ficulneis fimilibus. Diofcor. *Dal.*

Rotundis) Ad folia ficulnea proxime accedentibus. Diofc. H.

t. In mufcariis) Mufcarium dicitur ea veluti coma quarumdam herbarum, in qua femina dependent, qualis eft ferulae, feniculi, anethi, et fimilium. Σκιάδιον Diofc. appellat l. c. quafi vmbellam: σκιάδιον, inquit, ἐπ᾽ ἄκρε, ὡς ἀνήθε. H.

u. Excipitur) Diofc. l. c. et Theophr. Hift. L. IX. c. 10. Galenus opopanacem et ex radice pariter, et ex caule incifo colligi prodit, de fimpl. med. fac. L. VIII Καὶ ὁ καλέμενος ὀποπάναξ γίνεται τῶν ῥιζῶν αὐτε, καὶ τῶν καυλῶν ἐκτεμνομένων. H.

x. Laudatur) Diofc. l. c. H.

y. Se-

color improbatur. Pretium optimo in libras X, [1] bini. *z.*

LVIII. Ab hac ferula *a.* differt, quae vocatur spondylion *b.*, foliis tantum, quia sunt minora, [2] platani diuisura. *c.* Non nisi in opacis gignitur. Semen eodem nomine silis speciem *d.* habet, medicinae *e.* tantum vtile.

LIX. Dat et malobathron Syria, arborem folio conuoluto *f.*, [3] arido colore *g.*: ex quo [4] exprimitur *h.* oleum ad vnguenta: fertiliore eiusdem Aegypto. Laudatius *i.* [5] tamen ex India venit. In paludi-

1. *Sic et M. et Ch. libras bini asses Gr. et Al.* 2. *Gron. inserit et.* 3. *colore aridi soli. Ch.* 4. *premitur. M. lego, paratur.* 5. *tamen in M. d.*

y. Sequens) Vilius pretium pallido est. H.

z. X. bini) Ita MSS. omnes. Denarii bini, asses sunt sedecim. H.

a. Ab hac ferula) Haec totidem verbis Diosc. L. III. c. 190. Σφονδύλιον, etc. Depingitur a Dalecampio Hist. Pl. L. VI. c. 22. H.

b. Spondylion) Vide c. 6. lib. XXIV. *Dalec.*

c. Platani diuisura) Diuisa sunt sphondylii folia exiguis per ambitum incisuris, vt platani. H.

d. Silis speciem) Hoc est, seselis, quod seli Romani veteres appellauere. Diosc. l. c. σπέρμα δι' ἐπ' ἄκρῳ ὅμοιον σεσέλει. H.

e. Medicinae) Ad quos vsus adhibeatur, dicemus. L. XXIV. f. 16. H.

f. Dat et Malobatrum Syria, arborem folio conuoluto) Hoc falsissimum: nam sola India hoc mittit. Vide *Salm.* 1061. a. *Dat et Malobathron)* Vide infra c. 4. lib. XXIII. *Petalion* Plauto in Curcul. *Folium* Latinis: vnde *foliatum vnguentum*, cap. I. lib. sequentis. *Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa es, tu crocum, tu casia es, tu petalium.* Dalec.

Syria) Hinc Horat. L. II. Od. 7. *Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.* H.

g. Arido colore) In Chiffl. *colore aridi soli.* H.

h. Exprimitur) Imo conditur. *Dal.*

i. Laudatius) Et iam alterius generis malobathrum. Μαλάβαθρον Diosc. I. 11. Galen. de fac. simpl. medic. L. VII. p. 205. aliique Graeci appellant. Etiamnum in officinis

paludibus ibi gigni tradunt *k*. lentis modo *l*., odoratius croco, nigricans, ſcabrumque, quodam ſalis guſtu. Minus probatur candidum. Celerrime ſitum in vetuſtate ſentit. Sapor eius *m*. nardo ſimilis eſſe debet ſub lingua. Odor vero in vino ſufferuefacti antecedit alios. In pretio quidem prodigio ſimile eſt, [1]a X. ſingulis *n*. ad [2]X. CCC. pervenire libras: [3]oleum autem ipſum in libras [4]X. LX.

LX. (XXVII.) Oleum [5]et omphacium *o*. eſt. Fit duobus *p*. generibus, et totidem modis, ex olea et vite: olea adhuc alba expreſſa: deterius ex druppa

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. M. a ſingulis ad CCC. Gr. et Al.* 2. *CCC. Gron.* 3. *folium. M. et Ch.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. LXX. M. L. Ch. in libras LX. Gr. et Al.* 5. *Lego vnguentis idoneum et oleum omphacinum eſt. Fit quidem omphacium duobus, etc.*

officinis *Malabathrum*, et *folium Indum*. H.

k. Gigni tradunt) Incerta id fama tradi haud obſcure innuit: tradidit tamen Dioſc. l. c. et ex recentioribus Dalec. Hiſt. Plant. L. XVIII. c. 15 aliique: quos hallucinatos eſſe recte euincit Charaſ. in Pharm. p. 294. vbi arboris ingentis folium eſſe ait in Cambaiae regno, aliiſque Indiae locis enatae. Ante eum viderat Saracenus in nott. ad Dioſc. fictitiam hanc eſſe malobathri deſcriptionem, qualis a Dioſcoride, et ab iis quos Plinius commemorat, nunc affertur. H.

l. Lentis modo) Lenticulae paluſtris modo aquis innatare. *Dal.*

m Sapor eius) Dioſc. l. c. et Charaſius. H.

n. A X. ſingulis) A denariis ſingulis. Denarius Romanus Gallicae monetae praeſtat aſſes octo. Trecenti, libras centum et viginti. Sexaginta denique, libras viginti quatuor. H.

o. Omphacium) Ὀμφάκινον Dioſc. L. I. c. 29. ita dictum, quia ex acerbis et immaturis vuis oleiſque exprimitur. Catoni, oleum viride. H.

p. Fit duobus) Genera ſunt, olea et vitis: ex ſingulis generibus fit oleum duobus modis. H.

paq.: ita vocatur priusquam cibo matura sit, iam tamen colorem mutans. Differentia, quod hoc viride r. est, illud candidum. E vite s. fit [1] psythia aut amminea, quum sint acini ciceris magnitudine, ante Canis ortum. In prima lanugine t. demetitur [2] vua u., eiusque melligo. x. Reliquum y. corpus Sole coquitur. Nocturni rores cauentur. z. In fictili condita melligo a. [3] colligitur: subinde Cyprio

aere

1. *Thasia. Diosc.* 2. *iuba. Ch.* 3. *colitur. M.*

q. *Druppa)* De hoc genere et nomine dicemus L. XV. s. 2. H.

r. *Viride)* E druppa Viride c. 6. l. XXIV. *Dal.*

Hoc viride) Hoc, quod ex druppa fit: illud, quod ex alba. H.

s. *E vite)* De his vitium nominibus dicemus L. XIV. s. 4. et 11. H.

t. *In prima lanugine)* Quum nondum nigrescit, Diosc. μήπω περκάζουσα: incipientis vuae pubertatem vocat in prooemio l. XXIII. *Dal.*

Lanugine) Hoc est incipientis vuae pubertate, vt dicetur L. XXIII. s. 4. H.

u. *Vua)* In MSS. R. Colb. Chiffl. etc. *iuba.* Male. H.

x. *Melligo)* Quum ex efferuescente succo, ceu lanugo quaedam, in ambitu lateribus vasis adhaeserit, tum ea pariter demetitur. Decuti in subiectum liquorem Dioscor. iubet, L. III. c. 5. Plinius, seponi. Quid melligo esset, nec Ruellius intellexit, L. I. de nat. stirp. p. 269 nec ante nos alii. H.

y. *Reliquum)* Reliquus succus e vite expressus, siue omphacium ipsum, *le Verjus.* Sed hic parandi modus obsoleuit. H.

z. *Nocturni rores cauentur)* Quoniam concrescere succum non sinunt. Dioscor. *Dalec.*

Cauentur) Obstant enim, quominus spissescat, cogaturque. Κωλύουσι γὰρ αἱ δρόσοι τὴν σύστασιν αὐτοῦ. Diosc. L. III. c. 5. H.

a. *Melligo)* Melliginem τὸν χυλὸν ἐκθλιβόμενον Dioscor. vocat, succum expressum. Qua de causa Plinius melliginem vocet, incompertum. Qui dictionaria ediderunt melliginem interpretantur fructum immaturorum, et vix delapso flore, succum expressum: eodem vocabulo auctor vtitur cap. 6. lib. superioris, sed alia significatione. *Dal.*

aere seruatur. Optima, quae rufa, acriorque et aridior. Pretium omphacio in libras [1] X. VI. *b.* Fit et alio modo, quum in mortariis vua immatura teritur: siccataque in Sole, postea degeritur in pastillos.

LXI. (XXVIII.) Eodem *c.* et bryon *d.* pertinet, vua populi albae. Optima circa Gnidum *e.* aut Cariam in sitientibus aut siccis, asperisque: secunda in Lyciae cedro. *f.* Eodem et oenanthe *g.* pertinet: est autem vitis labruscae vua: colligitur, [2] quum floret *h.*, id est, quum optime olet: siccatur in vmbra

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. XVI. Ch. VI. Gr. et Al.* 2. *cum flore, cum optime. V. cum flore, id est, cum. Ch.*

b. X. VI.) Denarii seni, asses octo et quadringenta monetae nostrae. H.

c. Eodem) Ad vnguenta facienda, quae ex siluis petuntur. H.

d. Bryon) Βρύον, quae vox muscum sonat, Gallis *Mousse:* vt diximus, s. 51. A similitudine aliqua vuam in populo alba vocat, tum hoc loco, tum L. XXIV. s. 32. H.

e. Optima circa Gnidum) Optimum Bryon Cedrinum, deinde Populneum, λεύκινον ex Dioscor. Plinius legisse videtur λύκιον. Iam antea c. 23. de Phaseose siue Splachno, quod idem est cum Bryo, Plinius disseruit. Vide et c. 6. l. XXIV. *Dal.*

f. Lyciae cedro) De cedro Lycia, L. seq. s. 11. Βρύον τὸ ἐπὶ κεδρίνων εὑρισκόμενον ξύλων, quod in cedrinis lignis reperitur, commendat etiam Galenus de fac. simpl. med. L. VI. p. 166. H.

g. Oenanthe) Οἰνάνθη, inquit Diosc. L. V. c. 5. καλεῖται ὁ τῆς ἀγρίας ἀμπέλου καρπὸς ὁπότε ἀνθεῖ, vitis siluestris, siue labruscae fructus, quum floret: qui maturitatem numquam assequitur. H.

h. Quum floret) In MSS. *cum flore.* Geopon. auct. L. V. c. 49. p. 161. Ληπτέον τὴν οἰνάνθην - - - παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἄνθους. At Galenus, L. VIII. κατὰ τόπους c. 1. *Oenanthen appello,* inquit, *vitium siluestrium germen cum floribus.* Οἰνάνθην δ᾽ ὀνομάζω τὸ τῶν ἀγρίων ἀμπέλων ἐκβλάστημα σὺν τοῖς ἄνθεσιν. Palladium vide in Iunio, tit. 11. H.

bra ſubſtrato linteo, atque [1] in cados conditur. Praecipua ex Parapotamia *i.* ſecunda ab Antiochia, atque Laodicea Syriae: tertia ex montibus Medicis. Haec vtilior medicinae. Quidam omnibus *k.* iis praeferunt eam, quae in Cypro inſula naſcitur. Nam quae in Africa fit, ad medicos tantum pertinet *l.*, vocaturque maſſaris. [2] Omnibus autem ex alba labruſca praeſtantior, quam e [3] nigra.

LXII. Eſt praeterea arbor ad eadem *m.* vnguenta pertinens, quam alii elaten *n.* vocant, quod nos abietem, alii palmam, alii ſpathen. Laudatur Hammonia-

1. *Ita cadis conditur. M.* 2. *ſic et M. et Ch. Omnino. Al. omnis Gr. et vulgg.* 3. *nigra eſt praeterea, etc. pertinet.*

i. Parapotamia) De his regionibus L. V. et VI. diximus. H.

k. Omnibus) Non ad medicos tantum, ſed ad omnes vſus. Ita MSS. non *omnis.* H.

l. Ad medicos tantum pertinet) Odoribus tantum gigni idem ſcribit in fine prooemii lib. XXIII. *Dal.*

m. Eſt praeterea arbor ad eadem, etc.) Fallitur Plinius multiplici τῆς ἐλάτης ſignificatione. Eſt autem elate ad vnguenta pertinens, ſiue σπάθη Archigeni lib. II. κατὰ τόπȣς, Φοίνικος σεβένιον, gliſcentis palmae floris inuolucrum, et tegumentum. *Dal.* *Eſt praeterea arbor ad eadem vnguenta, etc.*) Vide *Salmaſ.* p. 464. b.

Ad eadem) Vnde vnguentum ἐλάτινον apud Dioſcor. L. I. c. 54. H.

n. Alii elaten) Dioſc. L. I. c. 150. Φοίνιξ ἣν ἔνιοι ἐλάτην καὶ σπάθην, περικάλυμμά ἐςι τȣ̃ καρπȣ̃ τῶν Φοινίκων ἀκμὴν ἀνθέντων. *Palma quam nonnulli elaten* (haec vox Latinis et abietem ſonat) *aut ſpathen appellant, fructus palmarum adhuc florentium inuolucrum eſt.* Haec in ipſam quoque arborem nomina cadere Plinius putauit: rectene an ſecus, an errore proprio, an eorum etiam qui ei praeiuerint, ſtatuere haud procliue eſt. Quin etiam quum ad vnguenta ſpiſſanda addi lacrymam, quam haec arbor exſudet, Plinius dicat: Dioſcorides ad eum vſum id inuolucrum adhiberi velit, non eamdem arborem vtrumque deſcripſiſſe, planum eſt: etſi vires in medicina vtrique quaedam affines. H.

moniaca maxime, mox Aegyptia, dein Syriaca, dumtaxat in locis sitientibus odorata, pingui lacryma *o.*, quae in vnguenta additur ad domandum *p.* oleum.

LXIII. In Syria gignitur et cinnamum *q.*, quod [1] camacum *r.* appellant. Hic est succus [2] nuci *s.* expres-

1. *Sic et Ch. caryopon Gr. et Al.* 2. *nucis. M.*

o. Pingui lacryma) Lacrymam elate non sudat, sed, vt ait Dioscor. λιπαρὸν τὸ ἐντὸς ἔχει, pinguis intus est. *Dalec.*

p. Ad domandum) Εἰς τὰς τῶν μύρων σύψεις, Dioscor. ad vnguentorum spissamenta. Vide c. 1. lib. sequentis *Dalec.*

Ad domandum oleum) Ad cogendum, spissandumque: sic enim domatur oleum, cuius natura per se plus aequo fluida. Caue idcirco credas apud Scriptorem Graecum εἰς τύψιν ἐλαίε temere legisse Plinium, pro εἰς σύψιν ἐλαίε. Nam in oleo τύψιν, nec imperitus quisquam fingere valeat, nec peritus intelligere. H.

q. In Syria gignitur et cinnamum, quod Caryopon appellant) *Comacum* antea legebatur. Hermolaus derasa priore dictione *Caryopon* substituit, citatque suorum codicum fidem, nescio quam bona fide. Ego vero quum e duobus quae habere potui exemplaribus, in vno *Chamochon* inueniam, in altero *Comachum*, et Romana impressio ceteraeque recentiores *Comacum* agnoscant; antiquam lectionem convellendam non censeo, praesertim quum Plinius libro sequente cap. 2. rursus *Comacum* nominet. Sed quid exemplarium fidem Pliniiue imploramus, quum Theophrastus omni nos dubitatione soluat lib. IX. Comacum enim duplex facit: alterum fructum: alterum quod probatissimis quibusque miscetur vnguentis: quem locum parum fideliter Theodorus transtulit. Quod autem in Syria, vt Plinius scribit, nascatur comacum, falsum est: in Arabia enim, eodem Theophrasto auctore loco citato, nascitur. Quapropter aut vitiatus est in Plinio locus, legendumque, *in Arabia gignitur vt cinnamomum, quod comacum appellant*, aut Plinius non recte Theophrasti verba accepit. *Pintianus.*

r. Quod camacum) Vide N. et Em. N. XXIV. (hic consp.) *Quod cam.*) Ita MSS. R. Colb. Par. Chiffl. etc. vbi *caryo-*

expreſſus, multum [r] a ſucco vero cinnami diffe-rens, vicina tamen gratia. Pretium in libras, aſſes quadraginta. *t.*

r. *Maſculo vero. Cb. a ſurculo veri cinnami Gr. et Al.* *caryopon* ſubſtituit Hermolaus. In Indice huius libri, *Comacum.* Libro item XIII. ſ. 2. *comacum.* Paulo poſt: *Multum a ſucco vero cinnami differens:* vbi libri editi, *multum a ſurculo veri:* MSS. *Multum maſculo vero.* Salmaſius parum ſane appoſite, p. 1307. in Solin. *multum a maſculo viro.* H.

s. *Hic eſt ſuccus nuci, etc.*) Lege: *Hoc eſt ſuccus nuci expreſſus, multum a maſculo viro cinnami differens.* Succum cinnami acri, vehementi ac viroſo odore praeditum, vocat *maſculum virus.* Vide *Salmaſ.* 1307. b. *Hic eſt ſuccus nuci expreſſus, multum a ſurculo veri cinnami differens*) Legendum reor: *Hic eſt ſuccus nuci expreſſus multum a ſucco illo veri cinnami differens.* Pint.

t. *Aſſes quadraginta*) Qui denarii quatuor: noſtrae monetae aſſes triceni ac bini. H.

 C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XIII.

I. Hactenus in odoribus habent pretia siluae: erantque per se mira singula: iuuitque [1] luxuria omnia ea miscere, et e cunctis vnum odorem [2] facere: ita reperta sunt vnguenta. (I.) Quis primus inuenerit non traditur. Iliacis temporibus *a.* non erant: nec thure supplicabatur: Cedri tantum et citri *b.* suorum fruticum in sacris fumo conuolutum nidorem *c.* [3] nouerant, iam rosae succo reperto: [4] nominatur *d.* enim id quoque in olei laude. *e.*

[1] Vn-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. luxuriam ea omnia m. Gr. et Al.* 2. *facere. Vnguenta quis primus. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. nidorem verius quam odorem nouerant Gr. et Al.* 4. *Haec clausula in V. non legitur.*

a. Iliacis temporibus) Vnguenti meminit Homerus Illiad ξ. his versibus: — Ἀλείψατο δὴ λιπ' ἐλαίων. Ἀμβροσίῳ, ἑδάνῳ, τό ῥα οἱ τεθυωμένον ἦεν. Ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκετ' ἀϋτμή. Dalec.

Iliacis) Non erant, inquit, iis temporibus ea genera vnguentorum ac nomina quae luxuria excogitauit, quum e multis simul permixtis vnum odorem fecit. Hic Plinium perperam incusat, quem non intelligit, Hieron. Mercur. L. de Decor. c. vlt. Vide Athen. L. XV. p. 688. H.

b. Cedri, citrique) Vide quae dicturi sumus, c. 30. H.

c. Fumo conuolutum nidorem) Plaut. in Menaech. — *Sternite lectos, incendite odorem: Munditia illecebra est animo amantum.* Dal.

d. Nominatur) Iliad. ψ. v. 186. Ῥοδόεντι δέ χρῖεν ἐλαίῳ Ἀμβροσίῳ. H.

e. In olei laude) Id est, appellatione et vocabulo. Locus est Iliad. γ. — Ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ Ἀμβροσίῳ. Turn. in Theophr. lib. de odoribus. *Dal.*

[1] Vnguentum Perſarum *f.* genti ſe debet. [2] Illi madent eo, et accerſita *g.* commendatione, ingluuie natum virus exſtinguunt. *h.* Primum, quod equidem inueniam, caſtris [3] Darii *i.* regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexander cepit *k.* ſcrinium vnguentorum. Poſtea voluptas eius *l.* a noſtris quoque inter laudatiſſima atque etiam honeſtiſſima vitae bona admiſſa eſt: honoſque [4] et ad defunctos *m.* perti-

1. *Perſarum eſſe debet gentis vnguentum Gr. et Al.* 2. *ſed et batilli madent. Parm. M. Sed illi, V. Nam et illi. Dal.* 3. *Darei. Ch.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. honoſque is et ad Gr. et Al.*

f. Perſarum etc.) Vide N. et Em. N. I. (hic poſ.) *Vngu.*) Locum hunc ita refinximus admonitu codd. R. Colb. et Par. quum prius perperam legeretur, *Perſarum eſſe debet gentis vnguentum.* Salmaſium non audio, qui p. 947. in Solin pro *ingluuie*, quae vox paulo poſt ſequitur, *inluuie* reponit, et ἀλȣσίαν, ſeu balnei et lauationis neglectum ea voce ſignari hoc loco putat. H.

g. Et accerſita) Et adſciſcunt, accerſuntque vnguento commendationem *eo nomine, quod eius ope* foetorem oris ex ingluuie ortum exſtinguunt. H.

h. Ingluuie natum virus exſtinguunt) Idem fere de Parthis cap. 53. lib. XI. *Dalec.*

Ingluuie natum) Ex ingluvie natum foetorem oris et animae, vnguentorum copia vincere nituntur. Perſarum notat intemperantiam, ſiue Parthorum, qui quanto plus biberint, tanto plus ſitiunt, vt dicitur L. XIV. ſ. 28. H.

i. Caſtris Darii) Plinium tranſſcribit hic Solinus, c. 45. p. 74. Egit de hoc ſcrinio vnguentorum iam antea Plinius, L. VII. ſ. 30. H.

k. Alexander cepit) *Poſtea voluptas* eius, ita loquitur, quaſi proxime praeceſſiſſet, *vnguenti*, non *vnguentorum.* Quod praecedit ſic legendum: *vnguentum Perſarum genti ſe debet.* Unguentum hoc ipſum quod ſit in rerum natura et vſu, debet ſe Perſarum genti. Vide *Salmaſ.* p. 947. a, b.

l. Voluptas eius) Vnguenti ſcilicet. Reſpicit enim ad ſuperiorem ſententiam, *Vnguentum Perſarum genti ſe debet.* H.

m. Ad defunctos) Lepide Martialis dicterium inde traxit.

pertinere cepit. Quapropter plura de eo [1] dicemus. Quae ex his *n.* non erunt fruticum *o.*, ad praesens nominibus tantum indicabuntur: natura vero eorum suis reddetur locis.

II. Vnguentis cognomina dedere aliis patriae, aliis succi, aliis arbores, aliis causae. *p.* Primumque id scire conuenit, [2] mutatam *q.* auctoritatem, et saepius transisse gloriam. Laudatissimum fuit antiquitus in Delo insula: postea Mendesium. *r.* Nec mixtura et compositione tantum hoc accidit: sed iidem succi varie alibi [3] ad quaelibet praeualuere, aut degenerauere: [4] Irinum *s.* [5] Corinthi diu maxime

1. *Dicemus, quam quae ii nouerunt. Frutices. V.* 2. *mutata (multa V.) auctoritate ad peius. M. mutata auctoritate et saep. Ch.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. varie alibi atque alibi ad Gr. et Al.* 4. *Bryum. V. leg. Bryinum.* 5. *Corinthium maxime. M. Corinthidium max. Ch.*

xit in hominem, qui conuiuas exterius affatim, interius parce perfuderat: L. III. ep. 12. *Vnguentum fateor, bonum dedisti Conuiuis, here, sed nihil scidisti. Res salsa est, bene olere, et esurire. Qui non coenat, et vngitur, Fabulle, Is vero mihi mortuus videtur.* H.

n. Quae ex his) Quae vnguenta erunt non ex fruticibus, sed ex herbis, arboribusue conflata. H.

o. Non erunt fruticum) Sed vel seminum, vel herbarum. *Dalec.*

p. Aliis causae) Vt megalium, propter gloriam et commendationem: regale, propter Parthorum reges, quorum causa ita temperabatur. H.

q. Mutatam) Aliud alia aetate vnguentum in pretio fuisse. H.

r. Mendesium) Paulus Aegineta c. 18. lib. VII. ita vocatum fuisse scribit, quod in Aegypto sit inuentum, vbi Mendes colitur. Mendes hircus est. Sic autem Panem Mendesii vocabant, quod illum effigie hirci colerent. *Dalec.*

Mendesium) Ab Aegypti nomo seu praefectura id nomen ei vnguento datum. Ea enim genera nunc Plinius enumerat, quibus patriae appellationem dedere. H.

s. Irinum) Quod fit ex iride,

xime placuit, postea Cyzici: simili modo rhodinum Phaseli *t.*: quam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Praeneste. Crocinum *u.* in Solis Ciliciae diu maxime [1] laudatum, mox Rhodi. Oenanthinum *x.* in [2] Cypro, postea [3] Adramytteo. Amaracinum *y.* in Coo: postea eodem loco *z.* praelatum est Melinum. Cyprinum *a.* in Cypro, deinde in Aegypto, vbi

1. *Laudatum est. M.* 2. *et sic M. et Ch. Cypro, deinde in Aegypto praepositum, postea Adramytio, Gr. et Al.* 3. *Adramyttium. Adramytto. Alii. Adramytteo. Ch.*

iride, de qua dicetur L. XXI. f. 19. Habet eadem Apollonius Herophili discipulus ac sectator, cuius orationem de eo argumento satis prolixam ex libro *de Vnguentis* recitat Athen. L. XV. p. 688. Ἶρις μὲν ἐν Ἤλιδι χρηστοτάτη, καὶ ἐν Κυζίκῳ, etc. H.

t. Phaseli) In confinio Lyciae, Pamphyliaeque, L. V. f. 26. ibi rhodinum praeualuit, quod ex rosa. Apollonius: Ῥόδινον δὲ κράτιστον ἐν Φασήλιδι, καὶ τὸ ἐν Νέας δὲ πόλεως, καὶ Καπύης. H.

u. Crocinum) Ex croco. Apollonius: Κρόκινον δ' ἐν Σόλοις τοῖς Κιλικίοις, καὶ ἐν Ῥόδῳ. H.

x. Oenanthinum) Ex oenanthe, de qua lib. sup. f. 62. Vide N. et Em. N. II. (hic adp.) *Oenanth.)* In libris vulgatis haec interseruere Plinii interpolatores: *deinde in Aegypto praepositum:* quod nescio vnde haustum sit: nam neque ea verba MSS. vlli agnoscunt, neque Apollonius ipse, cuius oratio est simillima Plinianae: Οἰνάνθη δὲ Κυπρία, inquit ille, καὶ Ἀδραμυττήνη. Theophr. L. de odoribus, p. 187. Οἰνάνθινον ἐν Κύπρῳ. H.

y. Amaracinum) Ex amaraco, de quo L. XXI. f. 35. Ἀμαράκινον δὲ Κῷον, inquit Apollonius, καὶ μήλινον. H.

z. Eodem loco) In Coo praeclarum est vnguentum melinum quod a malis cotoneis, ex quibus fiebat, nomen inuenit, vt dicetur L. XXIII. f. 54. An vero Apollonii mens ea fuerit, an Μήλινον intellexerit, amaricinum quod in Melo insula pararetur, alii aestiment. H.

a. Cyprinum) Quod ex Cypro Aegyptia arbore, de qua superiore libro, f. 52. Apollonius: Κύπρινον δὲ προκέκριται τὸ ἐν Αἰγύπτῳ· δεύτε-

vbi Mendesium *b.* et Metopium [1] subito gratius factum est. Mox haec abstulit Phoenice, et Cyprini laudem Aegypto reliquit. Panathenaicon *c.* suum Athenae perseueranter obtinuere. Fuerat et Pardalium *d.* in Tarso: cuius etiam compositio et mixtura obliterata est. Narcissinum quoque ex flore [2] narcisso *e.* desiit componi. Ratio faciendi duplex *f.*: succus, et corpus. Ille olei generibus fere constat, hoc [3] odorum. Haec stymmata vocant *g.*, illa hedy-

1. *Subito in M. d.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. ex flore narcissi Gr. et Al.* 3. *odorum, quorum haec.*

δεύτερον δέ ἐςι τὸ Κυπριακὸν, καὶ τὸ ἐν Φοινίκῃ, καὶ ταύτης τὸ ἀπὸ Σίδωνος. H.

b. Mendesium, etc.) De vtroque mox dicetur. Apollonius: τὸ δὲ Μετώπιον καὶ Μενδήσιον κάλλιςα ἐν Αἰγυπτῷ σκευάζεται. H.

c. Panathenaicon) Apollonius: Τὸ δὲ Παναθηναϊκὸν λεγόμενον ἐν Ἀθήναις. H.

d. Pardalium) Neque illud solum, sed et nardinum: nisi sit fortassis idem: nam Apollonius l. c. Νάρδινον δὲ τὸ ἐν Τάρσῳ. H.

e. Ex flore Narcisso) Vide L. XXI. s. 75. H.

f. Ratio faciendi duplex:) Duabus rebus vnguenta dicit fieri, succo et corpore: succum generibus oleorum constare, corpus generibus odorum. *Haec*, genera nempe odorum, *stymmata*, vocari tradit; *illa* olei genera scil. *hydismata*. Salmas. p. 465. b. 466. a.

Ratio) Duo sunt, inquit, quibus confectio nardi constat: succus, siue oleum: et corpus, siue odores. Oleum, quod et ἥδυσμα condimentum est, quo veluti condiuntur odores. Odores ipsi corpus sunt, qui in oleum adduntur, vt seruentur quasi conditi. Sic in salgamis, conditurae vicem muria obtinet, herbae, pira, mala, ceteraque similia, corporis. Hesychio ἥδυσμα eo sensu ἄρτυμα condimentum dicitur. Στύμματα odores, siue aromata vocitantur, quod in oleum additi corpus faciunt, et oleum spissant. Sic Galen. ςύμματα accepit, κατὰ τόπους L. III. c. I. Haec aliter Dioscorides: quem qui semper in partes vocat, vt Plinium intelligat, male calculum ponit. H.

g. Haec stymmata vocant) Lego, *partim stymmata vocant, partim hedysmata*. Cornarius,

hedysmata. Tertius inter haec est colos *h.*, multis neglectus. Huius causa adduntur [1] cinnabaris *i.*, et anchusa. Sal aspersus olei naturam coërcet. *k.* Quibus anchusa [2] adiecta, sal non additur. Resina aut gummi adiiciuntur ad continendum odorem in corpore. Celerrime is euanescit atque defluit, ni non [3] sunt haec addita. Vnguentorum expeditissimum fuit, primumque, vt verisimile est, e bryo

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. cinnabari et Anchusa Gr. et Al.* 2. *adiecta est Gr.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. sint Gr. et Al.*

narius, Stymmata olim nominarunt aromata, quibus in vnguentorum compositione oleum spissabant: ea Dioscorides fere numerat Xylobalsamum, Iuncum, Calamum: Hedysmata vero ea, quibus spissatum oleum suaui odore imbuebant et perfundebant. Ea recensere solet Dioscor. Amomum, nardum, myrrham, balsamum, carpobalsamum, costum, amaracum. *Dalec.*

h. Tertius inter haec est colos) In vnguentis quatuor spectantur: succus qui est oleum quoduis inodorum, tenuissimum, et minime pingue, vt Balaninum: Corpus quod est partim stymma, siue spissamentum, nempe quod oleum adstringit, odorem vt melius combibat, et pertinacius retineat, quemadmodum tinctores principio medicamentis quibusdam pannos imbuunt et praeparant: partim hedysma, siue condimentum, cuius odorem vnguentum potissimum refert: Color de quo multi non valde solliciti sunt: Magma, siue faex. Diosc. cap. de fuligine thuris χρωματισμὸν μύρων vocat, et ad id resinam coctam laudat. *Dalec.*

i. Cinnabaris etc.) De cinnabari L. XXXIII. s. 39. De anchusa L XXII. s. 23. Admisceri anchusam ad vnguenti colorem auctor est etiam Theoph. L. de odoribus, p. 189. H.

k. Sal aspersus olei naturam coërcet) Vel oleum spissat, vel ne rancescat, prohibet *Dalec.*

Coërcet) Ne rancescat: πρὸς τὸ μὴ φθείρεσθαι, inquit Diosc. L. I. c. 53. H.

bryo *l.*[1]* et balanino oleo. Increuit deinde Mendesium *m.*, balanino resina mixta, magisque etiamnum [2]Metopio *n.* Oleum hoc est *o.*, amygdalis amaris expressum in Aegypto. Cui addidere omphacium *p.*, cardamomum, iuncum, calamum, mel, vinum, myrrham, semen balsami, galbanum, resinam terebinthinam. [3]Et e vilissimis quidem hodieque est, ob id creditum et in vetustissimis esse *q.*, quod constat oleo myrteo *r.*, calamo, cupresso, [4]cypro, lentisco *s.*, malogranati cortice. Sed diuulgata maxime vnguenta crediderim rosae, quae plurima vbique gignitur. Itaque

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. balanino oleo, de quibus supra diximus. Increuit etc. Gr. et Al. 2. *Metopium. Dal.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. hodie est, ob id creditum et id in vet. Gr. et Al.* 4. *Cypero, iunco odorato. Dioscor. κύπρον et σχῖνον, non κύπειρον, et σχοίνον legit Plin.*

l. E bryo) De bryo, lib. sup. c. 50. De balanino oleo, c. 46. eiusdem libri. H.

* *Supra diximus*) Cap. 21. libri superioris. *Dal.*

m. Mendesium) Cui parando balaninum oleum, resinamque, casiam, ac myrrham Diosc. desiderat, L. I. c. 72. Aliud est Galeni forte Mendesium, quod ex liliis conficit et aromatibus T. II. Explic. voc. Hipp. p. 81. H.

n. Metopio) Id ei vnguento nomen, propter admixtum galbanum. Lignum enim e quo galbanum emanat, μετώπιον Aegyptiis appellatur. Ita Diosc. L. I. c. 71 H.

o. Oleum hoc est) Sic Diosc. l. c. et Apollonius ap. Athen. l. c. At Galenus proxime ante laudatus, ex spinae Aegyptiae flore fieri metopium prodidit. H.

p. Omphacium) De quo libro sup. c. 60. H.

q. Et id in vetustissimis esse) Sic describit oleum myrteum, non vnguentum, Dioscorides. *Dalec.*

r. Oleo myrteo) Iisdem ferme verbis oleum myrteum conficit Diosc. L. I. c. 48. H.

s. Cypro, lentisco) Diosc. κυπείρῳ, σχοίνῳ, hoc est, cypero, iunco. Plinius apud eum scriptorem, vnde istud hausit, κύπρῳ, σχίνῳ, legit. H.

Itaque simplicissima rhodini *t.* mixtura diu fuit, additis omphacio, flore rosae, [1] crocino, cinnabari, calamo, melle, iunco, salis flore [2] aut anchusa *u.*, vino. Similis ratio et in crocino, additis cinnabari, anchusa, vino. Similis et in sumpsuchino *x.*, admixtis omphacio, calamo. Optimum hoc in Cypro et Mitylenis, vbi plurima sampsuchus. Miscentur et viliora genera olei e myrto, lauro, quibus additur [3] sampsuchinum, lilium, fenum Graecum, myrrha, casia, nardum, iuncus, cinnamomum. E malis quoque cotoneis et [4] struthiis fit oleum, (vt dicemus *y.*,) melinum, quod in vnguenta transit, admixtis omphacio, [5] cyprino, sesamino, balsamo, iunco, casia, abrotano. Susinum *z.* tenuissimum omnium est. Constat ex liliis, [6] balanino, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha. [7] Et idem *a.* cyprinum ex cypro, et omphacio, et cardamomo, calamo, aspalatho, abrotano. Aliqui et

1. *Croco. Dal.* 2. *et Dioscor.* 3. *sampsuchum. Dal.* 4. *sic et M. et Ch. strutheis Gr.* 5. *cypro, sesamo. Alii, cyprino, Samio. Ch.* 6. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. balano Gr. et Al.* 7. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. myrrha, aspalatho. Et Gr. et Al.*

t. Rhodini) Rosacei, de quo Diosc. L. I. c. 53. *L'huile rosat.* H.

u. Aut anchusa) Diosc. l. c. vtrumque adhibet, anchusam et salem: ἄγχουσαν καὶ ἅλας. At Plinius superius admonuit, quibus anchusa adiecta esset, salem non addi. H.

x. Sampsuchino) Ex sampsucho, siue amaraco, de quo L. XXI. s. 35. Vt sampsuchinum paret Diosc. simili fere ratione, vide L. I. c. 58. H.

y. Vt dicemus) L. XXIII. s. 54. De vnguento melino Diosc. L. I. c. 55. H.

z. Susinum) Σούσινον, hoc est, lirinum, siue liliaceum: de quo eadem fere Diosc. L. I. c. 62. H.

a. Et idem) Hoc est, pariter tenuissimum. De cyprino eadem fere Diosc. L. I. c. 65. et Theophr. L. de odoribus, p. 187. H.

et in cyprinum addunt [1] myrrham et [2] panacem *b.* Hoc optimum Sidone *c.*, mox Aegypto, si non addatur sesaminum oleum. Durat et quadriennio. Excitatur cinnamomo. Telinum *d.* fit ex oleo recenti, [3] cypero, calamo, meliloto, feno Graeco, melle, [4] maro *e.*, amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri *f.* Poëtae Comici aetate. Postea [5] multo successit propter gloriam appellatum [6] megalium *g.*, ex oleo balanino, balsamo, calamo, iunco,

1. *Et myrum. Ch.* 2. *opopanacen. Dal.* 3. *cypro. M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. melle, melino, maro Gr. et Al.* 5. *multo post. Dal.* 6. *megalinum Dioscor.*

b. Panacem) De quo libro sup. s. 57. Huius succum, qui opopanax dicitur, in cyprinum vnguentum aliqui addunt. H.

c. Sidone) Phoeniciae vrbe. Apollonius ante appellatus, ap. Athen. L. XV. p. 688. cyprinum quoque laudat τὸ ἐν Φοινίκῃ, καὶ ταύτης τὸ ἀπὸ Σιδῶνος. Sed eidem praefert Aegyptium: adeo frequenter vnguentorum mutata auctoritas est. H.

d. Telinum) Nomen habet ἀπὸ τῆς τήλεως, hoc est, a feno Graeco, de quo L. XXIV. s. 120. Eadem de telini confectione, Diosc. L. I. c. 57. vbi accuratius de singularum rerum pondere. H.

e. Maro) De eo diximus, L. sup. s. 53. Et illud in vnguentis adhibet Theophr. L. de odor. H.

f. Merandri) Vide Auctorum Indicem. H.

g. Megalium) A magnitudine virium nomen habet. Ephesi primum laudatum, mox Alexandriae, vnguentum Μεγάλειον, auctor est Athen. L. XV. p. 689. Eius conficiendi rationem eamdem tradit Theophr. de odor. p. 188. Vide N. et Em. N. III. (hic adi.) *Megalium*) A magnitudine virium id ei vnguento nomen adscriptum, Plinium sequuti diximus. Neque nos tamen praeterit scriptores alios in alias abire partes. Nam a Siculo quodam, cui Megalo nomen fuit, appellationem deductam ait Sosibius apud Athen. L. XV. p. 690. Et Iul. Pollux L. VI. c. 19. p. 296. Μύρον Μεγαλεῖον ἀπὸ Μεγάλου Σικελιώτου. Suidas quoque T. II. p. 112. et ante

co, xylobalſamo, caſia, reſina. Huius proprietas, vt ventiletur [1] in coquendo, donec deſinat [2] olere: rurſus refrigeratum odorem ſuum capit. [3] Singuli quoque ſucci *h.* nobilia vnguenta faciunt. In primis malobathrum *i.*, poſtea iris Illyrica, et Cyzicena amaracus: [4] herbarum vtraque. *k.* Pauca his, et alia alii miſcent: qui plurima, alterutri mel, ſalis florem, omphacium, agni folia *l.*, [5] panacem, ex-

 terna

1. *Incoquendo.* Ch. 2. *calere.* M. 3. *Singula quoque cum ſucco, id eſt, idoneo oleo, vt ſupra hoc ipſo capite.* 4. *Herbarii in vtraque pauca, ſed alia alii miſcent.* Gr. et Al. 5. *ſic ex MSS. em. Hard. panacem. Externa omnia et prodigioſa. cinnamomi* (Ch. *cinnamomino*) *pretia. Adiicitur cinnamo.* M. et Ch. *Externa omnia et prodigioſa. Cinnamomino adiicitur.* Gr. et Al.

te iſtos Galen. *κατὰ τόπες*, L. II. c. 2. p. 380. Quin et de nomine diſcrepant. Nam Helladius in Chreſtomathia ap. Phot. in Bibl. cod. 279. p. 1585. Μύρον Μεταλλεῖον, inquit, *ὅπερ εὗρε Μέταλος Συρακέσιος.* Heſychius quoque: Μετάλλειον μύρον ... Μέταλλος γάρ τις Σικελιώτης *τὴν τῦ μεταλλείε μύρε κατασκευὴν εὗρεν· μέμνηται δὲ καὶ Φερεκράτης.* H.

h. Singuli quoque ſucci, etc.) Legend. *ſinguli quoque ſucci nobilia vnguenta faciunt, in primis malabathrum, poſtea iris Illyrica et Cyzicena amaracus, herbarum vtraque pauca his et alia alii miſcent.* Malabathrum ſuccus eſt, id eſt, oleum quod ex malabathro exprimitur. *herbae* ſunt iris et amaracus, quarum ſuccus, id eſt, oleum per ſe vnguentum faciunt, quibus pauca et alia alii miſcent. *Salmaſ.* p. 468. b.

i. Malobathrum) De quo lib. ſup. ſ. 59. H.

k. Herbarum vtraque) E genere herbarum vtraque. Vide N. et Em. N. IV. (hic poſ.) *Herb.)* Ita reſcripſimus admonitu codd. R. Colb. et Par. quum prius perperam legeretur, *Herbarii in vtraque pauca, ſed alia alii* etc. perinde ac ſi herbariorum munus foret, odores miſcere, non myropolarum potius, ſeu vnguentariorum. H.

l. Agni folia) Hoc eſt, viticis, quem Graeci agnon vocant, vt dicetur, L. XXIV. ſ. 38. H.

externa omnia. *m.* Prodigiosa cinnamomino pretia. Adiicitur cinnamo *n.* balaninum oleum, xylobalsamum, calamus, iuncus, balsami semina, myrrha, mel odoratum: vnguentorum hoc crassissimum. *o.* Pretia ei [1]a X. XXV. ad X. CCC. *p.* Nardinum, siue foliatum *q.*, constat omphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. In hoc genere conueniet meminisse, herbarum, quae nardum Indicum [2]imitentur, species nouem *qq.* a nobis esse dictas: tanta materia adulterandi est. Omnia autem acutiora fiunt costo, amomo, quae maxime nares feriunt: crassiora myrrha, suauioraque: medicinae autem vtiliora croco: acerrima per se amomo. Hoc et capitis dolores facit. Quidam satis habent aspergere *r.*, quae sunt pretiosissima, [3]ceteris

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* XXXXV. *Ch.* XXXV *Gr. et Al.* 2. *imitarentur. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. Ceteris decoctis impendio parcentes: sed non eadem est vis, nisi vna decoctis. Myrrha. Gr. et Al.*

m. Externa omnia et prodigiosa, Cinnamomino adiicitur balaninum) Aliter antiqua omnis et recentior lectio: *Externa omnia et prodigiosa cinnamomino pretia. Adiicitur cinnamomino, etc.* vt lib. priore c. 26. *In pretio quidem prodigio simile est, etc.* Pint.

n. Adiicitur cinnamo) Haec totidem verbis Diosc. L. I. c. 74. H.

o. Crassissimum) Quam quidem crassitudinem a myrrha obtinet, inquit Diosc. l. c. quod et Plinius post paulo affirmat. H.

p. A. X. XXV. ad X. CCC.) A denariis XXV. ad denarios CCC. Denarii XXV. monetae Gallicae, librae sunt decem omnino. Trecenti, librae vicenae supra centenas. H.

q. Siue foliatum) A folio nardi, de quo libro sup. sect. 27. Haec Diosc. totidem verbis, L. I. c. 75. Τὸ καλέμενον Ῥωμαΐςὶ φουλίατον, Galeno κατὰ τόπους, L. III. c. 1. p. 391. H.

qq. Species nouem) Superiore libro, f. 26. et 27. Eae sunt: pseudonardus, nardus Syriaca, Celtica, Cretica, cyperus, cypirus, bacharis, hirculus, asarum. H.

r. Quidam satis habent aspergere) De Mendesio tantum

ris decoctis. *s.* Myrrha et per se *t.* vnguentum facit sine oleo, stacte dumtaxat: [1] alioqui nimiam amaritudinem affert. Cyprino viride fit, susino unguinosum *u.*, Mendesjo nigrum, rhodino candidum, myrrha pallidum. Haec sunt antiquae inventionis genera, et postea officinarum furta. Nunc dicetur cumulus [2] ipse deliciarum, et summa auctoritas rei. (II.) Ergo regale *x.* vnguentum appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur: constat myrobalano *y.*, costo, amomo, [3] cinnamo,

1. *Alioquin Gr.* 2. *iste. M. Gr. et Al.* 3. *sic et Ch. cinnamomo*

tum id Dioscorides, cui ea parsimonia cinnamomum additur. *Dalec.*

s. Ceteris decoctis) Vide N. et Em. N. V. (hic consp.) *Cet.)* His verbis subiungunt ista libri vulgati, *impendio parcentes: sed non eadem est vis, nisi vna decoctis*, quae nulla omnino MSS. exemplaria agnoscunt, non R. 1. 2. aut Colb. 1. 2. 3. aliiue: idcirco ea, ceu spuria adiectitiaque erasimus. H.

t. Myrrha et per se) Hoc est, sola. Diosc. L. I. c. 73. Στακτὴ, inquit, vocatur pinguitudo recentis myrrhae cum aqua exigua contusae et expressae: ea perquam odorata ac pretiosa est: quippe quae vnguentum per se faciat, quod stacte nominatur: καὶ καθ' ἑαυτὸν ὄσα μύρον τὸ καλέμενον σακτὴ, etc. H.

u. Susino vnguinosum) Pinguiusculum. Vnguen succus est paulo pinguior, ex quo aliquid vngi potest. Vsus ea voce Plinius iterum, L. XXIII. s. 77. H.

x. Ergo regale) Βασίλειον μύρον, Cl. Alex. Paedag. L. II. p. 177. et Cratetí apud Athen. L. XV. pag. 690, βασιλικὸν Galeno, κατὰ τόπες L. III. c. 1. pag. 391. H.

y. Constat myrobalano) Vnguenta ex variis odoribus temperat. Empedocles apud Athenaeum, p. 251. vers. 37. vocat μύρες δαιδαλεόδμους, γραπτοῖς δὲ ζώοισι, μυροῖς τε δαιδαλεόδμοις. *Dal.*

Constat) Haec Theophr. Hist. L. IX. c. 7. H.

namo z. [1] comaco *a.*, cardamomo, nardi ſpica, maro, myrrha, caſia, ſtyrace, ladano, opobalſamo, calamo, [2] iunco, oenanthe, malobathro, ſerichato, [3] cypro, aſpalatho, panace, croco, [4] cypiro, amaraco *b.*, [5] loto *c.*, melle, vino. Nihilque eius *d.* rei cauſa in Italia victrice omnium, in Europa vero tota, praeter irin Illyricam, et nardum Gallicum *e.*, gignitur. Nam vinum, et roſa, et myrti

1. *ſic et M. et Ch. caryopo Vet. comaro Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. et M. iuncoque Syrio, oenanthe, Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. cypero, aſp. Gr. et Al.* 4. *cyprio. M. Cyprino, fortaſſis cypiro. Ch. vti Hard.* 5. *ſic et Ch. colato melle Gr. et Al.*

z. *Cinnamomo, comaro)* Legendum, vt ſupra oſtenſum eſt, *comaco* non *comaro.* ſic enim habent et ſcripta et excuſa omnia exemplaria. *Pintianus.*

a. Comaco) Ita MSS. omnes, non *comaro:* et Theophr. ipſe l. c. De cinnamo comaco, ſup. libro, ſ. 63. De calamo, iuncoque Syrio, ſ. 48. De ſerichato, ſ. 45. eiuſdem libri. H.

b. Cypro, amaraco, colato melle, etc.) Exemplar Toletanum, *Cypro, amara, coloto.* Scribo, *Cypro, amaraco, loto,* ex Theophraſto l. IX. de ſtirpibus. *Quibus,* inquit, *ad vnguenta vtuntur, haec fere ſunt caſia, cinnamomum, nerum, balſamum, aſpalathus, ſtyrax; conſecratix, narta, coſtus, liguſticum, crocum, myrrha, gladiolus, iuncus, calamus, amaracus, lotus, anethum, etc.* Pint.

c. Loto) Sic Theophr. l. c. Fruſtra libri vulgati, *colato melle.* H.

d. Nihilque eius) Notandum eſt quatuor illa verba antecedentis capitis, duodecimo fere a calce verſu, *Externa omnia et prodigioſa,* illic per errorem poſita hic inſeri debere: vt ſic ſcribendum putem, *Externa omnia et prodigioſa. Nihilque in Italia victrice omnium, in Europa vero praeter Irin Illyricam et nardum Gallicum naſcitur.* Nam verba illa, *eius rei cauſa,* aduentitia putamus, et ſupra verba illa *victrice omnium,* ſcripta ab aliquo, qui exponere voluit, ideo fuiſſe Italiam victricem omnium, quod ab huiuſmodi deliciis abſtinuiſſet. *Pint.*

e. Nardum Gallicum) Et Cyperum. *Dalec.*

myrti folia, oleumque, communia fere omnium terrarum intelliguntur.

III. Siccis odoribus constant, quae diapasmata vocantur. *f.* Nam [1] faecem vnguenti magma *g.* appellant. Inter omnes potentissimus odor *h.*, quisquis nouissime additur. Vnguenta [2] optime seruantur in alabastris *i.*, odores in oleo: quod diuturnitati eorum tanto vtilius est, quanto pinguius, vt ex amygdalis. *k.* Et ipsa vnguenta vetustate meliora.

Tt 4 Sol

1. *Faeces vnguenti magmata appellant. M.* 2. *optima. Cb.*

f. Diapasmata vocantur) Theophr. lib. de odoribus. *Dalec.*

Diapasmata) Sunt odores sicci, siue in puluerem triti, vt corporibus inspergantur ad sudores coercendos, vt Plinius docet, L. XXI. s. 73. siue in pastillis mixti, ad foetorem oris et animae depellendum: quo sensu Martialis, L. I. ep. 88. *Ne grauis hesterno fragres, Fescennia, vino, Pastillos Cosmi luxuriosa voras. Ista linunt dentes ientacula: sed nihil obstat, Extremo ructus cum venit a barathro. Quid quod olet grauius mixtum diapasmate virus, Atque duplex animae longius exit odor, etc.* Qui diapasmata componunt, inquit Theophr. L. de odor. p. 183. sicca siccis: qui vnguenta, humida humidis: vnguentarii, μυρεψοὶ, humida siccis admiscent. H.

g. Magma) Μάγμα, vnde κροκόμαγμα, Diosc. L. I. c. 26. Gallis, *le Marc*, siue vt vulgo pronunciant, *le Mar.* H.

h. Inter omnes potentissimus odor) Ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ ἔσχατον ἐμβαλλόμενον κἂν ἔλαττον ᾖ. Theophrast. *Dalec.*

Inter omnes) Theophr. L. de odor. p. 185. Ἐπικρατεῖ γὰρ εἰς τὸ ἔσχατον ἐμβαλλόμενον, etc. H.

i. In alabastris) Et plumbeis vasis. Theophr. lib. De odorib. *Dal.*

In alabastris) Vide L. XXXVI. s. 12. H.

k. Vt ex amygdalis) Plinius a Theophrasto dissentit. Eius verba sunt: τὸ γὰρ δεκτικώτατον, οἷον τῆς βαλάνου, καὶ χρονιώτατον. τὸ δ᾽ ἀμυγδάλινον παρακμάζει ταχὺ, καὶ ὀλιγοχρονιώτατον. *Dal.*

Vt ex amygdalis) Theophr. l. c. p. 184. Τοῦτο γὰρ χρονιώτατον .... ἐπεὶ φύσει, ἥκιστα δεκτικὸν ὀσμῆς διὰ τὴν

Sol inimicus *l.* his: quamobrem in vmbra [1] coquuntur plumbeis vasis. *m.* Experimentum eorum inversa manu capitur *n.*, ne carnosae partis [2] calor vitiet.

IV. (III.)

1. Conduntur. Chiffletius ex Theoph. Vide Annot. 2. calore vitientur. Vet. color vitietur. M. ne carnosa parte color vitietur.

τὴν πυκνότητα καὶ τὸ λίπος· αὐτῶν δὲ τούτων τὸ λιπαρώτατον, οἷον τὸ ἀμυγδάλινον. *Oleum enim aetatem ferre diutissime potest.. alioqui suapte natura omnium minime odorem concipit, propter densitatem ac pinguitudinem: eorumque pinguissimum quodque, vt ex amygdalis.* Qui hunc locum non vidit Dalecampius, diffidere Plinium a Theophrasto credidit. H.

l. Sol inimicus) Theophr. l. c. p. 191. Διαφθείρει δὲ τὰ μύρα καὶ ὥρα θέρμη, καὶ τόπος, καὶ ὁ ἥλιος, etc. *Corrumpit*, inquit, *vnguenta calida tempestas, locus, Sol, si in aprico ponantur. Quoniam vnguentorum institores coenacula quaerunt, et vmbras opacissimas. Sol enim et aestus odores aufert ... Proinde in vascula plumbea diffundunt*, εἰς ἀγγεῖα μολυβδᾶ ἐγχέουσιν, *et alabastros requirunt, quia frigidus ille est lapis, et vnguentis vtilissimus.* H.

m. Coquuntur plumbeis vasis) Quidam legunt, *coquuntur, ac conduntur plumbeis vasis.* Theophr. διαφθείρει δὲ τὰ μύρα, καὶ ὁ ἥλιος ἂν τεθῶσι. Διὸ καὶ οἱ μυροπῶλαι καὶ ζητοῦσι τὰς οἰκίας ὑπερῴους, καὶ μὴ προηλίους, ἀλλ' ὅτι μάλιστα παλισκίους. Et paulo infra: διὸ καὶ εἰς ἀγγεῖα μολυβδᾶ ἐγχέουσι, καὶ τοὺς ἀλαβάστρους ζητοῦσι τοιούτου λίθου. Plumbeis vasis duplicibus inquit Cornarius Comment. in lib. V. κατὰ τόπους. *Dal.*

Coquuntur) Forte rectius, *conduntur*, ex Theophr. H.

n. Experimentum eorum inversa manu capitur) Theophr. τὸ δὲ κοινὸν ἐπὶ πάντων ἀπόρημα, τί δήποτε ὑπὸ (alii ἐπὶ) τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς ἥδιστα φαίνεται, δι' ὃ καὶ οἱ μυροπῶλαι τοῦτο μυρίζουσι τὸ μέρος. *Dal.*

Experimentum) De vnguentorum, inquit, suauitate ac praestantia experimentum sumitur, prima manus parte, quae volae opponitur: vnde unguentarii eam semper partem vnguento tangunt: ne si volae, quae pars est manus maxime carnosa,

IV. (III.) Haec eſt materia luxus e cunctis maxime ſuperuacui. Margaritae enim gemmaeque ad heredem tamen tranſeunt: veſtes [1] prorogant tempus: vnguenta illico exſpirant, ac ſuis moriuntur horis. *o.* Summa commendatio eorum, vt [2] transeunte femina odor inuitet etiam aliud agentes *p.*: [3] exceduntque [4] quadragenos *q.* denarios librae. [5] Tanti emitur voluptas aliena: etenim odorem qui gerit, ipſe non ſentit. [6] Sed et haec aliqua differentia ſignanda ſunt. In M. Ciceronis *r.* monumentis inuenitur, vnguenta gratiora eſſe, quae terram *s.*, quam quae crocum [7] ſapiant: quando etiam

Tt 5 cor-

1. *Prolongant. M.* 2. *tranſeuntem feminam, etc. aliud agentem. M.* 3. *Excedunt. M.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. quadringenos Gr. et Al.* 5. *Tantum. M.* 6. *Sed tamen et. M.* 7. *ſapiunt. Cb.*

noſa, id imponatur, eius calore pereat ſtatim vnguenti bonitas. Theophr. l. c. H.

o. Ac ſuis moriuntur horis) Ob id Iuriſconſultis, l. VII. §. *Si maritus. D. De donat. inter virum et vxor.* vnguenta *rem mortuam* vocat: quod eorum poſſeſſio breuis, inutilis, inanis ſit. *Cuiacius* c. 30. IX. *Obſeru.* Dal.

p. Vt tranſeunte femina odor inuitet etiam aliud agentes) Dictionem *femina*, expoſitionis cauſa additam putamus, legendumque *transeuntes*, non *tranſeunte*. Cur enim feminam tranſeuntem potius quam virum probatum vnguentum alliceret, promiſcuo illis temporibus inter vtroſque vnguenti vſu. *Pint.*

q. Quadragenos) Monetae noſtrae efficiunt libras ſedecim. H.

r. In M. Ciceronis, etc.) Vnguenta quae terram ſapiunt, quaenam illa ſunt? ſcribendum puto: *gratiora eſſe, quae ceram quam quae crocum ſapiunt.* Vide *Salm.* p. 1063. b. vide et Plin. lib. XVII. cap. 5.

s. Quae terram) Ex deperditis Tullii libris locus hic depromtus eſt: ſed ſimilis ei alter exſtat de Orat. L. III. n. 69. *Licet hoc videre in reliquis ſenſibus, vnguentis minus diu nos delectari, ſumma et acerrima ſuauitate conditis, quam his moderatis, et magis laudari quod terram, quam quod crocum olere videatur.* Vide N. et Em. N. VI. (paulo p.)

corruptiſſimo in genere magis tamen iuuat quaedam ipſius vitii ſeueritas. Sed quoſdam craſſitudo maxime delectat *t.*, [1]ſpiſſum *u.* appellantes: linique iam *x.*, non ſolum perfundi, vnguentis gaudent. Vidimus etiam veſtigia pedum tingi *y.*: quod M. Otho-

1. *Id ipſum approbantes: liniriqne iam ſolum, ſed et perfundi. M.*

lo p.) Colligit hinc Plinius, nec vitium ipſum, hoc eſt, vnguentorum vſum, placere poſſe, niſi ſeueritatis ſpeciem aliquam prae ſe ferat. *Vnguenta*) Brodaeus Miſcell. L. IV. c. 5. eumque ſequuti Scaliger et Salmaſius in Solin. p. 1063. legunt: *quae ceram, quam quae crocum ſapiant.* Sic Plinio Tullioque vim faciunt. Nam quid vterque ſcripſerit, Plinius ſic aperte declarat, L. XVII. ſ. 3. vt dici planius nihil poſſit. Ibi enim genera terrarum optima inueſtigans, ſic ait: *Certe Cicero, lux doctrinarum altera: Meliora, inquit, vnguenta ſunt, quae terram, quam quae crocum ſapiunt. Hoc enim maluit dicere, quam redolent. Ita eſt profecto: illa terra erit optima, quae vnguenta ſapiat. Quod ſi admonendi ſumus qualis ſit terrae, odor, etc.* Quid iam argutiis opus, vt recepta dudum Plinii Tulliique lectio conuellatur? H.

t. Sed quoſdam craſſitudo maxime delectat, Stypſim appellantes.) Sic legendum, id eſt, ςύψιν, quae craſſitudinem vnguenti ſignificat. *Salmaſ.* p. 465. b.

u. Spiſſum) Vel, vt quidam codd. legunt, *ſtypſim*, ςύψιν. Sunt enim ςύμματα in vnguentis, vt diximus, ſpiſſamenta. H.

x. Linique iam, etc.) Plato III. Politic. Homerum e ciuitate, quam ſibi fingit, pellendum, cenſet, ſed vt ſanctum virum, mirabilem, ſuauem decet, capite vnguentis delibuto, & lana coronatum: vel, vt ait Cic. apud Nonium, redimitum coronis. Cic. VI. actione in Verrem ait, Segeſtanas mulieres, quum ſimulacrum Dianae oppido exportaretur, vnguentis vnxiſſe compleſſeque coronis et floribus. Themiſtii pater Epicurum Philoſophorum choro exturbauit, capite vnguento perfuſo, quod toto corpore voluptatem ſequutus fuiſſet. Victor. c. 13. lib. IV. lege elegantiſſimum locum apud Plautum in Moſtell. *Dalec.*

y. Vidimus etiam veſtigia pedum tingi) Id multo ante Athenis

Othonem *z.* monstrasse Neroni Principi ferebant. [1]Quaeso vt qualiter *a.* sentiretur, [2]iuuaretque, ab ea parte corporis? Nec non aliquem ex priuatis audiuimus iussisse, spargi parietes [3]balinearum vnguento: atque Caium Principem *b.*, [4]folia *c.* temperari:

1. *Quaeso qualiter sentiretur iuuari ab ea. Parm.* 2. *iuuaret ea. Ch.* 3. *balnearum. Ch.* 4. *solium. M. solitum lauari. Parm.*

Athenis factum fuisse ostendit hic Cephisedori versus apud Athenaeum, καὶ τοῖς ποσίν χωρὶς πριῶ μοι βάκχαριν. Apud eumdem Antiphanes: Αἰγυπτίῳ μὲν τὰς πόδας καὶ τὰς χέρας, Φοινικίνῳ δὲ τὰς γνάθες καὶ τιτθία, Σισυμβρίνῳ δὲ τὸν ἕτερον βραχίονα Ἀμαρακίνῳ δὲ τὰς ὀφρῦς, καὶ τὴν κόμην, Ἑρπυλλίνῳ δὲ τὸ γόνυ καὶ τὴν αὐχένα. Praeterea Diogenes vnguentatis pedibus incedebat. Tum etiam in Aulularia *Myrobathrarii* dicuntur, qui muliebres soleas unguentis linebant. *Dalec.*

Vestigia pedum) Id Athenis multo antea factitatum admonet Athenaeus L. XV. p. 689. H.

z. M. Othonem) Eum qui Neroni successit, quem Tacitus hist. L. I. p. 9. gratum Principi ait fuisse aemulatione luxus: vnguentorum prodiga effusione, Plutarch. in Galba, p. 1061. In MS. tamen nostro Parisiensi legitur, *M. Cythonem*, et secunda manu paulo recentiore, in margine, *Mathonem*. Vetustae tamen editiones habent constantissime, *M. Othonem*, recte. H.

a. Quaeso vt qualiter) Convertenda puto verba, *Quaeso vt sentiretur, qualiter iuuaret ab ea parte corporis:* nam particula *que* a nullo exemplari scripto impressoue agnoscitur. *Pint.*

Quaeso) Qui tandem peruenire potest ad alios vnguenti voluptas ab ea parte corporis? qui iuuare transeuntes? H.

b. Caium principem, etc.) Suetonius in Caio, cap. 37. Apud Petronium in Satyra, Trimalcio in balneo vnguento perfusus tergitur, non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis. *Dalec.*

Caium) Caesarem Augustum Germanicum. H.

c. Solia) Solium vas est in quo sedentes lauantur, *vanbam.* Frequens Celso loquutio: *Desidere in solio: Descendere in solium.* H.

perari: ac ne principale *d.* videatur hoc bonum, et postea *e.* quemdam ex seruis Neronis. Maxime tamen mirum est, hanc gratiam penetrasse et in castra. Aquilae certe ac signa, puluerulenta illa, [1] et [2] custodibus *f.* horrida, inunguntur festis diebus *g.*; [3] vtinamque dicere possemus, quis primus instituisset. [4] Ita est, nimirum hac mercede corruptae terrarum orbem deuicere aquilae. Ista patrocinia quaerimus vitiis, vt per hoc ius sumantur sub casside vnguenta.

V. Quando id primum *h.* ad Romanos penetrauerit, non facile dixerim. Certum est Antiocho rege Asiaque deuictis, Vrbis *i.* anno quingentesimo sexage-

1. *Ex. M.* 2. *sic et Ch. custodiis Gr. et Al.* 3. *Haec vtinamque, etc. ad, ita est, etc. desunt in M.* 4. *Ita est nimirum. Haec. M.*

d. Principale) Principis proprium. H.

e. Et postea) Etiam postea. H.

f. Et custodibus) Custodum virtute horrida, hoc est, metuenda signa. Haec enim signiferorum in acie constantia fuit, vt vitam prius, quam signa amitterent. Vel horridos integumento signiferos indicat, quibus et loricatum pectus, et capita pellibus animantium obuoluta, vti ex lapidibus effinguntur a Lipsio, de Milit. R. L. IV. dial. 9. Sic autem habent MSS. R. Colb. Chiffl. etc. non *custodiis:* qui vt idem Lipsius interpretetur, de Milit. R. L. IV. dial. 9. ad castrorum carceres frustra confugit: adeo intutum est sola ingenii coniectura niti. H.

g. Festis diebus) Rebus laetis, militiaque prospera, obviamque itionibus. Vetus inscriptio apud Oiselium in Thes. Numism. p. 468. CORONIS. INLATIS. SIGNISQVE. VNCTIS. Nempe signa ornari mos fuit laurus florumque coronis, et vnguentis. H.

h. Quando id primum, etc.) Iam Tarquinii tempore vnguentorum fuit vsus. Ennius enim ait, nisi subsit poëtica πρόληψις, *Tarquinii corpus bona femina lauit, et vnxit.* Dalec.

i. Vrbis anno DLXV.) Ita MSS. omnes et editi. Annus

sexagesimo quinto, P. Licinium *k.* Crassum, L. Iulium Caesarem Censores edixisse, ne quis venderet vnguenta exotica *l.*: sic enim appellauere. At hercules iam quidam etiam *m.* in [1] potus addunt: tantique amaritudo est, vt odore prodigo fruantur ex vtraque parte *n.* corporis. L. [2] Plotium *o.*, L. Planci bis Consulis Censorisque fratrem, proscriptum a Triumuiris, in Salernitana latebra vnguenti odore *p.* proditum constat; quo dedecore tota absoluta

1. *Potu. M. et mox, tantaque; Lego, addunt, nec tanta amaritudo odorum est, vt prodigi non fruantur vtraque.* 2. *Policium. Ch.*

nus hic est, quo plane deuictus Antiochus, domitaque Asia est. H.

k. P. Licinium) Post Asiam domitam annis centum, quibus vnguenti luxuria penetrauit ad Romanos, ac legibus primum coercenda fuit. Refert haec quoque Solinus, c. 46. p. 74. H.

l. Exotica) Ἐξωτικά, peregrina, externa, atque adeo pretii carioris. Plaut. in Mostell. Act. I. Sc. I. v. 41. *Non omnes possunt olere vnguenta exotica, Si tu oles.* H.

m. Quidam etiam, etc.) Apud Theoph. lib. περὶ τῶν ὀσμῶν, μύρον καὶ τ' ἄλλα ἔνοσμα τὰς μὲν οἴνας ἡδύνει, τῶν δὲ βρωμάτων οὐδέν. *Dal.*

n. Ex vtraque parte) Intus, potando: foris, liniendo. H.

o. L. Plotium.) Valer. Max. cap. 8. l. VI. Vbi legitur *Plotinus Plancus*, Numatii vel Munacii Planci frater, etc. *Dal.*

L. Plotium) A Velleio Plancus Plotius dicitur, L. Munatii Planci frater, cuius opera a Triumuiris proscriptus est: vnde dicterium militum, qui Munatii Lepidique, eius qui Triumuir fuit, de Gallis triumphantium, currum sequebantur: *De Germanis, non de Gallis, duo triumphant Consules.* Praenomen ei Lucius fuit, vt non modo hic Plinii locus edocet, sed et nummus antiquus apud Patin. p. 212. in Plautia gente. H.

p. Vnguenti odore) Rem narrat Val. Max. L. VI. c. 8. n. 5. sed Caium is male praenominat, pro Lucio. *Adiunxit se iis cladibus*, inquit, *C. Plotius* (lege *L. Plotius*) *Plancus, Munatii Consularis, et Censorii frater, qui quum a Triumuiris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatiore vitae genere et odore vnguenti occultam salutis*

ta *q.* proſcriptio eſt. Quis enim non merito iudicet periiſſe tales?

VI. [1] Cetero terrarum omnium Aegyptus accommodatiſſima vnguentis: ab ea Campania eſt, copia roſae. (IV.) Iudaea vero inclyta eſt vel magis palmis: quarum natura nunc dicetur. Sunt quidem et in Europa *r.*, vulgoque Italia, ſed ſteriles. *s.* Ferunt in maritimis Hiſpaniae fructum, verum immitem: dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem. Contra in Oriente: ex his vina, gentiumque aliquibus panis *t.*: plurimis vero etiam quadrupedum cibus. Quamobrem iure dicentur externae. Nulla eſt in Italia ſponte genita *u.*, nec in alia parte terrarum, niſi in calida: frugifera vero nuſquam, niſi in feruida.

VII. Gi-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. ceterum Gr. et Al.*

lutis cuſtodiam detexit. Refert id etiam Solin. c. 46. p. 74. H.

q. Abſoluta) Liberata a crimine. Quo ſenſu Claudianus: *Abſtulit hunc tandem Rufini poena tumultum, Abſoluitque Deos.* H.

r. In Europa) In Graecia quidem ſterileſcere docet, Theophr. Hiſt. L. II. c. 3. H.

s. Sed ſteriles) Petr. Quiqueranus de laudib. Prou. L. II. fol. 59. *Negat*, inquit, *Plinius palmas in Italia frugiferas, nec alibi omnino, niſi feruidis plagis. Vulgaris tamen eſt apud nos hodie palmarum fetura. Inſignis quidem inter ceteras vna in Olbienſi agro* (*Hieres* in Prouincia) *viſitur et ſpecie et prouentu. Quadringenteſimo atque quinquageſimo ab hoc anno, ex vetuſtis domini rationibus ſatam conſtat. Dactylos eos plurimi noſtrum lubentiſſime eſitant: me tamen ſcio, ne in famis quidem condimento, modo mediocri, gratos habiturum.* H.

t. Aliquibus panis) Aethiopibus. Theophr. Hiſt. L. II. c. 8. H.

u. Nulla eſt in Italia ſponte genita, nec in alia parte terrarum niſi calida) Ambo exemplaria: *Nulla eſt in Italia parte terrarum niſi in calida.* Minus male legetur: *Nulla eſt in alia parte terrarum niſi in calida.* Pint.

VII. Gignitur *x.* leui sabulosaque terra: maiore in parte et nitrosa. Gaudet et riguis: totoque anno bibere [1] quum amet *y.*, anno sitienti. *z.* A fimo quidem *a.* etiam laedi putant: et Assyriorum pars aliqua, si non [2] riuis [3] misceatur. *b.* [4] Genera earum plura: et prima fruticem non excedentia: [5] sterilem hunc, aliubi et ipsum fertilem, [6] breuique ramo-

1. Cum amet sitientia. Fimo. M. 2. aquis misceatur fimus. Theoph. 3. misceat. M. misceant. Alii. 4. Genera earum prima frut. M. 5. sterilem banc, aliubi et ipsam fertilem, breuemque ramis, obire (leg. exire) vmbra foliorum tectorii vicem. Parm. 6. breues ramis obire (ambire, ambiunt.) vmbra foliorum tectorii. M.

x. Gignitur) Theophr. Hist. L. II. c. 8. ἐν γῇ ἀμμώδει, in sabulosa terra: Auctor Geopon. L. II. c. 9. ἐν ἁλμυρᾷ, in salsuginosa seri iubet. H.

y. Gaudet et riguis, totoque anno bibere quum amet anno sitienti) Legendum arbitror: *Gaudet et riguis totoque anno bibere: quin etiam non sitienti*, hoc est, et si annus sit pluuius, gaudet tamen rigari. Fauet huic correctioni Theophrastus l. II. c. 8. palmas scribens magis gaudere aquis scaturientibus quam pluuiis. *Pint.*

Gaudet) Palladius, L. XI. in Octobri, tit. 12. p. 151. de palma: *Circumfodiatur assidue, vt rigatione continua aestatis vincat ardores.* H.

z. Anno sitienti) Ita MSS. editique libri. Caeli rores imbresue bibere detrectat arbos: sola rigatione gaudet. Nec palmae naturam norunt, nec Plinii stilum sapiunt, qui hoc loco reponere satagunt, *et non sitienti.* H.

a. A fimo quidem) Scribo, *A fimo quidam etiam laedi putant, si non riuis misceatur:* cetera falso inserta sunt. Paret apertissime ex Theophrasto lib. II. cap. 8. cuius haec verba sunt: *De fimo diuersa sententia est: quidam enim has fimo delectari negant, sed abhorrere omnino statuunt, alii vsum fimi concedunt, incrementumque magnum capere eo affirmant, riuis tamen miscere fimum oportere affirmant.* Pint.

A fimo) Theophr. l. c. H.

b. misceatur) Si non riuis, siue aquis inlicibus, fimus misceatur, quod Rhodii facere solent, inquit Theophr. l. c. H.

ramorum orbe foliosum. Tectorii *c.* vicem hic parietibus plerisque in locis praestat contra [1] aspergines. Procerioribus *d.* silua, arbore ex ipsa foliorum aculeo fruticante circa totas pectinatim, quas siluestres intelligi necesse est. Incerta *e.* tamen libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquae *f.* teretes

1. *Aspergines. Sunt a proc. silvae. Par. asper. proc. silvae, arbore ex ipso foliorum aculeo fructificante, etc. Incesta. M. asperg. est procer. Ch.*

c. Tectorii) Vice linimenti, incrustationisque parietum, adseri proxime hi frutices solent, contra aspergines imbrium: parietibus applicantur, adrepuntque. Galli dicunt, *en espalier.* H.

d. Procerioribus) Sunt e prrocerioirum palmarum genere siluae ingentes: cuius folia aculeata, pectinatimque dispofita sunt, ex ipso arboris caudice prodeuntia, ita plane vt totam arborem ab imo trunco ad cacumen ambiant. H

e. Incerta) Sic MSS. omnes, et editi. Alii *incesta* malunt, quasi μεταφορικῶς sceleratam eam libidinem appellet, qua se mitiori copulet arbor siluestris. H.

f. Reliquae, etc.) Lege ex veteri scriptura: *Densis gradatisque corticum pollicibus auctioribus* (*an acutioribus*) *faciles ad scandendum Orientis se populis praebent, vtilem sibi arboremque inductis circulum, mira pernicitate cum homine subeunte.* Palmae arboris caudex totus scaber est et asper densis squamis per gradus dispositis et exstantibus. Vel lege: *faciles ad scandendum Orientis se populis praebent, vtilem sibi arborique inductis circulum, mira pernicitate tum homine subeunte.* De circulo quem pedibus inducunt qui palmas arbores scandunt, omnino accipiendum. Vide *Salmas.* 1329. a. *Densis gradatisque, etc.*) Legend. *densis gradatisque corticum cochlicibus, etc.* Κόχληκες, κόχλακες, κοχλάδες sunt tortuosi, instar cochlearum turbinati circuli, totum arboris scapum circumflexu more clauicularum ambientes et complexi, quibus sursum quasi per scalas κοχλιοειδεῖς in gyrum ascendi possit, a κόχλω, *gyro.* Vid. Reines. var. lect. l. II. c. 9. p. 206. *Reliquae teretes atque procerae, densis gradatisque corticum pollicibus auctioribus faciles se ad scandendum Orientis populis praebent, vtilem sibi arborisque inductis

teretes atque procerae, densis gradatisque *g.* corticum pollicibus, [1] vt orbibus, [2] faciles se ad scandendum Orientis populis praebent, vitilem *h.* sibi [1] arbo-

1. *Auctioribus. Alii.* 2. *faciles ad scandend. orientis se pop. praeb. vtil. sibi arborem quae inductis circulum (leg. arborem circumducto circulo) M. vtilem sibi arborisque induuiis circulum Gr. et Al.*

induuiis circulum mira pernicitate tum homine subeunte) Plinius *pollices auctiores* vocat, amputatorum vel decidentium ramorum reliquias eminentes et ex cortice protuberantes, vt pollex exsertus ex manu. Id Gallice dicimus *chicots.* Hunc Plinii locum sane salebrosum et mendosum ita debere legi contendit Salmasius, *vtilem sibi arborique inductis circulum.* Quae lectio mihi videtur aliquid habere absurditatis, qua enim vtilitate affici potest arbor tali circulo? Ego igitur pridem in margine nostri Plinii codicis emendaueram, *vitilem sibi arborique indutis circulum*, et ita censueram legi debere, doctus a quodam nobili nauarcho de modo quo incolae Palmiferae regionis in Africa celeriter cum suo circulo scandunt excelsas palmarum arbores: scilicet induunt se vna cum arbore ipsa circulo e vitili ligno facto, et pedibus in arboris pollicibus illis nitentes, et lumbis circulo innixi, manibus vero ambabus circulum gradatim, et subsultim attollentes, celerrime vsque ad arboris summum, vbi sunt rami et fructus scandunt. Id saepe facientes, vt lagenas suas ramis succisis appendeant, vel eas plenas vino palmeo reportent. *Palmer.* Exercitat. ad Luciani tom. III. pag. 573.

g. Gradatisque) Gradatim ascendentibus: iisdem simul arborem circumambientibus. Pollices vocat crebros veluti vngues squamatos, qui per corticem caudicis gradatim disponuntur. Vide palmae iconem apud Lobelium, p. 637. et apud Dodon. p. 807. H.

h. Vitilem) Induunt sese, inquit, Orientis populi, vna cum ipsa arbore, circulum vimineum: tum pede nituntur in arborum pollices, de quibus proxime dictum est: manibus circulum, cui insident, gradatim ac subsultim attollunt: sic vsque ad partem eam arboris, vbi sunt rami fructusque, celerrime scandunt. Vide N. et Em. N. VII.

[1]arborique indutis circulum, mira pernicitate tum homine subeunte. Coma omnis in cacumine *i.*, et pomum est *k.*: [2]non inter folia hoc, vt in ceteris: sed [3]suis inter ramos palmitibus *l.* racemosum, vtraque

1. Arboremque indutis. Ch. induuiis arborisque Gr. 2. sic ex MSS. em. Hard. inter folia, vt in c. Gr. et Al. 3. suos. M.

N. VII. (hic consp.) *Faciles etc.*) Mira hactenus huius loci deprauatio fuit: sic enim libri vulgati, *vtilem sibi arborique induuiis circulum.* At R. codex 2. erroris admonuit, in quo diserte legitur, *vitilem sibi arboremque indutis circulum.* R. 1. et Colb. *praebenti vtilem:* vnde *praebent*, *vitilem* legendum quoque coniicias. Morem hunc palmas conscendendi Lucianus attigit in Syria Dea, p. 1069. vbi de homine Priapum ligneum conscendente: ἡ δὲ οἱ ἄνοδος τοιήδε· σειρῇ μακρῇ ἑωυτόν τε ἅμα, καὶ τὸν Φαλλὸν περιβάλλει etc. *Porro*, inquit, *ascensus iste in hunc modum illi fit. Catena longa seipsum pariter ac Priapum circumdat: deinde ascendit in ligna quaedam ex ipso Priapo prominentia. Ascendens autem pariter et catenam vtrimque attollit; perinde moderans, vt habenas auriga. Quod si vero quispiam id non vidit, vidit autem eos qui palmas conscendunt, siue in Arabia, siue in Aegypto, siue alio aliquo loco, intelligit facile quod dico:* εἰ δέ τις τόδε μὲν οὐκ ὄπωπε, ὄπωπε δὲ Φοινικοβατέοντας, ἢ ἐν Ἀραβίῃ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἄλλοθί τῃ, οἶδε τὸ λέγω. H.

i. Coma omnis in cacumine) Legend. *Coma omnis in cacumine et pomum est, non inter folia hoc, vt in ceteris, etc.* dicit non solum comam omnem in cacumine palmae arboris esse, sed etiam pomum. Et paulo post lege: *femina citra florem germinat statim spicae modo.* Salmas. pag 410. a. *Coma omnis in cacumine*) Theophr. c. 23. l. I. hist. *Dalec.*

k. Et pomum est) Etiam in cacumine inquit, pomum est: nec solum ἀκρόκομος palma est, sed et ἀκρόκαρπος, vt Theophr. ait Hist. L. I. c. 23. H.

l. Palmitibus) Palmitem appellat loculum corticosum, (ἐλάτην et σπάθην vocat Diosc. L. I. c. 150) quod inuolucrum est floris fructusque palmarum: eo dehiscente, flores prodeunt pendentque numerosi, instar racemi longissimi. H.

que natura vuae atque pomi. Folia cultrato mucrone *m.*, lateribus in sese [1] bifidatis, bella primum

Vv 2 demon-

1. *Leg. bifidatis, bullas quum prim. dem. gemmeas, tunc ad funes, etc. Alii, nouellas quum primum (quod probo) demonstrauere gemmas. Alii, tenellas quum primum, etc.*

m. Folia cultrato mucrone) Folia in mucronem ita desinunt, vt cultri, seu vomeris speciem referant, lateribus in longum exporrigentibus sese in canaliculi morem. Eadem folia lateribus in cacumine bifidis, seu diuisis διοχιδέσι, vt gemina simul in bello acie, vel vt gemino pariter vnius acie cornu, seu latere, alaue gemina hostem peteremus, olim demonstrauere: nunc eadem in alios finduntur vsus. Vide N. et Em. N. VIII. (paulo post) Duplex seu gemina acies dicta est, quum in cornua duo secta, dexterum, ac sinistrum: quo de argumento plura Lipsius de mil. R. L. IV. dial. 6. Auctor gemini in acie vna cornu Pan, teste Polyaeno, L. I. Stratag. Διονύσος ςρατηγὸς ἦν ὁ Πᾶν. Οὗτος πρῶτος τάξιν εὗρεν, ὠνόμασε φάλαγγα, κέρας ἔταξε δεξιὸν καὶ λαιόν. Ταύτῃ τοι ἄρα κεράσφορον τὸν Πᾶνα δημιουργοῦσι. *Bacchi dux fuit in militia Pan. Is primum reperit ordinem, nominauit phalangem, cornu instituit dextrum et laeuum. Ex quo cornutum etiam Pana vulgo fingunt.* Vt nempe bifidis palma foliis geminam aciem, seu bella gemina commonstrat, sic et Pan cornuta fronte, et e conuerso. Plinius, L. XVI. c. 38. *Palmae* esse *folia duplicia* animaduertit, quorum nunc *latera bifidata* appellat. *Bellum* etc.) Torsit mirifice hic locus coniectorum ingenia, quum in libris vulgatis legi cernerent, *bellas primum demonstrauere gemmas.* Alii enim scribendum censuerunt, *bullas quum primum demonstrauere gemmeas.* Dalec. hist. plant. L. III. c. 18. *Nouellas quum primum demonstrauere gemmas;* alii, *tenellas.* At quas, quaeso, gemmas, gemmeasue bullas demonstrare palmarum folia possunt? Nam delicias Sabellicus facit, qui gemmas interpretatur, pictas luxurioso eo seculo figuras in diuitum pauimentis, quas scopae monstrare, siue retegere idcirco dicantur, quod scopis pauimenta conuerrerentur, e palmarum foliis texi solitis. Ruellii medici alias eruditi sane me piget, qui quum hunc locum non intellige-

ret,

demonstrauere [1] gemina: nunc ad funes, vitiliumque *n.* nexus, et capitum leuia *o.* vmbracula *p.* [2] finduntur. Arboribus, imo potius omnibus quae terra [3] gignat *q.*, herbisque etiam, vtrumque sexum esse diligentissimi naturae tradunt: quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco: nullis tamen arboribus manifestius. *r.* Mas in palmite floret *s.*, femina citra

1. *Gemmas Gr. et Al.* 2. *funduntur. Par.* 3. *gignit. Ch.*

ret, de nat. stirp. L. I. p. 216. exscripsit tamen, *bellas primum monstrauere gemmas.* In MSS. R. Colb. etc. *geminas* legitur. Nostram emendationem ipsa per se orationis series interpretatioque defendit: duplicem enim ab hisce foliis ad hominum vitam fructum peruenisse Plinius indicat: alterum, vt ad similitudinem bifidorum foliorum, vt diximus, bellandi gemina acie ratio, gemina in bello cornua, geminae acies excogitatae sint. Alterum, vt ipsa ad funes vitiliaque opera textura prosint: *Primum*, inquit, *gemina demonstrauere bella*: *nunc ad opera vitilia finduntur.* Mos est Plinio scilicet, quae quibus ex rebus quas natura finxerit, artes initium ortumque habuerint, indicare obiter. Sic L. X. s. 12. de miluis: *Idem videntur*, inquit, *artem gubernandi docuisse caudae flexibus: in caelo monstrante natura, quod opus esset in profundo.* H.

n. Ad funes vtiliumque, etc.) Nam quia tunc maxime succo abundant, ideo tractabiliora sunt. Apud Apuleium 2. Asini, Zachlas Aegyptius Propheta palmeis baxeis pedes indutus est. *Dalec.*

o. Et capitum leuia vmbracula finduntur) Ad ea opera decerpuntur a messe. vide c. 24. l. XVI. *Dal.*

p. Vmbracula) Subintellige, texenda. Sic galeros hodie stramineos teximus. De vsu foliorum palmae dicetur iterum L. XVI. s. 37. Et scopas e palmis laudat Martialis in Xeniis, L. XIII. ep. 82. H.

q. Omnibus quae terra gignat) Theophrastus cap. 11. lib. V. histor. *Dal.*

r. Manifestius) Quam palmae. Theophr. Hist. L. II. c. 9. Tralatitium Claudiani carmen huc pertinet, in Nupt. Honor. et Mar. v. 65. *Viuunt in Venerem frondes, omnisque vicissim Felix arbor amat:*

tra florem germinat tantum [1] spicae modo. *t.* [2] Vtrisque autem prima nascitur pomi caro: postea lignum intus *u.*, hoc est, semen eius. Argumentum, quod paruae sine hoc reperiuntur in eodem palmite. Est autem oblongum: non, vt oliuis, orbiculatum. Praeterea caesum [3] a dorso puluinata fissura, et in aluo media plerisque vmbilicatum, vnde primum spargitur radix. Seritur autem pronum *x.*, et bina iuxta composita semina, superque totidem, quoniam infirma singulis planta est: quaternae coalescunt. *y.* Multis candidisque lignum hoc a carnibus [4] discernitur tunicis, aliis corpori adhaerentibus: laxeque distans, tantum cacumini filo adhaeret. Caro maturescit anno. Quibusdam [5] tamen in locis, vt in Cypro *z.*, quamquam ad maturi-

 turi-

1. *Sic et Vet. spinae Gr. et Al.* 2. *vtriusque. M.* 3. *summo dorso puluinato, et in aluo media fissura plerisque. M.* 4. *discinditur. Dal.* 5. *tamen, in M. d.*

amat: Nutant ad mutua palmae Foedera. H.

s. Mas in palmite floret) Theophr. cap. 22. lib. I. hist. et cap. 8. lib. II. *Dalec.*

Mas) Haec Theophr. Hist. Pl. L. II. c. 8. iisdem verbis. H.

t. Spicae modo) Vel racemi. Tamen in MSS. *spinae.* At Theophr. καθάπερ στάχυς, de caussis L. I. c. 24. p. 227. H.

u. Lignum intus) Theophrastus cap. 18. lib. I. hist. Plinius male *lignum* vocat: est enim officulum instar carneae substantiae durum. Paulo infra osseum quibusdam inesse dicet. *Dal.*

Postea lignum) Hoc est, nucleus, naturae durioris: quam Plinius ligno, officulo Theophrastus, aliique comparant: ὀστᾶ τῶν φοινίκων vocat Auct. Geopon. L. X. H.

x. Pronum) Semen nimirum, seu nucleus, cuius supina pars ὑπτία ea est, quam Plinius dorsum appellat; πρανὴς, siue prona ea, in qua vmbilicus. Haec rursum Theophr. l. c. H.

y. Quaternae coalescunt) Theophr. c. 8. l. II. hist. *Dalec.*

z. In Cypro) Peculiare Cypro id genus est. Theophrast. *Dalec.*

turitatem non perueniat, grato ſapore dulcis [1] eſt: et folium *a.* ibi latius, [2] fructus quam reliquis rotundior: nec vt deuoretur corpus, verum vt exſpuatur *b.*, ſucco modo expreſſo. Et in in Arabia languide dulces traduntur eſſe palmae: quamquam Iuba apud Scenitas Arabas praefert omnibus ſaporibus, quam vocant [3] Dablan. [4] Cetero ſine *c.* maribus non gignere feminas ſponte edito nemore confirmant:

1. *Eſt in M. d.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. fructuſque reliquis Gr. et vulgg.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. Dabulam Gr. et vulgg.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard. Cetero non ſine maribus gignere Gr. et Al.*

Vt in Cypro) Genus id eſſe palmarum ei inſulae peculiare ac proprium tradit Theophr. l. c. H.

a. Et folium) Deſunt hic manifeſte aliquot verba, de altero enim genere palmae quod eſt in Cypro loquitur, duo namque illic palmae genera reddit Theophraſtus lib. II. cap. 8. his verbis, *Alterum autem in Cypro naſcitur, quod et folium habet latius et fructum maiorem multo et peculiaris formae, magnitudinis mali punici, formae oblongae, non grati ſaporis vt alii, ſed ſimilis radicibus, itaque non deuoratur ſed manſus exſpuitur.* Puto igitur in Plinio legendum, *Eſt alterum in Cypro palmae genus, folium his latius, fructus quam reliquis.* Pint. *Et folium ibi latius, etc.*) Haec a Theophraſto de duobus generibus dicta, male in vnum confunduntur. *Dalec.*

b. Vt exſpuatur) Quemadmodum Punici mali ſuccum ſorbere ſolemus: nucleos commanducare quidem, ſed ſtatim exſpuere, nec deglutire. H.

c. Cetero non ſine, etc.) Guillandinus in Aegypto et Oriente obſeruauit, ne feminae ſteriles ſint, aut immaturum fructum perdant, mares eo interuallo ſeri, vt ab iis puluerem ventus in illas perferat. Quod ſi longius diſtent, quam vt pulvis, odorue peruenire poſſit, tum a mare funem religatum ad feminam perduci, vt maris fecunda vis per eam copulam, ac vinculum irrepat. Refert Pontanus palmas duas, marem Brundiſii ſatum, feminam Hydrunti, ſteriles diu fuiſſe, quod adultae

firmant: circaque singulos plures nutare in eum pronas blandioribus comis. *d.* Illum erectis *e.* hispidum, afflatu visuque ipso et puluere *f.* etiam [1] reliquas maritare: huius arbore excisa viduas post sterilescere feminas. Adeoque est Veneris intellectus *g.*, vt coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine, interim vero tantum puluere insperso feminis.

VIII. Seruntur autem palmae et trunco *h.*, [2] duûm cubitorum longitudine, a cerebro ipso [3] arboris,

V v 4

1. *Illis maritari. D.* 2. *duorum. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. arboris viridi fissuris etc. Gr. et Al.*

tae se inuicem aspexerint, ac tum quamuis longo tractu dissitas fructum edidisse. *Dal.*

d. Nutare in eum pronas blandioribus comis) Idem prolixius Florentinus in Georgicis. *Dal.*

Nutare in eum) In mares singulos nutant plures feminae. Hoc multo vberius Leontius explanat in Geop. L. X. c. 4. p. 251. H.

e. Illum erectis) Subintellige, comis. H.

f. Puluere) Quem e maris palmae foliis in feminas ventus defert: eo enim puluere mas illas sibi maritas facit. Theophr. l. c. et de caus. Pl. L. II. c. 13. p. 248. et L. III. c. 23. p. 287. Tradunt hoc ipsum Prosper Alpinus, et Guillandinus oculati testes. H.

g. Adeoque est Veneris intellectus) Theophr. c. vlt. lib. II. hist. et cap. 23. lib. III. De caussis, quem semel vide ad totum hunc locum *Dalec.*

h. Seruntur autem palmae et trunco) Legend. *Seruntur autem palmae, trunco duorum cubitum longitudine a cerebro ipso arboris, fissuris diuiso atque defosso.* Cerebrum ipsum arboris trunci, summum est. Truncum praecidunt duorum cubitûm longitudine a summo, id defodiunt cerebro deorsum verso, et fissuris diuiso. Vide *Salmas.* 1328. b.

Seruntur autem) Hanc palmae sationem, quae trunco illo fit, explicat Theophr. Hist. L. II. c. 8. Truncus autem, seu caudex summa arboris parte, vbi cerebrum est, duûm cubitorum longitudine praeciditur: deinde finditur: deorsumque depangitur,

boris *i.*, fiſſuris diuiſo atque defoſſo. Et ab radice *k* auulſae vitalis eſt satus, et ramorum tenerrimis. In Aſſyria, ipſa quoque arbor ſtrata in ſolo humido tota radicatur, ſed in frutices, non in arborem. Ergo plantaria *l.* inſtituunt, anniculaſque tranſferunt, et iterum bimas. Gaudent *m.* enim mutatione ſedis, verna alibi, in Aſſyria autem circa Canis [1] ortus. Nec ferro *n.* attingunt ibi nouellas: ſed religant comas, vt in altitudinem exeant. Robuſtas deputant craſſitudinis gratia *o.*, ſemipedales

1. *Sic et M. et Ch. ortum Gr.*

pangitur, ac defoditur, qua parte cerebri ipſius humor ac teneritudo eſt, vt defluat. H.

i. A cerebro ipſo arboris viridi) Vltima dictio redundat ex ſcriptis codicibus; ſane recte, ex Theophraſto, vnde locus ſumptus eſt, vt pleraque omnia in hac plantarum commentatione, ſicuti in animalium tractatu ab Ariſtotele. *Pint.*

A cerebro) Cerebrum Latini, et medullam: Gal. de fac. ſimpl. medic. L. IV. c. 15. ἐγκέφαλον vocat τὸ ἀνώτατον μόριον τȣ̃ φοίνικος, hoc eſt, ſummam palmae partem: et alibi: τὴν κορυφὴν τȣ̃ φοίνικος, ἣν ὀνομάζȣσιν ἐγκέφαλον. Theophr. quoque l. c. ſic appellat. Dioſc. vero L. I. p. 150. ἐγκάρδιον, quoniam vis palmae vitalis in ea parte tota eſt poſita. H.

k. Et ab radice) Stolonibus ab radice auulſis, vel ramorum tenerrimis e corpore matris ablatis, atque defoſſis, vt fuſius dicturi ſumus, L. XVII. ſ. 13. Sic Geop. Auct. l. c. ἡ φοίνιξ ἀπὸ παρασπάδων φυτεύεται. H.

l. Ergo plantaria) Plantarum ſeminaria, *des pepinieres.* Haec Theophr. Hiſt. L. II. c. 8. ſimiliter prodidit. H.

m. Gaudent) Theophr. l. c. H.

n. Nec ferro) Theophr. l. c. H.

o. Craſſitudinis gratia) Vt craſſiores euadant. Theophr. non deputari ramos ait, vt craſſiores fiant: ſed tum amputari, quum facti ſunt craſſiores: ὁπόταν ἁδρὸς γένηται καὶ πάχος ἔχῃ. An legit Plinius apud aliquem, ὡς πάχος ἔχῃ. H.

les *p.* ramorum relinquentes truncos, qui decisi alibi necant matrem. Diximus *q.* salsum ab his solum diligi. Ergo vbi *r.* non est tale, salem aspergunt, non radicibus, sed longius paulo. Quaedam *s.* in Syria et Aegypto in binos diuidunt se truncos: in Creta [1] et in ternos, [2] quaedamque et in quinos. Ferunt statim *t.* in trimatu. In Cypro vero *u.*, Syria, Aegypto, [3] quadrimae: aliquae quinquennes, [4] altitudine hominis, nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt nouellae, ob id spadonum *x.* accepto nomine.

IX. Genera earum multa. Sterilibus ad materias, [5] operumque lautiora, vtitur Assyria, et tota Persis. Sunt et caeduae *y.* palmarum quoque sil-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. In Creta et ternos, quaedam et in quinos Gr. et Al. *2. quaedamque in quinos. Ch.* *3. sic ex MSS. em. Hard. quadrimae aliae, aliae quinquennes, Gr. et Al.* *4. aliae altit. Parm.* *5. operaque. M. ad lectos et rasa. Theoph.*

p. Semipedales) Ὅσον σπιθαμὴν, inquit Theophr. l. c. Est autem duodenûm digitorum σπιθαμὴ, seu pollicum nouem; pedis dodrantem Latini vocant. H.

q. Diximus) S. 7. *Gignitur leui sabulosaque terra: maiore in parte et nitrosa.* Nam vt ait L. XXXI. s. 45. nitri natura non multum a sale distat. Vide et quae dicemus L. XVII. s. 3. H.

r. Ergo vbi) Sic Theophr. l. c. et Geop. Auct. L. X. c. 4. p. 251. Id apud Babylonios fieri idem Theophrastus prodidit, de caussis. L. III. c. 22. p. 286. H.

s. Quaedam) Theophr. Hist. L. II. c. 8. H.

t. Ferunt statim) Hoc vero de fecundiore palmae genere narrat Theophr. l. c. H.

u. In Cypro vero) Exemplar Toletanum, *In Cypro vero, Syria, Aegypto quadrimae, aliquae quinquennes.* Pint.

x. Spadonum) Ab Aristotele εὐνοῦχοι spadones, et ἔνορχοι, quasi testibus carentes, et ἀπύρηνοι nuclei expertes appellantur, ita referente Athen. L. XIV. p. 652. H.

y. Sunt et caeduae) Theophrast. iisdem verbis, l. c. H.

vae, germinantes rursus ab radice succisae. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant z.: [1] exemptaque viuunt, quod non aliae. Vocantur autem [2] chamaerepes a., folio latiore ac molli, ad vitilia vtilissimo. Copiosae in Creta, sed magis in Sicilia. [3] E palmis prunae viuaces, [4] ignisque lentus. Fructiferarum aliis breuius lignum b. in pomo, aliis longius: his mollius, illis durius: quibusdam osseum [5] lunatumque, dente contra fascinantes religione politum. Aliud pluribus vestitum paucioribusue tunicis: aliud crassioribus tenuioribusue

1. *Exemptoque. Ch.* 2. *chamaeropes Gr. et Al.* 3. *Ex. M.* 4. *segnisque lenitas. M.* 5. *lunatuque dente festinaiter. M. limatuque. Parm. limatumque. Ch.*

z. *Quod cerebrum appellant*) Praeter Theophrastum Galenus, Strabo, Plutarchus, Philostratus ἐγκέφαλον vocant, Dioscorides ἐγκάρδιον. Nam veteres ἔγκαρ siue ἔγκαρον etiam cerebrum dixerunt. Plutarchus quidem lib. de tuend. valetud. id praedulce esse ait, sed κεφαλαλγές. Philo lib. I. de vita Mosis auctor est, palmae vitalem vim in radicibus defossam non esse vt in reliquis stirpibus, sed in summo trunci vertice vigere, tamquam in corde, ac in ramorum medio, quibus velut satellibus stipatur. *Guillandin.*

Cerebrum) Ἐγκέφαλον et ἐγκάρδιον, vt diximus. H.

a. *Vocantur autem chamaeropes)* Sic quidem antiqua nostra exemplaria praeferunt, sed male: legendum enim *chamaeriphes* ex Theophrasto lib. II. c. 8. quod vidit et Hermolaus. *Pint.*

Vocantur autem chameropes) Petalas quoque dici minutas Palmas et θαμνώδεις notauit Rhod. c. 26. XXV. χαμαιῤῥιφεῖς Theophr. vocat, Diosc. χαμαιζήλας. *Dalec.*

Chamaerepes) Χαμαιῤῥεπεῖς, siue vt ap. Theophr. legitur χαμαιριφεῖς. Est enim humile palmae genus, vnde nomen. Suidas χαμαιρεπὲς, χαμαὶ ῥέπον. Huius palmae effigiem exhibet Dalec. Hist. L. III. c. vlt. p. 369. ex Matthiolo. *Cefaglioni* vocant Itali, Siculi, Sardi, inquit Anguillara, de simpl. P. IV. p. 71. H.

b. *Breuius lignum)* Nucleus, quod alii ossiculum vocant. Haec apud Theophr. Hist. L. II. c. 8. H.

ribusue. Ita fiunt vndequinquaginta genera, si quis omnium perfequi velit nomina [1] etiam barbara, vinorumque ex iis differentias. Clarissimae *c.* omnium, quas regias appellauere ab honore, quoniam regibus tantum Persidis [2] seruarentur, Babylone natae vno in horto Bogou *d.*: Ita enim vocant spadones, qui apud eos etiam regnauere. Hortus ille [3] numquam nisi dominantis in aula fuit. At in meridiano orbe praecipuam obtinent nobilitatem syagri *e.*, proximamque [4] margarides. [5] Hae breues, candidae, rotundae, acinis, quam balanis, similiores. Quare et nomen a margaritis accepere. Vna earum arbor in Chora esse traditur *f.*: vna et syagrorum. Mirum.

1. *Etiam barbara vinorum. Ex iis differentiis clarissime.* M. 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. seruabantur Gr. et Al.* 3. *numquam fuit nisi, etc.* M. 4. *margarilides.* 5. *sic et Ch. eae. Gr.*

c. Clarissimae) Theophr. l. c. H.

d. Vno in horto Bogou) Theophrastus lib. II. cap. 8. spadonem hunc *Battu* non *Bagoum* appellat. Theodorus neutro modo vertit, sed *Battoni*, tanta in eo loco varietas est exemplarium. *Pint.* *Vno in horto Bagou)* Bagou eunuchi meminit ex Diodoro Rhod. c. 39. XIII. qui quum veneno sanguinarium ac crudelem regem Occhum sustulisset; eodem mox necatus est, a Dario coactus poculum bibere, quod et ipsi parauerat. Plutarch. lib. II. de fortitud. Alexander scribit, interfecto Occho, regnum Arsae (alii, *Oarsae)* tradidisse, et mox eodem interempto, Dario. Leopardus c. 25. l. IV. *Dalec.*

Bagou) Βαγῶε. Haec vox lingua Persica eunuchum sonat. Apud Plutarch. L. de fort. Alex. or. 2. p. 337. Βαγώας ὁ εὐνοῦχος. Ouidius: *Quem penes est dominam seruandi cura, Bagoë.* H.

e. Syagri) Σύαγροι, vel συάγριοι, quasi aprugnas dixeris: quod ferinum saporem referrent, vt mox dicetur, qualem in apris nouimus. H.

f. Vna earum arbor in Chora esse traditur) Scribendum reor, *Vna earum arbor in Charace traditur.* Notissimum est oppidum Charax in intimo

Mirumque de ea [1] accepimus, cum phoenice aue *g.*, quae putatur ex huius palmae argumento nomen accepisse, [2] iterum mori ac renasci ex seipsa: eratque, quum haec proderem, fertilis. Ipsum pomum grande, durum, horridum, et a ceteris generibus distans sapore ferino *h.*, quem ferme in apris nouimus: [3] euidentissimeque causa est nominis. Quarta *i.* auctoritas sandalidum, a similitudine appellatarum. Iam in Aethiopiae fine [4] quinque earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quam suauitate mirabiles. Ab his caryotae maxime celebrantur *k.*, et cibo quidem, sed et succo

1. *Accipimus.* Ch. 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. accepisse, emori etc. Gr. et vulgg.* 3. *euidenti inde causa nominis. Dal.* 4. *quinque harum plurimas. M.*

mo recessu sinus Persici, de quo multa in sexto. *Pint.*

In Chora) In parte Aegypti, quae Χώρα vocatur Alexandriae, vt dictum est L. VI. s. 39. Eo nomine et in Not. Imperii, s. 65. locus est haud procul Parisiis positus, vrbe Galliarum, sed qui nihil istuc pertineat. H.

g. Cum phoenice aue) Imposuit, opinor, auctoribus fabulae de phoenice aue vox ambigua Φοῖνιξ, quae et palmam arborem et phoenicem auem significat. Soli fertilitas fecit interdum, vt ex palma arbore, cadente dactylo, vel palmula, altera arbos in deficientis locum pullularet. Inde ad cognominem auem translata fabula, quam ex seipsa renasci dixerunt, vt saepe ex causis leuissimis narrationum portenta nascuntur. H.

h. Sapore ferino) Lego, *Sapore quem ferme in apris nouimus, quae causa nominis,* ex apographo Toletano. *Pint.*

i. Quarta) Nam primus locus regiis, Syagris secundus, tertius margaridibus debetur, postremus sandalidibus, quibus est a soleae magnitudine nomen, quam Graeci σανδάλιον vocant. H.

k. Ab his caryotae maxime celebrantur) Scribe *careotae*, seu *careotides*, vt in Syluis Papinius: *Praegrandes careotides cadebant,* vtrobique per *e*, non per *y*, aut *i*, vt video plerosque etiam ex doctissimorum nota scribere, nulla ratione: nam quum *e*, scribendum etymologia ipsa docet: caput enim *care* seu *carenon*

co vberrimae. Ex quibus praecipua vina Orienti *l.*, iniqua capiti *m.*, vnde pomo nomen *n.* Sed vt copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Iudaea, nec in tota, sed [1] Hiericunte *o.* maxime. Quamquam laudatae [2] et Archelaide *p.*, et Phaselide *q.*, atque Liuiade,

1. *Hierichunte. Gr.* 2. *et ex Cappadociae Archel. Dal.*

carenon Graece dicitur. Nec apud Papinium praedicto versu ratio syllabae claudicat, nam saepe Graecum η in *e* breue apud Latinos vertitur, vt apparet in *crepides* apud Catullum et Persium, et in *diastema* apud Sidonium, cui tamen iniquissime de ea re lis ab Hermolao intenditur, et in *o* magno idem contigit in dictione *Ionium*, apud Virgilium et Catullum, vt necesse non sit inuerti ordinem in illo Lucani versu lib. I. *Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo*, vt Constantius Fanensis putauit. *Pint.*

Caryotae) Καρυωτοὶ φοίνικες, Graecis appellatae, quasi palmae nucales, seu nuciferae. H.

l. Ex quibus praecipua vina Orienti) E Chydaeis maturis fieri auctor scribit c. 16. l. XIV. *Dalec.*

Orienti) Arabibus, vt dictum est L. VI. s. 32. aliisque, vt dicetur, L. XIV. s. 19. H.

m. Iniqua capiti) Sic Diosc. L. V. c. 40. H.

n. Vnde pomo nomen) Nempe ἀπὸ τοῦ κάρος. *Dal.*

Vnde pomo nomen) Forte rectius, ἀπὸ τοῦ καρύου, quae vox nucem sonat, eius appellationis originationem duxeris, quam a κάρη vel κάρος, hoc est a sopore et grauedine capitis. Nam si inde nomen quod vina ex harum arborum palmulis expressa, καρηβαρίαν gignunt, tentantque cerebrum, iam per iota, non per ὑψιλὸν notandae Cariotides videbuntur. Caryotas laudat Petron. Satyr. p. 140. H.

o. Hiericunte) Huius agri palmetum vt sibi locaretur, Herodes magna mercede a Cleopatra, cui illud Antonius eximii muneris loco dederat, impetrauit. Auctor est Ioseph. B. Iud. L. I. c. 13. H.

p. Archelaide) Prope Hiericuntem. V. N. et Em. N. IX. (hic adi.) *Archelaide)* Dalecampius h. l. et *Cappadociae* inquit, *Archelaide*, de qua nimirum L. VI. s. 3. Quid? Adeone Plinius stipes fuit, vt Archelaidem Cappadociae,

Liuiade *r.*, gentis eiusdem conuallibus. Dos his praecipua succo pingui lactentibus: quodamque *s.* vini sapore [1] in melle praedulci. Sicciores in hoc genere *t.* Nicolai *u.*, sed amplitudinis praecipuae, quaterni cubitorum *x.* longitudinem efficiunt. Minus [2] speciosae, sed sapore caryotarum sorores, [3] ob hoc

1. *Vt in. Dal.* 2. *speciose Gr.* 3. *et ob hoc. M.*

dociae, Iudaeae conuallem esse putauerit? Fuit Archelais non Cappadociae modo, sed et Iudaeae oppidum, haud procul Hiericunte: in Tabula Peutingeri *Hiericunte XII. Archelaide XII.* Si tamen ei Tabulae fides habenda potius, quam Plinio sit, qui non ciuitatem, sed *conuallem* Iudaeae vocat Archelaida. H.

q. Phaselide) Φασαηλίδος palmeta laudat Iosephus, B. I. L. II. c. 8. p. 789. quae Liuiae Augustae testamento Salome reliquerat. Stephanus: Φασαηλὶς, πόλις Ἰȣδαίας ἀπὸ Ἡρώδου κτισθεῖσα, τȣ̃ πρώτου βασιλέως, etc. H.

r. Liuiade) Λιβιὰς Iosepho et Ptolemaeo infra Machaerunta ad Iordanem vrbs fuit, ab Herode in honorem Liuiae Augustae condita. Sed valde vereor, vt id vere vterque scripserit. H.

s. Quodamque) Et quemdam vini mellisque praedulcem saporem refert. H.

t. Sicciores in hoc genere) De quibusdam tantum palmis id Theoph. non addita particulatim Nicolaorum appellatione. *Dal.*

Sicciores in eo genere) Nempe caryotarum. H.

u. Nicolai) A Nicolao Damasceno, Peripatetico, Augusti familiarissimo, eas palmas vocatas fuisse scribit Rhod. c. 6. V. ex Plutarcho in Symposiacis, Quaest. 4. lib. VIII. *Dal.*

Nicolai) Id eis palmulis nomen inditum ab Augusto Caesare, qui eo genere cibi capiebatur, quod Nicolaus Damascenus, Peripateticus, ei admodum familiaris, id genus dactylorum saepe ad eum mitteret. Ex his et placentae factae et panes, quibus nomen idem Nicolai fuit. Auctor Athenaeus L. XIV. p. 652. De hoc Nicolao multa Phot. in Bibl. cod. 189. p. 469. H.

x. Quaterni cubitorum) Ita libri omnes: Planius diceret: *quaterni cubitum vnum longitudine efficiunt.* Sic enim Theophr. hist. L. II. c. 8. Καὶ γὰρ σφαιροειδεῖς ἐνίȣς, ὡς τέτταρας εἰς τὸν πῆχυν εἶναι. H.

hoc Adelphides dictae, proximam suauitatem habent, non tamen eamdem. [1] Tertium *y.* ex his genus [2] patetae *z.*, nimio liquore abundat: rumpitque se pomi ipsius, etiam in sua matre, ebrietas, [3] calcatis similis. Suum genus [4] e ficciore *a.* turba [1] iunceis,

1. *Alterum.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. patete Ch. pateton Gr. et vulgg.* 3. *calcato simile.* 4. *sed e sic. Par.*

y. Tertium — patetae) Nempe ex caryotarum genere. Φοινίκων πατησῶν mentio apud Alex. Trall. L. VII. c. 8. Galen. meth. med. L. X. c. 9. aliosque. Πατητὸς a πατέω conculco: quod quum eius pomum dehiscit, calcata appareat. Vide N. et Em. N. X. (hic pos.) *Tertium)* Ita MSS. editique libri, et recte: nam primum caryotarum genus, Nicolai; alterum, Adelphides; patetae, tertium. Quid igitur caufae est, cur hic Dalecampius *alterum* reponat, pro *tertium?* H.

z. Pateton) Vide quae adnotata sunt cap. 16. l. XIV. *Dal.*

a. Suum genus e ficciore, etc.) Lege: *Suum genus e ficciore turba Balanis, praelonga gracilitate, curuatis interim.* Plinii aetate *dactyli* inauditi hac notione. Vulgus Graeciae recentioris hoc nomen vsurpauit de balanis palmae. Vide *Salmas.* 1322. b.

Iunceis) Vide N. et Em. N. XI. (hic adi.) *Suum genus etc.)* Proprii, inquit, et peculiaris cuiusdam generis, iidemque ficcioris naturae, vt in caryotarum genere Nicolai, iuncei sunt, interdum curuati, ob praelongam iunceamque gracilitatem: propter quam et iunceorum illis est appellatio indita. Prius legebatur: *Suum genus e ficciore turba dactylis.* At in MSS. vocis illius *dactylis,* nec vola, nec vestigium, vt aiunt. In R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Chiffl. teste Dalecampio, Paris. et in aliis, quos Salmasius vidisse se profitetur, in Solin. p. 1322. *Suum genus e ficciore turba iacens.* Qui Parmensem editionem accurauit, *dactylis* primus adiecit, annexuitque cum altera voce *iacens: Suum genus e ficciore turba iacens dactylis.* Priorem ex his expunxere confidentius deinceps sequuti. Salmasius posteriorem immutauit l. c. ac primum quidem *Aegyptiis:* deinde se ipse retexens, *balanis* reposuit

[1] iunceis, praelonga gracilitate curuatis interim. Nam

1. *Iacens dact. prae. gra. cur. in terram.* Parm. *iacens.* Ch. *cetera vt in vulg. suum gen. e f. t. dactylis* Gr. et Al.

posuit pro *dactylis*: quod vetustiore aeuo dactylos nemo scriptorum apud Graecos Latinosue, pro palmulis vsurparit: idque verbum medio tantum aeuo irrepserit, Suidae fere temporibus. Alii plura hoc ipso in loco immutare aggressi sunt: *suum genus e ficciore herba*, nonnulli: qui quid ficcior turba sit, haud intellexere: quum palmulae sint, quibus minus est succi aut liquoris. Sic L. XV. f. 13. *Ingens postea prunorum, versicolor, nigra, candida.* Prius enim palmas ebrias, ac nimis liquore abundantes commendauit auctor: nunc *turbam ficciorem*: mox *arentes in totum*. Alii, *e ficciore turba Idaeis*: voluntque lusisse Iudaeos similitudine nominis, dum Chydaeos appellauere, quos Idaeos alii nuncuparent: At et id longius a vetere scriptura discedit, non minus *quam balani dactylique*; et de Idaeis dactylis altum est apud veteres silentium, praeterquam de iis hominibus, qui id habuere nomen in Creta, vt diximus, L. VII. Alii, *curuatis in terram.* At *interim* pro *interdum* dici, Plinio familiare est, quod ex indice nostro intelliges. Nemo ex iis itaque auctoris mentem est assequutus, nemo priscae scripturae vestigiis, vt debuit, institit: nos, vt remur, vtrumque feliciter. Nam quid affinius ei voci *iacens*, quam *iunceis?* quum praesertim in libris manu exaratis, *iūceis* superposita lineola alteri literae, pro *iunceis* scribi mos sit: Quid similius veri, quam iunceum id pomi genus, quod e ficciore turba fuit, a *praelonga gracilitate*, et veluti iuncea, qua nota a ceteris generibus secernitur, nomen accepisse? Quid enim aut iunco ficcius, aut in longitudine gracilius? Nam sic et L. XVII. f. 35. n. 9. *gracilis atque eiuncida vitis* dicitur, eademque n. 14. *eiuncescere ac mori.* Quid denique vero propius, quam vt superioribus palmarum generibus sua diligenter a Plinio attributa nomenclatio est, syagrorum, Nicolaorum patetarum, adelphidum, sandalidum, margaridum, aliarumque, ac singularum nominis caussa indicata, id quoque ab eo in his minime praetermissum? Iunceos itaque nuncupatos significat, caussam-

Nam quos ex his honori Deorum dicamus, [1] chydaeos *b.* appellauit Iudaea, gens contumelia numinum *c.* infignis. In totum arentes *d.* [2] Thebaidis *e.* atque [3] Arabiae, macroque corpore exiles, et affiduo *vapore* *f.* [4] torrentes *g.*, cruftam verius, quam cutem,

1. *Idaeos. Parm.* 2. *Thebaides Gr.* 3. *Arabicae. Gr.* 4. *torridae, vel torrente.*

caufamque ftatim affert, quia praelonga gracilitate curuantur interim: quo fere modo fandalides a fimilitudine nomen habuere. Sic L. XXV. f. 74. *Cantabrica dicitur caule iunceo pedali nafci.* Et f. 54. *Ariftolochiae genus eft, iunci plenioris craffitudine.* Iuncei porro, ne quid omittam, mafculeo, vt aiunt genere fignantur, vt Syagri, Chydaei et Nicolai; vt fructus fubintelligas balanosve. Vel Graeco more loquutum fcito. Nam τοὺς Φοίνικας virili genere Graeci efferunt, τὲς πατητοὺς, τὲς καρυωτὲς, etc. H.

b. Chydaeos) Viles, exigui pretii. *Dalec.*

Chydaeos) Hoc eft, plebeias, viles ac vulgares. Suidas, Χυδαῖος, εὐτελὴς, παμπληθής. Gloffae Graeco — Lat. Χυδαῖος, *Vulgaris.* Χυδαῖος ἄρτος, *Ceparius.* Χυδαῖος ἄνθρωπος, *Gregarius.* Χύδην, *paffim, promifcue:* Vide Onomafticon Rofweidi, in Vitas Patrum, verbo *Chydaeum vinum*, p. 1021. Vide et Epiphan. adu. haeref. L. I. p. 18.

c. Contumelia numinum) Quod caryotas praeftantiores raro admodum, et tum quidem ingenti pretio gentilibus diuendebant, idololatriae obtentu, ne falforum numinum myfteriis inferuirent: viles tantum et vulgares pretio commodo diftraherent. Vel quod praeter verum numen, numina alia fpernerent. H.

d. In totum arentes, etc.) Lege: *In totum arentes Thebaidis atque Arabiae, macroque corpore exiles, et affiduo vapore torrente cruftam verius quam cutem obducunt.* Salmaf. 472. a.

e. Thebaides) Sic dictae a Thebis Aegypti. Papinio in fyluis Thebaicae, *Chartae, Thebaicaeue, Caricaeue.* Rhodig. cap. 6. lib. V. *Dal.*

Thebaidis) Thebaicas palmulas laudat Petron. l. c. H.

f. Vapore) Calore, vt diximus, L. II. f. 40. H.

g. Torrentes) Ita libri omnes, pro *torridae.* H.

cutem, obducunt. In ipſa quidem Aethiopia friatur *h.*, (tanta eſt ſiccitas,) et farinae modo ſpiſſatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, ſed maiore, quam mali, amplitudine: [1] coicas *i.* vocant. Triennio *k.* matureſcunt: ſemperque frutici pomum eſt ſubnaſcente alio. Thebaidis fructus extemplo in cados conditur, cum ſui ardoris anima *l.*: [2] ni ita fiat, celeriter exſpirat: marceſcitque non retoſtus furnis. Ex reliquo genere plebeiae videntur. Syri et Iuba tragemata *m.* appellant. Nam in [3] alia parte Phoenices *n.* Ciliciaeque, populari etiam nomine

1. *Cycen. Th. Caecas. Parm. praue Si tamen. Ch. Cycas Gr. et vulgg.* 2. *ita fit vt celeriter exſpiret. Ch.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. et Ch. aliqua. Gr. et Al.*

h. Friatur) Ea cruſta ſeu cutis. Diuerſum id genus eſt palmulae a ſuperioribus, vt Theophr. monet. Hiſt. L. II. cap. 8. H.

i. Coicas) In omnibus Theophraſti libris, Κύκας. At Pliniani MSS. R. Colb. etc. rectius, *Coecas*, vel *Coicas*: Nam Heſychius Κόϊκες, ἐν Αἰθιοπίᾳ φοινίκων εἶδος. Quin etiam Theophr. L. I. c. 16. κόϊκος meminit.

k. Triennio) Theophr. Hiſt. L. II. c. 8. H.

l. Ardoris anima) Cum eo calore, quo feta eſt palmula, quum pendet ex arbore. Vſus ea voce iterum L. XIV. ſ. 3. H.

m. Tragemata) Graeci palmulas exſiccatas τραγήματα, hoc eſt bellaria, ſeu leuia munuſcula nuncupant. Papias in Vocabulario: *Collibia ſunt apud Hebraeos, quae nos vocamus Tragemata, vel vilia munuſcula, vt cicer frixum, vua paſſa, poma diverſi generis.* Regula S. Pachomii c. 52. *Si vero ſint tragemata, vel poma, dabit ei ianitor ex his comedere quae voluerit.* Inde vox Gallica, *des dragées*, quae ſecundis inferuntur menſis. H.

n. Nam in aliqua parte Phoenices, etc.) Legend. *Nam in aliqua parte Phoenices, Graeciaeque populari etiam nomine a nobis appellantur Balani.* Hic *Phoenices* ſunt Φοίνικες, id eſt, palmulae. Sic enim etiam vocarunt

mine a nobis appellantur balani. *o.* Eorum quoque *p.* plura genera. Differunt figura rotunditatis aut proceritatis. Differunt et *q.* colore, nigriores ac rubentes. Nec pauciores [1] fico *r.* traduntur colores. Maxime tamen placent candidi. Distant et magnitudine: prout multi *s.* cubitum effecere. Quidam sunt non ampliores [2] faba. Seruantur [3] hi demum, qui nascuntur in salsis atque sabulosis, vt in Iudaea, et Cyrenaica Africa. Non item in Aegypto, Cypro, Syria, et Seleucia Assyriae. Quamobrem sues, et reliqua animalia ex his saginantur. Vitiati aut vetusti eius pomi signum est, [4] cecidisse candidam verrucam, [5] quae racemo adhaeserit. Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt. In Gedrosis *t.* id factum est pomi genere, alibi copia

1. *Sic et M. et Ch. quam fico. Th. ficu Gr. et Al.* 2. *cicere. Th.* 3. *Item qui. M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. decidisse Gr. et Al.* 5. *quae ex racemo. Dal.*

carunt palmae fructus, qui Graecis quoque βάλανοι dicuntur. Vult ergo Plinius *Tragemata* a Syris vocari palmulas. In alia parte *Phoenices*, id est, Φοίνικας. Populari etiam Graeciae nomine a Romanis dici *Balanos*. Vide *Salmas.* 1322. b. 1324. a.

o. Balani) Βάλανοι, nuces. Quod *Phoenices* hoc loco palmulas significare, seu Φοίνικας putet Salmasius p. 1322. vix ferri aequo animo potest. Phoenice regio notissima est, quae et Phoenicia. H.

p. Eorum quoque) Ita MSS. omnes: etsi Graecis ἡ βάλανος feminei generis sit. Sic L. XV. s. 25. Sardianos balanos vocat. H.

q. Differunt et) Theophr. Hist. L. II. c. 8.

r. Fico) Ita MSS. hoc est, quam fico. Theophr. l. c. H.

s. Prout multi) Vt de Nicolais dictum est proxime, quaternos cubitum longitudine efficere. H.

t. In Gedrosis) Theophr. Hist. L. IV. c. 5. H.

pia [1] euenit. Est enim *u.* tanta musteis suauitas, vt finis mandendi non nisi periculo fiat.

X. (V.) Syria praeter hanc *x.* peculiares habet arbores. In nucum genere pistacia *y.* nota. Prodesse *z.* aduersus serpentium traduntur morsus, et [2] potu *a.* et cibo. In ficorum autem, caricas *b.*, et minores eius generis, quae cottana vocant. *c.* Item pruna

1. *Eueniente.* *Ch.* 2. *fotu.*

u. *Est enim)* Est enim recentibus palmulis tanta suauitas, vt finis mandendi non nisi vitae periculo fiat. H.

x. *Syria praeter hanc, etc.)* Vide c. 22. lib. XV. et cap. 8. lib. XXIII. *Dalec.*

y. *Pistacia)* Haec Indiae Nicander adscribit, in Theriac. p. 63. Syriae Diosc. L. I. p. 177. Galenus de fac. alim. L. II. c. 30. p. 354. Tom. VI. Alexandriae Aegypti, sed Berrhoeae Syriae multo vberiore prouentu. De his multa Palladius, L. XI. in Octobr. tit. 12. p. 152. Βιςάκια, et Πιςάκια Graecis, teste Athenaeo, L. XIV. p. 649. nobis *des Pistaches*: arbos ipsa, *vn Pistachier.* H.

z. *Prodesse)* Nicander, l. c. H.

a. *Et potu)* Siue trita ex vino bibantur, siue edantur, ἐσθιόμενα δὲ καὶ πινόμενα ἐν οἴνῳ λεῖα, ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ Diosc. l. c. Dalec. igitur frustra, *et fetu.* H.

b. *Caricas)* Ficuum genus peculiare Syriae, a Cauneis diuersum, vt dicetur L. XV. s. 21. alioqui et cauneae et caricae, non peculiare ficuum genus fuere, sed siccatae ficus. H.

c. *Qua cottana vocant)* Cottana Iuuenal. Satyr. 3. — — *me prior ille Signabit, fultusque toro meliore recumbet, Aduectus Romam quo pruna et cottana vento.* Pruna scilicet Damascena; Martial. *Haec tibi, quae torta venerunt condita meta, Si maiora forent cottana; ficus erat.* *Metam tortam* poeta vocat, e tortis iuncis textam sportam metae modo in acuminatum fastigium desinentem. Talibus canistris Massilienses caricas suas recondunt ac exportant, et *cabas* vocant. Hesychius κότταναι legit, non κόκτηνα· κόττανα, inquit εἶδος συκῶν. Turneb. c. 28. XXV. *Dal.*

Cottana) Hesychius: Κόττανα, εἶδος συκῶν μικρῶν. Sic etiam Athen. L. IX. et Iuuenal. Sat. 3. H.

pruna *d.* in Damafco monte nata, et myxa: vtramque *e.* iam familiarem Italiae. Ex myxis in Aegypto et vina fiunt. *f.*

XI. Iuniperi [1] fimilem habent *g.* Phoenices et cedrum [2] minorem. [3] Duo eius *h.* genera, Lycia et [4] Phoenicia *i.*, differunt folio: nam quae durum, acutum, fpinofum habet, oxycedros *k.* vocatur, ramofa et nodis infefta: altera odore [5] praeftat. Fructum ferunt myrti magnitudine, dulcem fapore. Et maioris *l.* cedri duo genera: quae floret, fructum non fert. Frugifera non floret: et in ea antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius

 cupreffo

1. *Similitudine M.* 2. *nidore. M.* 3. *Duo cedri. D.* 4. *Phoenicia. Differunt Gr.* 5. *praeftantem fructum fert. Alii. praeftat. Fructum Lycia fert. Alii.*

d. Item pruna) De his L. XV. f. 12. vbi et de myxis dicetur. H.

e. Vtramque) Subintellige, arborem. H.

f. Ex myxis in Aegypto et vina fiunt) Theophr. c. 12. lib. III. hiftor. *Dal.*

g. Iuniperi fimilem habent, etc.) Hiftoriam totam Theophrafti Plin. peruertit, et corrumpit. Phoenicia Cedrus eadem quae et Syriaca fiue Cedrelate: Lycia vero, quam et Cedrida vocat c. 15. et 16. lib. I. hift. Oxycedrus eft. Deceptus Plinius Lyciam et Phoeniciam minoris Cedri fpecies effe putauit, et vtramque bacciferam, cum baccas Lycia, conos Phoenicia gignat. Vtrique folium quidem Iuniperi, fed Phoeniciae breuius, firmius, durius. *Dalec.*

Iuniperi) Theophr. H. Pl. L. III. cap. 12. et Geopon. Auct. L. XI. c. 1. ἄρκευθός ἐστιν ὅμοιος κέδρῳ μικρῷ, etc. H.

h. Duo eius) Nempe cedri minoris. Theophr. l. c. H.

i. Lycia et Phoenicia) Theophr. c. 18. l. III. hift. *Dalec.*

k. Oxycedros) Oxycedron Theophrafti effe iuniperum primam Diofcoridis, ait Lobelius in Nott. MSS. ab Anguillara, p. 45. H.

l. Et maioris) Haec vero Theophraftus non habet. H.

cupresso simile. *m.* Quidam cedrelaten *n.* vocant. Ex hac resina laudatissima. Materiae vero ipsi aeternitas *o.*: itaque et simulacra deorum ex ea factitauerunt. Cedrinus est Romae in delubro Apollo Sosianus *p.*, Seleucia *q.* aduectus. Cedro similis in Arcadia est arbor *r.*: in Phrygia Frutex vocatur. *s.*

XII. (VI.) Syria et terebinthum habet. *t.* Ex his [1] mascula est sine fructu. *u.* Feminarum *x.* duo genera.

1. *Masculae. Ch.*

m. Semen eius cupresso simile) Theophrastus lib. III. cap. 12. corticem non semen dicit habere similem cupresso. *Cortice*, inquit, *cupresso similes videbantur, verum scabriore.* Pint.

n. Cedrelaten) ἀπὸ τῆς κέδρου καὶ ἐλάτης, quod non humilis, vt cedrus minor, sed in proceritatem crescit, instar abietis H.

o. Materiae vero ipsi aeternitas) Ob siccitatem maximam, quae a putredine illam vindicat: quamobrem in Argonauticis ὀξαλέην κέδρον Orpheus vocauit. *Dal.*

p. Apollo Sosianus) Caussam huius appellationis, hactenus incompertam, aperiemus inferius, L. XXXVI. s. 4. n. 8. H.

q. Seleucia) Pieria cognominata, in Syria prope Antiochiam. Egimus de ea L. V. s. 18. H.

r. Cedro similis in Arcadia est arbor) His verbis Plinius reddere conatur quod Theophr. ait, Idaeos narrare vnicum esse Cedri genus Iunipero simile, quoniam scilicet apud eos cedrelate non nasceretur: Arcadas vero trium simul annorum fructum gerere. *Dal.*

Cedro similis) Quoniam, opinor, vt in cedro frugifera antecedentem fructum occupat nouus, sic in Arcadica arbore, quod mirum magis, et exacti, et praesentis, atque etiam tertii incipientis anni fructus legatur, teste Theophr. hist. L. III. c. 12. Atque idcirco in Indice huius libri Auctor sic hunc locum notat: *Quae arbores trium annorum fructum pariter habeant.* H.

s. Frutex vocatur) Id vero non fruticis hoc loco, sed arboris proprium ac peculiare nomen videtur. H.

t. Syria et terebinthum habet) Theophrastus cap. 15. lib. III. histor. *Dal.*

Syria) Et in Gallia Narbonensi frequens. Gallis, *Terebinte* H.

u. Ex his mascula est sine fructu,

genera. Alteri fructus rubet *y.* lentis magnitudine: [1]alteri pallidus, cum vite *z.* maturescit, non grandior faba, odore iucundior, [2]tactu resinosus *a.* Circa Idam Troadis, et in Macedonia breuis arbor haec *b.* atque [3]fruticosa, in Damasco Syriae magna. Materies ei admodum lenta *c.*, ac fidelis [4]ad vetustatem,

1. *Alteri pallidus. Cum Gr. et Al.* 2. *tractu. M. tactu resinosus, circa Idam Troadis. Sed in M. Gr. et Al.* 3. *fruticosa. In Damasco Syriae materies. M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. ac vetustate nigris splendoribus. Flos. M. ad vetustatem, nigris splendoribus, etc. Ch. ad vetustatem eximii ac nigri spl. Gr. et Al.*

fructu, etc.) Lege: *Ex his masculae sine fructu. Feminarum duo genera: alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus cum vite maturescit non grandior faba, odore iucundior, tractu resinosus, circa idem Troadis, et in Macedonia breuis arbor atque fruticosa, etc.* Vide *Salmas.* pag 594. b.

Ex his mascula) Apud Theophr. hist. L. III. c. 15. eadem prorsus exstant. H.

x. Feminarum, etc.) Theophrastus l. c. H.

y. Alteri fructus rubet, etc.) Protinus ruffus est, nec concoquitur. Theophr. *Dal.*

z. Cum vite) Altera, inquit, Theophr. fructum protinus rufum promit, magnitudine lentis; altera viridem primum edit, χλοερὸν, (Plinius χλωρὸν legit, quod et pallidum et viride sonat) deinde eumdem rubore tingit, et cum vite maturescentem denique nigrum reddit, fabae magnitudine, resinosum et odoratiorem. H.

a. Tactu resinosus) Scribo, *tactu resinosus, circa Idam Troiadis et in Macedonia breuis arbor haec;* ex Theophrasto aperte libro tertio cap. 15. *nigrum* ait, *nouissime facit magnitudine fabae resinosum et fulfurosum. Circa Idam et Macedoniam breuis, fruticosa, contortaque nascitur: at apud Damascum Syriae magna, copiosa decoraque.* Pint.

b. Arbor haec) Cui fructus cum vite maturescit. Theophrast. l. c. Ἔστι δὲ τὸ δένδρον, περὶ μὲν τὴν Ἴδην καὶ Μακεδονίαν βραχὺ, etc. H.

c. Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem) Scribo alio ordine verborum, *Materies ei lenta ac fidelis admodum ad vetustatem,* ex eodem

ſtatem, nigri ſplendoris *g.*: flos *h.* racemoſus oliuae modo, ſed rubens: folia denſa. *i.* Fert et *k.* folliculos [1] emittentes quaedam animalia, [2] ceu culices, lentoremque reſinoſum, qui et [3] cortice erumpit.

XIII. [4] Etiam rhus *l.* Syriae maſcula *m.* fert, ſterili femina, folio vlmi paulo longiore et piloſo, foliorum inter ſe ſemper contrariis pediculis, gracili breuique ramo. Pelles *n.* candidae conficiuntur iis. Semen

1. *Mittentes. M.* 2. *ſeu. Gr.* 3. *corticem rumpit. M. ligno colligitur. Theoph.* 4. *et Rhus Syriae. Ch. thus Gr. et Al.*

dem Theophraſto eodem loco; his verbis: *Materies ei lenta, radices validae in profundo, atque in totum incorrupta haec arbos habetur.* Pint.

Materies) Iiſdem verbis haec Theophr. l. c. H.

g. Eximii ac nigri ſplendoris) Duo prima verba ſuperfluunt, ex vtroque antiquo codice. *Pint.*

h. Flos) Theophr. hoc tantum: ἄνθος δὲ ὅμοιον τῷ τῆς ἐλαίας· τῷ χρώματι δὲ ἐρυθρόν. *Flos oleae, ſed rubens.* H.

i. Folia denſa) Ab eodem pediculo numeroſa, lauri figura, coniugatim vt in ſorbo. Theophraſt. H.

k. Fert et) Theophr. Fert, inquit, et folliculos quoſdam concauos, vt vlmus, quibus beſtiolae, tamquam culices innaſcuntur. Fit in his reſinoſum quiddam lentumque: reſina tamen non inde legitur, ſed manat e cortice ſiue ligno, ἀπὸ τοῦ ξύλου. De his terebinthinorum gallis, quarum vſus in Thracia Macedoniaque maximus, vide Bellon. Obſſ. L. I. c. 65. H.

l. Etiam thus Syriae maſcula fert, etc.) De Rhu loquitur; quam perperam mutarunt editores in *thus.* vide *Salmaſ.* p. 465. a.

Etiam rhus) Συριακὸς ῥοῦς, Galeno κ. τόπους, L. VI. c. 7. p. 507. Rhus Syriaci meminit Scribon. Larg. Comp. III. Marc. Empir. c. 27. muliebri genere, Rhus Syriacae. Apud Columellam et Palladium pro *rore Syriaco*, lege *rhoe Syriaco*, vulgo *Rhus* et *Rous.* In officinis *Sumach*, Arabum lingua. Pingitur a Dodonaeo, p. 767. H.

m. Maſcula) Haec habet Theophr. hiſt. L. III. c. 18.

n. Pelles) Tingunt his foliis coriarii alba coria, inquit Theophr. βάπτουσι δὲ τούτοις καὶ οἱ σκυτοδέψαι τὰ

Semen *o*. lenti simile, cum vua rubescit, quod vocatur [1]rhus, [2]medicamentis *p*. necessarium.

XIV. (VII.) Ex [3]Aegypto *q*. multa genera, quae non alibi. *r*. Ante omnia ficus *s*., ob id Aegyptia cognominata. Arbor moro *t*. similis folio, magnitudine, adspectu. Pomum *u*. fert non ramis, sed

 caudice

1. *Ros. Ch.* 2. *medicamentum. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. Et Aegypto. M. Et in Aegypto Gr. et Al.*

τὰ λευκὰ δέρματα. Ita et Diosc. L. I. c. 147. Quod Graecis βάπτειν, hoc Plinio, ceterisque Latinis scriptoribus *conficere* est. Hinc *confectores* pro tinctoribus et infectoribus, apud Vopiscum in Aureliano. H.

o. Semen) Seu fructus, καρπός. Theophr. H.

p. Medicamentis) Vide Galen. κατὰ τόπ. L. VI. c. 1. quibus adde ea, quae dicenda sunt L. XXIV. s. 79. H.

q. Et in Aegypto, etc.) Vide Theophr. c. 2. L. IV. histor. et infra c. 7. L. XXIII. *Dalec.*

r. Quae non alibi) In alias tamen deinde terras peregrinata haec arbos est, quae primo loco tractatur. In Rhodo et Caria nasci Diosc. prodidit L. I. p. 181. Eadem enim est συκόμορος et ficus Aegyptia, vt recte obseruat Maldonatus in Lucam, c. 19. Quin et in Syria nasci sycomorum constat ex sacra pagina tum vetere, tum noua. H

s. Ante omnia ficus) Vbi ficus Aegyptia est, quae συκάμινος Theophrasto. συκόμορος dicitur Dioscoridi. *Salmas.* 459. a.

Ante omnia ficus) Transscribit hic Plinium Solinus, c. 32. p. 61. et Theophr. hist. L. IV. c. 2. Ἐν Αἰγύπτῳ γάρ ἐστιν ἴδια δένδρα πλείω, ἥ τε συκάμινος, etc. Eadem, vt diximus συκόμορος appellata. Indigenae nunc ficum Pharaonis vocant: Syri, *Gieumeiz*. Iconem Mathiolus accuratam exhibet in Diosc. L. I. pag. 285. H.

t. Arbor moro) Theophr. l. c. et Diosc. L. I. c. 118. τοῖς φύλλοις ἐοικὸς μορέᾳ, vnde nomen συκόμορος. H.

u. Pomum) Solinus: *Poma non ramis tantum gestitant, sed et caudice.* Parum fideliter. Theophr. et Diosc. ad verbum Plinio suffragantur. Vna sycomorus ex trunco, maioribusque ramis, non vt alta arbores, e tenuibus surculis, qui in cacumi-

nibus

caudice ipso. Idque ipsum ficus est praedulcis, sine granis interioribus, perquam fecundo prouentu, scalpendo *x.* tantum ferreis vnguibus *y.*: aliter non maturescit. [1] Sed quum factum est, quarto die demetitur, alio subnascente: septeno *z.* ita numerosa partu, per singulas [2] aestates *a.* multo lacte [3] abundante. Subnascitur, etiam si non scalpatur, fetus quater aestate, prioremque expellit immaturum. Materies proprii generis inter vtilissimas. Caesa statim *b.* stagnis mergitur: hoc est [4] eius siccari. *c.* Et primo sidit, postea fluitare incipit: certoque

1. *Id cum.* 2. *aetates. Ch. arbor. ex Th.* 3. *abundat. Dal. sub* 4. *ei. Dal.*

nibus sunt ramorum, plurimos fructus emittit. Iac. de Vitriaco, L. I. c. 85. *Sunt ibi praeter ficus communes, quaedam singulares ficuum species, fructus in ipsis truncis absque ramis et foliis facientes — — sed ipsi trunco adhaerentes: has autem ficus Pharaonis appellant.* H.

x. Scalpendo) Maturescere non potest, nisi scalpatur. Theophr. Καὶ πέττειν οὐ δύναται, ἂν μὴ ἐπικνισθῇ. H.

y. Ferreis vnguibus) Vngue aut ferro, Dioscor. oleoque inungendo, Theophr. c. 21. lib. I. de caussis. *Dal.*

z. Septeno) Ita Solin. l. c. At Theophr. *Terno*, aut vt *alii prodiderunt etiam vberiore prouentu*: οἱ μὲν τρὶς, οἱ δὲ πλεονάκις. H.

a. Aestates) Primo vere arborem eam lac fundere ait Diosc. l. c. Ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἔαρος πρώτῳ, etc. Theophr. idcirco πολύοπον vocat, multo lacte abundantem. At non de arbore Plinio sermo est, sed de partu seu pomo, quod aestatibus singulis lacte abundat, vt de Cypria ficu mox dicetur. Quare hic *abundante* recte ex MSS. editisque codicibus legitur, non *abundans*, vt Salmasius velit. H.

b. Caesa statim) Theophr. l. c. Τμηθὲν γὰρ ἔτι χλωρὸν, etc. *Caesum etiamnum viride lignum, fundum petit: protinus in stagna iniiciunt: madefactum porro in profundo siccatur: quumque siccum fuerit, innatat, emergitque.* H.

c. Hoc est eius siccari) Sic dictum:

toque ſugit *d.* eam alienus humor, qui aliam omnem rigat. *e.* Quum innatare [1] ceperit, tempeſtiuae *f.* habet ſignum.

XV. Huic

1. *Coepit. M.*

dictum: vt *ſcire tuum nihil eſt.* Sequitur: *certoque ſugit eam alienus humor, qui aliam omnem rigat.* Lignum huius fungoſum non eſt, nec rarum quum in aquam mittitur: nam ſubſidit quum in aqua diu deſederit; tum arefactum rarefactumque ſuſtollitur. *Salmaſ.* pag. 463. b.

Eius ſiccari) Hac arte ſiccatur. Similis loquutio ea tralatitia, *Scire tuum nihil eſt.* H.

d. Sugit) Siccat. Guiliand. ad fabrilem materiaturam aptam reddit. Quum enim ligno ſit raro et fungoſo, humore perfuſa lenteſcit, et tractabilem ſe praebet. *Dal.*

Sugit eam) Ita MSS. omnes. Non *ſiccat,* vti Guillandinus reponit, L. de papyro, membro 16. nec *fugit*, vt Pintianus. Solini paraphraſis: *Fit humore ſicca.* Huius miraculi cauſam inueſtigat Licetus, L. V. de quaeſitis per epiſt. p. 287. et ſqq. H.

e. Qui aliam omnem rigat) Vtrumque exemplar hanc lectionem praefert, non *alvum*, vt Hermolaus emendat ex Theophraſto et Solino, quorum neuter eum adiuuat. Theophraſti verba ſunt lib. IV. cap. 2. *Proprium id praeter cetera habere videtur quod caeſum continuo viride eſt, ſiccatur autem in profundo aquae: mergitur enim in profundas fodinas ſtagnaque protinus, atque conditur, madefactumque in profundo ſiccatur: quumque ſiccum omnino fuerit, ſuperfluitat atque innatat, itaque probe conditum eſſe videtur; fit enim leue atque ſolutum.* Et Solinus cap. 34. *Materia eius in aquam miſſa ſubſidit; deinde cum diu deſederit in liquore, leuior facta ſuſtollitur, et verſa vice (quod natura in alio ligni genere non recipit) fit humore ſicca.* in his verbis Theophraſti atque Solini nulla apparet alui inteſtinorumue mentio: niſi quis dicat citari ab Hermolao praedictos auctores quod attinet ad verbum *ſugit*, quod pro *fugit* ſubſtituit, cuius rei debuit lectorem admonere, ne iudicaretur voluiſſe praeſtigiatorum more legentium oculos praeſtringere, vt ſupra etiam in *cynorrhodo* fecit. *Pint.*

f. Tempeſtiuae) Ad opera fabrilia tum tempeſtiua materies putatur, et bene condita

XV. Huic similis quadamtenus, quae vocatur, Cypria ficus *g.* in Creta. Nam et illa in caudice ipso fert pomum, et ramis, quum in crassitudinem adoleuere. Sed haec germina *h.* [1] emittit sine vllis foliis: [2] radice similis populo, folium vlmo. Fructus *i.* quaternos fundit: toties et germinat. Sed grossus

1. *Mittit sine vllis foliis, radice populo similis, folio vlmo, fructus. M.* ἐνδεῶς. *nam haec omnia leguntur apud Theophr.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. radicis similia. Caudex arboris similis populo Gr. et Al.*

dita. Theophr. l. c. Καὶ δοκεῖ καλῶς τότε τεταριχεῦσθαι, etc. H.

g. Cypria ficus, etc.) Dioscoridi haec vlmus est, folio tamen sycomori, fructu pruni magnitudine, dulciore, cetera sycomoro similis. *Dalec.*

Cypria ficus) Haec totidem verbis Theophr. Hist. L. IV. cap. 2. H.

h. Sed haec germina, etc.) Legend. *sed haec germen amittit sine vllis foliis, vt radicem, similis populo, folium vlmo:* haec, inquit, arbor, quae germen amittit sine vllis foliis, vt radicem, similis populo est, caudice scilicet et magnitudine; nam folium vlmo simile. *Salmas.* p. 462. b. *Sed haec germina, etc.)* Tenuia, quibus fructus praefigitur. Theophr. *Dalec.*

Sed haec) Vide N. et Em. N. XII. (hic adi.) *Sed)* Sic totidem plane litteris ac syllabis MSS. R. Colb. Par. Chiffl. At Salmas. in Solin. p. 462. *Sed haec germen amittit sine vllis foliis vt radicem, similis populo, etc.* quae nec Latina, nec Pliniana, nec vera sunt. Libri vulgati tolerabilius. *Sed haec germina emittit sine vllis foliis radicis similia. Caudex arboris similis populo, etc.* Quamquam enim interpolata lectio videatur, defendi tamen potest ex Theophrasto, ita scribente, Hist. L. IV. c. 2. Πλὴν ὅτι βλαστόν τινα ἀφίησι μικρὸν ἄφυλλον ὥσπερ ῥίζιον πρὸς ᾧ ὁ καρπός. Τὸ δὲ στέλεχος μέγα, καὶ παρόμοιον τῇ λευκῇ. Φύλλον δὲ τῇ πτελέᾳ. *Nisi quod germen quoddam e caudice nascitur exiguum, ac sine foliis instar radicis, cui fructus adhaeret. Caudex ipse ingens, et populo albae assimilis: folium vlmo.* H.

i. Fructus) Theophr. l. c. H.

grossus eius non maturescit, nisi incisura *k.* emisso lacte. Suauitas *l.* et interiora, fici: magnitudo, [1] sorbi.

XVI. (VIII.) Similis *m.* [2] et quam Iones ceroniam

1. *Primi. The.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. Similis his siliqua, quam Iones cerauniam vocant. Gr. et Al.*

k. Nisi incisura) Nisi pomo ipso immaturo inciso, emissoque lacte, inquit Theophr. H.

l. Suauitas) Haec ad verbum Theophr. Ἡ δὲ γλυκύτης προσεμφερὴς τῷ σύκῳ, καὶ ἔσωθεν τοῖς ἐρινοῖς. *Dulcedo ficubus non absimilis: interiora plane cum grossis paria.* H.

m. Similis his siliqua) Quamuis error sit, sic tamen vsus obtinuit apud Graecos. perperam scribitur *Ceraunia* pro *Ceronia:* nisi quis dicat ita scriptum pro *ceraonia.* Salmas. p. 459. a. *Similis his siliqua quam Iones Cerauniam vocant)* Lego, *Similis et quam Iones Cerauniam vocant*, ex vtroque exemplari rectissime, astipulante etiam Theophr. lib. IV. de plantis cap. II. *Similis*, inquit, *huic et quam Iones ceroniam vocant.* Nam Theodorum, qui aliter transtulit, Plinii deprauata lectio decepit. Item *Ceroniam* libentius legerim quam *Cerauniam:* nisi quis dicat vtroque modo posse proferri, vt *olla*, *aula: coda*, *cauda*, *plodo*, *plaudo*, et similia. Sed in dictionibus Latinis locum id habere dixerim, non in Graecis. Vtcumque in his quae ad nos e Graecis fluxerunt tutius est literaturam sequi Graecam, exceptis quibusdam in quibus receptissimum est aliter fieri. *Pintianus.*

Similis) Ficui Cypriae, Theophr. l. c. Ταύτῃ δὲ παραπλησία καὶ ἣν Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν. Gallis, *Carouge*: multum haec Nicaeae in Gallia cognita, et maris Ligustici accolis: In Apulia pariter et Campania frequens. H. Ad vocem *siliquam*, quae in edit. Gron. est, haec adiecit *Dalec.* Siliqua haec nostra Carrobia est. Falluntur qui arborem Iudae esse putant, quoniam arboris eius rubet flos est, non albus: item qui Cassiam nostram fistularem. Est enim illi flos luteus. Vide Theophrast. c. 2. l. IV. et infra c. 8. l. XXIII.

niam vocant: trunco et ipſa fertilis *n.*, [1] ſed pomo ſiliquae. *o.* Ob id *p.* quidam Aegytiam ficum dixere, errore manifeſto. Non enim in Aegypto naſcitur, ſed in Syria, Ioniaque, et circa Gnidum, atque in Rhodo: ſemper comantibus foliis: flore candido, cum vehementia odoris: plantigera imis partibus *q.*, et ideo ſuperficie flaueſcens *r.*, ſuccum auferente ſobole. Pomo antecedentis anni circa Canis ortum [2] detracto, ſtatim alterum parit: poſtea

1. *Sed pomo ſiliqua: vel, ſed pomo ſiliquato. D. ſed pomum ſiliquae. Ch.* 2. *detracto, quod placuit, ſtatim alt. parit. poſtea floret per Arcturum. M.*

n. Trunco et ipſa fertilis, ſed pomo ſiliquae) Siliqua ipſa mandebatur: ſemina quae intus habet, amara et eſui inutilia: cortex ipſe praedulcis et edulis. *Salmaſ.* p. 459. b.

Trunco) Hoc eſt, quae non ramis, ſed ipſo caudice, vt ficus Aegyptia fert pomum: ἐκ στελέχους, Theophr. H.

o. Sed pomo ſiliquae) Exemplar Toletanum, *Sed pomum ſiliqua*: lego, *Sed pomo in ſiliqua*, vt cap. ſequ. *ſemen in ſiliquis*. Theophraſtus pomum Graece *ellobon* appellat, hoc eſt ſiliqua contentum. Theodorus: *Nam et ipſa caudice maximam fructus partem expellit: ramis autem, vt diximus, paucum fert ſiliqua.* Pintianus.

Sed pomo) Subintellige, fertilis: nam fructui ſiliqua nomen eſt, et eſt ibi *ſiliquae* in gignendi caſu. Etiam quod et arbori nomen, idem pomo Galli fecere: *des carouges*. De iis rurſum dicetur L. XV. ſ. 26. H.

p. Ob id) Quia nempe eſt trunco fertilis. Quae ſequuntur plane ad verbum exſtant apud Theophr. Hiſt. L. IV. c. 2. H.

q. Plantigera imis partibus) Legend. *plantigera imis partibus, et ideo ſuperficie flacceſcens*. Sic idem lib. XV. c. 29. de myrto. *Salmaſ.* pag. 461. b.

Plantigera) Theophr. ἐκ τῶν κάτω παραβλαστητικόν. Superficies, ſumma pars arboris eſt. H.

r. Flaueſcens) Theophr. ὑποξηραινόμενον, *areſcens*. Conſequitur nempe ſiccitatem flauedo. H.

ea florem *s.*, [1]per Arcturum *t.*: hieme fetus enutriente.

XVII. (IX.) Aegyptus et Persicam arborem sui generis habet *u.*, similem piro *x.*, folia retinentem. Fertilitas assidua [2] ei, subnascente [3] crastino fructu *y.*: matu-

1. *Post.* 2. *eius. M.* 3. *statim.*

s. Postea florem) Legendum videtur, *postea flores per Arcturum, etc.* Theophr. *Fructum anniculum simul et nouum habet, altero namque detracto post Canis ortum protinus alterum gigni patefecit, gignitur enim vuae modo indiscretus atque vniformis: tum auctus circa Arcturum et Aequinoctium floret.* Pintianus.

t. Per Arcturum) Theophr. περὶ Ἀρκτοῦρον καὶ ἰσημερίαν ἀνθεῖ, *circa Arcturum aequinoctiumque floret.* De Arcturi exortu L. XVIII. s. 74. H.

u. Aegyptus et Persicam arborem sui generis habet) Scribo *perseam* (et sic Dal. quoque) non *persicam*, ex Theophrasto loco saepe citato, et Dioscoride lib. I. *Est*, inquit Theophrastus, *in Aegypto alia quoque arbor Persea dicta.* Dioscorides: *Aegypti arbor Persea est, fructum fert stomacho accommodatum, etc.* Quod si apud Dioscoridem legis, *Perseam Romani pariter Graecis perseam siue persicam dicunt;* scito verba illa Dioscoridis non esse, nec in Graeco ea haberi exemplari, sed a Marcello interprete addita, quem fefellit mendosus Plinii codex: in quem etiam errorem incidit Hermolaus in Corollario. *Pint.*

Persicam) Ita MSS. omnes. Περσέα dicitur a Theophr. Hist. L. IV. c. 2. Straboni quoque L. XVII. Eadem Persea Plinio, L. XV. s. 13. H.

x. Similem piro) Folio, ramo, flore, Theophr. *Dal.*

Similem piro) Folio, flore, ramo, toto denique aspectu. Theophr. l. c. H.

y. Subnascente crastino fructu) Non placet Plinii tralatio ex Theophrasto, cuius verba sunt de arbore Persea: *Fructum autem fert copiosum et omnem horam*, Plinius *crastino* vertit. Ego puto apud Theophrastum *horam*, non partem diei significare, sed anni: alioqui ridiculum esset credere arborem esse, quae cotidie fructum nouum gignat. *Pint.*

Crastino fructu) Vbi maturum fructum decerpseris, inquit, edendo alteri succedaneo die iam crastino laborat

maturitas z. etesiarum afflatu. Pomum longius piro a., inclusum amygdalae b. putamine, et corio, colore herbido c.: sed [1] vbi nux illi, huic prunum d., differens breuitate ac mollitie: et quamuis blandiatur praedulcis suauitas, [2] innocuum. Materies e, boni-

1. Sic ex MSS. et Theophr. em. Hard. vbi nux illi, huic pomum, Gr. et Al. 2. *in nucleo. M.*

rat arbos. Κατὰ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει inquit Theophr. omni anni tempore, vere, aestate, autumno, hieme. H.

z. *Maturitas)* Perfectius tum concoquitur, quam reliquis anni temporibus. De etesiarum flatu dicemus, L. XVIII. c. 68. H.

a. *Pomum longius piro)* Adde *aequum*, aut *par*, aut aliam huiusmodi dictionem: est enim sensus, Perseam arborem habere pomum oblongum, magnitudine piri. Theophrastus: *Fructum abunde parit, omnique tempore perficit: quippe nouus anniculum semper occupat: maturitas anniuersariorum afflatu conficitur, reliquum crudiorem auferunt atque recondunt: est magnitudine piri, figura oblongus, amygdalae modo.* Haec Theophrastus: apud quem magnam rem fecisse putauit Theodorus, si, quos ventos vniuersitas scriptorum *etesias* appellat, ipse Latino nomine *anniuersarios* diceret. *Pint.*

Pomum longius) Par piro, ἡλίκον ἄπιος, facit Theophrast. sed oblongum, σχήματι δὲ πρόμακρος. Amygdalam Aegyptiam Plinius vocat, L. XV. c. 34. H.

b. *Amygdalae)* Instar amygdalae, inquit, putamen habet, et corium coloris herbidi: sed vbi nux durior in amygdala est, hic tenerior cortex molliorque, paene pruni instar: is enim cum nucleo manditur, vt dicetur L. XV. c. 34. H.

c. *Colore herbido)* Χρῶμα δὲ αὐτοῦ ποώδες, inquit, Theophr. H.

d. *Sed vbi nux illi, huic pomum)* Vtrumque exemplar non *pomum* legit, sed *primum*: scribo *prunum*. Theophrastus: *Habet autem intus nucem quemadmodum prunum mollitie, sed longe minorem et molliorem.* Pint.

Sed vbi nux) Theophr. l. c. ἔχει δὲ ἐντὸς κάρυον, ὥσπερ τὸ κοκκύμηλον, πλὴν ἔλαττω καὶ μαλακώτερον. *Nucem habet intus, quemadmodum prunum: sed longe minorem molliorem que.* H.

e. *Materies bonitate)* Theophrast.

bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens a loto. Simulacra ex ea [1] factitauere. *f.* Non [2] eadem gratia *g.*, quamquam fideli materie *h.*, ex arbore quam balanum appellauimus *i.*, magna ex ex parte contorta: [3] naualis itaque *k.* tantum est.

XVIII. At e diuerso [4] cuci *l.* in magno honore, palmae similis, quando et eius foliis *m.* vtuntur ad textilia.

1. *Factitauere. Non eadem gratia aeque fideli materiae ex arbore. etc. contortae. Dal.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. Simulacra ex ea factitauere, non eadem gratia, quam fideli materie, vt ex arbore, Gr. et Al.* 3. *noualis Gr. et Al.* 4. *Cuciophoros. Theophrast.*

phrast. cap. 20. et 38. lib. II. histor. *Dalec.*

Materies) Theophr. iisdem verbis Hist. L. IV. c. 2. H.

f. Simulacra ex ea factitauere) Prima illa verba, *simulacra ex ea factitauere*, ad antecedentia pertinent: deinde sequitur alius sensus, scribendumque sic: *Non eadem gratia, quamquam fideli materia, est arbor quam balanon appellamus.* Theophrastus eodem loco: *Glans a fructu nomen accepit, folium ei simile atque myrto, oblongius tamen, illaesa magnaque arbor est, verum non recta, sed contorta, materies ei valida, et tam ad alia quam ad nauigia percommoda.* Pint.

g. Non eadem gratia) Quia non recta, sed contorta ea arbos est, quae balanos appellatur: οὐκ εὐφυὲς δὲ, ἀλλὰ παρεστραμμένον. Theophrast. l. c. H.

h. Fideli materie) Ad vetustatem, vti de terebintho dictum est, s. 12. H.

i. Appellauimus) Libro sup. s. 47. H.

k. Noualis itaque) Lege: *naualis itaque tantum est.* Vel legend. *non eadem gratia, aeque fidelis materies, arbori quam balanum appellauimus: naualis itaque tantum est.* Salmas. 463. b.

Naualis) Ad nauigia compingenda, εἰς τὰς ναυπηγίας, inquit Theophr. l. c. H.

l. Cuci) Theophr. l. c. κουκιοφόρον arborem vocat, plane vt idem pomo nomen fuisse videatur. H.

m. Et eius foliis) Meminit auctor Peripli maris Erythraei, περιζωμάτων φύλλων κουκίνων e foliis cucinis. H.

textilia. Differt *n.* quod in brachia ramorum spargitur. Pomo magnitudo. quae manum impleat, color fuluus, commendabilis succo ex austero dulci. Lignum intus [1] grande *o.*, firmaeque duritiae, ex quo velares *p.* detornant anulos. In eo nucleus *q.* dulcis, dum recens est: siccatus durescit ad infinitum, vt mandi non possit, [2] nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantiae, et ob id Persis gratissima. *r.*

XIX. Nec minus spina *s.* celebratur in eadem gente dumtaxat nigra *t.*, quoniam incorrupta etiam in aquis

1. *Grandis. Alii.* 2. *nisi in M. d.*

n. Differt) A palma nimirum. Sic Theophr. l. c. H.

o. Lignum intus grande) Sub corticoso et fibroso velamine, quod sese primum offert. *Dalec.*

Lignum intus) Seu nux, quae nucleum, vt in prunis Persicisque continet. Πυρῆνα vocat Theophrastus, Gaza, nucleum. H.

p. Velares) Quibus aulaea, vela, cortinaeque contrahuntur, aut expanduntur. Theophr. l. c. Ἐξ ἧ τὰς κρίκους τορνεύουσι τοὺς στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους. H.

q. In eo nucleus) Pars nucis interior, teneriorque. Vnde paroemia Plautina apud Macrob. Saturn. L. II. c. 14. p. 374. *Qui e nuce nucleos esse vult, frangit nucem.* Nempe e Curcul. Act. I. s. 1. v. 55. H.

r. Ob id Persis gratissima) Ad lectorum pedes conficiendos. Theophr. *Dalec.*

Ob id Persis) Vt suis lectulis pedes inde tornarent. Theophr. l. c. Καὶ εἴγε με δὴ Πέρσαι πάνυ ἐτίμων αὐτὸ, καὶ ἐκ τούτου τῶν κλινῶν ἐποιοῦντο τοὺς πόδας. H.

s. Spina) Ἄκανθον Theophrast. hanc spinam vocat. *Dalec.*

Nec minus spina) Ἄκανθος Theophr. Hist. L. IV. c. 3. apud quem quae hac sectione comprehenduntur, totidem verbis leguntur. Haec acacia est, de qua L. XXIV. s. 67. vt recte vidit Saracenus in Nott. ad Diosc. L. III. c. 15. Vide quae dicturi sumus L. XXIV. s. 67. H.

t. In eadem gente dumtaxat nigra) Haec omnia e Theophrast. cap. 3. lib. IV. Vide infra c. 12. L. XXIV. *Dal.*

in aquis durat, ob id vtilissima nauium costis. *u.* Candida facile putrescit. Aculeus spinarum et in foliis. Semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallae vice. Flos et coronis iucundus, et medicamentis vtilis. Manat et gummi *x.* ex ea. Sed praecipua vtilitas, quod caesa anno tertio resurgit. Circa Thebas haec *y.*, vbi et quercus, et Persica *z.*, et oliua, CCC. a Nilo stadiis, siluestrique tractu, et suis fontibus riguo. (X.) Ibi et prunus Aegyptia *a.*, non dissimilis spinae proximae dictae *b.*, pomo mespili, maturescens bruma, nec folia dimittens. Li-

u. Nauium costis) Herod. L. II. Euterpe, n. 96. pag. 124. vbi et huius spinae faciem ait esse toto Cyrenaeo similem, ex ea gummi manare, etc. H.

x. Manat et gummi) Quod acanthinon Marcellus Empiricus vocat, c. 14. et 20. in officinis *Gomme Arabique*. H.

y. Circa Thebas haec, etc.) Lege: *Circa Thebas haec, vbi et quercus et Persea et oliua,* CCC. *a Nilo stadiis, siluestri tractu et fontibus suis riguo. Ibi et prunus Aegyptia, non dissimilis, etc.* Ita scribendum continuata serie, quam vulgo capitibus diuellunt. *Salmas.* pag. 533. a. *Circa Thebas haec, vbi et quercus, et persica, et oliua*) Scribendum, vt admonui, *persea*, non *persica.* Theophrastus lib. IV. c. 3. *Et silua ingens circa agrum Thebanum est, vbi et robur, et persea et olea.* Theodorus, quod Graece Theophrastus dixit *Thebaicon nomon*; *agrum Thebanum* vertit: ego *praefecturam* non *agrum* transtulissem, cum Plinio libro quinto c. 9. *Pintianus.*

z. Et Persica) Superius explicata, quam Theophr. Περσέαν appellat. H.

a. Ibi et prunus Aegyptia) Vide Theophr. c. 3. L. IV. hist. qui natalibus cum Plinio conuenit, alia re nulla prorsus. Quibusdam myrobalanus emblica officinarum, vt chrysobalanus Galeni flava. *Dalec.*

Ibi) Circa Thebas. Haec porro prunus Aegyptia inter ignotas referenda arbores. A Theophr. pariter describitur Hist. L. IV. c. 3. H.

b. Spinae proxime dictae) Descriptae superiori proximo capite. *Dal.*

gnum in pomo grande *c.*, sed corpus ipsum *d.* natura copiaque, messium [1] instar incolis. Purgatum enim tundunt, seruantque eius offas. *e.* [2] Siluestris et circa Memphim regio *f.* tam vastis arboribus, [3] vt terni non quirent circumflecti *g.*: vnius *h.* peculiari miraculo, nec pomum propter *i.*, vsumue aliquem, sed euentum. *k.* Facies [4] enim spinae folia habet, [5] seu pennas *l.*, quae tactis *m.* ab homine ramis cadunt protinus, ac postea renascuntur.

XX. (XI.)

1. *Incolis*, *in M. d.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. siluestris fuit et circa Gr. et Al.* 3. *vt terni nequirent vel circumplecti Gr. et Al.* 4. *etiam alius spinae. Quidam.* 5. *seu*, *Gr.*

c. Lignum in pomo grande) Theophrastus non *grande*, sed *rotundum* scribit. *Alia*, inquit, *quaedam arbor prunus habetur insignis magnitudine, fructum ferens natura et magnitudine mespilis proximum, nisi quod rotundum nucleum habet.* Pintianus.

Lignum) Quod alii nucem, alii nucleum vocant. H.

d. Corpus ipsum) Pomi caro, quae nucem ambit. H.

e. Offas) Παλάθας, massas: nam tusum illi fructum in globos massasque fingunt. Theophr. Massulas offasque permiscue Columella nuncupat, L. XII. c. 38. H.

f. Siluestris fuit et circa Memphin regio) Verbum *fuit*, neutrum scriptorum exemplarium agnoscit. *Pint.*

Siluestris) Rursum haec Theophr. Hist. L. IV. c. 3. H.

g. Vt terni nequirent vel circumplecti) Videtur scribendum praepostero ordine: *vt* *vel terni nequirent circumplecti.* Pint.

Vt terni) Vt complecti caudicem homines vix terni queant. Theophr. Prius *complecti* minus sincere legebatur. In MSS. Reg. Colb. etc. *circumflecti.* H.

h. Vnius) Vnius vero ex iis arboribus peculiare miraculum est. H.

i. Nec pomum propter, etc.) Lege: *nec pomum propter vsumue aliquem, sed euentum, facies ei est spinae, folia habet seu pinnas, quae tactis, etc.* Salmas. p. 538. b.

k. Sed euentum) Τὸ συμβαῖνον simpliciter Theophrastus non dixit, sed τὸ συμβαῖνον πάθος. Rectius forsan dixisset, propter affectum frutici peculiarem, et qui ipsi a natura contigit. H.

l. Folia habet seu pennas) Φύλλα ὅμοια πτεροῖσι, seu filicum, Plinius legit πτεροῖς Gar-

XX. (XI.) Gummi optimum esse *n.* ex Aegyptia *o.* spina conuenit, vermiculatum, colore glauco *p.*, purum, sine cortice, dentibus adhaerens. Pretium eius in libras, X. III. *q.* Deterius ex amygdalis *r.* amaris, et ceraso *s.*, pessimum ex prunis. Fluit

Garcias c. 17. L. II. luteum florem esse scribit, folium vero polypodii, qua in re cum Theophrasto conuenit. *Dal.*

Ceu pennas) Sic Theophr. καὶ τὸ φύλλον παρόμοιον τοῖς πτέρυξιν. Gaza vero ὅμοιον πτερίσι, *simile filicibus.* Sed nihil interest, siue πτερίσι legas siue πτέρυξι. Est enim πτερὶς filix sic appellata, teste Diosc. L. IV. c. 186. quod ἐντετμημένα καὶ ἀνεπτυγμένα φύλλα ἔχει ὡς πτέρυξ folia incisa expansaque habet, instar pennae auium. H.

m. Quae tactis) Theophr. l. c. H.

n. Gummi optimum esse ex etc.) Lege: *Gummim optimam esse ex Aegyptia spina conuenit, vermiculatam, colore glauco, puram, sine cortice, dentibus adhaerentem.* Atque ita Plinius vbique declinat, *haec gummis, huius gummis, hanc gummim.* Salmas. p. 533. *Gummi optimum esse ex, etc.)* Vulgo Arabicum. Acanthinum Celsus vocat c. 1. L. V. quoniam stillat ἐκ τῆς Αἰγυπτίας ἀκάνθης, Ἀραβικῆς. Sic vocat et Marcellus Empiricus, c. 14. *Dalec.*

o. Ex Aegyptia) De qua diximus sup. sect. Acacia est, vt ex Diosc. liquet, apud quem haec totidem verbis exstant, L. I. c. 133. H.

p. Colore glauco) Vitro simile, pellucidum. Dioscor. Vide supra c. 9. huius libri. *Dalec.*

q. X. III.) Denarii tres. *Dalec.*

X. III.) Denarii tres, monetae Gallicae asses quatuor et viginti. H.

r. Ex amygdalis) Dioscor. L. I. c. 176. H.

s. Et ceraso) De gummi ex ceraso Gal. de fac. simpl. medic. L. VII. p. 189. et Diosc. L. I. p. 157. Ex prunis, idem Diosc. c. 174. Ex vitibus, idem L. V. c. 1. Ex olea, idem L. I. c. 141. quod ad dentium quoque dolorem commendat. De vlmo in Nott. et Em. N. XIII. (hic adi.) *Vlmo)* Theophrasti sententia est, Hist. Pl. L. III. c. 14. ἐν ταῖς κωρύκοις τῆς πτελέας, in vlmi folliculis gummi et culices gigni, θηρία ἀττακωνωποειδῆ. Est ibi κωρύκος folliculus, et vt Hesychius ait θυλάκιον, φύση. Quare eadem cum Theophilo scribens Diosc. L. I. c. 111. φύσας vocat: vbi de vlmo, τὸ

[1]et ex vitibus, infantium hulceribus aptiſſimum: et [2]aliquando ex olea, dentium dolori: vlmo etiam in Coryco monte *t.* Ciliciae, ac iunipero, ad nihil [3]vtile: ex vlmi vero gummi et culices [4]ibi naſcuntur. Fit et ex ſarcocolla *u.*[5] (ita vocatur arbor *x.*) [5]commis vtiliſſima pictoribus ac medicis, ſimilis pollini thuris: et ideo candida, quam rufa, melior. *y.* Pretium eius, quod ſupra.

XXI. Nondum paluſtria attigimus, nec frutices amnium. Prius tamen quam digrediamur ab Aegypto, et papyri natura dicetur, quum chartae vſu maxime humanitas *z.* vitae conſtet et memoria. Et hanc

1. *Et vitibus. M.* 2. *aliquando olea. M.* 3. *vtiles. M.* 4. *alibi. M.* 5. *Gummi vtiliſſimum pictoribus ac medicis, ſimile pollini thuris, et ideo candidum, quam rufum, melius. Gr. et Al.*

τὸ δὲ ἐν ταῖς Φύσαις κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν εὑρισκόμενον ὑγρὸν, etc. Sed de peculiari forte vlmi genere quod in Coryci monte naſcatur, haec Plinius ab incerto nobiſque incognito auctore accepit. Vt hoc loco Corycum montem in κώρυκον folliculum, ſic L. XII. ſ. 111. *Hiſpaniam* vidimus mutatam in adiectiuum σπανίαν. H.

t. In Coryco monte) Κώρυκος, folliculus in vlmo et terebintho, intra quem naſcuntur culices et gummi. Inepte Plinius Corycum montem eſſe putauit. *Dal.*

u. Fit et ex ſarcocolla (ita vocatur arbor) gummi vtiliſſimum) Codex Toletanus non *gummi vtiliſſimum* legit, ſed *commis vtiliſſima*, ſemper ita profert genere feminino, non neutro. *Pint.*

x. Ita vocatur arbor) Dioſc. L. III. c. 99. Ἡ δὲ σαρκοκόλλα ἐστὶ δάκρυον δένδρου γεννωμένου ἐν Περσίδι, ἐοικὸς λιβανωτῷ, etc. *Sarcocolla lacryma eſt arboris in Perſide naſcentis, ſimilis thuri, etc.* De hac iterum dicetur L. XXIV. ſ. 88. H.

y. Commis vtiliſſima - - ſimilis pollini - - candida, quam rufa, melior.) Ita conſtantiſſime MSS. omnes: non vt vulgo editi, *gummi vtiliſſimum - - ſimile - - candidum, quam rufum, melius. Commis* pro *gummi* veteres dixere: quod et alibi ſaepius obſeruaturi ſumus. H.

z. Humanitas) Non ἡ παιδεία,

hanc Alexandri Magni victoria repertam *a.*, auctor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria. Antea non fuisse chartarum vsum *b.*: [1] in palmarum foliis *c.* primo scriptitatum: deinde quarumdam ar-

1. *In M. d.*

δεία, disciplina et eruditio, vt Scaligero in Guilland. visum est, sed cultus humanae vitae, quo scilicet homines brutis antecellunt, qui sermonis communione cum absente per literas praecipue continetur. H.

a. Et hanc Alexandri Magni victoria repertam) Guillandinus huius loci diligentissimus, et ingeniosissimus enarrator ex Anacreonte, Alcaeo, Aeschylo, comicis veteribus, Platone, Aristotele, probat papyrum, siue biblum cognitam quidem fuisse, antequam nasceretur Alexander, verum in vsu frequenti et publico fuisse, Alexandri seculo. *Dalec.*

b. Antea non fuisse chartarum vsum) Pertinent huc Lucani versus, *Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat, in saxis tantum volucresque feraeque, Sculptaque seruabant magicas animalia linguas.* Dalec.

Antea non fuisse) Lucan. L. III. v. 222. *Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat, etc.* Verum dissentit a Varrone Cassius Hemina, vt dicemus, §. 27. H.

c. In palmarum foliis, etc.) *In maluarum foliis*, non *palmarum*, legendum putat Guilland. quoniam olim in malvarum foliis scribebatur. Cnina apud Isidorum. *Haec tibi Arataeis multum inuigilata lucernis Carmina, queis ignes nouimus aërios, Laeuis in aridulo maluae descripta libello, Prusiaca vexi munera nauicula.* Dal.

In palmarum foliis) Cultri dorso primum leuigatis. Ita libri omnes, etiam MSS. et Isidor. Origg. L. VI. c. 12. *At vero*, inquit, *historiae maiore modulo scribebantur, et non solum in charta vel membranis, sed etiam et in omentis elephantinis, textilibusque maluarum foliis atque palmarum.* Suidas quoque: Λυδοὶ καὶ Ἴωνες τὰ γράμματα ἀπὸ τοῦ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος εὑρόντος ἔλαβον. Τούτοις δὲ ἀντιλέγουσι Κρῆτες, ὡς εὑρέθησαν ἀπὸ τοῦ γράφειν ἐν φοινίκων πετάλοις. De maluis res perinde nota: Cinna misit amico Aratea. *Leuis in aridulo maluae descripta libello.* Sed *in palmarum foliis* scripsisse se Plinius ipse admonet §. 28. extrema. H.

borum libris. *d.* Postea publica monumenta plumbeis *e.* voluminibus, mox et priuata linteis *f.* confici

d. Arborum libris) Interiori cortice, vt fagi, fraxini, tiliae aliarumue arborum. Venant. Fortun. Carmen ad Flauum: *Scribere quo possis, discingat fascia fagum, Cortice dicta legi fit mihi dulce tui.* Et mox: *Barbara fraxineis pingatur runa tabellis, Quodque papyrus agit, virgula plana valet. Pagina vel redeat perscripta dolatile charta, etc.* De tilia Suidas, verbo Φιλύρα. Xiphilinus in Domitiano, aliique. Isidorus L. VI. c. 13. *Liber est interior tunica corticis, quae ligno cohaeret, in qua antiqui scribebant - - ante vsum chartae de libris arborum volumina fiebant.* H.

e. Plumbeis) Laminis nimirum malleo tenuatis et extensis. Nam volumina quum audis, caue plumbeos putes conuolui oportuisse libros: nihilo sane magis quam hosce chartaceos, quos exaramus. Hesiodi liber ἔργα καὶ ἡμέραι, plumbeis in laminis scriptus asseruabatur a Boeotis, teste Pausania. Plumbeam chartam pectore sustinuisse Nero dicitur apud Sueton. c. 20. vocis conseruandae gratia. Laminam plumbeam appellat Plinius L. XXXIV. s. 50. Et Ioseph. A. I. L. I. Χάρτας μολυβδίνας dixit. H.

f. Mox et priuata linteis, etc.) Linteos libros memorat Liuius lib. IV. primae Decad. et Vopiscus in Aureliano, Ceras, cera oblitas tabulas vocat, in quibus primum ferreo stylo scribebatur, deinde ossea cuspide, quum vetitum fuisset, ne quis e ferro graphium haberet. Plaut. in Bacchid. CHRY. *Nunc tu abi intro Pistoclere ad Bacchidem atque effer cito.* PIST. *Quid?* CHRY. *stylum, ceram, tabellas et linum.* Atta in Satyra: *Vertamus vomerem in ceram, mucroneque aremus osseo.* Hinc scribarum vulgatum dictum, *Ceram ferro ne caedito.* Praeter arborum cortices, ac folia plantarum, ligna cerata, lintea, plumbum, chartas, membranas, etiam in ligno, vt Solonis leges, ebore, vt Romanorum Principum edicta, libris elephantinis, quorum Vlpianus lib. XXXII. Pandectarum, c. 50. meminit, et Vopiscus in Tacito: lapide, vt sepultorum elogia, sacras Aegytiorum literas, et alia id genus monumenta: aere, vt 12. tabularum leges, foedera, senatus decreta, animalium intestinis ac

fici coepta, aut [1] ceris. *g.* Pugillarium *h.* enim vsum Yy 5 fuisse

1. *Schedis. M.*

ac gemmis quoniam scriptum fuisse, multis argumentis ostendit Guillandinus. Alexandr. ab Alex. c. 30. II. *Dal.*

Linteis) Linteorum librorum frequens apud Liuium mentio, vt L. IV. p. 73. quos in aede Monetae repositos, Licinius Macer annalium scriptor saepe citabat auctores. Vopiscus quoque in Aureliano, p. 211. *Inueni nuper*, inquit, *in Vlpia Bibliotheca inter linteos libros Epistolam Diui Aureliani, etc.* At non haec charta nostra vulgaris fuit, quae fit ex linteis contritis et maceratis: quod multo posteriore aeuo repertum. Lintei dicebantur libri, quod in telam linteam descripti, quemadmodum hac aetate pingere in iisdem pictores solent. Carbasinos vocat Martianus Capella in prooem. Gramm. Ante XIII. seculum a Christo nato, chartae nostrae receptum vsum docet Ioinuillei epistola ad S. Ludouicum Franciae regem, quae in eiusmodi charta exarata, visa a nobis et perlecta est. An priore aeuo cognita ea fuerit, incompertum. H.

g. Aut ceris) Isidorus, L. VI. c. 9. *Cerae litterarum materies, paruulorum nutrices. Ipsae dant ingenium pueris, primordia sensus: quarum studium primi Graeci tradidisse produntur. Graeci enim et Tusci primum ferro in ceris scripserunt. — Postea institutum est, vt in cera ossibus scriberetur, etc.* Tamen MSS. vel *cedis*, vel *scedis* habent, forte pro *schedis*, quae nihil aliud quam pagellae ligneae, et *dedolati ligno codicilli*, vt loquitur Hieronymus in ep. ad Nicaeam. Quae sincerior lectio videtur, quum sequatur, *Pugillarium enim*, etc. H.

h. Pugillarium) Codicillorum, ceratarum tabellarum Codicillos vocat infra c. I. lib. XXXIII. Homeri locus est Iliad. ζ. — *πόρεν δ' ὅγε σήματα λυγρὰ Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.* Pugillares olim dicti fuerunt duplices, triplices, quincuplices, a numero foliorum: citrei, buxei, eburnei, membranei a materia: lutei, virides, crocei, purpurei, a colore. *Guilland.*

h. Pugillarium) Codicillos Plinius ipse appellat, L. XXXIII. f. 4. *Quum Homerus codicillos missitatos epistolarum gratia indicet.* Eo nomine nunc tabellae cereae vulgo intelliguntur: a Plinio ligneae pagellae simul complicatae. Nam Homeri locum hunc respicit Iliad. ζ. v. 69.

fuisse etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum. [1]Illo vero prodente, ne [2] terra quidem ipsa, quae nunc Aegyptus, intelligitur *i.*: (quum

1. *Illo vero prod. etc. intelligitur. Siquidem a Pharo, etc. prodidit, postea adaggeratam Nilo. In Sebennytico solum eius, etc. nascitur. M.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. terra quidem ipsa tota, etc. adaggerata. Vet. Ne terram quidem ipsam totam fuisse, quae nunc. Gr. et Al.*

69. Fuere et pugillares citrei, ossei, eburnei. H.

i. Ne terram quidem ipsam totam fuisse quae nunc Aegyptus intelligitur) Verbum *totam* redundat ex exemplari Toletano, recte, vt infra cap. 13. *Quod eo magis miror, si etiamnum Homero condente Aegyptus non erat.* Pintianus. *Ne terram quidem, etc.)* Herodotus lib. II. Aegyptum esse γῆν ἐπίκτητον, καὶ δῶρον ποταμοῦ scribit: Heliodorus IX. Aethiopicorum idem tradit: idem Aristot. cap. 14. lib. I. Meteorolog. idem Strabo, Diodorus, Eratosthenes. Seneca cap. 20. lib. VI. Natur. Quaest. Nilum turbidum defluentem, et limum secum trahentem multum, quem prioribus terris apponat, annuis incrementis semper Aegyptum proferre auctor est. Tot testibus et insignis auctoritatis viris confisus Plinius idem asserit. At constat omni memoria, in inferiori Aegypto celebres vrbes fuisse Canopum, vnde ostium Canopicum dictum, quo post excidium Troiae, cum Helena Menelaus appulit, vulgo *Bicheri.* Tanin, vulgo *Damiatam*, vnde Taniticum: et in vertice Deltae, *Sain*, hodie, vt volunt, *Sait*, quae chartae Saiticae nomen dedit: tum etiam Heliopolin, quae *Bethsemes* appellatur, et *No* populosam, quae in Alexandriam postea versa est: Latopolin, in cuius ruinis Cambyses Babylonem aedificauit, *Cairam:* Memphim, Pyramidum miraculis claram, vt inde credendum hodie sit, Aegypti eam partem non adaggeratam fuisse limo fluvii, sed incolis multis semper habitatam, oppidisque frequentissimis cultam. Pro Sebennitica praefectura Guillandinus *Saiticam* reponit, quoniam licet Sebenniticus tractus, in quo etiam hodie visitur ampla ciuitas *Sibnit*, ab historicis celebratus fuerit, nulla tamen charta

(quum in Sebennytico *k.* [1] saltem eius nomo nonnisi [2] charta *l.* nascatur:) postea [3] adaggerata Nilo. Siquidem a Pharo *m.* insula, quae nunc Alexandriae ponte iungitur, noctis dieique velifico *n.* nauigii cursu terram fuisse prodidit. Mox aemulatione *o.* circa

1. *Solum. Dal.* 2. *omnis charta. Gr. et Al.* 3. *adaggeratam. Gr.*

ta Sebennitica nuncupetur, quum de Saitica multa legantur apud auctores. Homeri versus de Pharo sunt: Νῆσος ἔπειτά τις ἐςὶ πολυκλύςῳ ἐνὶ πόντῳ Αἰγύπτε προπάροιθε, Φάρον δέ ἑκλήσκεσι, Τόσσον ἄνευθ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς Ἤνυσεν ᾗ λιγὺς ἔρος ἐπιπνείησεν ὄπισθεν. Continenti adiuncta est oblongo et angusto aggere, quem pontem γέφυραν vocant, industria Cleopatrae reginae, quae legatos et publicanos Rhodiorum vectigal, cui obnoxia diu fuerat, superbe petentes, in suburbana quum duxisset solennis festi specie, septem dierum spatio, molibus in altum iactis, totidem stadia occupauit, et ita continenti admouit. Aliquanto vero post vehiculo in eam profecta, Rhodios ludificata est portorium non ab insula, vt putabant sed a terra exigentes. Guilland. ex obseruatione Brodaei c. 5. III. Miscellaneorum. *Dal.*

Ne terra quidem) Ne ipsa quidem Aegyptus, siue pars ea quae Delta dicitur, ante Troiana tempora fuisse intelligitur, si Homero credimus: sed postea adaggerata Nilo. Multo igitur minus cognita tum papyrus, praeter quam in Sebennytico saltem Aegypti nomo nihil fere nascitur. H.

k. In Sebennytico, etc.) Varro loco, quem Plinius citat, scripserat in Sebennytico tantum nomo Papyrum, vnde chartae fiunt, nasci: quum autem nascatur in multis aliis locis Aegypti, probabile est Aegyptum totam terram tum non fuisse. *Dal.*

l. Nonnisi charta) Ita MSS. Reg. Colb. etc. Chartam papyrum vocat μετονυμικῶς, quoniam ex papyro fit. H.

m. A Pharo) Vide quae diximus L. II. s. 87. H.

n. Noctis dieique velifico, etc.) Quantum nauis plenis lata velis diurno cursu metiri poterat. Seneca Plutarchus in Iside et Osiride. *Dalec.*

o. Aemulatione circa bibliothecas, etc.) Aelianus, Hieronymusque ad Chromatium,

circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis, suppri-

tium, inter Ptolemaeum et Attalum contentionem eam habitam fuiſſe tradunt, qua in re nihil diſſenſionis eſt, quum, vt ſuos omnes reges Ptolemaeos Aegyptus vocauit, ita et ſuos Attalos Pergameni cunctos nuncupauerint. De membranarum initiis ſtatuendum fere idem quod de chartis, Eumenem frequentiorem quidem illarum vſum vulgaſſe, quum maximum earum numerum ad bibliothecae ſuae volumina compararet, quamuis iam annis multis illarum vſus fuiſſet ante Eumenem: quum Herodotus in Terpſichore ſcribat ab Ionibus byblon ſiue chartam appellari διφθέραν, nempe membranas: chartaeque penuria, in membranis caprinis et ouillis eos ac pleroſque alios barbaros ſcribere ſolitos. Scribit praeterea Ioſephus lib. XII. Antiquit a Iudaeorum ſummo pontifice miſſos ad Ptolemaeum ſenes, libros ſacrae legis exſpectantem, membranas ſuis inuolucris extractas oſtendiſſe, aureis literis perſcriptas, tenuitatis admirandae, ac ſic compoſitas, vt viſu diſcerni commiſſurae non poſſent. Facit et ad id prouerbium notiſſimum, *Diphthera vetuſtiora*, de quo vide Suidam et Eraſmum. Ariſtotelem primum omnium vndique colligere libros coepiſſe, et Aegypti reges σύνταξιν bibliotheces docuiſſe Strabo affirmat: quod ſic intelligendum puto, non quidem viuum et coram loquutum id monſtraſſe, verum exemplo ſuae bibliothecae, quam inſtructiſſimam, copioſiſſimam, et ordine conuenientiſſimo digeſtam fuiſſe credi par eſt, eos principes incitaſſe, vt praeclaram illam et incomparabilem ſuam inſtituerent. Piſiſtrati bibliothecam ante Philoſophi tempora, vrbe potitum Xerxem Gellius tradit in Perſidem tranſtuliſſe: eamque multis poſt annis Seleucum Nicanora reportandam Athenas curauiſſe. Iulianus Imperator ad Ecdicium Aegypti praefectum ſcripſit, alios quidem feris, auibus, equis delectari, ſibi vero ἐκ παιδαρίȣ δεινὸν πόθον ἐντετηκέναι τῆς τῶν βιβλίων κτήσεως. a puero maximam cupiditatem comparandi libros inoleuiſſe. Capitolinus Serenum Sammoniacum eruditiſſimum virum Gordiano iuniori diſcipulo bibliothecam ſuam donaſſe refert, in qua ſexaginta duo volumina ſelectorum et optimorum librorum numerabantur. *Dalecampius.*

Biblio-

ſupprimente chartas Ptolemaeo idem Varro membranas *p.* Pergami tradidit repertas. Poſtea promiſcue patuit vſus rei *q.*, qua conſtat immortalitas hominum.

XXII. Papyrum ergo naſcitur *r.* in paluſtribus Aegypti,

Bibliothecas) De his agemus L. XXXV. ſ. 2. H.

p. Membranas) E pellibus animantium. Hieron. ep. ad Chromat. Iouin. et Euſeb. vbi de litterarum raritate expoſtulans: *Chartam*, inquit, *defuiſſe non puto*, *Aegypto miniſtrante commercia: et ſi alicubi Ptolemaeus maria clauſiſſet*, *tamen rex Atalus membranas a Pergamo miſerat*, *vt penuria chartae pellibus penſaretur. Vnde et Pergamenarum nomen ad hunc vſque diem*, *tradente ſibi inuicem poſteritate*, *ſeruatum eſt.* Et nunc Pergamenas Galli, *parchemins:* vitulinas pelles exquiſitius temperatas, *velins* appellant. H.

q. Vſus rei) Nempe papyri. H.

r. Papyrum ergo naſcitur, *etc.*) Legend. *Papyrum ergo*, *etc. triangulis lateribus in gracilitatem faſtigatum*, *thyrſi modo cacumen includens. Semine nullo*, *aut vſu eius alio quam floris ad coronandos deos*, id eſt, cacumen in gracilitatem thyrſi modo faſtigatum includens. Vel ſic lege: *in gracilitatem faſtigatum*, *thyrſi modo cacumen includens*, *nullo ſemine*, *haud alio quam floris vſu ad deos coronandos.* Salmaſ. pag. 536. a. et 537. a.

Papyrum ergo naſcitur, *etc.*) Papyrus duplex eſt: altera biblos Aegyptia, Aegypto peculiaris et Indiae ſi Straboni fides: in Syria quoque naſcens Theophraſto: Plinio, etiam Babylone, cuius flore dii coronantur, philuris charta conficitur, ſcapo veſcuntur, radicibus ignem alunt. Altera Sari Theophraſti, Biblos ſecunda Euſtathii, extra Aegyptum auctore Strabone, in Italiae paluſtribus cum Typha et Anthela creſcit, in Sicilia, Apulia, Calabria frequens, vbi voce e Papyro ſumpta, vulgus etiamnum *Papero* appellat. Radicem habet praeduram, flexuoſam, e qua Saria, id eſt, molles tenelliqne cauliculi germinant, ad duorum cubitorum altitudinem ſurgentes, craſſitudine pollicis, trianguli, chartis inutiles, coma papyro ſimili. Hic locus Ariſtotelem parum certa et vera de plantis iudicaſſe probat, qui problemate 8. lib. VI. aſſeveret nulli plantae caules triangu-

Aegypti, aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatae stagnant, duo cubita *s.* non excedente altitudine gurgitum, brachiali *t.* radicis obliquae crassitudine, triangulis lateribus *u.*, decem non amplius *x.* cubitorum longitudine in gracilitatem [1] fastigatum *y.*, thyrsi

1. *Sic ex MSS. em. Hard. fastigiatum Gr. et vulgg.*

triangulos, aut quadrangulos produci: quum et papyri scapus tribus angulis distinguatur, et aliarum multarum, quatuor: quod ex historia Dioscorid. manifestissimum est. *Guilland.*

Papyrum) Frutex ille, ex quo papyrus siue charta fit. Exstat haec papyri descriptio et apud Theophr. Hist. Pl. L. IV. c. 9. Iconem exhibet Dalec. Hist. L. XVIII. p. 1883. H.

s. Duo cubita) Vbi aquae non excedunt cubitûm duûm altitudinem. Theophr. H.

t. Brachiali) Radix et obliqua, et crassitudine brachii est, qua nempe brachium manui committitur, vt auctor est Theophr. Πάχος μὲν ἐν τῆς ῥίζης καρπὸς ἀνδρὸς εὐρώςȢ. Καρπὸν Galli vocant *le poignet*, manus internodium. Theophr. non vnam ait esse radicem in papyro obliquam: sed plures e maiore radice prodeuntes, easque tenues et exiles. Φύεται δὲ ὑπὲρ τῆς γῆς αὐτη, πλαγίας ῥίζας εἰς τὸν πηλὸν καθιεῖσα λεπτὰς καὶ πυκνάς. Quam lectionem Scaliger frustra sollicitat, et Salm. in Sol. p. 536. H.

u. Triangulis lateribus decem non amplius cubitorum longitudine) Lege, *Decem et amplius cubitorum longitudine.* Theophrastus lib. IV. c. 8. *Nascitur papyrus non in altitudine gurgitum, sed prope intra duo cubita, nonnunquam etiam minus, crassitudine radicis qua vola viri robusti, longitudine super dena cubita prouenit.* Pintianus.

Triangulis) Triangulari, inquit, caule constat: quod et experientia monstrauit, non in papyro solum, sed et in maxima parte herbarum. Triangulo scapho duos e papyro scipiones habuisse se scribit Goropius Becanus, Hierogl. L. X p. 162. Itaque de caule accipienda haec Theophr. verba: ἄνω δὲ τὰς παπύρȢς καλȢμένȢς τριγώνȢς, μέγεθος ὡς τετραπήχεις. H.

x. Decem non amplius) Theophrastus decem et amplius cubitorum longitudinem radicibus attribuit: cauli seu scapo, tantum quaternum. H.

y. In

thyrſi modo cacumen [1] includens *z.* ſemine nullo *a.*, aut vſu eius alio, quam floris ad deos coronandos. *b.* Radi-

1. *Includens: ſemine Gr.*

y. In gracilitatem faſtigatum) Dictum a nobis ſaepe, ſcribendum *faſtigatum*, non *faſtigiatum*. Pint.

Faſtigatum) Acuminatum. H.

z. Thyrſi modo cacumen includens) Quod Theophraſtus dixit, κόμην (Strabo χαίτην) ἔχοντας ἀχρεῖαν, ἀσθενῆ, Plinius his verbis reddidit, quum aptius eſſet, *comam*, ſiue *iubam inutilem habens, atque inualidam.* Non parum ſane diſcrepat thyrſus a coma. Haec enim exporrecta, diffuſa ac explicata eſt, in milio et arundine, Plinio: thyrſus vero in globoſum caput coactus, quale eſt colocaſiae, κωδίον Theophraſto, σφηκίον Dioſcoridi περιφερὲς, vel in ſpicatam congeriem ſtipatus, vt in aliſmatis, et Acanthi caule, a ſimilitudine thyrſi Bacchici vocatus, quem Macrobius telum fuiſſe ait circumplicata hedera obligatum, quae fronde mucronem tegebat. *Dalec.*

Thyrſi modo) Fert ſane papyrus χαίτην caeſariem, ex capillamentis plurimis conſtantem, thyrſi modo: nam thyrſus, ſiue haſta ea aculeata eſt, quam in Orgiis quatiebant, deſinebatque in comam: vnde κωνοφόροι Bacchae, eaedemque θυρσοφόροι thyrſigerae appellantur. Caſſiod. Epiſt. L. XI. 38. *paludum pulcram caeſariem* vocat, *virgultis molliorem, herbis duriorem, etc.* H.

a. Semine nullo) Nullum fert ſemen haec coma ſeu cacumen. Theophr. Καρπὸν δὲ ὅλως οὐδένα. H.

b. Quam floris ad deos coronandos) Plutarchus in Ageſilao ſcribit eum papyro coronaria delectatum fuiſſe ob coronarum ſimplicitatem, eamque diſcedentem a rege petiiſſe et accepiſſe. Athenaeus vero L. XV. ridet eos qui putarunt e papyro et roſis coronas fieri: idque non minus abſurdum eſſe tradit, quam ſi ex allio et roſa corona necteretur, vtpote papyro graue quiddam et coenoſum olente. *Dal.*

Quam floris) Pro floribus, inquit, papyro dii coronantur. Laudat coronam e papyro Ageſilaus apud Plut. p. 617. Ridet Athenaeus, ceu male olentem, L. XV. p. 676. Caue autem hic florem e papyro fingas: neque enim vllum papyrus ex ſe florem fundit. Vide N. et Em. N. XIV. (hic poſ.) *Aut vſu*) Ita R. 2. At R. 1.

Radicibus incolae pro ligno vtuntur: nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque vtensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro *c.* nauigia texunt: et e libro vela *d.*, tegetesque, nec non et vestem, [1] etiam stragulam,

1. *Atque stragula. M.*

R. 1. Colb. 3. aliique, *quam foris* habent; vt sit fortasse sententia, non Aegyptiis hunc morem fuisse, sed foris, hoc est, externis gentibus, vt papyro Deos coronarent. Florem quidem certe, vt diximus, nullum papyrus habet. H.

c. Ex ipso quidem papyro, etc.) Herodotus lib. II. tradit Aegytios naues fabricare e sua spina; compages introrsum e biblo facere ex amputato papyri vertice, ex eodem et vela, et calceos: inferiora vero longitudine cubiti, et comesse et vendere. Lucanus, *Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.* Aegyptiis sacerdotibus calceos tantum papyraceos gestare licebat, quorum Aristides lib. I. Sacrorum sermonum meminit, scribens in vlceris curatione Aesculapium sibi dedisse calceos Aegytios, quibus vtuntur sacerdotes. Vsi sunt et veteres arundinum coma ad nauium structuram, quo modo et papyro, commissuris interiicientes ad textus ferruminandos, vt quae glutino sit tenacior, et explendis rimis pice fidelior, c. 36. L. XVI. *Dal.*

Ex ipso quidem) Ex caule seu ligno, quod papyrum supra vocauit: aliis papyrus etiam dicitur. Lucan. L. IV. v. 136. *Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.* H.

d. E libro vela) Apud Theophrastum est: *etiam e biblo vela, etc.* nimirum ex eadem papyro, siue caulis eius taeniis et philuris, non autem libro siue extimo cortice, ne funibus quidem, nisi in humore, vtili. Plinius negligenter haec vertit. Omisit et idem quod apud Theophrastum mortalibus imprimis necessarium vsum huius plantae declarat, e biblo texi biblia, nempe chartas, etiam externis notissimas: quum Graeci longe plura chartis memoriae tradiderint, quam ipsimet Aegyptii, apud quos papyrus gignitur, memorabilium rerum monumenta saxeis obeliscis et pyramidibus insculpere soliti. *Guilland.*

E libro) Theophr. l. c. ἐκ τῆ βίβλȣ. Sic et storeas Monachorum ex papyro, mattasque

gulam, ac funes. Mandunt quoque crudum *e.*, decoctumque, ſuccum tantum *f.* deuorantes. Naſcitur *g.* et in Syria, circa quem odoratus ille calamus *h*, lacum. Neque aliis *i.* vſus eſt, quam inde, funibus rex Antigonus in naualibus rebus, nondum ſparto communicato. Nuper et in Euphrate [1] naſcens circa Babylonem papyrum intellectum eſt eumdem vſum habere chartae. Et tamen adhuc malunt Parthi veſtibus litteras *k.* intexere.

XXIII.

1. *Naſcentem. Dal.*

taſque confectas legimus in Regula Solitar. c. 47. alibique paſſim. H.

e. Mandunt quoque crudum, etc.) Dioſcorides et eius auctoritate deceptus Pierius in Hieroglyphicis falſo putauerunt radicem ἔχειν τρόφιμόν τι, alimenti nonnihil praebere, ideoque Aegyptios διαμασσωμένας ἀποχυλίζειν, mandere, exſugereque ſuccum, τὸ διαμάσσημα ἀποπτύοντας. Nam et praeter Theophraſti perſpicuam hac de re narrationem, Herodotus apertiſſime refert in Euterpe, Aegyptios papyri e paluſtribus collectae annua meſſe, partem ſuperiorem praeciſam in alios vſus quam alimentorum vertere, inferiorem autem cubiti longitudine, et vendere et comeſſe, eximia quadam ſuauitate, quum in luculento furno torretur. Ante fruges repertas priſcis Aegyptiis vſitatiſſimum et frequentiſſimum eum cibum fuiſſe ex Oro cognoſcimus. Scribis enim Aegyptios antiquiſſimum, et omni memoria priorem originem ſuam ſignificantes, papyri faſciculum pinxiſſe, quia eo primum veſcerentur. *Dal.*

Mandunt) Caulem, ſeu ſcaphum, non radices. Theophraſt. et Herod. in Euterpe, L. II. n. 92. p. 122. H.

f. Succum tantum) Id deinde quod commanducatum eſt, vt in malis Punicis facimus, exſpuentes. Theophraſt. H.

g. Naſcitur) Totidem verbis haec Theophr. l. c. De calamo diximus L. ſup. ſ. 48. H.

h. Odoratus ille calamus) Vide quae notata ſunt ſupra in c. 22. L. XII. Dal.

i. Neque aliis) Theophr. De ſparto dicemus, L. XIX. ſ. 7. H.

k. Veſtibus litteras) Sic Petrarcha, teſte Thomaſino, in Pe-

XXIII. [1] Praeparantur ex eo *l.* chartae, diuiso acu in praetenues, sed quam latissimas, philuras. *m* (XII.) Principatus [2] medio *n.*, atque inde scissurae ordine, Hieratica appellabatur antiquitus *o.*, religiosis tantum

1. *Praeparatur ex eo charta. M.* 2. *mediis. subint. philuris, vel medio, corio nempe. Dal.*

in Petrarcha rediuiuo, c. 23. quum deambularet solus, ne quae subito eruperant cogitationes euanescerent, pellita quadam in veste qua erat indutus, scriptitare solebat subito quae venerant in mentem. Sic Cosmes Eunuchus Abbas apud Sophron. vel Ioh. Moschum, c. 40. non absone praecipiebat: *Quum inueneris aliquid ex opusculis S. Athanasii, nec habueris chartas ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud.* Vide quae de vestibus olim scriptis collegit Phil. Rubenius, Elect. L. II. c. I. H.

l. Ex eo) Ex caule. Sic acu solemus ceparum tunicas ab aliis alias diuellere. H.

m. Philuras) Sic tenues eae papyri tunicae, ex quibus charta fit, appellantur. Graecis φίλυρα tilia est, cuius e libro interiore olim chartae parabantur. H.

n. Principatus medio) Scilicet papyro, tunicisque seu philuris inde auulsis: hae inter ceteras habuere principatum, ob tenuitatem. Quo propiores cortici, eo viliores. H.

o. Hieratica appellabatur antiquitus) Guillandinus aspere Turnebum reprehendit, ex hoc loco tres chartae species inuehentem, Hieraticam, Augustam, Liuiam. cap. 2. L. VII. Aduers. quum vna eademque sit, Aegyptiis dicta Hieratica, quoniam religiosis, et sacris voluminibus tantum dicata esset, Romanis adulatione prima, Augusta: adulatione secunda, Liuiana, vt obscurius, et ignotius, ordineque tantum tertium eius nomen fuerit Hieratica. At quam iuste, viderit. Nam quum paulo post genera chartarum pro latitudinis differentia recenset auctor, emporeticae digitos sex esse vult: Saiticae, pauciores nouem: Fannianae decem: Hieraticae vndecim: optimis vero, quum minimum duabus tredecim, quae esse procul dubio non potuerunt aliae, quam Augusta et Liuiana, adulatione Augusti et Liuiae, principem locum nactae Augusti seculo, reiecta in locum tertium bonitatis et no-

tum voluminibus dicata, quae [1]ablutione *p.* Augusti

Zz 2

1. Sic et M. quomodo et legisse videtur Isidorus. Sic et Tur. ex vet. cod. adulatione Gr. et vulgg.

et nobilitatis Hieratica. Nam Taniticam cortici propiorem, et venalem pondere, non bonitate, in eo sensu praeteritam, nemo reposuerit inter optimas. Ad Guillandini opinionem refellendam, tuendamque Turnebi et Ruellii sententiam, hoc argumentum satis fuerit. Verum Liuianam et Augustam eamdem non fuisse monstrant apertissime, quae mox sequuntur, *Augusta in epistolis auctoritatem suam relictam, Liuianam vero suam tenuisse, cui nihil primum erat, sed omnia secunda.* Sic enim in manuscripto legitur. Ordo ergo fuit ille chartarum dum vixit Augustus, mutatus a Claudio, densata charta, quae litteras ob tenuitatem transmittebat, addito tertio corio, et aucta latitudine digitis aliquot. Strabo lib. vlt. Hieraticam, non chartam, sed papyrum appellat, abvndantem et praecipue cultam inferiore Deltae parte, eamque duplicem, alteram praestantiorem, viliorem alteram. Memphiticam chartam idem Turnebus prodit inauditam, et minime ab aliis scriptoribus notatam, deceptus Lucani versu, quem Isidorus corruptum sic refert, *Conficitur bibula Memphitis charta papyro:* quum legendum sit, vt antea monuimus, *Conseritur bibula Memphitis cymba papyro* Conseri, contexi, sui naues veteres dixerunt: vnde *Spartea sericia*, funes sparteos ad eum vsum destinatos dixit Pacuuius in Niptris: *Nec vlla subscus cohibet compagem aluei, sed suta lino, et sparteis serilibus.* Inde et *Serilia Istrica Liburni*, eaque nauigia olim dixerunt. Nostrates eorum funium loco Iuniperi virgis contusis, et musco, nauium commissuras explent, additis subscudibus ferreis, quas vocant *Happes*, Graeci ἀγκτῆρας. *Dal.*

Appellabatur) Charta ex mediis philuris confecta. Libris ritualibus et sacris dicata; inde nomen: nam ἱερὸν *sacrum* sonat. H.

p. Quae ablutione) Sic MSS. R. Colb. aliique, et quos Turnebus vidit, ipso prodente Aduu. L. VII. c. 12. p. 192. non *adulatione.* Hieratica, inquit, quum officinae Romam translatae sunt, in Augusti nomen transiit, quando ibi lota diligentius et retractata est: Sic Liuiae nomen accepit, quae secundae notae siue bonitatis, quia ex

gusti nomen accepit: sicut secunda Liuiae, a coniuge eius. Ita descendit hieratica in tertium nomen. Proximum amphitheatricae *q.* datum fuerat a confecturae loco. Excepit hanc Romae Fannii sagax *r.* officina,

ex secundis philuris erat contexta. Hieraticae appellatio tertiae attributa, quia ex tertiis; sicut Amphitheatrica ex quartis, et ita deinceps ordine, Saitica, Taneotica et Emporetica, quae ex postremis philyris, corticique proximis conflabatur. H.

q. Proximum amphitheatricae, etc.) *Athribicae*, Guilland. ab Athribitica praefectura, cuius meminerunt Strabo, Ptolemaeus, Stephanus. Athribin eius caput memorat auctor c. 10. V. Quidam ita dici potuisse suspicantur, quod in amphitheatris Aegypti, Alexandriaeque potissimum a concursu populi vacuis conficeretur, vt solent manuarii opifices in locis publicis a vulgi turba non occupatis, artem suam exercere. Fortassis et id Romae factum in aliquo amphitheatro, vnde nomen. *Dal.*

Amphitheatricae) Ita libri omnes. Et fuisse sane Amphitheatrum Alexandriae, tota diuitiis diffluente, simile veri est. Frustra Guillandinus *Arthribiticae* reponere nititur. H.

r. Fannii sagax officina) Rhemnium Fannium Palaemonem significat, qui, vt ait Tranquillus in Grammaticis illustribus, officinas promercalium chartarum et vestium exercuit, verna mulieris, sed manumissus, principem locum inter grammaticae doctores adeptus, sed libidine et vitiis omnibus tam infamis, vt Tiberius et Claudius palam dictarent nemini minus puerorum ac iuvenum institutionem commendandam: arrogantiae tam insolentis, vt Varronem porcum appellaret, secum natas et morituras litteras gloriaretur: quin etiam latrones aliquando sibi propter nominis celebritatem pepercisse: nomen praeterea suum a Virgilio non temere positum in Bucolicis, sed praesagiente poeta, fore se aliquando omnium poematum iudicem. *Dal.*

Fannii) De Rhemmio Fannio Palaemone, Grammatico Vicetino, (is enim hoc loco intelligitur,) vide inscriptionem veterem in Orthographia Aldi, p. 779. et Sueton. L. de illustr. Gramm. H.

officina, tenuatamque curiosa interpolatione principalem *s*. fecit e plebeia, et nomen *t*. ei dedit. Quae non esset ita recurata, in suo *u*. mansit amphitheatrica. Post hanc Saitica, ab oppido, vbi maxima fertilitas, ex vilioribus *x*. ramentis: propiorque etiamnum cortici [1] Leneotica, a vicino loco *y*., pondere iam haec, non bonitate, venalis. Nam emporetica *z*. inutilis scribendo, inuolucris chartarum, segestriumque [2] in mercibus *a*. vsum praebet: ideo a mercatoribus *b*. cognominata. Post

 hanc

1. *Taneotica. Ch. Taeniotica. Gr. et Al.* 2. *del. in Tol.*

s. Principalem) Dignam principe loco. H.

t. Et nomen) Vt Fanniana diceretur, sect. sq. H.

u. In suo) In suo nomine et ordine. H.

x. Ex vilioribus) Ex philyris postremis, propioribusque cortici. De Saitica praefectura, L. V. s. 9. H.

y. Propiorque etiamnum cortici Taeniotica a vicino loco) Vterque codex *leneotica* legit. Quidam scribendum putant, *leneotica a vicino lacu*. Nam lacus Graece *lenos* dicitur: sed magis probo legatur *Tanitica* ab vrbe Aegypti *Tani* celebrata omnibus. *Pintianus*.

Leneotica) Ita MSS. omnes, Reg. Colb. Par. etc. Libri vulgati, *Taeniotica*. Isidorus, L. VI. c. 10. Teneoticam legit. *Teneotica*, inquit, *a loco Alexandriae, qui ita vocatur, vbi fiebat*. H.

z. Emporetica) Isidorus l. c. *Emporetica, quod ea merces inuoluuntur, quum sit scripturis minus idonea*. H.

a. Segestriumque in mercibus, etc.) Quidam legunt *Stegestrium* ἀπὸ τῦ ςέγειν, σκεπτάζειν, καλύπτειν. Varroni tamen *Segestria* dicuntur stramenta e segete, quibus lecticas inuoluebant, vt ab imbre, puluere, et externis quibusuis iniuriis defenderent. Alii quaeuis ἐνειλήματα inuolucra sic appellari putant, quod iis segerantur, et seponantur, ac separentur quae occultant. *Dalec.*

Segestriumque) Pro chartis, inquit, et segestribus, mercium inuolucris adhibetur, Segestria vulgus apud nos appellat, *des serpillieres*, quibus merces inuolui solent. Vossium vide in Etymologico. H.

b. A mercatoribus) Quos Graeci ἐμπόρȣς vocant. H.

hanc papyrum *c.* est, extremumque eius scirpo simile, ac ne funibus quidem, nisi in humore, vtile. *d.* [1] Texuntur omnes madente tabula *e.* Nili aqua:

1. *Texuntur omnes tabulae madentes Nili aqua Gr. et Al.*

c. *Papyrum*) Nunc demum ventum est ad extimum corticem, quod papyrum vocat. H.

d. Extremumque eius scirpo simile) Vetusti codices legunt *extimum*, quod probo. *Scirpus* Festo iuncus palustris, procerus, et leuis, e quo tegetes fiunt, id quod repetit Isidorus cap. 9. XVII. Etymolog. Plinio cap. 18. XXI. Mariscus, ad vitilia et texendas tegetes idoneus, Graecorum Holoschoenos. *Dalec.*

Scirpo) Festus: *Scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur, leue et procerum, vnde tegetes fiunt.* Breuius iuncum dixisset. H.

e. Texuntur omnes tabulae, etc.) Hic Guillandinus, cui plurimum defero ob multas rarasque virtutes, eximiam doctrinam, iudicium acutum, summum diligentiam, et plurimam haud vulgarium rerum cognitionem, peregrinatione in semotas et longinquas regiones comparatam, ac denique amabilem et ingenuum animi candorem, Turnebum et Ruellium ignorantiae postulat, quod hunc locum non intellexerint, nec viderint *tabulas* hic dici papyri schedas, quae auulsae compingantur, non autem asserem philuris subditum, super quo glutinantur. Quod bona eius venia dictum sit, recte sensisse illos existimo, quod ex sequente clausula (*cum primo supina tabula scheda adlinitur*) innotescet, in qua Guillandinus putauit orationem Plinii sic accipiendam: cum primo scheda, id est, philura, adlinitur, et insternitur supina tabula, (auferendi casu) id est exporrecta in longum eadem philura. Hoc sane repetitionis genus insulsum, minime conuenit succinctae Plinii grauitati, quum pressius dici potuisset, et aptius, *cum primo supina scheda adlinitur.* Praeterea dum charta fiebat, necessum fuit tabulam subiici, super qua distenderentur rectae ac transuersae philurae, quae glutino, vel aqua Nili turbida committerentur: quod obiter hic Plinius indicat. Quinetiam tabulae significatio multum distat a philurae notione. Quamobrem manuscripti codicis fidem sequendam arbitror, qui habet,

bet, *Texuntur omnes tabulae madente Nili aqua:* ac rursum, *cum prima supina tabulae scheda adlinitur:* quibus verbis nihil clarius aut congruentius esse potest. Supinam schedam idem exponit, recto situ positam, quo modo Liuius *supinas manus* dixit erectas, matronis in publico dolore ad caelum et deos illas tendentibus. *Pronam manum* constat a medicis vocari, cuius vola terram spectat, *supinam*, quum eadem in caelum obuertitur, supplicantium more, quo gestu etiamnum Franciscani taciti et mussitantes orant. *Supinam schedam* ego potius interpretandam censeo, cuius pars quae in scapo vergebat introrsum, quum super tabula distenditur, extrorsum vertitur, nec tabulae lignum tangit. Sic enim posita, quia mollior, humidior, ac tenerior est, facilius superiniectam alteram amplexatur, et retinet. Idem legendum putat, *Transuersa postea cute peragitur:* At manuscripti codicis integritas nihil mutari suadet. Commodius autem et concinnius appellari non potuit chartarum textus, quam cratis nomine, ob rectas transuersasque philuras sibi mutuo superincumbentes, quae cratis, vel clathrorum figura est. Porro, an apricis locis chartae siccarentur, an vmbrosis et perflatis, non est indignum scitu, quod id pertineat ad Plinii litteram vel emendandam, vel confirmandam. Verum id quidem est, quae solo aquae humore glutinantur, dissilire, quum vapore Solis inarescunt, at quae luto pingui, aut pollinis flore aqua diluto cohaerent, Solis tepore et aestu, atque adeo ignis calore tenacius committuntur. Itaque qui chartas densas libris compingendis aut tegendis mercibus conficiunt, vbi prelo chartae quadratam plagulam satis presserunt, insolatu siccant et librarii, voluminum quae consuuntur posteriora glutine oblita, vel igni admouent, vel Soli exponunt, vt citius resiccentur. Quamobrem et olim chartas insolatu durari, siccarique solitas, vero absimile non est. Ac quoniam vocabulorum, quibus Plinius historiam papyri et chartarum explicuit, varietas lectorem in hac re parum versatum remoratur, eum iuuare statum est aliquot expositis. Scapum papyri quatuor plerumque cubitos, id est, sex pedes longum, tunicis siue membranis ad summum viginti constantem, aquis extractum praecidebant, ad verticem, siue cacumen, quia pars illa gracilior foret ac inualidior, et ad radicem, quia tenella molliusculaque ea pars, humore

aqua: turbidus liquor vim [1] glutinis [2] praebet vicem. Primo

1. *Sic et M. Turbidus liquor vim glutini praebet eum primo supina tabula Gr. et Al.* 2. *praebet in re, cum primo. M.*

more adhuc perſuſa flacceſceret firmitateque careret ad glutinationem, preli torturam, malleorum ictus, laevigaturam neceſſaria. Quantum vtrimque amputaretur, nón proditum. Ad pedem circiter vnum reſecatum coniector, vt quatuor pedes truncati ſcapi ſupereſſent, quem tum demum in duo diuidebant medium, ferro quodam ad id deſtinato, et aptato, quod fortaſſis *acum* vocauerunt, membranis ſeparantes, e quibus recto, tranſuerſoque ſitu collocatis chartam conficerent. Has membranas ſiue tunicas a ſcapo reuulſas Plinius *philuras*, *ſchedas*, *ramenta* vocat, quum in tabula recto ſitu diſponuntur, *ſtamina*, ſiue *ſtatumina*, quum tranſuerſo, *ſubtegmina*, vocabulis e textorum officina petitis: earumdem, ſiue in rectum, ſiue in tranſuerſum coniunctarum ſeriem et ſtruem, *corium*, quod ad Claudii vſque tempora duplex tantum fuit prius rectis fibris, alterum tranſuerſis: eius vero iuſſu triplex in ea charta, quam de ſuo nomine Claudiam vocauit. Illam enim primo et tertio corio rectis, ſecundo tranſuerſo contexuerunt. *Papyrum* pro philuris nuſquam Plinius vſurpat, et apud Vlpianum tertio De legatis, papyrum ad chartas paratum, non tam philuras, quam papyri ſcapos intelligunt, quod philurae diſtrahi non ſolerent, vt ad manum et in parato eſſent, niſi quum inſtaret confecturae tempus. *Taenia* (chartae vitium) quid Plinio ſit, paulo poſt declarabimus. Ea certe vox pro philura nuſquam apud illum reperitur, quamuis in eo ſignificatu dici poſſe non inficior, vt nec pagina, nec tabula, nec plagula. Eſt enim *plagula* chartae confectae, et ſuis iam philuris textae, veluti lamina, quam in linteis noſtris chartis, *folium* vulgus nuncupat. Eius autem vtraque facies, auerſa et aduerſa, ſiue anterior et poſterior, *pagina*. De tabula, quae iacentes philuras ſuſtinebat, quoad peracta crates, et abſoluta textura fuiſſet, antea tractatum. Reſtat *cutis* nomen, quod in *cratis* expunctae locum recipiendum non arbitror, reclamantibus antiquis exemplaribus, nec quadrante ipſa ſignificatione *cutis*,

Primo [1] supina *f.* tabula scheda adlinitur longitudine papyri, quae potuit esse, resegminibus vtrimque amputatis: transuersa *g.* postea crates [2] peragit

1. *Supinae tabulae schida. Tur.* 2. *Sic et M. deinde crates peragit. Turn. peragitur Gr. et Al.*

cutis, quae semper extima et obuia est, quum philularum multae in profundo abstrusae delitescant, maxime praestantiores ac meliores, et si quae philura *cutis* vocanda sit, extrema tantum omnium deterrima, eam appellationem mereatur. *Dal.*

Texuntur omnes) Omnia genera chartarum superius memorata texuntur super tabula, siue assere ligneo, qui Nili prius aqua madeat: haec enim aqua glutinis instar est, quum praecipue est turbida. Texi porro papyrus dicebatur, quod plane in morem telarum peragi soleret, et stamen suum, suumque subtemen, haud minus quam tela, haberet. Vide N. et Em. N. XV. (hic coll.) *Texuntur*) Ita MSS. R. Colb. et Par. in quibus, *madente tabula*, mox *glutinis praebet inrecum*, legitur: non vt libri vulgati, *Texuntur omnes tabulae madentes — liquor vim glutini praebet cum primo.* Traducit se Guillandinus, quum legit postea, *siccantur sutae plagulae:* et Scaliger in Guillandinum, dum mauult, *siccantur solae plagulae*, existimatque, destructo cratis contextu, qui fuerat operose concinnatus, exemtas schedas seorsim siccari. Guillandinus etiam paullo ante, *Transuersa postea cute peragitur.* Sed piget ista similiaque commemorare, quae praeter conspirantem codicum consensum ipsa orationis Plinianae, quam planissimam esse demonstrauimus, textura conuellit ac reiicit. H.

f. Primo supina) Erecta paululum, supinaque tabula, scheda seu philyra primo adlinitur, quae ea longitudine sit, qua papyrum est, vnde exsecta philyra est, resegminibus vtrimque amputatis. Mox ab vtroque illius latere alia atque alia adiungitur: vt pluribus tabula sternatur philyris, quemadmodum in tela stamen filis pluribus constat parallelis. Cassiodorus l. c. de papyro. *Iunctura sine rimis, continuitas de minutiis, viscera niuea virentum herbarum, scripturabilis facies, quae nigredinem suscipit ad decorem, etc.* H.

g. Transuersa) Deinceps, inquit, aliae philyrae transversae superponebantur, quae

[1] Premitur deinde prelis, et ſiccantur Sole plagulae *h.*; atque inter ſe iunguntur, [2] proximarum ſemper bonitatis diminutione ad deterrimas. Numquam [3] plures ſcapo, quam vicenae. *i.*

XXIV. Magna in latitudine earum differentia: (XIII.) digitorum optimis *k.*: duo detrahuntur hieraticae *l.*: Fanniana denos habet: et vno minus amphitheatrica: pauciores Saitica: nec malleo ſufficit *m.*: nam emporeticae breuitas ſex digitos non exce-

1. Premuntur deinde prelis, et ſiccantur ſatae vel vdae. Guil. 2. *intimarum, etc. ad extimas.* Dal. 3. *plures philurae ſcapo.* Vet.

quae cratem peragerent: crates enim ſic texuntur, ex directis ſcilicet, tranſuerſiſque virgis. Sic etiam in tela ſubtemen ſtamini tranſverſum inſeritur. Quare chartam omnem bilicem fuiſſe, vt telam, ſcito. Hoc vno diſcrimine, quod in conficienda charta ſubtemen ſtamini ſolum imponebatur, et connectebatur idem glutini ope: in tela autem ſtamini ſubtemen inſeritur, decurritque per medium, mutuo amplexu, veluti nodo conſtrictum. H.

h. Plagulae) Vtraque igitur ſcheda ſic contexta, ex duplici ſerie rectarum, tranſverſarumque philyrarum, plagulae appellabantur: nos papyri folia vulgo vocamus. Ex his plurimae, hoc eſt, vicenae ſimul iungebantur, vt ſcapum efficerent: proximae, ſiue extimae, meliores: deinde bonitatis diminutione deterrimae in medio. H.

i. Quam vicenae) Folia nos hodie quaterna et vicena in papyri, vt barbari aiunt, manu: vt Latini, ſcapo ponimus. H.

k. Optimis) Auguſtae, et Liuiae: maxime vero Claudiae, de qua inferius. H.

l. Hieraticae) Quae tertium, vt dictum eſt ſupra, nomen obtinuit. Fuit haec vndenûm digitorum. H.

m. Nec malleo ſufficit) Vel tam anguſta eſt, vt malleum qua parte ferit latiorem, non adaequet, vel tam fragilis eſt, vt malleo percuſſa diſrumpatur. Rugoſas chartas malleorum ictum complanare, ac extendere mos fuit, vnde l. XXXII. Pandectarum Vlpiano, *libri malleati.* Guillandinus.

Nec malleo) Adeo anguſta eſt, vt malleum latitudine non

excedit. Praeterea spectantur in chartis, tenuitas, densitas, candor, laeuor. Primatum *n.* mutauit Claudius Caesar: nimia quippe Augustae tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Ad hoc transmittens litteras liturae metum afferebat *o.* [1] ex auersis *p.*: et alias indecoro visu pertranslucida. Igitur e se-

1. *Sic quoque Vet. et Turn. ex aduersis. M. afferebat aduersis Gr. et vulgg.*

non adaequet: multoque minus Emporetica par malleo fuit: quum eius breuitas sex digitos non excederet. H.

n. Primatum) Primas Augustae chartae ademit: dedit Claudiae a se cognominatae. H.

o. Liturae metum afferebat aduersis) Vterque codex, *liturae metum afferebat ex auersis.* Pintianus. *Liturae metum afferebat aduersis) Aduersa charta*, anterior et nostris oculis obiecta, quam scribentes contuemur, in qua calamus properat: *auersa*, posterior, et a tergo posita. Litura vero effusi sparsique atramenti in bibula charta macula, ei similis, quam penna scripturam delentes, inducimus. Apparet certe ea magis in auersa chartae facie, illo subeunte atramento, vt quum aduersa iam aliquid scriptum est, in auersa maculis nigris foedata praeterea nihil pingi queat. Vtraque vero facie veteres scripsisse, testantur hi versus Iuuenalis: *Scriptus, et a tergo necdum finitus Orestes.* Martialis: *Scribit in auersa Picens epigrammata charta: Et dolet, auerso quod facit illa Deo.* Commentarios opisthographos, sic descriptos vocant, quibuscum nonnihil similitudinis habent Aduersaria, nempe tabulae tumultuariae, et multis rebus coniectis negligenter scriptae, quae in codices referuntur iustos, aeternos, ordine digestos. Cicero pro Roscio. De syngraphis, opisthographis, autographis, cheirographis, Alex. ab Alex. c. 30. l. II. *Dal.*

p. Ex auersis) Subintellige, litteris. Ita MSS. omnes, non *aduersis.* Auersa littera est, quae a tergo scripta est: sic charta auersa, ὀπισθόγραφος. In translucida charta metus, inquit, liturae fuit ex auersa scriptura. Lituram intellige, maculam quae funditur ex atramento in chartam bibulam. H.

e [1] ſecundo corio *q.* ſtatumina facta ſunt: e primo, ſub-

1. *Igitur et ſecundo corio ſtatumina facta ſunt e primo ſubtegmine*, *Gr. et Al.*

q. Igitur et ſecundo corio, etc.) Vetuſtus codex: *Igitur et ſecundo corio ſtamina facta ſunt, vt primo ſubtegmina:* ſenſu nihil diſcrepante, ſi etiam *ſtatumina* legamus: *ſtamen* id eſt, quod colo advolutum mulieres nent: et in textrinis filum telae directum, intra quod ſubtegmen, ſiue trama currit tranſuerſim: *ſtatumen* vero, ridica, ſiue palus, quo vitis fulcitur. Auctoris ergo ſenſus eſt minime obſcurus, in charta Claudia, ſicut primo corio, e rectis philuris confecto, additum eſt ſecundum, velut ſubtegmen, aut trama, e ſchedis tranſuerſis textum, ſic huic impacta, pro tertio corio, ſiue ſtamina, ſiue ſtatumina rurſum e rectis philuris compoſita, quemadmodum in primo corio. *Dal.* *Igitur et ſecundo corio ſtatumina facta ſunt e primo ſubtegmine)* Hermolaus *ſtatumina* defendit, vbi ante *ſtamina* legebatur, ex vetere vt ait lectione, et ſane ſic noſtra praeferunt exemplaria. Sed neque Hermolao, neque Merulae, neque ſcriptae lectioni hac parte accedo, commodioremque duco lectionem *ſtamina*, quam *ſtatumina*: nam ſi *ſtatumina* legatur, vt Hermolaus et Merula probant, quis obſecro erit intellectus ſequentis dictionis *ſubtegmine*? Igitur ſic accipio: ad roborandam tenuitatem additum alterum corium, hoc eſt philuram, et ita duo coria in tabula fuiſſe locata, vt primum vicem ſtaminis praeberet, ſecundum ſubtegminis, tranſuerſae locata, vt ſupra dixerat, *Peragitur tranſuerſa crates.* Pintianus. *Igitur et ſecundo corio ſtatumina, etc.)* Lege: *Igitur e ſecundo corio ſtamina facta ſunt, e primo ſubtemina.* Hinc et texi charta dicebatur, quod in morem plane telarum texeretur, et ſtamen ſuum, ſuumque ſubtemen haud minus quam tela haberet. Antea enim dixit: *texuntur omnes madente Nili aqua.* Quae verba ſic legenda: *Texuntur omnes tabula madente Nili aqua, turbidus liquor glutinis praebet vicem. primo ſupina tabula ſcheda adlinitur longitudine papyri, quae potuit eſſe praeſegminibus vtrimque amputatis; tranſverſa poſtea cratem peragit. Premuntur deinde prelis et ſiccantur ſub ſole plagulae, atque*

ſubtegmina. Auxit et latitudinem. Pedalis erat r. menſura,

atque inter ſe iunguntur. Vide *Salmaſ.* Hiſt. Aug. 444. b. 445. a.

Igitur) Igitur iam non ex tenuiſſimis primis philyris, quibus Auguſtae tota conſtabat, ſed partim ex primis, partim ex ſecundis chartam laudatus proxime Imperator curauit confici, cui primatum arrogauit: Quum antea Auguſtae chartae ſtamen ſubtemenque fieret ex iisdem, hoc eſt, primis philyris, atque adeo nimia eius tenuitas foret: Liuiae ſtamen ſubtemenque pariter e ſecundis: Claudius medium ex vtraque genus excogitauit, quod calamos toleraret, nec tranſmitteret litteras: ex primis philyris, (corium μεταφορικῶς vocat) chartae ſui nominis fieri ſtamen, ſeu ſtatumen, praecepit: ex ſecundis, ſubtemen. Locum hunc vna MSS. codicum ope ſanauimus: quibus Scaligeri, Guillandini, aliorumque coniecturae peſſum eunt. H.

r. Pedalis erat menſura, etc.) Vetuſtus codex legit: *Reuulſione ampliores infeſtante paginas.* Macrocolla ἀπὸ τῶν μακρῶν κολλῶν dicta Guillandinus cenſet, tamquam a longo tergore: ego potius ἀπὸ τῶν μακρῶν κώλων, a longis velut artubus et membris. Menſura pedalis, et cubitalis, id eſt, ſeſquipedis, harum chartarum, an in longitudinem exporrigeretur, an in latitudinem, Plinius non ſtatuit, in latitudinem potius exiſtimo, quandoquidem hic agitur de latitudine, et ſcapi papyri, vnde ſchedae diſtrahebantur, nota eſt longitudo, circiter quatuor pedum, quae ad pedis vel cubiti menſuram contrahi non potuit, quamuis μακρωκόλλȣ nomen longitudinem potius indicet, quam latitudinem. Quod autem vnius ſchedae reuulſione ampliores, vel plures paginae infeſtarentur, hoc nos docet plagulas chartae confectae, ſiccatae, malleatae, laevigatae plicari ſolitas in paginas, vt fit et in noſtris linteis, quae quo ampliores eſſent, magis ſcriptura conturbaretur, ac laederetur, ſi quis vnam philuram vel improbitate ac malitia, vel corruptam ac vitioſam exemiſſet. Auguſtam epiſtolis laudatam et relictam, Martialis epiſtolarum lib. vlt. *ſalutatricem* lib. IX. vocat: *Marcus amat noſtras Antonius, Attice, Muſas, Charta ſalutatrix ſi modo vera refert.* Quod pro Liuiana reponit Guilland. Fannianam, vt Auguſtam, Liuianam, Hieraticam eamdem eſſe conſtanter affirmare non

mensura, et cubitalis [1] macrocollis *s.*: sed ratio deprehendit vitium, vnius schedae *t.* reuulsione plures infestante paginas. Ob [2] haec praelata omnibus Claudia, Augustae in epistolis auctoritas relicta: Liuiana suam tenuit, cui nihil [3] primae erat *u.*, sed omnia secundae.

XXV.

1. Sic et M. macrocolis Gr. et Al. 2. sic ex MSS. em. Hard. hoc Gr. et Al. 3. sic ex MSS. em. Hard. primum erat, sed omnia secunda. M. in vulgg. lectione Turn. expungit e. Cui nihil e prima erat, sed omnia e secunda Gr. et Al.

re non desinat, id contra veterum codicum auctoritatem statui, a nobisque minime probari supra dictum est. Hinc quidem nos pro aestimationis ac pretii ordine, et latitudinis varietate, quoniam fere par esset omnium longitudo; chartas numerare, ac suis classibus recensere possumus, Augusti tempore macrocolas primas, pedem aut sesquipedem latas: Augustam et Liuianam optimas digitos tredecim: Hieraticam vndecim, Fannianam decem: Amphitheatricam nouem: Saiticam, et quam omisit auctor, Taniticam, pauciores nempe septem, vel octo: Emporeticam sex: quas omnes anteiuit et bonitate et dignatione Claudia, principatu Claudii texta e duobus staminibus, siue statuminibus et interiecto vno subtegmine, optimis, nempe Augusta et Liuiana, aliquanto latior, vt suspicor ad digitos quatuordecim, vel quindecim. *Dal.*

s. Macrocollis) Ita MSS. R. Colb. etc. non *macrocolis*: hoc est, *μακροκόλλοις* non *μακροκώλοις*. Chartae olim inter se iungebantur, et glutine compingebantur. Maiore modulo compaginatam chartam *μακρόκολλον* vocabant. Hae *chartae maiores*, apud Suetonium in Augusto. Et apud Martial. L. I. epig. 45. *maior charta, minorque*: quod fugit omnes adhuc interpretes. H.

t. Vnius schedae) Quum plagula vna longior eximebatur a prelo, vt siccaretur Sole, abstrahi in totum ea vix poterat, quia scheda aliqua transuersa seu philyra a sua pagina diuelleretur, subiectasque paginas (nos folia dicimus) iis adhaerescens, laederet, infestaret, corrumperet. H.

u. Cui nihil e prima erat) Quae nihil accipiebat ex prima

XXV. Scabritia laeuigatur x. dente, concha-
ve:

ma philura, sed omnia coria ex secunda: vel, quae nullas dotes primae, nimirum Claudiae, sed omnes secundae, nimirum Augustae, habebat. *Dal.*

Cui nihil) Quae nullas primae, hoc est, Claudiae dotes haberet: haberet autem omnes secundae, hoc est, Augustae. H.

x. *Scabritia laeuigatur)* Vitia chartarum hic auctor memorat quatuor, scabritiem, rebellem contumaciam, lentiginem, taeniam vnam, vel plures. Scabritiae remedium est, dente vel concha, politura, moderatione tamen adhibita, ne vehementius exteratur. Nam quamvis ea complanatione, ac erugatione splendeat magis, fulgenteque nitore oculis placeat, validiore tamen attritu non sorbet atramentum, sed respuit, et, si quae literae appictae sint, instabilis et fugax scriptura non permanet. Alterum vitium est rebellio. Rebellant qui armis subditi et pacati bellum rursus mouent. Rebellat humor incuriose datus, quum artificis curae ac studio reluctatur pertinacius, nec omne corii spatium ex aequo rigat, et oblinit, sed alicubi subsistit copiosior, alibi parcior affunditur, vnde plagularum fit inaequalis et superficies et resiccatio. Nam cum probe curatam, subactam, tractatamque chartam esse putat artifex, nec quicquam operae suae praeterea desiderare, tum contra eius spem vitium id detegitur, et tamquam recrudescit, quod iterum eius diligentiae negotium faciat. Est itaque retexenda charta, et eodem labore domanda, atque pervincenda, quo prius. Malleo deprehenditur hoc vitium, aut quod eminentiora tubera, depressioresque lacunas plagularum, inaequali percussu tundat, et inuenusta deformitate tusas ostendat. Prodit arguitque eam labem etiam odor, charta praesertim negligentius prelo compressa et siccata, muccidus, virosus, foetidus putrescente ac situm olente humore, qui nec prelo est elisus, nec insolatu dissipatus. *Lentigo* macula est chartarum plagulis aspersa, colore ruffa, vel subruffa, qualis in hominum ore conspicitur. Graecis φακός. Ab ea in facie crebra Φακᾶς Dioscorides, auctore Suida, cognominatus est. In charta ergo naeuos, sordes, decolores punctorum notas, et maculosas velut aspergines *lentiginem* Plinius vocat: quae

ve*y*.: fed caducae *z*. litterae fiunt. Minus forbet politura charta, [1] magis fplendet. Rebellat faepe humor *a*. [2] incuriofe datus primo, malleoque *b*. deprehen-

1. Magifque. Dal. 2. fic ex MSS. em. Hard. Incuriôfe datus, primoque malleo deprehenditur Gr. et Al.

quae fiebant, dum compingerentur coria, fi quid illaberetur impurius, quod natiuum colorem inquinaret, aut fi quid in fchedis contortum et conglobatum chartam infufcaret. Oculis id cognofcebatur, vel perfecta ftatim charta, fi maculae in aperto forent, vel ad Solem explicata, fi altius infiderent. Quartum et poftremum vitium *taenia* eft, non, vt retur Guillandinus, philura, vel fcheda, fed oblongus et anguftus in plagulis ductus, nullo glutine, aut pingui humore litus, et opertus, in quo fola papyri fungofa et bibula raritas abfque vllo tectorio calamis fcribentium occurrit, et litteram, fiue atramenti picturam dum haurit, diffundit, quod nec ictu mallei, nec oculorum confpectu exploratur, fed fcriptura tantum, dum picta litera liquefcens vtraque parte combibitur, et tam auerfam, quam aduerfam faciem inquinat. *Dal.*

Laeuigatur) Complanatur, erugatur, politur. Chartarum nunc vitia expedit. H.

y. Conchaue) Veneria, quam Echneidis nomine Mutianus depingit. *Dal.*

z. Caducae) Fugax eft, inftabilifque fcriptura: Moderate tamen polita attrita non forbet atramentum papyrus, fed retinet; et nitore tum magis oculis placet. H.

a. Rebellat faepe humor, etc.) Leg. *Rebellat faepe humor incuriofe dato primis, quod mal. depr. aut et. od. quum fuerint indiligentiores, etc.* Rebellat, interpretor, humore nimio madida inflatur, et ob inaequalem tumoris molem, fcribenti velut refiftit, ac reluctatur. Alii poftrema legunt, *quum fuerit graueolentior.* Dal.

Rebellat) Humorem vocat liquorem Nili turbidum, qui glutini, vt diximus, vicem praebebat in texendis chartis; hic fi primo incuriofe et minus temperate datus fuerat, rebellabat interdum, et quod effet humore paffim nimio madida, fcribenti veluti refiftebat, atque reluctabatur. H

b Malleoque) Quia exprimitur malleo humor, exfudatque fub ictibus, qui minus probe fuit prelo exfuctus. H.

prehenditur, [1] aut etiam odore *d.*, quum [2] fuerit indiligentior. *e.* Deprehenditur et lentigo oculis *f.*: sed inserta mediis glutinamentis *g.* taenia *h.*, fungo papyri

1. *Et vi etiam odoris. M.*

2. *fuerit ars indil. Vet.*

d. Odore) Prodit etiam labem odor, charta praesertim negligentius prelo compressa, siccataque, foetidus ac situm olens: qui nec prelo elisus est, nec insolatu dissipatus. H.

e. Indiligentior) Ita libri omnes. Forte rectius, *indulgentior*, hoc est, largior, abundantior, humor scilicet. H.

f. Deprehenditur et lentigo oculis) Fortassis, *osculis*, nempe contactu labrorum madidorum, quomodo chartae nostrae bonitatem probamus. *Chiffletius.* Non probo. *Dalec.*

Lentigo) Macula lentiginosa, chartarum plagulis adspersa, colore subrufa, qualis in hominum ore conspicitur. Hae sordes, hi naevi deprehenduntur oculis, obuersa ad Solis lumen charta. H.

g. Sed inserta mediis glutinamentis taenia, fungo papyri bibula, vix nisi littera fundente se) Scribo, *Sed inserta mediis glutinamentis. Tanitico papyro bibula vis nisi littera fundente se.* De Tanitico papyro supra hoc capite, et exemplaria ambo *vis* legunt, non *vix.* Pint.

h. Taenia) Taenias auctor vocat angustos, oblongos, et inanes sub schedis veluti linearum ductus, quibus vel gluten non adhaesit, vel illitum euanuit, aut corruptum est: quod fit, vt aiunt eius artis magistri, si dum plagulae funibus appositae siccantur: aura vehementior afflauerit, praesertim Austri: vel gluten ob nouitatem liquidius iusta tenacitate careat, vel muccescat vetustate, vel Austro flante, humidioreque caelo coctum et corruptum fit. Lego *taenia vix nisi litera iunco papyri bibulo fundente se.* Dalec.

Taenia) Taenia, inquit, hoc est, inanis quidam in plagulis ductus, cui vel gluten non adhaesit, vel illitum euanuit, aut corruptum est, iam neque malleo, neque oculis, sed vix aliter, quam scriptura ipsa deprehenditur: nam dum sola papyri fungosa, bibulaque raritas, absque tectorio vllo, calamis scribentium occurrit, litteram siue atramenti scripturam, dum haurit, diffundit: itaque ea combibitur, et vtramque chartae faciem, tam auersam quam aduersam, inquinat. H.

papyri bibula, vix [1] nisi littera fundente se: tantum inest fraudis. Alius igitur iterum texendis labor. *i.*

XXVI. Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur feruente aqua, minimo aceti aspersu: nam fabrile, gummisque, fragilia *k.* sunt. Diligentior cura: [2] mollia panis fermentati [3] colata aqua feruente: minimum hoc modo intergerii *l.*: atque etiam [4] lini lenitas *m.* superatur. Omne autem glutinum, nec vetustius esse debet vno die, nec recentius. Postea malleo tenuatur, et iterum glutino percurritur, iterumque constricta erugatur, atque extenditur malleo. Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Caiique Gracchorum manus, quae apud Pomponium Secundum *n.* vatem ciuemque clarissimum

1. *Nisi literae fundenti se tantum est fraudi. Scalig.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. molli panis Gr. et Al.* 3. *colato, subint. moll. Dal.* 4. *Nili, Gr. et Al.*

i. Alius igitur iterum texendis labor) Toletanus codex non *texendis* agnoscit, sed *tenendis:* vt putem scribendum *tenuandis.* Nam vt paulo ante dixit, *spectatur in chartis tenuitas, densitas, etc.* Pint.

k. Fragilia) Nec conuolui et complicari chartam patiuntur. *Dalec.*

l Intergerii) Μεσοτοίχε. *Int.rgerini parietes* Festo, inter confines exstructi: vel etiam qui medii inter distantissimos pro fultura intergeruntur, sustinendis trabibus accommodati. Eorum fit mentio, cap. 14. lib. XXXV. et cap. 10. lib. XI. *Dalec.*

Intergerii) Quum esset gluten illud tenuissimum, leuissimumque, minimum inter singulas schedas spatium occupabat. Intergerium vocat medium glutinamentum, quod inter duas schedas interiectum erat. Ab intergerino pariete ducta metaphora. Vide Voss. in Etymol. H.

m. Lini lenitas) Ita MSS. omnes, non *Nili*, vt editi, quod est ineptum. Hoc inquit, glutine laeuior fit charta, ita vt ne lino quidem chartae laeuitas cedat. H.

n. Apud Pomponium Secundum) Huius meminit auctor cap. 19. lib. VII. et cap. 4. lib. XIV. Plinius Nepos lib. III. epist. Tacitus. *Dalec.*

Pompo-

mum vidi annos fere post cc. Iam vero Ciceronis, ac Diui Augusti, Virgiliique saepenumero videmus.

XXVII. (XIII.) Ingentia [1] exempla contra Varronis *o.* sententiam de chartis reperiuntur. Namque Cassius Hemina, vetustissimus auctor *p.* Annalium, quarto eorum libro prodidit, Cn. Terentium *q.* scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa, qui Romae regnavit *r.*, situs fuisset. In eadem libros eius *s.* reper-

 tos.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Ingentia quidem exempla, Gr. et Al.*

Pomponium) Diximus de eo L. VII. s. 18. H.

o. Contra Varronis) Qui ante Alexandriam conditam vsum charrae ex papyro Aegyptia confectae, fuisse negabat, vt dictum est s. 21. H.

p. Vetustissimus auctor) Verissimus, Guillandinus: nam is Augusto et Tiberio coaevus, quibus historiam suam dicauit, Plinium vix antecessit annis 70. *Dal.*

Vetustissimus) Vide N. et Em. N. XVI. (hic adi.) *C. Hemina)* Negat Guillandinus *vetustissimum* recte dici, qui Plinium annis LXX. vix antecessit. Simlerum sequitur Guillandinus, Dalecampius Guillandinum. *Verissimum* inuitis exemplaribus reponunt. Errorem conuellimus in Auctorum Indice, quem tu, lector, consule. H.

q. Cn. Terentium, etc.) Lucium Paetilium, Liuio, Lactantio, Valerio Maximo. *Dalec.*

Cn. Terentium) Vide N. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Cn. T.)* Sic Varro eum appellat, apud Augustinum de Ciu. Dei, L. VII. c. 34. Sic etiam Festus, verbo *Numam.* Quamobrem qui L. Petilium pro Terentio dixerunt, vt Val. Max. L. I. c. 1. n. 12. aliique, vt a Plinio diffident, sic aberrant a veritate: ac Praetoris nomen, qui libros inuentos comburi iussit, pro eius nomine qui inuenit, falso supponunt. H.

r. Qui Romae regnauit) Et non minus trecentis annis Alexandro superior aetate fuit. *Dalec.*

s. Libros eius, etc.) Liuius lib. X. belli Macedon. Plutarchus in Numa, Valerius Max. cap. 1. et lib. I. Lactantius cap. 22. lib. I. Institut. D. Augustinus cap. 34. lib. VII.

tos. P. Cornelio, L. F. Cethego *t.*, M Baebio, Q. F. [1]Pamphilo *u.* Coss. ad quos a regno Numae *x.* colli-

1. *Tamphilo. Sigonius.*

VII. de Ciu. qui ex Varrone duodecim numero libros illos fuisse refert. *Dalec.*

t. P. Cornelio L. F. Cethego, etc.) Liuius eo anno Consules scribit C. Baebium Tamphilum, et M. Aemilium Lepidum. Plutarchus quadringentis tantum annis post regnum Numae id accidisse in eius vita scribit: neque id factum imprudentia bubulci aratoris, qui terra proscissa duas arcas et non solam vnam euertit, sed alluuie vehementissimorum imbrium, qui tumulum perrupere. *Guilland.*

Cethego) Caue Cethego huic adscribas, aut ei quem Catoni comparat Horatius, L. II. ep. 2. v. 117. nummum argenteum, qui est in Thesauro Regio, cum Cethegi, vt creditur, nomine. Caput Romae galeatum exhibet, galea desinente in formam pilei, quem gerunt equites nostri, Dracones appellati: vt et Germanici. Retro, EX. SC. *Ex Senatusconsulto* .)(. Vir caprae inequitans, palmam humero gerit: infra capram, CETEGVS. litteris tribus inter se nexis TH. et E. Inferius, ROMA: intra coronam lauream, victoriae symbolum alterum, Si *Cethegus* hic intelligendus esset, non sine gentis suae, scilicet non sine Cornelii nomine scriberetur; nec tali situ. Sententia est: *Cohors Equestris Traiani, Hostilem Equitatum Germanorum Vicit Sexies.* Capra symbolum illius cohortis Equestris fuit, quia Ioui sacra: vnde et Iouem fabulae ferunt caprino lacte nutritum. Cohortem fuisse victricem et palmae ramus, et laurea corona significat: de Germanis autem equitibus, forma galeae, qua Roma tegitur. Inde haud dubie Traianus *Germanicus* est cognominatus. Nummi alii quinque, quos ex Goltzio profert D. Vaillant, inscriptos CETHEGVS, ficti illi in otio sunt. H.

u. Pamphilo) Ita libri omnes, etiam MSS. Gessere hi Consulatum A. V. DLXXIII. Liuio quidem teste, L. XL. p. 50. vbi Corn. Lentulus, et Baebius Pamphilus appellantur. Est quidem in nummis e Thesauro Regio, et apud Patinum, in Familiis, p. 45. TAMPIL. Sed habent eae litterae hanc sententiam: *Titus Antoninus Marathi* (in Phoenicia) *Praesidiariam Imposuit Legionem.* Caue

colliguntur anni DXXXV. *y.* et hos fuiſſe e charta *z.*: maiore etiamnum miraculo, quod tot infoſſi [1] durauerunt annis: quapropter [2] in re tanta ipſius Heminae verba ponam. Mirabantur alii, quomodo illi libri durare potuiſſent: ille ita rationem reddebat: Lapidem fuiſſe [3] quadratum circiter in media arca vinctum candelis *a.* quoquo verſus. In eo lapide inſuper libros impoſitos fuiſſe: propterea arbitrari eos non computruiſſe. Et libros [4] citratos fuiſſe *b.*: propterea arbitrarier tineas non [5] tetigiſſe.

1. *Durauerint.* M. 2. *hic retenta.* M. 3. *quadratum circiter in medio. In eo lapide inſuper libros impoſitos fuiſſe, arcte vinctos, candelis quoquo verſus. Propterea arbitrarier, etc.* Guilland. *medio arcae vinct. cand. quaquauerſum* M. *medio arcte vinctum.* Vet. 4 *cedratos* Gr et vulgg. 5. *contigiſſe. Nulla in iis libris ſcripta erant, niſi.* Vet.

Caue enim credas Faſtis afferentibus *Tamphilum* cognomen Baebiae gentis eſſe. Caput Romae victricis galeatum et alatum nummus exhibet ea parte: altera, quadrigas currentes: infra, M. BAEBI. C. F. *Marcus Baebius* Triumuir Monetalis *Caii* pariter Triumuiri *Filius.* H.

x. A regno Numae) Ab initio regni: quod ille capeſſiuit A. V. C. XXXVII. H.

y. Anni DXXXV) Plut. in Numa, p. 74. annos numerat fere quadringentos: ſed magno errore. H.

z. E chartá) Quae ex papyro Aegyptia eſſet conflata. H.

a. Candelis) E ſcirpis, vel ex corylo, vt ipſe monet, L. XVI. ſ. 70. H.

b. Et libros cedratos fuiſſe) Cedrio ſiue cedria perunctos, de qua vide c. 11 L. XVI. et cap. 3. L. XXIV. Vitruvius cap. 9. L. II. *quae vnguntur cedrio, vt libri a tineis et carie non laeduntur.* Hinc illud, — *et cedro digna loquutus.* Dalecamp. Exemplar Tolet. *citratos*, non *cedratos* legit. *Pintianus.*

Libros citratos) Quibus videlicet interiecta citri folia, quorum haec propria dos, vt arceant animalium noxia, hoc eſt, tineas, quemadmodum dictum eſt lib. ſup. ſ. 7. vbi vide quae in Notis adiicimus, de citroſa veſte. In libris

giſſe. In his libris ſcripta erant philoſophiae Pythagoricae. *c.* Eoſque combuſtos a Q. Petilio *d.* Praetore, quia philoſophiae ſcripta eſſent. *e.* Hoc idem tradit [1] L. Piſo *f.* Cenſorius primo commentariorum: ſed libros ſeptem *g.* iuris pontificii, totidemque *h.* Pythagoricos *i.* fuiſſe: Tuditanus decimo tertio, Numae [2] decretorum fuiſſe: ipſe Varro Humanarum antiquitatum [3] ſexto, *k.* Antias ſecundo *l.*, duos pontificales Latinos, totidem Graecos praecepta philoſophiae continentes. Idem *m.* tertio

1. *C. Piſo Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. decretorum libros duodecim fuiſſe. Ipſe Varro. M. Numae decretorum fuiſſe. Al. Libros duodecim fuiſſe, ipſe Varro Humanarum antiquitatum quinto Gr. et Al.* 3. *ſic et M. vide Annot.*

libris hactenus editis, *cedratos* legitur. At MSS. R. Par. Tol. *citratos*. H.

c. Pythagoricae) Liuius, L. XL. p. 513. hoc ipſum referens, *Adiicit Valerius Antias*, inquit, *libros Pythagoricos fuiſſe: vulgatae opinioni, qua creditum Pythagorae auditorem fuiſſe Numam, mendacio probabili accommodata fide.* H.

d. A. Q. Petilio) Liuius, l. c. Lactant. L. I. c. 22. Plutarch. in Numa, p. 74. ex Piſone, ὡς ἱςόρησε Πείσων. H.

e. Quia philoſophiae ſcripta eſſent) Et quod lectis rerum ſummis animaduertiſſet, pleraque religionum diſſoluendarum eſſe. *Liuius.*

f. L. Piſo) Vide Auctorum Indicem. In libris vulgatis perperam. *C. Piſo.* H.

g. Septem) Latinos. *Pint.*

Libros ſeptem) Latinos nempe de iure Pontificum, totidemque Graecos de diſciplina ſapientiae, vt ait Val. Max. l. c. H.

h. Totidemque) Graecos. *Pintianus.*

i. Pythagoricos) Nam eum Pythagorae auditorem fuiſſe, fama vulgatum. *Dal.*

k. Quinque) In veteribus legitur, *quinto*. Notiſſimum eſt Varronem de Antiquitatibus libros ſcripſiſſe. *Dal.*

l. Antias ſecundo) Plutarchus in Numa ex Antiate ſcribit, duodecim fuiſſe de rebus ſacris, et totidem de ſtudio ſapientiae. *Dal.*

m. Idem) Nempe Valerius

tio ponit, quo comburi eos placuerit. Inter omnes vero conuenit Sibyllam *n.* ad Tarquinium *o.* Superbum tres libros *q.* attulisse: ex quibus [1]igni duo

 crema-

1. *Inibi. Cod. Salmant.*

rius Antias. De his scriptoribus diximus in Auctorum Indice. *Quo comburi,* hoc est, qua caussa. H.

n. Sibyllam) De Sibyllis vide Commentarios Viuis in cap. 24 lib. XVIII. diui Augustini de Ciuit. et libellum Onuphrii Panuinii de Sibyllis: vide et apud Canterum cap. 3. lib. I. arcanum oraculum θεῦ σωτῆρος. *Dal.*

Sibyllam) Cumanam vocat Solin. c. 2. p. 14. Varro apud Seruium Erythraeam. Et Cumis Erythraeam vaticinia edidisse auctor est Aristoteles. H.

o. Ad Tarquinium, etc.) Lactantius ex Varrone c. 6. lib. I. Instit. et Suidas Tarquinium eum Priscum fuisse quintum Romanorum regem prodiderunt. Iidem cum Dionysio Halicarnasseo l. IV. et Gellio c. 19. scribunt nouem libros allatos, ex quibus sex cremauerit Sibylla, reliquos tres Rex mercatus sit. Eos libros in Capitolio custoditos quum Dii immortales consulendi essent, adibant primum Duumuiri, post autem Decemuiri, deinde Quindecimuiri, ac postremo sexaginta, nomine tamen Quindecimuirorum, eosque non Sibyllinos tantum, sed et fatales et fatidicos appellauerunt. Liuius, Dionysius Halicarnasseus, Valer. Maximus, Macrobius, Fenestella, Alexander ab Alex. cap. 16. lib. III. *Dal.*

Superbum) Ita Dion. Halic. A. R. L. IV. p. 259. et Gellius L. I. c. 19. p. 83. At Varro apud Lactant. L. I. c. 6. Suidas, aliique, id Tarquinio Prisco factum adiudicant. Quin Solinus ipse quoque, l. c. quamuis ex Plinio Superbum vocet, quum tamen rem gestam esse narret Olymp. L. Priscum omnino videtur intelligere. Verum a Plinio tempora accuratissime designari, plurima nobis argumenta suadent. Neque eorum coniecturae subscribimus, qui vt pugnantes inter se scriptores concilient, inditum fuisse vtrique Tarquinio Superbi cognomen absque vllo auctore aut teste antiquo fingunt. Potuit Sibylla Tarquinium vtrumque vidisse, et Priscum, et Superbum. Vide Plin. L. XXXIV. s. 11. H.

q. Tres libros) Haec paulo aliter Gellius et Dion. Hal.

cremati ab ipſa tertius, cum Capitolio Syllanis *r.* temporibus. Praeterea Mutianus ter Conſul prodidit nuper ſe legiſſe, quum praeſideret Lyciae, Sarpedonis a Troia ſcriptam in quodam templo epiſtolae chartam. Quod eo magis miror, ſi etiamnum Homero condente Aegyptus *s.* non erat: aut cur, ſi iam hic [1] erat vſus, in ipſa illa Lycia Bellerophonti *t.* codicillos datos, non epiſtolas *u.*, prodidit. Sterilitatem *x.* ſentit hoc quoque: factumque

1. *Erat vſus in plumbeis linteiſque voluminibus ſcriptura tum (ſcriptitatum. Vet.) conſtet; cur et Homerus in ipſa illa Lycia. M.*

Hal. ll. cc. quos tu conſule. H.

r. Syllanis) Vide L. XXXIII. ſ. 5. H.

s. Aegyptus) Delta Aegyptiacum, vt dictum eſt, ſ. 21. H.

t. In ipſa illa Lycia Bellerophonti codicillos datos) Lego, *in ipſam illam Lyciam Bellerophonti, etc.* Non enim Proetus codicillos Bellerophonti dedit in Lycia, ſed in Lyciam perferendos ad ſocerum Iobarem, auctore Homero in ſexto Iliados: *Miſit*, inquit, *illum in Lyciam datis exitialibus litteris quas in codicillo exarauerat, multa continentes atrocia.* Pintianus.

In ipſa illa Lycia) Bellerophonti in Lycia exſiſtenti. Homericos verſus recitauimus, ſ. 21. H.

u. Codicillos datos, non epiſtolas) Tabulas arcanis hieroglyphiciſque litteris notatas, non vulgaribus elementorum formis, quibus epiſtolae conſcribuntur. *Euſtathius.* Cuius ſententiam non ita laudo. Quod vero putant quidam hic Plinium incurioſe codicillos ab epiſtolis diſtinguere, quum codilli nihil aliud ſint quam epiſtolae Latinis, accuſandum hac in re Plinium minime cenſeo, mirantem ſi iam tum vſus chartae fuit, quod indicat epiſtola Sarpedonis, cur non potius Praetus mandata ſua in charta deſcripta, quo modo epiſtolae mittuntur, quam pugillarium ligno conſignata Bellerophonti dederit: quo ſenſu nihil poteſt eſſe explicatius. Locus apud Homer. eſt Iliados ζ. — — πόρεν δ᾽ ὅγε σήματα λυγρὰ Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά. *Dal.*

x. Sterilitatem) Eſt quandoque,

que iam Tiberio principe inopia chartae, vt e Senatu darentur arbitri [1] dispensandae: alias in tumultu vita erat.

XXVIII. (XIV.) Aethiopia, Aegypto contermina, insignes arbores non fere habet, praeter laniferas, quarum natura in descriptione [2] Indorum atque Arabiae dicta est. *y.* Propior tamen huic *z.* natura lanae, maiorque *a.* folliculus granati modo mali: similesque et inter se arbores ipsae. Praeter [3] hanc palmae, quales retulimus. *b.* Insularum arbores ambitu Aethiopiae, et nemora odorata, in mentione earum dicta sunt. *c.*

XXIX. (XV.) *d.* Atlas mons peculiari proditur silua,

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Vet. Chiffl. arbitri dispensandi Gr. et Al. 2. Indicarum, sub. arborum. Dal. ex c. 6. l. XII. et 10. XI. 3. has. supra c. 4.

doque, inquit, etiam huiusce rei, hoc est, papyri annua sterilitas, penuaria, annonaque carior. Erat adhuc Cassiodori aeuo mos ille scribendi in papyro Aegyptia: Eustathii temporibus plane obsoleuerat, hoc est, saeculo duodecimo, vt obseruat Allatius, in Animadu. ad Antiq. Etrusc. n. 55. p. 97. H.

y. Dicta est) L. XII. f. 21. et 22. H.

z. Propior tamen huic) Peculiari Aethiopiae arbori, quae lanifera fuit. H.

a. Maiorque) Quam gossympinis arboribus, quarum folliculos cucurbitas appellavit, cotonei mali amplitudine, libro sup. f. 21. H.

b. Retulimus) Sect. 9. H.

c. Dicta sunt) L. VI. f. 36. et 37. H.

d. De inscriptione haec notat Dalecampius: Cedrinis mensis) Hoc titulo capitis legendum esse *citreis;* ac deinceps, *arbor citri:* ac rursus, *dedit citrum*, multi contendunt argumentis duobus: altero, quod Ciceronis mensam, cuius hic fit mentio, Tertullianus lib. de Pallio, *citri orbem* vocauerit: altero, quod in indice librorum, qui primus liber est huius operis, scribatur, *De Atlantis arboribus, et citreis mensis.* Addit Cuiacius cap. 5. lib. II. Obseruat. citrum esse frugiferam, cedrum vero, vt ait Suidas. δένδρον ὑψίκομον, καὶ ἄκαρπον, ᾧ ἀπεικάζει Δαβίδ

silua, de qua diximus. *e.* Confines ei Mauri, quibus plurima arbor [1] citri *f.*, et mensarum insania, quas

1. *Cedri Gr. et Al.*

Δαβὶδ τὴν εἰδωλολατρίαν. Indignatur etiam Plinius circa finem cap. I. lib. V. quo loco de Atlante tractat, ebori citroque siluas eius exquiri a Romanis dignitatibus. Varro in Gerontodidascalo apud Nonium: *In quibus Libyssa citrus fasciis cinget fores.* Persius: — — — *non quidquid denique lectis Scribitur in citreis*

e. De qua diximus) L. V. c. I. H.

f. Cedri, etc.) Cedrus nunc resiniferam arborem significat, et eam duplicem alteram cedrelatem proceriorem, Asiae fere peculiarem: alteram oxycedrum, multis locis communem: nunc thyiam, siue citrum, Mauritaniae alumnam, quamuis et aliud caelum patiatur, laudatissimis pretiosissimisque mensis expetitam, cupresso foliatura similem et fructu, sed minore. Haec πολυωνυμία, plantarumque varietas, in magnas haesitationes et dubitationes multos coniecit. Cedrum Gallicam apud Velleium Paterculum, ex quo apparatus Gallici triumphi, quem egit Caesar constitit, quidam exponunt Galaticam a Galatis Asiae, alii laricem cedrelatae similem, ideoque vocatam cedrum Gallicam Strabo l. IV. de Liguribus: ἔχεται δ' ὕλην ἐνταῦθα παμπόλλην, ναυπηγήσιμον, καὶ μεγαλόδενδρον, ὥς' ἐνίων τῶ πάχους τὸν διάμετρον ὀκτὼ ποδῶν εὑρίσκεσθαι· πολλὰ δὲ καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῶν θυΐνων ἐκ ἐςὶ χείρω πρὸς τὰς τραπεζοποιίας. *Dal.*

Arbor citri) Gemina fuit arbos citri veteribus cognita: et malus nempe Assyria, de qua sup. libro: et haec citrus Atlantica quam Graeci θύον vocabant. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic pos.) *Arbor citri)* In libris vulgatis perperam, *arbor cedri*, reclamantibus MSS. tum in hoc loco, tum in Indice huius libri ac loci, in quo sic lemma istud legitur, *De Atlantis arboribus, et citreis mensis.* Adde Plinium ipsum L. V. s. I. vbi ebori ait citroque Atlantis siluas exquiri. Veterum tamen nonnulli ex similitudine nominum citrum, cedrumque confuderunt. Eudemus in Lexico rhetorico: κίτριον, κέδρος. At exsors tanti criminis Plinius noster esto. De mensis ex ea arbore confectis,

quas feminae *g.* viris contra margaritas regerunt. Exstat hodie M. Ciceronis *h.* in illa paupertate, et quod magis mirum est, illo aeuo empta H-S $^{1}\overline{X}$. *i.* Memo-

1. D. P. Ciaccon. de triclin. p. 13. vbi et de seq. numero.

ctis, Mart. Epig. L. XIV. ep. 89. cui lemma inscriptum. *Mensa citrea: Accipe felices, Atlantica munera, siluas; Aurea qui dederit dona, minora dabit.* Et ep. 90. citream mensam, cum Plinio, e Maurorum fieri arboribus scribit: *De mensa acerna: Non sum crispa quidem, nec siluae filia Maurae.* Denique L. XII. ep. 67. *Et Maurusiaci pondera rara citri.* Petron. in Sat. p. 422. *Ecce Afris eruta terris Citrea mensa.* Lucanus L. IX. p. 426. — *Tantum Maurusia genti Robora diuitiae, quarum non nouerat vsum: Sed citri contenta comis viuebat, et vmbra. In nemus ignotum nostrae venere secures, Extremoque epulas mensasque petiuimus orbe.* H.

g. Quas feminae) Hanc citrearum mensarum insaniam feminae viris obiiciunt, vt margaritarum luxum viri feminis vicissim exprobrant. H.

h. Exstat hodie M. Ciceronis, etc.) Lege: *Exstat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, et quod magis mirum est, illo aeuo empta* . IↃ Is. *memoratur et Galli Asinii* IS. XI. hoc est, empta sestertiis quingentis et Galli Asinii mille. Haec nota IS, saepe sestertia significat in veteribus libris. Vide *Salmas.* in Tertul. de Pall. 434. *Exstat hodie M. Ciceronis, etc.)* Budaeus lib. III. de asse non procul a principio hunc in modum legit: *Exstant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, et, quod magis mirum est, illo aeuo emptae* H-S. XI. *Memorantur et Galli Asinii* H-S. XI. *venumdatae. Sunt et duae a Iuba rege pendentes: quarum alteri pretium fuit* H-S. XII. *alteri paulo minus. Interiit nuper incendio attegiis descendens* H-S. XIV. *permutata latifundii taxatione, etc.* Vbi *attegias*, mapalia, tuguria intellige. Qui locus, mihi tamen suspectus, ostendit mensam eam ex attegiis pastorum, qui radicem Atlantis citris frequentem incolunt, petitam et aduectam fuisse. *Dalec.*

i. HS. X.) Hoc est, sestertiûm decies centena millia Gallicae monetae, vt nunc sunt pretia metallorum, librae sunt Turonicae, vt vocant, 100000. Vide N. et Em. N. XIX. (hic pos.)

Empta

Memoratur, et Galli Asinii, H S $\overline{XI}$. *k.* Venumdatae *l.* sunt [1] et duae a Iuba rege pendentes *m.*: quarum

1. *Et duae Iuba rege vendente Gr. et Al.*

Empta HS. X.) In MSS. sestertiorum numerus, quo venumdata Ciceronis mensa dicitur, plane desideratur. At sequentium mensarum pretium, omnium exemplarium conspirante consensu ita exprimitur, vti fere libri vulgati habent: Asinii quidem, HS. $\overline{XI}$. Iubae HS. $\overline{XII}$. (non XV.) Denique Cethegorum HS. XIV. vel vt in R. 2. HS. $\overline{XIII}$. crescente videlicet pretii aestimationisque numero: plane vt Ciceronis mensa HS. $\overline{X}$. taxata fuisse videatur; etsi Tertullianus, L. de pallio, sub finem, p. 119. hunc Plinii locum transscribens, aliter statuat: aestimatamque velit Ciceronis quidem, quingentis millibus nummûm: Asinii bis tantum. Sed vel corruptis haud dubie Plinii exemplaribus est impulsus in fraudem, aut rem Minerva crassiore satis habuit narrare, de pretio tam religiose signando haud admodum sollicitus. Nam illud videtur dicere Plinius, quod et apud Senecam legere me memini, nempe de Benef. L. VII. c. 9. p. 136. *Video istic mensas, et aestimatum lignum Senatoris censu, etc.* Porro Senatoris censum HS. $\overline{XII}$. hoc est, duodecim centenûm millium nummûm fuisse norunt omnes ex Suetonio in Aug. c. 41. *Senatorum censum ampliauit, ac pro octingentorum millium summa, duodecies sestertiûm taxauit, suppleuitque non habentibus.* H.

k. HS. $\overline{XI}$.) Hoc est, sestertiûm vndecies centena millia: Turonicae librae, 110000. H.

l. Venumdatae sunt et duae Iuba, etc.) Lege: *venumdatae sunt et duae a Iuba rege pendentes, quarum alteri, etc.* et sane non ipse rex Iuba mensas eas venum dedit, sed quum post mortem Iubae, bona eius sub hasta venderentur, duae illae mensae cum reliquis bonis, sub titulo pependerunt, vt mos erat in auctionibus. Vide *Salmas.* in Tertull. pall. 434.

m. A Iuba rege pendentes) Quia Iubae demortui cum reliquis bonis mensae illae duae sub titulo pependerunt, quum sua hasta venirent: is enim in auctionibus mos fuit. Vide N. et Em. N. XX. (hic pos.) *A Iuba)* Sic restituimus

rum alteri pretium fuit [1] H S. $\overline{XII}$. *n.* alteri paulo minus. Interiit nuper incendio [2] a Cethegis *o.* descendens,

1. HS. XV. Gr. et Al. H S. XIV. permutauerat. Parm. permutati. Vet.

2. quam Cethegus decedens

tuimus admonitu codicum R. Colb. Par. aliorumque quos Ciaconius vidit, ipso prodente L. de Triclinio p. 11. et 12. non, vt libri vulgo editi, *Iuba rege vendente.* Neç inscitum etiam foret aut inelegans, si legeretur; *a Iuba rege pendente:* Pendere enim ii dicebantur, quorum nomina delata ad iudices, fere ob aes alienum, publice proposita ac suspensa erant. Suet. in Domit. c. 9. *Reos qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, vniuersos discrimine liberauit.* Et ante in Clodii vita, c. 9. de ipso, antequam imperium capesseret: *Ad eas,* inquit, *rei familiaris angustias decidit, vt quum obligatam aerario fidem liberare non posset, in vacuum lege praediatoria venalis pependerit sub edicto praefectorum.* Hoc est, Claudii bona ac praedia, publice obnoxia edicto Praefectorum aerarii diu venalia pependere, quum emtorem non inuenirent. Sed alio significata *vindemia pendens* a Plinio dicitur, L. XIV. s. 5. nempe pro ea, quae in ipsa adhuc vite pendet. Quo pacto Cato de R. R. c. 146. *Oleam pendentem hac lege venire oportet. Olea pendens in fundo Venafro venibit. Qui oleam emerit, etc.* Et c. 147. *Lex vini pendentis. Hac lege vinum pendens venire oportet. Vinaceos illutos, et faecem relinquito, etc.* Plinius ipse, L. XVII. s. 1. *fructus pendentes*, circa quos depugnat homo cum alitibus. H.

n. HS $\overline{XII}$.) Ita MSS. omnes, non XV. vt editi: crescente nimirum gradatim mensarum pretio. Sestertiûm duodecies centena millia, librae sunt Turonicae 120000. H.

o. A Cethegis) Quae Cethegorum familiae fuerat: ex qua Consul Corn. Lentulus Cethegus, de quo s. 27. Vide N. et Em. N. XXI. (hic coll.) *A Ceth.)* Ita libri omnes, etiam manu exarati, quos confidenter nimis spernit Budaeus, de asse, L. III. fol. 78. quum legit *attegiis descendens*, quae vox Iuuenali nota, Sat. 14. Maurorum mappalia sonat. Sed profecto ludit operam, quum nihil aliud Plinius velit, quam eiuscemodi suppellectilem haud pretio magis et ipsa materie, quam dominorum nobilitate ciuitati notam

dens, H-S. XIV. *p.* permutata, latifundii taxatione, si quis praedia tanti mercari [1] malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit, vnius commissae ex orbibus *q.* dimidiatis duobus, a rege Mauretaniae Ptolemaeo *r.*, quatuor pedum et semipedis per medium ambitum *s.*, crassitudine quadrantali. *t.* Maiusque miraculum in ea est artis, latente iunctura, quam potuisset esse naturae. *u.* [2] Solidae autem a Nomio [1] Tibe-

1. *Velit. Budaeus.* 2. *solidae a Nomio. Quam potuisset esse natura solidae. Item a Nomio Tiberii Caesaris liberto. Gr. et Al.*

tam fuisse. Vnde quae cuiusque mensa fuerit, quam modo laudat, diligenter expedit. Pertinet huc illud Senecae, L. de tranq. p. 677. *Placet*, inquit, *mensa non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones ciuitati nota, etc.* H.

p. HS. XIV.) Sestertiûm quatuordecies centena millia: Turonicae librae, 140000. H.

q. Ex orbibus) Erant enim eae mensae orbiculatae: quare Mauros orbes appellat Mart. L. IX. ep. 23. elephantinis dentibus, hoc est, pedibus eboreis suffultos: *Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.* H.

r. Ptolemaeo) Iubae filio, de quo in Auctorum Indice, verbo *Iuba.* H.

s. Per medium ambitum) Quid sit medius ambitus, et praesertim in orbiculari rotundaque figura, non satis intelligo, *per medium* autem hic accipio *per dimetientem*, et forte Plinius *medium* tantum scriptum reliquit: postea vero adiecta fuit dictio *ambitum*, ab aliquo qui voluit exponere verbum illud *medium*: nam et paulo post easdem duas dictiones *per medium* repetit, nec adiecit *ambitum.* Pintianus.

Per medium) Itaque totus mensae ambitus pedum nouenûm fuit. H.

t. Quadrantali) Quadrantem *pedis vnius*, hoc est, *pollices tres*, crassitudine *obtinuit.* H.

u. Quam potuisset esse natura solidae. Item a Nomio Tiberii Caesaris liberto) Lego, *Quam potuisset esse naturae. Solidae, etc.* nam genitiuus *naturae* respondet genitiuo *artis.* Dictio vero *solidae*, initium est diuersi caesi, et secunda pars praemissae

[1] Tiberii Caesaris liberto cognomen trahentis *x.*, tribus ſicilicis *y.* infra quatuor pedes, totidemque infra ſemipedem craſſitudinis. Qua in re non omittendum videtur, Tiberio Principi menſam quatuor pedes ſextante *z.* ſicilico excedentem, tota vero craſſitudine ſeſcunciali, operimento [1] laminae veſtitam fuiſſe, quum tam [2] opima *a.* [3] Nomio liberto eius eſſet. Tuber hoc *b.* eſt radicis, maximeque lauda-

1. *Conchylii et laminae per medium veſtitam. Vet.* 2. *optima. M. Vet.* 3. *Nomio liberto eius eſſet, cuius materia erat tuber. Hoc eſt radicis vitium, maximeque in eo laudatum Gr. et Al.*

ſae diuiſionis, eritque ordo: *Magnitudo ampliſſima vnius commiſſae duobus orbibus a Ptolemaeo rege Mauritaniae. Solidae a Nomio Tiberii Caeſaris liberto.* Pint.

x. Cognomen trahentis) Nomianae cognominatae: et ſolida illa quidem fuit, vniuſque trunci, non ex dimidiatis duobus, vt ſuperior. H.

y. Sicilicis) Sicilicus, quarta pollicis pars. Drachmae duae menſurales. *Dal.*

Tribus ſicilicis) Sicilicus quarta pars pollicis eſt, ſiue vnciae. Voluſius: *Diuiditur vncia in quatuor ſicilicos, id eſt, in quatuor quartas.* Feſtus: *Sicilicum dictum, quod ſemunciam ſecet.* Pollices duodeni pedem conſtituunt. Fuit igitur huic menſae amplitudo pedum non omnino quaternûm. Deerant ſolum tres ſicilici, hoc eſt, pollicis vnius dodrans, ſeu partes tres. Sic craſſitudo ſemipedem non aequabat: tantumdem ſemipedi deerat, ne ſolidus ſemipes foret, nempe dodrans pollicis vnius. H.

z. Sextante) Sextans pars eſt aſſis ſexta, ſiue vnciae duae. Aſſem appello rem integram quamcumque, ſeu ponderis, ſeu menſurae, cuius pars duodecima vncia appellatur. Hanc igitur menſam Plinius ait longitudinis habuiſſe pedes quaternos, et binos praeterea pollices et pollicis quadrantem, ſiue ſicilicum; craſſitudine vero ſeſquipollicem aequauiſſe. H.

a. Tam opima) Tot partibus amplior: quum nempe nouenos pedes circuitu liberti menſa contineret: Principis, tantum quaternos. H.

b. Tuber hoc) Id laminae operimentum e radicis tubere

laudatum, quod sub terra totum fuerit: et rarius quam quae superne, quaeque gignuntur etiam in ramis: proprieque quod tanti emitur, arborum vitium est, quarum amplitudo ac radices aestimari possunt ex orbibus. *c.* Sunt autem cupresso feminae etiamnum siluestri similes folio, odore, caudice. Ancorarius mons vocatur citerioris Mauretaniae, qui laudatissimam dedit [1] citrum, iam exhaustus.

XXX. Mensis praecipua [2] dos *d.* in venam crispis *e.*, vel

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Dal. cedrum Gr. et Al.*
2. *dos longa vena. Alii. in venam. M. in venas. V.*

bere est, siue nodo: cuius laus praecipua est, quod sub terra conditum totum fuit, vbi rarius tuber gignitur, quam superne: nam et in ramis tubera oriuntur. De his arborum nodis Seneca de benef. L. VII. c. 10. *Video istic mensas, et aestimatum lignum Senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit.* Vide N. et Em. N. XXII. (hic adi.) *Nomio etc.)* Sincerissima haec omnium MSS. lectio, R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Par. etc. quae sic in vulgatis libris interpolata, legitur: *liberto eius esset, cuius materia erat tuber. Hoc est radicis vitium, maximeque in eo laudatum, etc.* Atqui proxime sequitur, *arborum vitium est.* Sic paulo post s. 30. vbi ex eorumdem codicum admonitu scripsimus: *Post haec amplitudo est: iam toti caudices iuuant, plureſque in vna. Mensae vitia, lignum, etc.* Plinii corruptores verius quam correctores ita ediderant: *Post haec amplitudo est iam totius caudicis. Iuuant plura quoque in vna mensa vitia.* Quibus verbis nec elegantia adest vlla, nec probabilis subest sententia: sed Plinianae menti aduersa penitus, qui vitia mensarum, quae deinceps enumerat, adeo non laudat, vt damnet potius, improbetque. H.

c. Ex orbibus) Ex integris mensis, quae ex tubere vno fiebant. Has mensas, vt diximus, orbes Martialis vocat. H.

d. Mensis praecipua dos, etc.) Legend. *Mensis praecipua dos in venam crispis vel in vortices paruos, illud oblongo euenit discursu, ideoque tigrinum appellatur: hoc intorto, et ideo tales pantherinae vocantur.* Eleganter *in venam crispas* vocat, quae venatim

vel in [1] vortices paruos. *f.* Illud oblongo euenit discursu, ideoque [2] tigrinum appellatur: hoc intorto, et ideo tales pantherinae vocantur. *g.* Sunt et vndatim crispae, maiore gratia, si pauonum caudae *h.* oculos imitentur. Magna vero post has *i.* gratia,

1. *Vertices, paruis. M. Lego, in vortices sparsis. vel in vertice variis Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. M. tigrinae Gr. et Al.*

venatim crispae sunt: et *crispas in vortices*, quae ad instar vorticum intorte crispantur. Sequitur: *Sunt et vndatim crispae, etc. quas ob id a similitudine apiatas vocant.* Apiatae dicuntur, non ab apibus; sed ab apio, quod densa grani congerie crispae apii semen et granda dense congesta referant. Vide *Salmas.* in Tertul. pal. 435 436.

e. In vena crispis vel in vertice variis) Vtrumque exemplar, *in venam crispis vel in verticem paruis*, scribendum videtur *prauis*, id est, tortuosis: quia sequitur, *hoc intorto.* Pint.

f. Vel in vortices paruos) Sic MSS. R. Colb. etc. non, vt editi, *vel in vertice variis*, nullo plane sensu. Crispam in vortices paruos mensam vocat, quae ad instar vorticum intorte crispatur: in venam, quae venatim. H.

g. Hoc intorto et ideo tales pantherinae vocantur. Sunt et vndatim crispae maiore gratia si pauonum caudae oculos imitentur) Subuereor ne parum recto ordine verba haec scripta sint; nam credibilius est, et rationi magis consonum, in vortices prauas intortasque et ob id pantherinas appellatas, caudae pauonum oculos fere imitatas esse, quam vndatim crispas: quapropter considerandum an ita legi debeat, *Hoc intorto et ideo tales pantherinae vocantur, maiore gratia si pauonum oculos imitentur. Sunt et vndatim crispae.* Pint.

h. Si pauonum caudae) Nec in mensis modo, sed et in spondis cubilium lautioribus hae pauonum caudae expetitae. Martial. L. XIV. ep. 85. cui lemma: *Lectus pauoninus. Nomina dat spondae pictis pulcherrima pennis Nunc Iunonis auis, sed prius Argus erat.* Hinc et pauonatilis pannus nomen accepit, de quo Du Cangius in Glossario consulendus. H.

i. Magna vero post has gratia extra praedictas) Quis tam lusciosus, cui non pelluceat verba illa *extra praedictas*, expositionem esse statim ante

gratia, extra [1] praedictas, crispis densa [2] veluti grani congerie, quas ob id a similitudine apiatas *k.* vocant. Summa vero omnium in colore. Hic maxime mulsi placet, [3] suis refulgens venis. Post haec amplitudo [4] est *l.*: iam toti *m.* caudices iuuant: pluresque

1. *Praedicta. Dal.* 2. *voluti. Vet.* 3. *venis suis refulgens.* 4. *etiam totius caudicis iuuat. Plura quoque. M. Post haec amplitudo est iam totius caudicis. Iuuant plura quoque in vna mensa vitia. Gr. et Al.*

te praecedentium verborum *post has?* Nam quae necessitas tenuit Plinium, verborum alioqui parcissimum, quum praedixisset *post has*, subiungere illico, *extra praedictas*, quod erat idem. *Pint.*

Post has) Post vndatim crispas, praeter venatim, vorticatimque crispas, quae semper principatum obtinuere. Ad huius ligni naturam, venerem, crispatumque, proxime accedit id lignum, quod maiorum memoria eximio fuit in honore: *Madrum* vulgus nominat, non illepido nitore placens, ambitioso venarum discursu, sese vndulatim crispante, interueniis multiplici formarum decore splendentibus, punctorumque aceruo exhilaratis. Id potoriis vasis et lancibus dicauit auita mundities. Materiae declarat aeternitatem duratio, quando CC annorum fere vasa in aedibus sacris inueniuntur, nullam adhuc cariem sentientia. Abiitque mos in vulgus vocandi ligna, quae lepide vndulato crispatu fluctuarent, Madrata, *Madré*. Ruellius de nat. stirp. L. I. p. 143. artifices fabros a se consultos ait, quodnam esset genus hoc ligni: responsumque, esse silueстris cupressi vel cedri genus: deferri ex India Syriaque: sed nunc exoleuisse. H.

k. Apiatas) Apiatas, velvti muscarum et apum stercore inquinatas. Alii, *apiculatas:* crebris velut apiculis notatas. *Dalec.*

Apiatas) Ab apio: quoniam mensae densa veluti grani congerie crispae, apii semen et grana dense congesta referebant: quo sensu guttatas aues dixit Fridericus II. Imper. de Venat. L. II. c. 20. hoc est, guttis diuersi coloris inspersas. H.

l. Post haec amplitudo est iam totius caudicis, iuuant plura quoque in vna mensa vitia: lignum ita vocant, etc.) Lego, *Post haec amplitudo, et iam toti caudices iuuant, pluresque*

resque *n*. in vna. Mensae vitia: lignum, ita vocatur materia surda *o*., et indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta: item ilignae venae similitudo, vel coloris: et quibus maxime obnoxias fecere aestus ventique, rimae, aut capillamenta rimas imitata. Postea muraena *p*. nigro transcurrens [1]limite: variisque [2]cornicum *q*. punctis apprehensus,

Bbb 2

[1]. *Tramite. Dal.* [2]. *corticum punctis apprehensa. Alii. corium punctis apprehensum pap. modo. M. Lego, corium punctis aspersum, aut tuberum nodis.*

resque in vna mensa. Haec ex vetere lectione: quod autem sequitur, *vitia lignum, etc.* puto legendum coniunctim *vitiliginum.* Pint.

Post haec) Post colorem ac formam, proxime amplitudo laudatur. H.

m. Iam toti) Vt ex vno caudice solida mensa constet. Vide N. et Em. N. XXII. H. supra p. 752. lit. b.

n. Pluresque) Vt dimidiatis orbibus orbis integer mensae compingatur, qualis Ptolemaei fuit, superius laudata. H.

o. Materia surda) Non splendens, nudumque lignum et linearum crispo ductu minime virgatum. *Dal.*

Surda) Nec crispa, nec virgata, sed simplex. Res surdas, herbas surdas, surdum colorem, aliaque similia, pro obscuris scilicet et ignobilibus in Indice Pliniano vide. H.

p. Muraena) Ductus in longum limes tramesue niger, muraenae similitudine. H.

q. Cornicum) Nec placet, inquit, mensa variis interstincta punctis, eo colore quem in cornicum plumis deprehendimus: nec colos ille cinereus, qui papauerum nodum refert, atque adeo fere atrum omnino colorem. Vide N. et Em. N. XXIII. (hic pos.) *Variisque)* Si vulgatos hactenus libros consulas, nihil hic sani: *variisque corticum punctis apprehensus papauerum nodo.* In MSS. *nodo* legitur: *cornicum,* ex animi coniectura rescripsimus: etsi in R. 1. et Colb. *coruum,* in R. 2. *corticum* legitur. Muraenae pariter et cornicis color citreis in mensis damnatur: quid sint corticum puncta, aut ad colorem quid praestent, haud satis compertum. At e conuerso *tigrium maculae* in frutice Rubri maris, factisque

ſus, papauerum modo; et in totum atro propior colos, maculaeue diſcolores. Virides terra condunt barbari, et illinunt cera. Artifices vero frumenti aceruis imponunt ſeptenis diebus, totidem intermiſſis: mirumque ponderi [1] quantum ita detrahatur. *r.* Naufragia docuere nuper, hanc quoque materiam ſiccatam mari, [2] duritie incorrupta ſpiſſari, non vllo modo vehementius. Nutriuntur optime, ſplendeſcuntque, manu ſicca fricatae a balineis maxime: nec a vinis laeduntur, vt his genitae. *s.* Inter pauca nitidioris *t.* vitae inſtrumenta haec arbor eſt: quapropter inſiſtendum ei quoque paulum videtur. (XVI.) Nota etiam Homero fuit: thyon Graece vocatur *u.*, ab aliis thya. Hanc [3] itaque inter odores vri tradit in deliciis Circes *x.*, quam

1. *Sic ex MSS. em. Hard. detrahant Gr. et Al.* 2. *duritie et maturitate incorrupta. M.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M et Ch. Hanc igitur odores Gr. et Al.*

ctiſque ex eo baculis commendantur, L. XVII. ſ. 80. vti nunc in menſis *cornicum puncta damnantur.* H.

r. Mirumque ponderi quantum ita detrahant) Elegantius exemplar Salmanticenſe per verbum imperſonale, *mirumque ponderi quantum ita detrahatur.* Pintianus

s. Vt his genitae) Quod in menſis, quarum gratia maxima eſt, ſi e citri arbore fiant, vina potantur. H.

t. Inter pauca nitidioris, etc.) Ita haec legenda ac continuanda, quae perperam in vulgatis diducta ac diuulſa ſectione capitis habentur: *Inter pauca nitidioris vitae inſtrumenta haec arbor eſt; quapropter inſiſtendum ei quoque videtur. Nota etiam Homero fuit: Thyon Graece vocatur, ab aliis Thya.* Vide Salmaſ. p. 950. b.

u. Θεῖον Graece vocatur) Θύον apud Macrob. cap. 14. lib. III. Saturn. atque ita legendum. *Dalec.*

Thyon Graece) Heſychius: Θύον, ὄνομα δένδρε. Euſtath. in Odyſſ. ε. v. 1523. Θύον δένδρον. Apud Athen. L. V. p. 207. θύα. Apud Theophr. Hiſt. L. V. c. 5. τὸ δὲ θύον, οἱ δὲ θύαν καλεσιν, etc. Didymus in eum Homeri locum, Θύε· εἶδος δένδρου, ἢ φυτε. H.

x. Hanc igitur inter odores vri tradit in deliciis Circes)

quam Deam volebat intelligi: magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, quum praeſertim eodem verſu *y.* cedrum laricemque *z.* vna

Bbb 3 tra-

tes) Inſignis memoriae lapſus neque enim Circe inter odores vrebat citrum, cedrum et laricem, vt conſtat ex decimo Odyſſeae, ſed Calypſo, ex quinto eiuſdem operis. In eumdem incurſauit errorem et ſummus poeta ſeptimo Aeneidos: v. 10. Tribuit videlicet Circae, quod erat Calypſus. E contrario Ariſtoteles Calypſoni dat quod eſt Circes, ſecundo Ethicorum: Quocirca, inquit, *oportet, quum quis medium aſſequi vult, ante omnia longius abire a magis contrario, vt Calypſo monebat dicens, Extra fluctum, et fumum nauem adige.* Non hoc eminentiſſime philoſophe, Calypſo monebat, ſed Circe, ex duodecimo Odyſſeae. Pari incuria Pomponius quoque Mela conterraneus noſter in ſecundo libro *Calypſo* pro *Circe* poſuit, vt in eius caſtigationibus meminimus. *Pint.* *Hanc igitur inter odores, etc.*) Legend. *Hanc itaque inter odores vri tradit in aedibus illius Circes, quam deam volebat intelligi magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, quum praeſertim eorum verſu cedrum laricemque vna tradat vri.* Vide Salmaſ. p. 950. b.

Circes) Tribuit Circae Plinius, quod Calypſo Homerus, Od. ε. v. 60. Similis cedri vſus deliciis Circes attribuitur, Aen. L. VII. v. 10. *Proxima Circaeae raduntur litora terrae: Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu: tectiſque ſuperbis Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.* H.

y. Eodem verſu) Verſus Homerici ſunt: — — τήλοσε δ' ὀδμὴ, Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει, Δαιομένων, etc. In his verſibus inepte Plinius pro voce Graeca θύον laricem interpretatur. Locus eſt apud Homerum lib. V. Odyſſeae. *Dalec.* De primo errore commonuit iam ante et Hartung. decur. 2. num. 5.

Eodem verſu) Odyſſeae, vt dictum eſt, L. V. v. 60. Ita omnino Didymus Homeri ſcholiaſtes, ita et Euſtathius legit. At Plinium vidiſſe in ſuis exemplaribus neceſſe eſt, Κέδρου τε, πεύκης τε, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει. Nam vocem πεύκην pinum interdum, quandoque etiam laricem vertit, vt ſuis locis dicemus. Apud Homerum Circe, ipſa rerum Natura in Tellure eſt, quae cibos alendis

tradat: in quo manifestum est de arboribus tantum loquutum. Theophrastus *a.*, (qui primus a Magni Alexandri aetate scribit, quae circa vrbis Romae *b.* quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum,) magnum iam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum *c.* conti-

dis vsque ad delicias hominibus subministrat. His qui intemperantius abutuntur, porcis similes fiunt. Circes palatium, Orbis est vniuersus, hoc est, istud quod a nobis incolitur hemisphaerium, et vbi quidquid est edule gignitur. Neque enim illis temporibus hemisphaerii alterius suspicio vel tenuis fuit. Circe δολόεσσα appellatur, Od. ή. v. 33. quoniam sensim per sua ipsa munera, ceu quasdam escas, ad vtendum illis immoderatius homines illicit. Ancillas habere quatuor dicitur, quae mensam apparant, Odyss. κ' v. 348. Quatuor illae sunt anni tempestates. Fercula eae afferunt, panem, carnes, vinum, Od. μ' v. 19. et 30. Ab omni intemperantia cauit Vlysses. Tum ventum ei secundum Circe misit ad profectionem: hoc est, non ante desiit opipare vti mensa, quamuis intra modum, quam daret operam nauigationi ventus secundus. Cetera de Circe, in explanatione argumenti Odysseae exposuimus. H.

z. Laricemque, etc.) Guillandinus legit, *Laricemue.* Vide Leopardum cap. 6. lib. VIII. Virgilius: *Robora nec cuneis, et olentem scindere cedrum, Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.* Apud Athenaeum pag. 231. vers. 38. Empedocles λίβανον θυώδη vocat suauiter olentem: Σμύρνης τ' ἀκρήτου θυσίαις, λιβάνου τε θυώδους. *Dalec.*

a. Theophrastus) Vide Hist. Pl. L. V. c. 5. Primus ab Alexandri M. aetate, hoc est, ex quo regnare coepit Alexander; primus, inquam, exterorum de Romanis scripsit Theophrastus, inprimis ea, quae gesta sunt circa A. V. Romae CCCCXL. qui paene tertius ante obitum Alexandri M. An sint haec ἱστορικὰ ὑπομνήματα, *Commentarii historici*, quorum meminit Scholiastes Apollonii, an opus aliud, quod interierit, considerandum. H.

b. Circa vrbis Romae) Vide quae diximus in N. et Em. ad L. III. N. XL. H. Vide Tom. I. p. 593. lit. s.

c. Memoratas templorum veterum

contignationes, quamdamque immortalitatem materiae in tectis contra vitia [1] omnia incorruptae. Radice nihil crispius *d.*, nec aliunde pretiosiora opera. Praecipuam autem esse eam arborem circa Hammonis delubrum *e.*: nasci et in [2] inferiore Cyrenaicae parte. De mensis tamen tacuit: et alias nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est, [3] quae nouitia apparet.

XXXI. Alia est arbor eodem nomine *f.*, malum [4] ferens *g.* exsecratum aliquibus odore et amaritudi-

1. *Sic et M. et Ch. omni Gr.* 2. *interiore. Gr.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. quae nouitiae apparent. Ch. quae nouitia apparet. M. ex quo nouitia apparent Gr. et Al.* 4. *tenens. M.*

veterum contignationes) Verbum illud *templorum*, suspicor esse falso additum, ductus auctoritate Theophrasti lib. V. cap. 5. *Et adhuc*, inquit, *memorant contignationes quasdam antiquorum.* Pint.

Contignationes) Theophr. ὀροφάς. Etiam et ianuas ex eadem arbore θύα fieri auctor est Athen. L. V. p. 207. H.

d. Nihil crispius) Sic Theophr. l. c. Quare fallitur Anguillara L. de simpl. parte 2. p. 47. eumque sequutus Salmas. in Sol. p. 953. et 954. qui Homeri Theophrastique θύον sabinam esse herbam putant, quae hac dote caret: nec tantae crassitudinis aut radicem aut caulem habet, vt ex ea vel mensarum orbes pedum nouenûm, imo ne binûm quidem, vel contignationes domorum, aut ianuarum postes fieri potuerint. H.

e. Circa Hammonis delubrum) Mirum, quum idem Theophrastus scribat cap. 1. lib. IV. historiae thyam in montium cacuminibus, et locis algidis nasci. *Dalec.*

Circa Hammonis) Theophr. l. c. H.

f. Alia est arbor eodem nomine) Citriam, siue Assyriam malum intelligit. *Dal.*

Alia est arbor) Citrum aureolam intelligit, quam nos Aurantiam vocamus, *l' Oranger*, hortis hodieque et aedibus decorandis, ramorum petulantia, et fructuum iucunditate expeditam. H.

g. Malum ferens, etc.) Virgilius: *Media fert tristes succos tardumque saporem Felicis*

ritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius.

XXXII. (XVII.) Eadem Africa, qua vergit ad nos, insignem arborem loton gignit *h.*, quam vocant celtin, et ipsam Italiae familiarem, sed terra mutatam. *i.* Praecipua est circa Syrtes *k.* atque Nasamonas.

cis mali, quo non praesentius vllum, Pocula si quando saevae infecere nouercae. Dal.

Malum) Aurantium nostrum est, *l' Orange:* veterum, vt quidem reor, ἑσπερικὸν μῆλον. H.

h. Arborem loton gignit) De hac Theophr. cap. 4. L. IV. hist. Iohannes Leo in Africa sua c. de Monteuerde sic loton describit: *Ibi nascuntur arbores quarum fructus robos Africanos vocant.* Paliurum vero cap. de Zarfa: Sunt et ibidem spinosae multae arbores, fructu minore quam Cerasi, sapore ferme Ziziphorum, Arabes vocant *Rabich.* Paliurum vero Agathoclis, quem Connarum Alexandrini cognominabant, memoratum Athenaeo lib. XIV. cap. de Hani Elchallu. *Nascuntur,* inquit, *illic Corni, et arbores spinosae multae, fructu tereti, luteo, simili ziziphis; nucleo maiori quam oliuarum, gustu non admodum grato.* Loti secundum genus a Theophrast. depictum viret Genuae in horto Principis Auriae, et a multis *laurocerasus* dicitur; quod folium lauro simile, fructum ceraso gignat. Loti genera tria diligenter distincta vide cap. 2. lib. XXIV. *Dal.*

Arborem loton) Theophr. Hist. L. IV. c. 3. Ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖςος καὶ κάλλιςος. Lotus Africana seu Lothophagica a Matthiolo recte pingitur, in L. I. Diosc. p. 257. Florentiae *Vua d' India* dicitur: Venetiis pro ligno sancto, siue Guaiaco, diuenditur. In Italia nunc frequens: nec tamen ea est lotos Italica Plinii, quum huius baccae cerasorum instar pendeant e ramis, nec sint, vt myrta παράλληλα. H.

i. Terra mutatam) Soli natura, caelique. Hanc fabam Graecam vocat, L. XVI. s. 53. et L. XXIV. s. 2. Non est Gallorum *Micocoulier*, vt Dalecampius putauit, Hist. L. III. c. 21. quum huius arboris fructus foetidus sit, et ingrati saporis: Lotos Italica a suauitate fructus, qualis in Africanae loti fructu notabatur, nomen acceperit. Ea esse potius nobis videtur, quam *Alisier* vocant, vti

ſamonas. Magnitudo *l.*, quae piro: quamquam Nepos Cornelius breuem [1] tradat. Inciſurae folio crebriores *m.*: [2] quae ilicis videntur. *n.* Differentiae plures, eaeque maxime [3] fructibus fiunt. *o.* Magnitudo huic *p.* fabae, color croci, ſed ante maturitatem *q.* alius atque alius, ſicut in vuis. Naſcitur denſus in ramis myrti modo *r.*, non vt in Italia, cera-

1. *Tradit.* *Ch.* 2. *alioqui ilices.* *Ch.* *alioquin ilices viderentur* *Gr. et Al.* 3. *fructu.*

vti dicemus L. XVI. ſ. 53. H.

k. Circa Syrtes) Syrtium inſulam in hiſtoria loti Theophraſtus vocat Lotophagiten, et Pharidem, hodie *Gerbi*: Syrtes vero, *los Baxos et Secagne di Barbaria.* Dal.

l. Magnitudo) Haec deinceps ferme ad verbum Theophraſt. Hiſt. L. IV. c. 4. H.

m. Inciſurae folio crebriores, etc.) Lege: *folio inciſurae crebriores, quae Ilicis videntur.* Vide Salmaſ. pag. 1038. a. *Inciſurae folio crebriores: alioquin ilicis viderentur)* Locus eſt deprauatiſſimus. Vetus lectio ſic habet: *Inciſura et folia breuiora, quae ilicis viderentur.* Ego verbum illud *breuiora* ſiue *crebriores*, otioſum puto: aut ſi otioſum non eſt, quod illius loco ſubſtituam non occurrit; reliqua ſic lego: *inciſuras habent folia quae ilicis videntur.* Theophraſtus lib. IV. c. 3. *Inciſura folium habet, ac ilicis eſſe videtur.* Pint.

n. Ilicis viderentur) Plin. apud Theophr. legit πρινώδες, alii vero πριονώδες. *Dal.*

Quae ilicis) Sic MSS. R. etc. Theophr. φύλλον δὲ ἐντομὰς ἔχον, καὶ πρινῶδες. Ilicem intellige, *quae ſpinas non habet*, vt ait Columella, L. VI. c. 3. Vide Matth. in L. I. Dioſc. p. 206. et 207. H.

o. Fructibus fiunt) Nam alii, qui et ſuauiores, exoſſes ſunt, alii nucleum continent. *Dal.*

p. Magnitudo huic) Fructui Africanae loti. Theophr. H.

q. Ante maturitatem, etc.) Priuſquam perfecte matureſcat: maturo niger. *Dal.*

r. Myrti modo) Theophr. de fructu loti Africanae: Naſcitur, inquit, myrtorum modo, denſus in ramis, alterna ſerie poſitus, vt alter alteri aduerſus reſpondeat: φύεται δὲ καθάπερ τὰ μύρτα παράλληλα. H.

cerasi: tam dulci ibi cibo, vt nomen etiam gentis. terraeque dederit, nimis hospitali t. aduenarum obliuione patriae. u. Ferunt ventris x. non sentire [1]morbum, qui eum mandant. Melior y. sine interiore nucleo, qui in altero genere osseus videtur. Vinum z. quoque exprimitur [2] illi, simile mulso, quod vltra [3]denos dies a. negat durare idem Nepos b.: baccas-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. morbos Gr. et Al.* 2. *illo.* 3. *duos. Quidam.*

s. *Nomen etiam genti)* Lotophagorum, a quibus et insula Lotophagitis. De his egimus in Geographicis L. V. f. 7. H.

t. *Nimis hospitali, etc.)* Homerus Odyss. α. Τῶν δ' ὅςις λωτοῖο φάγοι μελιήδεα καρπὸν, Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, ὧδε νέεσθαι. Ἀλλ' αὐτῇ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι Λωτὸν ἐρεπτομένοι μενέμεν, νόςȣ τε λαθέσθαι. *Dalec.*

u. *Obliuione patriae)* Nam qui cibum illum gustassent, ibi sedes ponere, securi patriae ac parentum, volebant. Accepta haec ab Homero, Od. L. IX. v. 94. Τῶν δ' ὅςις λωτοιοφάγοι μελιήδεα καρπὸν, etc. H.

x. *Ferunt ventris)* Stomachine, an alui? Theophr. καὶ ἔτι πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθόν· Venter apud Plinium passim pro ventriculo, vt κοιλία apud Graecos ἀντὶ τȣ̃ ςομάχȣ sumitur. Alias εὐςόμαχα, quae stomacho vtilia: εὐκοιλία Medici vocant, quae vt Cato et Celsus aiunt, bonam aluum faciunt, seu leniter ducunt aluum. Sic Diosc. accepit L. I. c. 157. de cerasis. H.

y. *Melior)* Suauior, ἡδίων δὲ ἀπύρηνος. En quod paulo ante monuit, loti differentias plures fieri diuersitate fructuum. H.

z. *Vinum)* Herod. Melpom. L. IV. p. 281. num. 187. H.

a. *Quod vltra denos dies durare, etc.)* Lego *binos*, non *denos*. Theophrastus libro IV. capite 3. *Et vinum*, inquit, *quod ex eo exprimitur, non nisi binos aut ternos dies durare, deinde acescere.* Pint.

Denos dies) Polybius in fragm. L. XII. p. 1489. ȣ̉ δύναται δὲ πλέον δέκα μένειν ἡμέρων, de Africana loto agens. Recitat haec Athen. L. XIV. p. 651. ex Polybio. H.

b. *Negat durare idem Nepos)* De fructu loti secundae id Theophrast. *Dalec.*

baccasque [1] concisas *c.* cum alica ad cibos doliis condi. Quin et exercitus *d.* pastos eo [2] accepimus, vltro citroque commeantes per Africam. Ligno colos niger. *e.* Ad tibiarum cantus expetitur. *f.* E radice cultellis capulos, breuesque alios vsus excogitant. Haec ibi natura arboris. Est autem eodem nomine, et herba *g.*, et in Aegypto caulis *h.* in pa-

1. *Sic et Ch. contusas Gr. et Al.* 2. *accipimus. Ch.*

c. *Concisas)* Ita MSS. Alii *contusas* malunt. Polyb. l. c. μετὰ χόνδρε κόψαντες, *cum alica tundentes.* De alica dicemus, L. XXII. f. 61. H.

d. Quin et exercitus, etc.) De fructu prioris loti id Theophrast. *Dal.*

Et exercitus) Ophello duce, quum expeditionem susciperet aduersus Carthaginienses. Theophr. l. c. de loto Africana. H.

e. Ligno colos niger) De secunda loto haec Theoph. *Dalec.*

Ligno) Et hanc in Africana loto Theophrastus dotem agnoscit, τὸ δὲ ξύλον, μέλαν. H.

f. Ad tibiarum cantus expetitur) Loti secundae, Theophrast. Vt buxus, tibiae Phrygiae, quam ἔλυμον vocat Pollux, ἔρυμα Φρυγῶν, τὴν ὕλην πύξινον. Virgil. *Tympana vos, buxusque vocant Berecynthiae matris.* Turn. cap. 39. XXX. Vide cap. 36. XVI. *Dal.*

Ad tibiarum) Hoc ipsum de eadem loto Theophr. Ξύλῳ δὲ εἴς τε τὰς αὐλὰς χρῶνται. Tibiae eiuscemodi Alexandrinis Φώτιγγες sunt appellatae, teste Athenaeo, L. IV. p. 182. et λώτινοι αὐλοί. Ouid. Fast. L. IV. v. 190. *Et horrendo lotos adunca sono.* H.

g. Et herba) Lotus vrbana Dioscoridi. *Dal.*

Et herba) Quae Diosc. L. IV. c. 111. lotus satiua et trifolium vocatur: λωτὸς ἥμερος, οἱ δὲ τρίφυλλον. Addit in hortis nasci. Trifolium odoratum vocant: equis pabulum gratissimum: vnde et equinum dictum. H.

h. Caulis) Hanc posthac cap. 21. lib. XXII. Lotomentram vocat. *Dal.*

In Aegypto caulis) Hunc iisdem verbis describunt Herod. Euterpe, L. II. n. 92. p. 122. Theophr. Hist. L. IV. c. 10. Diosc. L. IV. c. 114. Iconem illius accuratam exhibet Prosper Alpinus, oculata fide, L. de plant. Exot. c. 16. p. 213. H.

in paluſtrium genere. Recedentibus *i.* enim aquis Nili riguis prouenit ſimilis fabae *k.* caule, foliiſque denſa congerie *l.* ſtipatis, breuioribus tantum, [1] graciliori buſque: cui fructus in capite papaueri ſimilis inciſuris *ll.*, omnique alio modo: intus grana *m.*, ceu milium. Incolae capita in aceruis putrefaciunt: mox ſeparant lauando, et [2] ſiccata *n.* tundunt, eoque pane vtuntur. Mirum eſt, quod praeter haec traditur: Sole *o.* occidente papauera ea comprimi *p.*, et integi foliis: ad ortum autem aperiri, donec matureſcant, floſque qui eſt candidus, decidat. (XVIII.) Hoc amplius *q.* in Euphrate tradunt, et [1] caput

1. *Gracilioribus* Ch. 2. *ſiccata folia tundunt. Theophr.*

i. Recedentibus) Ita etiam MSS. Theophr. ὅταν ἡ χώρα κατακλυσθῇ, *quum rura inundantur.* Quare forte rectius, *reſidentibus*, hoc eſt, ſtagnantibus, legeris. Callixenus apud Athen. L. XV. p. 677. ἐν λίμναις, in paludibus. H.

k. Similis fabae) Theophraſto cap. 10. lib. IV. hiſtoriae, caulis Aegyptiae fabae ſimilis eſt, non noſtrati. *Dalec.*

Similis fabae) Dioſc. et Theophr. καυλός ἐςι τῷ τῦ κυάμυ ἐμφερής. Quod de faba Aegyptia intellexiſſe Theophraſtus videtur. H.

l. Denſa congerie) Theophr. l. c. caulis folia cum Aegyptiae fabae foliis confert: ſed minora ait eſſe et graciliora: floris vero foliola tenuitate proxima eſſe liliaceis, multa denſaque ſtipata congerie. Vtramque dotem caulis vnius foliis temere contuliſſe Plinius videtur. H.

ll. Similis inciſuris) Theoph. ibidem. *Dal.*

m. Intus grana) Dioſc. et Theophr. ll. cc. H.

n. Et ſiccata) Capita nimirum, vel grana potius, quae capitibus continentur, Theophr. et Dioſc. Item Diod. Sic. *Bibl. L. I.* p. 30. et L. XXII. ſ. 28. H.

o. Sole) Theophr. et Dioſc. ll. cc. H.

p. Ea comprimi) Flores comprimi et capita contegere. Vide cap. 21. lib. XXII. infra ſcripta multa de hac Loto. *Dal.*

q. Hoc amplius) Reliqua deinceps quae hac ſectione narrantur, exſtant apud Theophr. Hiſt. L. IV. c. 10. et de cauſis, L. II. c. 20. p. 262. vnde Aegyptiam loton eamdem

[1] caput ipsum et florem vespera mergi *r.* vsque in medias noctes, [2] totumque abire in altum, vt ne demissa quidem manu possit inueniri. [3] Verti deinde, paulatimque subrigi, et ad exortum Solis emergere extra aquam *s.*, ac florem patefacere, atque etiamnum [4] insurgere, vt plane ab aqua absit alte. Radicem lotos *t.* haec habet mali cotonei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis et castaneas tegit. Interius candidum corpus, gratum cibis, sed crudo gratius decoctum, siue aqua, siue pruna. Nec aliunde magis, quam purgamentis eius, sues crassescunt.

XXXIII. (XIX.) Cyrenaica *u.* [5] regio loton suae postponit paliuro *x.* Fruticosior haec, fructuque magis rubens, cuius nucleus non simul [6] mandatur, iucundus per se, atque suauior e vino, quin et vina succo suo commendans. Interior *y.* Africa ad Garamantas vsque, et deserta, palmarum magnitudine

1. Sic ex MSS. em. Hard. caput κωδίαν Theophr. et Ch. scapum Gr et Al. 2. tantumque. M. 3. Reuerti deinde ex Theoph. 4. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch exsurgere Gr. et Al. 5. Cyrenaice. Ch. 6. sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. manditur Gr. et Al.

eamdem esse cum Euphratica colligas. H.

r. Vespera mergi, etc.) Theoph. cap. 10. lib. IV. histor. *Dal.*

s. Emergere extra aquam) Idem fere scribitur de flore Arabicae arboris cap. vndecimo libri duodecimi. *Dal.*

t. Radicem lotos) Corsion vocat Theophrastus. *Dal.*

Radicem) Herodot. Theophrast. et Diosc. ll. cc. H.

u. Cyrenaica) Et haec totidem verbis leguntur apud Theophr. L. IV. c. 4. Huius paliuri meminit ap. Athen. L. XIV. Diphilus Siphnius. H.

x. Paliuro) Theoph. cap. 4. lib. IV. latius et fusius describit quam Plinius. *Dal.*

y. Interior) Theophr. l. c. H.

dine et suauitate [1] constat, nobilibus maxime circa delubrum Hammonis.

XXXIV. Sed circa Carthaginem Punicum *z.* [2] malum [3] cognomine sibi vindicat *a.*: aliqui granatum *b.* appellant. Diuisit et in genera: apyrenum vocando *c.*, cui lignosus *d.* nucleus abest: sed [4] candidior

1. *Praestat. Dal.* 2. *malum, in M. d.* 3. *cognomen. Par.* 4. *candidiori natura et blandiore. D.*

z. Punicum, etc.) De eo Empedocles, ἕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι, ὑπέρφλοια μῆλα. Opsigonos appellat, quod tarde maturescant fructus, aut serius gignantur: ὑπερφλοίους vero quod cortice vestiantur praecrasso, nempe malicorio: vel quod floribus luxurient: φλοίειν enim et ἄγαν ἀκμάζειν est, et θάλλειν. Rhod. cap. 23. XXIX. *Dal.*

a. Sibi vindicat) Africa. H.

b. Aliqui granatum) Malum granatum Marcell. L. de medic. c. 27. p. 193. aliique: quod nomen hodieque seruatur, arbori quidem, *vn Grenadier*: pomo, *vng Grenade*: ab interiorum granorum multitudine. A Poenis alterum nomen deduci volunt: alii a colore puniceo, quo fructus et flos constant. H.

c. Apyrenon vocando) Lego *Apyrenum* ex vtroque exemplari, aut si mauis forma Graeca *Apyrenon*, nam per *i* in tertia *Apyrinon* nulla ratione defendi poteit, ostendunt id Aristoteles, Theophrastus, Dioscorides, Heron, et Graeci omnes glossematôn scriptores. *Pint.*

Apyrenum) Ita MSS. R. Colb. Par. Tol. et Salm. Graeci ἀπύρηνον, scribunt. Πύρην nucleus est: ἀπύρηνον, quod eo caret. Latini tamen ex vsu, non apyrenon, sed apyrinon dicunt. Mart. L. XIII. Ep. 43. *Lectu suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et vernae tuberes: quid tibi cum Libycis.* Et ep. 42. *Non tibi de Libycis tuberes, et apyrina ramis, De Nomentanis sed damus arboribus.* Eadem Plinius dulcia vocat, L. XXIII. f. 57. H.

d. Lignosus) Durus Iohannes Leo id depingit in cap. de Mechnase. Ea quorum nucleus durus est, Athenaeus lib. IV vocat σκληροκόκκα. *Dalec.*

Cui lignosus) Hoc est, cui non est durus acinus, seu granum. Non igitur apyrina dicuntur, quae nullum omnino nucleum habeant, sed quae mollem adeo, vt mandi

dior ei natura, et blandiores sunt acini, minusque amaris distincti membranis. Alia structura [1] earum quaedam, [2] vt in fauis, communis. Nucleos habentium quinque species *e.*: dulcia, [3] acria, mixta, acida, vinosa. Samia *f.* et Aegyptia distinguuntur *g.* [4] erythrocomis *h.*, et leucocomis. Corticis maior vsus ex acerbis *i.* ad perficienda coria. Flos balaustium vocatur *k.*, et medicinis *l.* idoneus, et tingendis

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. eorum vt in f. Gr. et Al.* 2. *vt in fauis. Communium et nucleos. Dal.* 3. *austera, Galeno.* 4. *erythrococcis et leucococcis. D.*

mandi possit, ac pro nihilo haberi. Seneca ep. 85. p. 368. *Sic sapiens*, inquit, *imperturbatus dicitur, quo modo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. Falsum est*, etc. H.

e. Quinque species) Diosc. L. I. c. 151. tres tantum species enumerat, γλυκεῖαν, ὀξεῖαν, οἰνώδη, dulcem, acidam, vinosam. H.

f. Samia) Alia, praeterea inquit, Samia Punica sunt, alia Aegyptia: et quidem vtraque bifariam diuiduntur: Sunt enim Samia erythrocoma, sunt et leucocoma. Aegyptia quoque iisdem differentiis distinguuntur. Sic nucleos habentium genera sunt omnino nouem, quod verbis expressis ait ipse, L. XV. s. 11. H.

g. Aegyptia distinguuntur erythrocomis et leucocomis) Hermolaus pro *leucocomis*, *glaucocomis* emendat, sicque ex eius emendatione impressa iam exemplaria circumferuntur: citatque Theophrastum libro puto secundo capite tertio. Sed locus ille nihil correctioni Hermolai fauet: de granis enim Theophrasto illic, non de frondibus sermo est. *Pint.*

h. Erythrocomis) Ita MSS. omnes. Non igitur a granorum colore, sed a fronde comaque rubra vel alba, nomen haec habent. Malunt alii a granorum colore, τῶν κόκκων, erythrococca et leucococca dici. H.

i. Ex acerbis) Viridibus, immaturis. H.

k. Flos balaustium vocatur) Vide c. 6. L. XXIII. *Dalec.*

Flos balaustium) Scriptoribus Graecis, βαλαύστιον flos est punicae siluestris non domesticae. Officinae tamen Plinium

tingendis veſtibus, quarum color *m.* inde nomen accepit.

XXXV. (XX.) In Aſia et Graecia naſcuntur frutices; [1] epipactis *n.*, quem alii elleborinen vocant, paruis foliis, quae pota contra venena proſunt, ſicut *o.* erices contra ſerpentes: (XXI.) et [2] in quo *p.* naſcitur

1. *Leg. Epipaſtis, quem alii elleborinem appellant. Ex Dioſcoride. epicactis quem alii embolinen Gr. et Al.*
2. *Fruticem in quo naſc. gr. Gnid. aliqui linum vocant, alii thymelaeam. ex Dioſc.*

Plinium ſequuntur, quibus balauſtium ſilueſtris, domeſticaeque florem promiſcue ſignificat. Et Marcell. Empir. c. 17. p. 124. balauſtium vocat florem *mali granati, quo coriarii vtuntur:* quod genus acerbum quidem, non tamen ſilueſtre eſt. H.

l. Et medicinis) Dioſcoridem vide L. I. c. 154. ipſumque Plinium, L. XXIII. ſ. 60. H.

m. Color) Nimirum puniceus. *Dal.*

Color inde) Balauſtinus vocatur. H.

n. Epipactis) Ἐπιπακτίς. Vide N. et Em. N. XXIV. (hic adi.) *Epip.)* In libris hactenus editis, *Epipactis, quem alii embolinen.* Nos locum ſanauimus tum ex Dioſcor. L. IV. c. 109. Ἐπιπακτὶς, inquit, οἱ δὲ ἐλλεβορίνην, θαμνίσκος μικρὸς, ἐλάχιςα φυλλάρια ἔχων. Πρὸς τὰ θανάσιμα δὲ πίνεται, καὶ πρὸς τὰ ἐν ἥπατι πάθη. Tum ex ipſo Plinio, L. XVII. ſ. 52. vbi eadem plane cum Dioſcoride refert. H.

o. Sicut erices contra ſerpentes) Dioſcorides L. I. c. 8. *Cui arbor eſt tamarici ſimilis, multo tamen breuior: coma eius floreſque ſerpentium morſibus illita medentur.* Pint.

Sicut erices) Subintellige folia. Nicand. in Theriac. p. 48. aduerſus ſerpentium ictus ita praecipit: Λάζεο δ' ἀνθεμόεσσαν ἄφαρ τανύφυλλον ἐρείκην, Ἣν τε μελισσαῖον περιβόσκεται οὐλαμὸς ἑρπων. *Quin et florentem prompte frondentis erices Tolle comam: hanc paſcunt volitantque examina circum.* Vbi Scholiaſtes p. 28. ait ericem habere folia ederae affinia, longiora tamen et aſperiora: ἐρείκη δὲ, εἶδος βοτάνης, ἥτις φύλλα ἔχει τῷ κίσσῳ παραπλησία, μικρότερα δὲ καὶ τραχύτερα. In Gallia frequens, *Bruiere.* De ea rurſum, L. XXIV. ſ. 39. H.

p. Et in quo) Subintellige,

nafcitur granum Gnidium, quod aliqui linum *q.* vocant: fruticem vero thymelaeam, alii chamelaeam, alii pyros achnen, alii cneftron, alii cneoron: eft fimilis oleaftro, foliis anguftioribus, [1] gummofis *r.* fi mordeantur, myrti magnitudine: femine, colore et fpecie [2] farris *s.*: ad medicinae *t.* tantum vfum.

XXXVI. Tragion *u.* fruticem fola Creta infula gignit, terebintho fimilem et femine, quod contra fagittarum ictus efficaciffimum tradunt. Eadem et tragacanthen *x.*, fpinae albae radice, multum [1] prae-

1. *Gumminofis.* Ch. 2. *foris.* V.

ge, et fruticem alium, in quo, etc. Sic Diofc. L. IV. c. 173. qui ex eodem fonte Graeco haufit, ex quo hortum fuum Plinius rigauit. Θυμέλαια, οἱ δὲ χαμέλαιαν, οἱ δὲ πυρὸς ἄχνην, ἢ κνῆϛρον, (fic enim legendum, ex Galeno in Gloff.) ἢ κνέωρον καλοῦσιν. Defcribitur accurate, pingiturque a Clufio, hift. rar. plant. L. I. c. 57. p. 87. H.

q. Quod aliqui linum) Οἱ δὲ λῖνον καλοῦσιν, inquit Diofc. l. c. διὰ τὸ εἶναι τῷ σπαρτῷ λίνῳ θάμνον τῇ φύσει παρόμοιον, quoniam frutex fatiui lini fimilitudinem refert. H.

r. Gummofis) MSS. R. Colb. etc. *gumminofis.* Interpres Oribafii, L. XI. fol. 198. *vifcofa glutinofaque folia mandendo*, quae Diofc. ὑπόγλισχρα dixit, ἐν τῷ διαμασσᾶσθαι, καὶ κολλώδη. H.

s. Colore et fpecie farris) Fructu pallido (χλωρῷ Diofcor.) principio, tandem rubente. Plinius χλωρὰν herbacei coloris male vertit. Vide c. 9. L. XXVII. *Dalec.*

Specie farris) Intus nimirum, vbi eius feminis medulla albet quam maxime. Ita MSS. omnes, et editi. H.

t. Ad medicinae) Vide Diofc. l. c. H.

u. Tragion) Cretenfes hodie vocant γλέγουρον. Aloifius. *Dalec.*

Tragion) Haec totidem verbis Diofc. L. IV. c. 49. Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ etc. De ea dicemus, L. XXVII. f. 115. H.

x. Tragacanthen) Τραγάκανθαν. Haec Theophr. Hift. L. IX. c. 1. H.

[1] praelata apud Medos aut in Achaia nascenti. Pretium eius in libras [2] X. III. *y*.

XXXVII. [3] Tragon et Asia *z*. fert, siue scorpionem, veprem sine foliis *a*., racemis [4] rubentibus, ad medicinae vsum. Myricen et Italia *b*., quam alii tamaricen vocant: Achaia autem bryam *c*. siluestrem: insigne in ea *d*., quod satiua tantum ferat gallae similem fructum. In Syria et in Aegypto copiosa haec *e*. est: cuius infelicia ligna appellamus *f*., quae

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. praelatam Gr. et Al. 2. XIII. Gr. et Al. 3. sic et Diosc. et Ch. tragion Gr. et Al. 4. subeuntib. M. rufis. Diosc.

y. In libras X. III.) Denarii terni, monetae Gallicae asses 24. H.

z. Tragon et Asia) Sic MSS. et libri huius index, non *Tragion*. Plinius ipse quoque rursum, L. XXVII. s. 116 vbi de ea vberius. H.

a. Veprem sine foliis) Imo iunci genus. *Dal.*

b. Myricen et Italia) Lege: *Myricen Italia quam tamaricen vocant, Achaia autem bryam siluestrem.* Potius totus locus sic legendus: *Myricen tamericam vocat Lenaeus, similem scopis Amerinis: Sanari dicit ea carcinomata in vino decocta.* Salmas. p. 597. a. *Myricen et Italia*) Vide infra cap. 19. lib. XXIV. *Dalec.*

Myricen) Diosc. L. I. c. 116. Μυρίκη: Herbariis, Tamariscus. Gallis, *du Tamarin.* Pingitur a Matthiolo in Diosc. L. I. p. 150. H.

c. Bryam) Quia fructum fert veluti florem compage muscosum, inquit, Diosc. l. c. καρπὸν ὥσπερ ἄνθος φέρει βρυῶδες κατὰ τὴν σύστασιν, qui demum in pappos euolat: quare nec fructus proprie, nec semen est. H.

d. Insigne in ea) Diosc. l. c. H.

e. Copiosa haec) Satiua nempe, et fecunda Diosc. H.

f. Cuius infelicia ligna appellamus) Scribe: *cuius infelicia ligna appellat vulgus*, ex Plinio ipso L. XXIV. cap. 9. de hac eadem tamarice loquente: *Vulgus*, inquit, *infelicem arborem eam appellat vt diximus, quoniam nihil ferat, nec feratur vmquam.* Ex quibus verbis tria vltima suspecta mihi sunt tamquam non Pliniana, nam de satiua tamarice mentionem fecit eodem lib. XIII. et cap. 21. *Insigne* ait *in ea quod satiua tantum*

quae tamen infeliciora *g.* sunt Graeciae. Gignit enim arborem ostryn *h.*, quam et ostryam vocant, solitariam *i.* circa saxa aquosa *k.*, similem fraxino cortice, et ramis *l.*, folio piri *m.*, paulo tamen lon-

tantum ferat gallae similem fructum. Pintianus.

Cuius infelicia) Myricae in Italia lignum infelix vocatur, quia sterile. *Infelices arbores*, inquit Plin. L. XVI. c. 45. *existimantur, damnataeque religione, quae neque seruntur vmquam, neque fructum ferunt:* qualis est vulgaris myrica, siue Italica. *Cuius* quum Plinius hic dicit, Aegyptum intelligit. H.

g. Infeliciora) Quoniam, vt statim additur, ostrys, in domum illata mortes miseras facere proditur. H.

h. Ostryn) Theoph. cap. 10. lib. III. *Dalec.*

Ostryn) Ὄστρυν et ὀστρύαν Theophr. vocat, Hist. L. III. c. 10. vbi Rob. Constant. in Nott. ait, ostryn esse *Syringam* Etruscorum, a se Florentiae visam: a nobis hic in horto Regio. H.

i. Solitariam) Theophrastus *μονοειδῆ* Graece vocat lib. III. cap. 10. hoc est *vnius tantum speciei.* Quare Theodorus melius hoc loco quam Plinius *speciei simplicem* transtulit. *Pintianus.*

Solitariam) Quid hac voce velit auctor, haud satis compertum. Nam *μονοειδής*, quo vocabulo vtitur Theophrastus, aliud sonat: nempe vnius speciei arborem esse, sine vllo maris ac feminae discrimine. Quod si *solitarium* nunc idem valet, atque in locis solis desertisque nascens, singularis illa huius vocis acceptio est. H.

k. Circa saxa aquosa) Addenda videtur coniunctio *et*, ad vitandam amphibologiam, legendumque *circa saxa et aquosa.* Theophrastus eodem libro et capite: *Aquas conuallesque arbor haec gestit:* quod enim Theodorus *conualles*, Plinius *saxa* transtulit, habente vtrumque intellectum Graeca dictione φάραγξ. *Pint.*

l. Similem fraxino cortice et ramis) Scribo, *similem oxyae cortice et ramis.* Theophrastus loco ante dicto: *Est et ostrys specie simplex, quam nonnulli ostryam vocant, tam corpore quam cortice oxyae similis.* Theodorus more suo *scissimam* vertit. *Pint.*

m. Folio piri) Foliis piri maioribus, non multo longioribus, in acutum contractis, fibrosis, rugosis circa fibras, tenui per ambitum scissura: reliquis fibris a media

longioribus crassioribusque, ac rugosis incisuris *n.*, quae per tota discurrunt: semine hordeo simili et colore. Materie est dura atque [1] firma *o.*: qua in domum *p.* illata, difficiles partus fieri produnt, mortesque miseras.

XXXVIII. (XXII.) Nec auspicatior in Lesbo *q.* insula arbor quae vocatur euonymos *r.*, non absimilis Punicae arbori, inter eam *s.* et laurum folii magni-

1. *Firma. Hac in (sub. ostrya)* Dal.

dia costarum modo in rectum iuxta magnam porrectis: materie dura, decolori, exalbida: fructu paruo, oblongo, hordeo simili. *Theophrastus.* Dalec.

n. Ac rugosis incisuris, quae per tota discurrunt) Lego, *ac rugosis. Incisuraeque per tota discurrunt.* Theophrastus: *Item per neruos rugatum, et ambitu leuiter serratum.* Pintianus.

Rugosis) In fibris ipsis, quae plurimae a media seu crassiore fibra instar costarum procurrunt, folio corrugato. Theoph. l. c. H.

o. Et colore. Materies est dura atque firma) Scribendum, *Decolore materia est dura atque firma.* Theophrastus tertio c. 10. *Materies dura, decolor, exalbida.* Pint.

p. Qua in domum) Theophrast. l. c. Λέγεται δὲ ὡς οὐκ ἐπιτήδειον εἰς οἰκείας εἰσφέρειν· δυσθάνατον γάρ φασι· καὶ δυστοκεῖν οὖν ἐὰν ᾖ. H.

q. In Lesbo) Ordymno monte: cuius mentio fit c. 31. L. II. Theophrast. *Dal.*

r. Euonymos) Εὐώνυμος Theophr. Hist. L. III. c. 18. Gallis *du Fusain*: etsi aliis aliter visum scimus. Anguillara de simpl. P. IV. p. 81. affirmare nil dubitat: statuere nihil audet Ruellius, etsi multae, inquit, delineationes fauent, de nat. stirp. L. I. p. 154. In Commentariis Acad. Reg. Scient. anni 1766. describitur a D. Danty D'Isnard p. 291. planta peregrina, quam Euonymoiden vocat, ob aliquam cum euonymo similitudinem: tergeminamque distinguit: Canadensem, Virginianam, Caroliniensem. H.

s. Inter eam) Maiore folio quam chamaedaphne: sed molli, vt Punica. Theophr. l. c. Καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες· μεῖζον δὲ ἢ χαμαιδάφνη, καὶ μαλακὸν ὥσπερ ἡ ῥόα. H.

magnitudine, figura vero et mollitie Punicae, flore candidiore *t.*, statim pestem denuncians. *u.* Fert siliquas *x.* [1] sesamae similes: intus granum quadrangula figura, spissum, letale *y.* [2] animalibus: nec non et in folio eadem vis. Succurrit aliquando praeceps alui exinanitio.

XXXIX. Alexander Cornelius arborem [3] eonem *z.* appellauit, ex qua facta esset Argo *a.*, similem robori

1. *Sesami. Gr.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. animantibus Gr. et Al.* 3. *aeoniam, id est, aeternam.*

t. Flore candidiore statim pestem denuncians) Lego, *Flore candido, odore statim pestem denuncians.* Theophrastus L. III. c. vltimo: *Flos colore albae violae similis; odore infestus, velut cruorem inferens.* Quo in loco transferendo notandum est insigniter errasse et Plinium et Theodorum; refert enim haec arbor euonymos odorem seu virus attractylidis herbae, quae teste Theophrasto lib. VI. cap. 4. et Plinio L. XXI. c. 16. succum sanguineum effundit: quare et Φόνος a quibusdam, eisdem testibus appellatur: est etiam odore tetro atque infesto. Quia igitur Φόνος Graece, *mortem* Latine significat, Plinius *pestem*, Theodorus *cruorem* transtulit, neuter bene, transferre enim debuissent: *odore graui phonis*, vel si ita maluissent, *attractylidis*. Pint.

u. Pestem denuncians) Quoniam letalis est animantibus cibus. H.

x. Fert siliquas) Theophr. l. c. Sesama vel sesamum, *de la Iugeoline.* Euonymi siliquas vulgus scrota vocat sacerdotum, quod intus erui magnitudine grana mollibus inuoluta membranis testiculorum modo contineantur. H.

y. Letale etc.) Pecus enecat, si gustetur, praesertim capras, nisi purgentur. Theophrast. Τοῦτο ἐσθιόμενον ὑπὸ τῶν προβάτων, ἀποκτείνει· καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός· καὶ μάλιστα τὰς αἶγας, ἐὰν μὴ καθάρσεως τύχῃ. H.

z. Eonem) Et in indice *Eon* haec arbos vocatur. H.

a. Ex qua facta esset Argo) Apollonius IV. Argonaut. scribit, Palladem ex Phago Dodonide nauis eius carinam fecisse vocalem: ——

αὐτίκα δ' ἄφνω Ἴαχεν ἀνδρομέῃ ἐνοπῇ μεσσηγὺ θεόντων Αὐδῆ ἐν γλαφυρῇ νηὸς δόρυ. Quamobrem Lycophronis interpres λαλήστάτην ait, εἶχε τὴν τρόπιν ἐκ τῆς

bori viſcum [1] ferenti, quae nec aqua nec igni [2] poſſit corrumpi, ſicuti nec viſcum: nulli alii cognitam, quod equidem ſciam.

XL. Adrachnen omnes fere *b.* Graeci portulacae nomine interpretantur, quum illa *c.* ſit herba, et andrachne vocetur *d.*, vnius litterae diuerſitate. Ceterum adrachne eſt ſilueſtris arbor *e.*, neque in planis

1. *Ferentem: quae nec aqua poſſet corrumpi, ſicuti nec viſcum, nec igni, nulli alii cogn. Dal.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. poſſet Gr. et Al.*

τῆς Δωδώνης δρύος; et Lycophron λάληθρον λίσσαν garrulam picam vocauit. Rhod. c. 15. XXIX. *Dalec.*

b. Adrachnen omnes fere) Theophr. c. 16. L. III. Vide infra c. 21. L. XVI. Cretenſes nunc vocans *Andracles.* Dal.

Adrachnen) MSS. R. Colb. et Par. vbique *andraclen*, quum de hac arbore ſilueſtri agitur, ſcribunt: quum de portulaca, *andrachnen.* H.

c. Quum illa) Portulaca nimirum, quae ἀνδράχνη Galeno de fac. ſimpl. med. L. VI. c. 43. p. 156. Gallis, *du Pourpier.* Graecis recentioribus, vt apud Phauorinum, χοιροβότανον, quae vox portulacam ſonat. Vnde et Apuleius, c. 103. *Latini portulacam, alii porcaſtrum, Graeci andrachnen.* Et andrachnen vocat Columella, Hort. L. X. p. 358. H.

d. Andrachne vocetur) Pauſaniae in Boeoticis in Helicone Adrachnae frutices longe ſuauiſſimum pomum ferunt. *Dalec.*

e. Ceterum adrachne eſt ſilveſtris arbor) Ceterum *Andracle eſt ſilueſtris arbor, neque in planis naſcens, etc.* ita ſcribitur in antiquis exemplaribus. Et paulo poſt: *ſimilis et Apharce bifera aeque quam pandracle.* et L. XVI. cap. 22. in Thuanaeo codice inueni: *inter vtraque genera ſunt andracile (pro andracle) in Graecia et vbique vnedo.* Plinii ergo ſententia eſt, Ἀνδράχλην dici de arbore, ἀνδράχνην de herba portulaca. *Salmaſ.* 510. b. Et paulo poſt, pro *coggygria* lege, *coccygia.* idem ibid. 511. a.

Andrachne eſt) Frequens in Creta prouenit et tota Graecia Ἀδραχλα vocatur, teſte Cluſio hiſt. rar. plant. c. 31. p. 49. vbi accurate pingitur. Apud Theophr. ἀνδράχνη ſaepe, pro ἀδράχνη ſcribitur. H.

planis nascens, similis [1] vnedoni *f.*, folio tantum minore *g.*, et numquam decidente: cortice non scabro quidem *h.*, sed qui [2] circumgelatus *i.* videri possit, tam tristis adspectu est.

XLI. Similis et [3] coccygia folio *k.*, magnitudine minor.

1. *Lego, vnedoni folio, numquam decidente: tantum minor, ex Theophrasto.* 2. *circumfindatur: tam, etc.* περιῤῥυγνύμενος. *Theophr.* *non* περιπηγνύμενος. 3. *coggygria. Gr.*

f. Vnedoni) L'arbousier, Arbutum Latini aliter vocant. H.

g. Folio tantum minore) Habet similia Theophr. Hist. L. III. c. 16. Παρόμοιον δὲ τὸ φύλλον καὶ ἡ ἀδράχνη ἔχει τῷ κομάρῳ· μέγεθος δὲ ἐκ ἄγαν μέγα. *Adrachne folium habet simile arbuto: neque insigni magnitudine est.* Haec vltima verba Theophrastus de tota arbore, non de folio protulit: qui paulo ante de arbuto dixerat: ἡ δὲ κόμαρος ἡ τὸ μιμαίκυλον φέρεσα τὸ ἐδώδιμον, ἐςὶ μὲν ἐκ ἄγαν μέγα, *non est admodum magna arbos.* Maiora sunt certe adrachnes, quam arbuti, latioraque folia. H.

h. Cortice non scabro quidem) Adrachne, non aliter quam Suber, detracto cortice iuuatur. Eadem, vt et Apharca anno bifera, priorem fructum perficit, quum variat vua (περκάζει, Plinio quum pubescit) alterum quum floret vua. Plinium fefellit Theophr. littera male distincta, in qua post ἀνθεῖντι, statim subiicitur, ἀρχομένε τε χειμῶνος ἐλάτη καὶ μίλυς ἀνθεῖσι, μικρὸν πρὸ ἡλίε τροπῶν, initio hiemis. Taxus et Abies florent paululum ante brumam. *Dal.*

Cortice) Immo laeui, λείῳ. Theophr. l. c. et Hist. L. IX. c. 4. H.

i. Circumgelatus) Περιπηγνύμενον, Theophrasto. Arbores πηγνῦσθαι dicuntur, quae laeduntur gelu, quarum hieme cortex rumpitur. Huius vero non hieme, sed aestate finditur. H.

k. Similis et coggygria folio) Exemplar Toletanum, *Similis et coccigia folio.* scribo, *similis et coccymeleae folio*, id est *pruni.* sic enim coccymeleam supra esse scribit, fructumque eius in pappos abire, vt nullus supersit dubitationi locus. *Pintianus.* *Similis et coggygria folio)* Cotinum hanc arborem auctor vocat c. 8. L. XVI. *Dalec.*

Coccygia) Sic etiam in Indice scribitur. Hes. Κόκκυξ, quam

minor. Proprietatem *l.* habet fructum amittendi lanugine, (pappum vocant:) quod nulli alii arborum euenit. *m.* Similis et apharce *n.*, bifera aeque quam adrachne. Priorem fructum incipiente pubescere vua [1] peragunt, alterum initio hiemis: quales eos, non traditur.

XLII. Et [2] ferulam inter externas dixisse [3] conueniat, arborumque generi adscripsisse *o.*: quoniam quarumdam naturae, (sicut [4] distinguimus *p.*) lignum [5] omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, vt sambuci: quaedam vero inanitatem, vt arundines. Ferula calidis nascitur locis *q.*, atque trans maria, genicu-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. peragit Gr. et Al.* 2. *ferulas. M.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. conueniet Gr. et vulgg.* 4. *distinguemus. Gr.* 5. *omnino. D.*

quam pro suo more βοτάνην vocat. H.

l. Proprietatem) Theophr. l. c. Ἴδιον δὲ ἔχει καὶ τὸ ἐκπαππέσθαι τὸν καρπόν. *Peculiare in hac, fructum lanugine, quae pappus vocatur, interire.* Lanuginem e floribus, fructibusue deciduam, tam Graeci quam Latini pappum dixere. H.

m. Nulli alii arborum euenit) Hoc salici, populo, Nerio similiter contingit. Apud Theophrastum vitiose legitur *Coccymelaea.* Dalec.

Quod nulli alii) Sic Theophrast. l. c. Simile quiddam tamen in salice animaduertimus: fructum scilicet in pappum euanescere. H.

n. Similis et apharce) Theophrast. Hist. l. III. cap. 6. Ἀδράχνη καὶ ἀφάρκη, etc. H.

o. Arborumque generi adscripsisse) Suffruticibus annumerat Theophrastus. *Dal.*

p. Sicut distinguimus) Ita MSS. R. Colb. aliique, non vero *distinguemus.* H.

q. Ferula calidis nascitur locis) Copiosior clariorque harum historia petenda e Theophrasto. *Dalec.*

Ferula) Graecis νάρθηξ In Apulia frequens, inquit, Matthiolus, a quo recte pingitur, in Diosc. L. III. p. 792. qualem in horto Regio vidimus. H.

niculatis *r.* nodata scapis. Duo eius *s.* genera: Narthecia Graeci vocant, assurgentem in altitudinem: [1] Narthecyan vero semper humilem. A genibus *t.* exeuntia folia maxima, vt quaeque terrae proxima. [2] Cetero *u.* natura eadem, quae anetho, et fructu similis. Nulli fruticum leuitas maior: ob id [3] gestatu facilior *x.*, baculorum vsum senectuti praebet.

XLIII. [4] Semen ferulae, thapsiam quidam vocauere: decepti eo, quoniam ferula sine dubio *y.* est thapsia, sed sui generis, foliis feniculi, inani caule *z.*, nec excedente baculi longitudinem: Semen

1. Narthecyan, etc. exeunt folia, maxima vt. Dal. ex Theophr. Narthechiam. Gr. 2. *Cetera. M. Lego ex Theophr. Floris natura ead. quae an. et fructus sim.* 3. *gestata facilius. M. gestatu facilius Ch.* 4. *Speciem ferulae. Dal.*

r. Geniculatis) Scapum seu caulem hic habet, geniculis quibusdam, id est, internodiis articulisque distinctum. H.

s. Duo eius) Νάρθηκα et ναρθηκύαν Theophr. vocat Hist. L. VI. c. 2. Ferulam et ferulaginem Gaza vertit: recte. H.

t. A genibus) A nodis illis, siue articulis, de quibus dictum est. Sic Theophr. ambo ferulae genera dicit esse γονατώδη, ἀφ' ὧν τά τε φύλλα βλαςάνει, et cetera, quae paulo vberius ille, quam Plinius. H.

u. Cetero) Florem habet, fructumque anetho similem. Theophr. Ἐνταῦθα δὲ τό, τε ἄνθος, καὶ ὁ καρπός . . . καθάπερ τὸ ἄνηθον. H.

x. Facilior) In MSS. *facilius.* H.

y. Ferula sine dubio) *Ferulaginem, quam Graeci Thapsiam* vocant, inquit Coel. Aurelian. Chron. L. II. c. 1. Θαψία Diosc. L. IV. c. 157. vbi quae de Thapsia hic narrantur, totidem verbis exstant. In Sicilia *Turbith* appellatur, teste Anguillara P. 14. p. 292. cui et Lobelius suffragatur in Nott. MSS. H.

z. Inani caule) Hoc est, habens quamdam intus inanitatem, vt arundines: quod Plinius paulo ante dixit, sect. sup. seu medulla etiam fungosa carens. H.

men [1] quale *a.* ferulae, radix candida. Incisa lacte manat, et contusa succo: nec corticem abdicant. *b.* Omnia ea venena: quippe etiam *c.* fodientibus nocet: [2] si minima adspiret aura, intumescunt corpora: faciemque inuadunt ignes sacri: ob id cerato *d.* prius illinunt. Quibusdam tamen morbis *e.* auxiliari dicunt medici, permixtam aliis: Item in *f.* alopeciis, sugillatisque ac liuentibus: ceu vero *g.* remedia desint, vt scelera [3] non tractent. Sed ista *h.* prae-

1. *quasi. M.* 2. *Nam si min.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. contrectent. Dal. non tractent. Ch. contractent. Gr. et Al.*

a. Semen, quale) Dioscor. Σπέρμα - - - τῷ τȣ̃ νάρθηκος ἐμφερές. H.

b. Nec corticem abdicant, etc.) Nec corticem radicis in vsu medicinae reiiciunt: nam in purgationibus is datur quatuor obolis, succus tribus, lac vno. Dioscor. Dalec.

Nec corticem) Lac, inquit, a medicis incidendo elicitur: tundendo exprimitur succus: nec corticem in medendi vsu abiiciunt: nam purgandi vim habent ea omnia, *δύναμιν ἔχει καθαρτικὴν*, etc. Diosc. H.

c. *Quippe etiam)* Diosc. l. c. et Theophr. Hist. L. III. c. 9. quod quidem experimento comprobatum a se Iul. Scaliger in animaduu. testatur. H.

d. Ob id cerato) Vel ceroto: medicamentum est ex cera rebusque aliis conflatum. Κηρωτὸν Graecis: Gallis, *du Cerat.* H.

e. Quibusdam tamen morbis, etc.) Suspiriosis, diuturnis laterum doloribus, sanguinis reiectionibus. Dioscorides. *Dal.*

Quibusdam) Quos Diosc. enumerat l. c. H.

f. Item in) Diosc. l. c. Est porro *ἀλωπεκία* defluuium capillorum. Sugillata facies dicitur, quae liuidis dehonestata maculis apparet: Sic enim sunt fere in facie sugillata, vt vibices in corpore. Thapsiae succum vna cum nitro appositum, liuores statim eximere, scribit etiam Marcell. Empir. c. 19. p. 132. H.

g. Ceu vero) Quasi vero remedia desint, *rogandique* sint ne venena tractent. H.

h. Sed ista) Deesse remedia illi praetexunt, vt res noxias medicamentis admisceant,

praetexunt noxio instrumento: tantumque impudentiae [1] est, vt venenum artis esse persuadeant. Thapsia est *i.* in Africa vehementissima. Quidam caulem incidunt per messes *k.*, et in ipsa excauant radice, quo succus confluat, arefactumque tollunt. Alii folia, caulem, radicem tundunt in pila, et succum [2] in Sole coactum diuidunt in pastillos. Nero Caesar *l.* claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis *m.* grassationibus conuerberatam faciem *n.* illinens sibi cum thure *o.*, [3] ceraque *p.*, et [4] sequuto die contra famam cutem sinceram circumferens. Ignem

1. *Est, in M. d.* 2. *insolatu. Dal.* 3. *cerussaque. Mercerus.* 4. *sequenti. M.*

sceant, et venenis abutantur: tantumque impudentiae est, vt carere iis artem medicam posse negent. H.

i. Thapsia est) Vim ei eximie calefactoriam Galenus tribuit, L. de fac. simpl. med. c. 8. p. 177. Θαψία δριμείας ἐςὶ καὶ ἰσχυρῶς θερμαντικῆς δυνάμεως. H.

k. Quidam caulem incidunt per messes) Facto in ambitu scrobe, radicis corticem incidunt, aut in ipsa radice. Dioscor. *Dalec.*

Quidam) Diosc. l. c. H.

l. Nero Caesar) Haec Plinius Valer. a nostro transscripsit, de re med. L. III. c. 47. H.

m. Nocturnis) Tacit. Ann. L. XIII. p. 205. *Nero itinera vrbis et lupanaria veste seruili in dissimulationem sui compositus pererrabat - - adeo vt ipse quoque acciperet ictus - - Deinde vbi Caesarem esse, qui grassaretur, pernotuit, etc.* Vide et Sueton. in Nerone, c. 26. H.

n. Conuerberatam faciem illinens sibi) Vtrumque exemplar non *sibi* legit, sed *sic*, vt credam scribendum esse *succo*. Pintianus.

o. Illinens sibi cum thure ceraque) Laudat et id remedium Dioscorides, dum amplius binis horis non dimittatur, postea locus marina calida foueatur. *Dalec.*

p. Ceraque) Ita etiam MSS. omnes. Tamen Plinius Val. *cerussaque* videtur legisse: sed male. Nam Diosc. σὺν λιβανωτῷ καὶ κηρῷ ὅσοις, *cum thure et cera aequis partibus.* H.

Ignem ferulis *q.* optime seruari certum est, easque in Aegyto praecellere.

XLIV. (XXIII.) *r.* Ibi et capparis *s.*, firmioris ligni frutex, [1] seminisque *t.* et cibi vulgati, caule quoque vna plerumque decerpto. Cauenda *u.* eius genera peregrina: siquidem [2] Arabium [3] pestilens *x.*, Africum gingiuis inimicum, Marmaricum vuluis, et [4] omnium inflationibus. *y.* Apulum vomitus facit: stomachum et aluum [5] mouet. Quidam id cynosbaton vocant *z.*, alii opheostaphylen. *a.*

XLV.

1. *Fructusque in cibis. vulg.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Arabicum Gr. et Al.* 3. *pestilens, gingiuis inimicum. Africum, praecipue Marmaricum, vuluis et torminum inflation. Dal.* 4. *omnibus. Quidam. omenti. Alii. et torminum infl. Alii.* 5. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. soluit. Gr. et Al.*

q. Ignem ferulis) Et his furatus ignem Prometheus fingitur. H.

r. Ad inscriptionem haec notat Dalec: Cynosbato) Vide infra cap. 13. lib. XXI. et Theophrast. cap. 5. lib. VI. hist.

s. Ibi et capparis) In Aegypto. Diosc. L. II. c. 204. Κάππαρις θάμνός ἐςὶν ἀκανθώδης, etc. Gallis *vn Caprier*: fructus, *capre* et *câpe*. H.

t. Seminisque) Siue fructus. Diosc. Ταριχεύεται δὲ ὁ καυλὸς αὐτῆς καὶ ὁ καρπὸς εἰς βρῶσιν, caulis ac fructus cibi gratia sale condiuntur. Sic etiam interpres Oribasii, L. XI. p. 200. H.

u. Cauenda) Haec quoque Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. med. L. VII. p. 185. H.

x. Siquidem Arabicum pestilens) Dioscoridi Arabicum e rubro mari aduectum, itemque Libycum, in cibos non admittenda, quia in ore pustulas excitant, et osse tenus gingiuas exedunt. Africum vero, praesertim Marmaricum, vehementer inflat. *Dal.*

y. Inflationibus) Marmaricum vehementer inflat, inquit Diosc. ἐμπνευματοῖ ἰσχυρῶς. Omnia Plinius inflare ait. H.

z. Cynosbaton vocant) Quoniam hamatas rubi modo spinas habet. Diosc. *Dalec.*

Cynosbaton) Sic Orib. l. c. quod hamatas nimirum rubi modo spinas habet. H.

a. Alii opheostaphylen) In notis

XLV. [1]Fruticosi est generis *b*, et sari *c*., circa Nilum nascens, duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo *d*.: [2]radice ferrariis officinis praecipua, carbonis vsu, propter duritiam.

XLVI. (XXIV.) Non omittendum est et quod Babylone seritur in spinis, quoniam non aliubi *e*. viuit, [3]sicut et viscum in arboribus *f*.: sed illud in spina

1. *Frutectosi est gen. et sarisa. Ch.* 2. *e rad. Fer. off. praecipuo carbonis. Dal.* 3. *estque sicut et Vet.*

notis Dioscoridis male *phyllostaphylen.* Dal.

Opheostaphylen) Et in indice huius libri, *ophiostaphylen:* quasi anguinam vuam. In Nothis Diosc. p. 448. Κάππαρις, οἱ δὲ κυνόσβατος, οἱ δὲ καπρία, οἱ δὲ ὀφιοσκόροδον, οἱ δὲ ὀφιοςαφύλην, sic enim legendum, non φυλοςαφυλον H.

b. Fruticosi est generis, etc.) Legend. *Frutectosi est generis et Sari circa Nilum nascens.* Dicitur enim *frutectum* ὁ θάμνος vel θάμνοι, vt *virgultum*, vt *carectum* a carice. Inde *frutectosus* θαμνώδης. Vide *Salmas.* p. 1004.

Fruticosi) Haec totidem verbis Theophr. Hist. L. IV. c. 9. Τὸ δὲ σάρι, etc. Hesych. Σάριον, φυτόν τι γιγνόμενον ἐν τοῖς περὶ Αἴγυπτον ἕλεσι. Omnes Aegypti peculiarem faciunt. In MSS. R. Colb. Chiffl. Par. *Frutectosi est generis et sariphia.* Atque ita pariter in Indice huius libri. H.

c. Sari) Theophr. cap. 9. lib. IV. hist. *Dalec.*

d. Similique manditur modo) Cum Saria, id est, nati radice canaliculi manduntur, mansae exsuccaeque reliquiae, vt fit in Papyro, exspuuntur. Theophr. *Dal.*

Similique) Plinius de papyro, s. 22 libri huius: *Mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum deuorantes.* Idem de sari Theophr. H.

e. Non aliubi) Quam in spinis: sic vt viscum non alibi crescit, quam in arboribus. H.

f. Estque sicut viscum in arboribus, sed illud in spina tantum quae regia vocatur. Mirum quod, etc.) Scribendum diuersa distinctione: *Estque sicut viscum in arboribus. Sed illud in spina tantum quae regia vocatur. mirum, quod*, eadem reliqua. Theophrastus secundo de caussis plantarum, cap. 23. *Si vero semina quoque aliqua eiusmodi*

ſpina tantum, quae regia vocatur. *g.* Mirum *h.*, quod eodem die germinat, [1] quo iniectum eſt. Iniicitur autem ipſo Canis ortu, et celerrime arborem occupat. Condiunt eo [2] vinum, et ideo [3] ferunt. Spina illa naſcitur et Athenis in Longis muris. *i.*

XLVII. Frutex eſt et cytiſus *k.*, ab [4] Ariſtomacho *l.* Athenienſi miris laudibus praedicatus pabulo ouium *m.*, aridus vero etiam ſuum: ſpondetque iugero eius [5] annua H-S. *n.* vel mediocri [6] ſolo reditus.

1. *Quod. Vet.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. M. vina Gr. et Al.* 3. *ſeritur. Vet.* 4. *Antilomaco Athenienſe. Ch.* 5. *Annuos perplures, vel, etc. Vet. Annua HS. MM. vel. Gr. et Al.* 6. *ſoli reditu. Dal.*

di ſint, vt quod apud Babylonem ſpinae ſub ortum ſideris, eadem die enaſci atque etiam ſpinam poſſe complecti celeriter aſſerunt, et Syriaca illa herbula Cadytas vocata quae arboribus vepribuſque atque aliis quibuſdam innaſcitur, hinc porro anceps admiratio redditur. Pintianus.

g. Quae regia vocatur) Theophr. cap. 23. lib. II. de cauſis, et cap. 24. eiuſdem ἐπισπείρειν. Vide infra cap. 8. lib. XXIX. Id ſemen, vt equidem ſentio, Caſſuthae noſtrae eſt, quam alibi Plinius Cadytam vocat. *Dalec.*

h. Mirum) Theophr. de cauſ. plant. L. II. c. 23. H.

i. Longis muris) Μακρὰ τείχη ea ſunt, de quibus egimus L. IV. ſ. 11. H.

k. Cytiſus) Κύτισος θάμνος ἐστὶν, etc. Dioſc. L. IV. c. 131. Quae vera ſit cytiſi facies diſceptant inter ſe herbarii. Vide Dalec. hiſt. L. II. c. 64. Genera ſex diverſa vidimus in horto Regio. H.

l. Ab Ariſtomacho, etc.) Columella cap. vlt. lib. V. *Dalec.*

m. Pabulo ouium) Columella, L. V. c. 12. p. 206. *Cytiſum in agro eſſe quam plurimum maxime referet, quod gallinis, apibus, bubus quoque, et omni generi pecudum vtiliſſimus eſt: quod ex eo cito pingueſcit, et lactis plurimum praebet ouibus: tum etiam quod octo menſibus viridi eo pabulo vti, et poſtea arido poſſis, etc.* H.

n. Annua H-S.) Ita MSS. R. Colb. etc. in quibus annua IIS. hoc eſt, annua ſeſtertia. Neutro genere ſeſtertium ſeſtertios mille aequat, monetae Gallicae, libras,

tus. Vtilitas, quae eruo *o.*, sed ocyor satietas, perquam modico *p.* pinguescente quadrupede, ita vt iumenta hordeum spernant. Non ex alio *q.* pabulo lactis maior copia aut melior, super omnia [1]pecudum [2]medicina *r.* a morbis omni vsu *s.* praestante. Quin *t.* et nutricibus in defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari [3]iubet: [4]firmiores celsioresque infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut si [5]aruerit, madefactum. Apes quoque *u.* numquam defore cytisi [6]pabulo contingente, promittunt Democritus et Aristomachus. Nec aliud minoris impendii est. Seritur cum hordeo *x.*: [7]aut vere, semine *y.*, vt [8]porrum: vel

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. pecorum Gr. et Al.* 2. *medicinae in omni morbo. Vet. medicinae et omnium morbis. Al.* 3. *iuuat. M.* 4. *et firm. M.* 5. *inaruerit. Ch.* 6. *pabulum contingentes. M.* 7. *aut erue.* 8. *ocymum. Colum.*

bras, vt vocant, Turonicas centum. H.

o. Vtilitas quae eruo, sed ocior satietas) Ergo habent exemplaria antiqua, non *eruo*: pro quo libentius *herbae* legerem quam *eruo*: nam haec comparatio cytisi cum eruo mihi non probatur: etsi Columella tradit erui modo seminandum esse, item *satias* scribendum, non *satietas*, ex archetypo Toletano. *Pint.*

p. Modico) Modico *cytisi pabulo* pinguescit quadrupes. H.

q. Non ex alio) Colum. l. c. et Arist. Hist. An. L. III. c. 16. p. 392. H.

r. Pecudum medicina) In pecudum medicina. H.

s. Omni vsu) Siue aridum, siue decoctum praebeatur, vtilissimum. H.

t. Quin etc.) Colum. l. c. *Mulieres quidem, si lactis inopia premuntur, cytisum aridum in aqua macerari oportet, etc.* Vide et Hipp. de morb. mul. L. I. text. 73. p. 460. H.

u. Apes quoque) Cytiso apes allici, idque eam ob caussam propter aluearia seri scribit Diosc. L. IV. c. 113. H.

x. Seritur cum hordeo) Columellae cap. 4. lib. IX. satiuum est, et suae spontis. *Dalec.*

Cum

vel caule, autumno ante brumam. z. Si semine, madidum: et si desint imbres a., satum spargitur. b. Plantae cubitales [1]seruntur c. scrobe pedali. Seritur [2]per [3]aequinoctia d. tenero frutice: perficitur triennio: demetitur verno aequinoctio, quum florere [4]desinit e., vel pueri vel anus vilissima opera. Canus adspectu: breuiterque, si quis exprimere similitudinem velit, [5]angustioris f. trifolii frutex. Datur animalibus post biduum semper: hieme g. vero quod inaruit, madidum. h. Satiant equos i. denae librae,

1. *Praeferuntur.* M. et Ch. *transferuntur.* Dal. 2. *post.* V. 3. *aequinoctium.* Dal. 4. *desinit, vel pueri manu, vel vilissima op.* M. *des. vel pu. vel an. vel viliss.* Ch. 5. *amplioris.* V.

Cum hordeo) Eodem tempore, atque hordeum. H.

y. *Aut vere, semine*) Contra Columella, l. c. autumno, semine: plantis vere seri iubet. H.

z. *Vel caule autumno ante brumam*) Vel ramis, Autumno instante ante Septembrem. Ex Columella hic Plinius (vt pomum) intelligenter vertit ex auctore Graeco, apud quem scriptum fuit, εἰς πρασιὰς φυτεύεσθαι, in areolis seri; quemadmodum et Columella reddidit. *Dal.*

a. *Si desint imbres*) Tum spargi, hoc est, rigari quindecim proximis diebus Columella praecipit. H.

b. *Satum spargitur*) Rigatur, quindecim proximis diebus, Columella. *Dal.*

c. *Seruntur*) MSS. R. et Colb. *perferuntur.* H.

d. *Seritur per aequin.*) Colum. l. c. H.

e. *Quum florere desiit*) Nam tota hieme floret. *Dalec.*

f. *Angustioris*) Folia, inquit, trifolii similia sunt, sed minora. H.

g. *Hieme*) Colum. l. c. *Aridum si dabis, parcius praebeto, quoniam vires maiores habet, priusque aqua maceratto, et exemtum paleis permiscento.* H.

h. *Madidum*) Madefactum et maceratum. Nam aridum maiores vires habet et nimis satiat. Columella. *Dal.*

i. *Satiant equos*) Colum. l. c. *Equo abunde est viridis pondo XV. bubus pondo vicena: ceterisque pecoribus pro portione virium.* In Chiffl. cod.

librae, et [1] portione [2] minora animalia: obiterque inter ordines allium et caepe seri fertile est *k*. Inventus [3] hic frutex in Cythno insula, inde translatus [4] est in omnes Cycladas, mox in vrbes Graecas, magno casei prouentu: [5] propter quod maxime miror rarum esse in Italia. Non aestuum, non frigorum, non grandinum, aut niuis iniuriam expauescit. Adiicit Hyginus, ne hostium quidem, propter nullam gratiam ligni.

XLVIII. (XXV.) Nascuntur *l.* et in mari frutices arboresque *m.*, minores *n.* in nostro. Rubrum enim, et totus Orientis Oceanus refertus est siluis. Non habet lingua alia nomen, quod Graeci vocant phycos: quoniam alga herbarum *o.* magis vocabulum intelligitur: [6] hic autem est frutex. Folia lata colore viridi gignit *p.*, quod quidam prason vocant,

1. *Ad portionem.* Ch. 2. *maiora.* M. 3. *est hic.* Ch. 4. *est, et magno, quod sequitur, in M. d.* 5. *praeterea quod max. mi. rarum est* Ch. 6. *hic autem frutex folia, etc. quem quidam.* Dal.

cod. *et ad portionem minora animalia.* H.

k. Fertile est) Vtile, obserua. Vide Columellam cap. 4. lib. IX. *Dal.*

l. Nascuntur) Theophr. Hist. L. IV. 7. Negat Plutarch. in Quu. Natt. statim initio p. 911. aqua marina arbores ali posse: cuius placiti causas affert. Addit in mari Rubro, quae plantae germinant, eas fructum ferre nullum: ali autem fluuialibus aquis, quae multum coeni ingerant: itaque eas haud procul a terra nasci. H.

m. Arboresque minores in nostro) Theophrastus cap. 7. et 8. lib. IV. hist. Vide infra c. 7. et 9. l. XXXII. *Dal.*

n. Minores) Et plantae verius quam arbores. Theophrast. H.

o. Quoniam alga herbarum, etc.) Plinius satis negligenter hoc statuit. *Dal.*

Quoniam alga) Φῦκος, inquit, Latini algam vocant: verum algae nomen herbae ei quae in aquis marinis nascitur, verius accommodatur, quam frutici, quem nunc describimus. H.

p. Folia lata colore viridi gignit, quod quidam prason, alii

cant, alii zostera. Alterum *q.* genus eiusdem, capillaceo folio, simile feniculo, in saxis nascitur: superius in *r.* vadis haud procul littore; verno vtrumque *s.*: et interit *t.* autumno. Circa Cretam insulam *u.* nato in petris purpuras *x.* quoque inficiunt,

alii zostera appellant) Vetus lectio, *Folio lato, colore viridi. Gignit quod quidam, etc.* Haec si vera est, deceperunt Plinium Theophrasti verba male intellecta. Neque enim alga haec gignit quod alii prason, alii zostera appellant, sed ipsum algae genus sic vocant, sunt enim multa algarum genera Theophrastus lib. IV. cap. 6. *Nam algae quoddam genus folio lato, colore herbido est, quod prason quidam appellant, alii zostera*, vbi relatiuum *quod*, non *folium*, sed *genus algae* refert. Theodorus morbo solito pro *prason porrum*, pro *zostera cingulum* reddidit. *Pint. Folia lata colore viridi gignit*) Ταινιοειδῆ Theoph. fasciis similia, vel vt alii legunt, τετανοειδῆ, distenta. *Dalec.*

Folia lata) Totidem verbis haec Theophr. l. c. Τῦ γὰρ φύκυς τὸ μὲν ἐςι πλατύφυλλον . . . χρῶμα ποώδες ἔχον, ὃ δὴ καὶ πράσον καλῦσί τινες, οἱ δὲ ζωςῆρα. Πράσον a colore viridi, quo porrum refert. Ζωςὴρ a cinguli forte similitudine. H.

q. Alterum) Theophr. iisdem verbis l. c. H.

r. Superius in, etc.) Ζωςήρ. *Dal.*

Superius) Primum nempe genus, quod et prason et zostera vocant. H.

s. Verno vtrumque, et interit autumno) Lectio nec integra nec sincera: videntur enim multa desiderari verba. Theophrastus lib. IV. cap. 6. *Annuum esse aiunt, et nasci vere desinente, vigere aestate, minui autumno, interire hieme.* Pintianus. *Verno vtrumque*) *Vere vtrumque.* Non de Zostere id Theophrastus, sed de feniculacea tantum, quam scribit extremo vere nasci, aestate vigere, autumno languere, hieme mori. *Dalec.*

t. Et interit) Theophr. l. c. neque de zostere hoc tradit, neque de capillaceo genere: sed de tertio quodam, quod ad Herculis columnas gigni ait, cuius nec nomen tradit. H.

u. Circa Cretam insulam) Diuersum hoc algae tinctoriae genus a feniculacea Theophrastus memorat, laudatissi-

ciunt, laudatiſſimo a parte Aquilonis, aut [1] ſpongiis. *y.* Tertium *z.* eſt gramini ſimile, radice geniculata *a.* et caule, qualiter calami.

XLIX. Aliud genus *b.* [2] fruticum bryon vocatur, folio lactucae, rugoſiore [3] tantum, iam hoc interius naſcens. *c.* In alto vero *d.* abies et quer-

cus

1. *Aut cum ſpongiis Gr. et Al.* 2. *phycorum.* 3. *tamen. Th.*

datiſſimamque prouenire Aquiloniis locis Cretae ait, vbi ſpongiae, et alii id genus marini frutices, marinaeue plantae praeſtantiores gignuntur. Vide cap. 6. lib. XXXII. et c. 7. l. XXVII. *Dal.*

Circa Cretam) Et haec habet Theophr. l. c. De ſecundo ſeu capillaceo genere intelligenda. H.

x. Purpuras) Hoc eſt, veſtes et lanas eo colore tingunt, qui purpureum imitetur, ac vincat: καλλίων ἡ χρόα τῆς πορφύρας. H.

y. Aut cum ſpongiis) Sic Hermolaus: quum prior lectio tam ſcripta quam impreſſa haberet *aut ſpongeis*, aptiorem lectionem ducimus, *vt ſpongiae.* Theophraſtus: *Gignitur parte aquilonia tum copioſius, tum melius, vt etiam ſpongiae reliquaque ſimilia.* Pint.

Aut ſpongiis) Theophraſti haec eo loci ſententia eſt, a qua diſcrepare paululum Plinius videtur: Parte inſulae Aquilonia copioſius ac melius genus hoc fuci marini prouenire, vt et ſpongias, aliaque ſimilia: ὥσπερ αἱ σπογγιαὶ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Sed forte legendum, *vt ſpongiis.* Interpolauit Hermolaus, *aut cum ſpongiis.* H.

z. Tertium) Theophr. l. c. H.

a. Geniculata) Nodis et articulis, ſeu geniculis diſtincta, inſtar graminis, ῥίζα γονατώδης, ὥσπερ τῆς ἀγρώστιδος. Theophr. H.

b. Aliud genus) Theophr. Hiſt. L. IV. c. 7. H.

c. Iam hoc interius naſcens) *Iam hoc in alto naſcens. Terris vero abies vicina et quercus* ex Theophr. cap. 7. lib. IV. hiſt. *Dalec.*

Iam hoc interius) Hoc eſt, fere intra litus, propius a terra: προσγείως dicunt Graeci. Theophr. de his: φύεται, inquit, ἐπὶ τῶν λίθων τὰ τοιαῦτα πρὸς τῇ γῇ, καὶ τῶν ὀστράκων. H.

d. In alto vero) Et δρῦν ποντίαν, hoc eſt, pelagiam ſiue in alto naſcentem. Theophr. agnoſcit l. c. quod non ſatis animaduertere ii qui

cus cubitali altitudine. Ramis earum *e.* adhaerent conchae. [1] Quercu *f.* et tingi lanas tradunt. Glandem etiam *g.* quaſdam ferre in alto: naufragis haec deprehenſa vrinantibuſque. *h.* Et aliae *i.* traduntur praegrandes circa Sicyonem: vitis enim paſſim *k.* naſcitur: [2] ſed ficus *l.* ſine foliis *ll.*, rubro cortice. [3] Fit et palma *m.* fruticum generis. Extra Herculis *n.* columnas porri fronde naſcitur frutex, et alius lauri,

1. Sic ex MSS. em. Hard. quercu etiam tingi Gr. et Al.
2. Sed et ficus. V. *3. eſt et ibi palma. Vet.*

qui Plinii fidem hoc loco deſiderant. Quercus marinae iconem vide apud P. Lambecium, L. V. p. 294. H.

e. Ramis earum) Theophr. l. c. H.

f. Quercu) Theophr. H.

g. Glandem etiam, etc.) Apud Athenaeum lib. VII. Polybius narrat in mari Luſitanico gigni quercus, quarum glande Thynni veſcantur, et pingueſcant: itaque a vero minime aberraturum, qui Thynnos eſſe marinos porcos dixerit. *Dalec.*

Glandem etiam) Theophr. l. c. Polyb. L. XXXIV. apud Athen. L. VII. p. 302. ait in Luſitanico mari gigni glandiferas quercus, quarum thynni veſcuntur, vt glande terreſtri ſues. H.

h. Naufragis haec deprehenſa vrinantibuſque.) Scribo, *naufragis vrinantibuſque et alia traduntur praegrandes*, cetera adiecta ſunt, et falſo Plinio attributa ex Theophraſto manifeſte lib. IV. cap. 6. quem in hac parte ad verbum fere transfert Plinius, confer et ſtatue. *Pint.*

i. Et aliae) Theophr. l. c. H.

k. Vitis enim paſſim) Hoc eſt, et perinde in alto: καὶ πρὸς τῇ γῇ, καὶ ποντία ἄμπελος. Theophr. l. c. H.

l. Sed ficus) Theophr. ἡ δὲ συκῆ ἄφυλλος μὲν, τῷ μεγέθει δ᾽ οὐ μεγάλη, χρῶμα δὲ τοῦ φλοιοῦ φοινικοῦν. Ita Plinius, ita et Gaza legit. Vnus Dalecampius legit εὔφυλλος. H.

ll. Sine foliis) Εὔφυλλος, foliis comoſa. Ficus ſimilitudo, abſque foliis intelligi nequit, niſi fructus illam oſtendat. *Dalec.*

m. Fit et palma) Ita MSS. omnes. Haec vberius Theophraſt. l. c. H.

n. Extra Herculis) Theophraſt. l. c. H.

lauri, et thymi *nn.*, qui ambo eiecti in pumicem transfigurantur.

L. At in Oriente *o.* mirum est, statim a Copto per solitudines *p.* nihil gigni, praeter spinam, quae sitiens vocatur, et hanc raram admodum: in mari vero Rubro siluas viuere *q.*, laurum maxime *r.*, et oliuam ferentem baccas, et quum pluat, fungos, qui Sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum *s.* ipsorum magnitudo [1] ternûm cubitorum est: [2] caniculis referta *t.*, vix vt [3] prospicere *u.* e naui tutum sit, remos plerumque ipsos inuadentibus.

 LI. Qui

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. ternorum est cubitorum Gr. et Al.* 2. *carchariis. Theophr.* 3. *respicere. V.*

nn. Nascitur frutex et alius lauri et thymi) Sic quidem legunt antiqua exemplaria, sed rectius impressa, *nascitur frutex et alius lauro et thymo similis*: conuertenda tamen verba. *Nascitur frutex thymum, et alius lauro similis.* Theophrastus loco ante allegato: *In extero autem circa Gaditanum fretum, porrum vt retulimus, nascitur, et ea quae in lapidem transfigurantur; vt thymum, et quae lauriformia sunt.* Pint.

o. At in oriente) Haec rursum apud Theophr. Hist. L. IV. c. 8. H.

p. Per solitudines) In terra, ἐν τῇ γῇ. Theophr. Haec spina διψὰς eidem dicitur, hoc est, siticulosa: eaque ibi rara, propter feruores, et aquae penuriam. H.

q. In mari vero Rubro siluas viuere) Theophrast. cap. 8. lib. IV. histor. *Dalec.*

In mari vero) Theophr. loco proxime cit. H.

r. Laurum maxime, etc.) Agriae prorsus similem: oleam vero folio tantum. Theophrastus. *Dalec.*

s. Fruticum) Theophr. l. c. H.

t. Caniculis referta) Crediderim omissam incuria librarii dictionem *maria*, ex Theophrasto superiore loco: *Mare*, inquit, *hoc beluis refertum plurimasque caniculas habet, in tantum vt nare tutum non sit.* Pint.

Caniculis) Marinis canibus vel inter ramos, vel inter

LI. Qui nauigauere in Indos Alexandri milites *x.*, frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem fuisse, exemptam Sole protinus in salem arescentem. Iuncos *y.* quoque lapideos perquam similes veris per litora; et in alto quasdam arbusculas colore *z.* bubuli cornus ramosas, et cacuminibus rubentes: quum tractarentur, vitri modo fragiles; in igne autem vt ferrum inardescentes, restinctis colore suo redeunte. Eodem tractu insularum siluas operit aestus, quamquam [1] altiores platanis *a.* populisque altissimis. Folia iis [2] lauri, flos violae et odore et colore. Baccae, vt oleis *b.*, et ipsae odoris iucundi, autumno nascentes *c.*, foliis

1. *Altiores sint.* 2. *laurea. M. et Ch.*

ter ipsas radices delitescentibus: his mare totum illud infestum fuit. Theophr. ἡ δὲ θάλαττα θηριώδης· πλείους δὲ ἔχει τοὺς καρχαρίας. Hesych. Καρχαρίας, ὁ θαλάσσιος κύων καὶ ἰχθύος εἶδος. De caniculis egimus, L. IX. f. 70. H.

u. Vt vix prospicere) De hoc Theophr. nihil. *Dalec.*

x. Qui nauigauere in Indos Alexandri milites) Scribo, *Qui nauigauere in Indis Alexandri milites.* Theophrastus lib. IV. cap. 7. *Qui vero ex India missi ab Alexandro nauigarunt: plantas marinas, quod in aqua sint, colorem algae minutae habere, etc.* Pint. *Qui nauigauere*) Theophr. l. c. H.

y. Iuncos) Reliqua deinceps quae in hac sectione continentur, Theophrastus eodem loco allato refert. H.

z. Arbusculas colore, etc.) In Adriatico, quae arbusculae nascuntur, glutini taurino colore similes sunt. *Dal.*

a. Altioris platanis) Magnitudine platanorum. Theophr. *Dal.*

b. Baccae, vt oleis) Fructus, magnitudine oliuae. Theophrast. Καρπὸν δ' ἡλίκον ἐλαία. H.

c. Autumno nascentes) Flore et fructu primo autumno nascente, vere defluente. Theophr. *Dal.*

liis numquam deciduis. *d.* Harum minores totas integit mare. Maximarum cacumina exſtant, ad quae naues religantur, et quum receſſit aeſtus, ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eiſdem accepimus eodem in mari viſas, ſemper folia retinentes: fructu earum lupino ſimili.

LII. Iuba tradit, circa Troglodytarum inſulas fruticem in alto vocari, [1] Iſidis crinem *e.*, corallio ſimilem, ſine foliis: praeciſum mutato colore in nigrum dureſcere: quum cadat, frangi. Item, alium [2] qui vocatur charitoblepharon *f.*, efficacem in amatoriis: ſpathalia eo *g.* facere et monilia feminas: ſentire

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Cb. Iſidos plocamon Gr. et Al.* 2. *qui vocetur charitonblepharon. Cb.*

d. Numquam deciduis) Immo, vere deciduis, ſi Theophraſto credimus, τῦ δὲ ἔαρος ἀποῤῥεῖν. H.

e. Iſidos plocamon) Quidam corallium eſſe volunt, coloris punicei, non rubri, oculis quidem grati, et arridentis, ſed minoris pretii, et auctoritatis, quam quod ſaturatius et plenius rubet. Horum opinioni non aſſentior, quoniam Iſidos plocamos praeciſus nigreſcit, non autem id corallii genus. *Dal.*

f. Charitoblepharon) Nigrum eſſe corallium hinc quidam arbitrantur, quod olim in ſuperciliis feminarum, color niger pulcherrimus et venuſtiſſimus habebetur. Quamobrem medicamenta ſuperciliis tingendis apta καλλιβλέφαρα priſci vocauerunt. *Dal.*

Charitoblepharon) Χαριτοβλέφαρον, a vetuſtate genarum et palpebrarum, quae eius fruticis ſucco tingerentur, traxiſſe nomen videtur. H.

g. Spathalia eo, etc.) Σπαθάλη, ornamentum muliebre, brachialis et armillae loco. Alluſit ad id Claudianus in Epithalamio: *Et grauibus Spathale baccis diadema ferebat Intextum, rubro quas legerat ipſa profundo.* Dal.

Spathalia) Muliebria ſunt orna-

ſentire eum ſe capi, durarique cornûs modo, et hebetare aciem ferri. Quod ſi ſefellerint *h.* inſidiae, in lapidem tranſfigurari.

ornamenta, armillae loco et brachialis. Tertull. L. de cultu feminar. *Neſcio an manus ſpathalio circumdari ſolita, in duritia catenae ſtupeſcere ſuſtineat.* H.

h. Quod ſi ſefellerint) Si praecidatur ex improuiſo, ante nimirum quam potuerit ſentire ſe capi, tum quaſi ex dolore, tranſfigurari in lapidem. Hoc loco interpres Gallicus, vt alias ſaepiſſime, caeſpitauit. H.